

del collegio de la compania de Jhesu de Granada


B^a R-9570

TOMI I.
ENARRATIONVM
IN SACROSANCTVM
Iesu Christi Euangelium secun-
dum Matthæum.

TOMVS PRIOR CONTINET SELECTIORES ENARRATIONES eorum patrum, qui summo ingenio, pariq; eruditione super Matthæi scripserunt.

Tomus alter habet noua super eodem Euangelio Commentaria.

PER PAVLVM PALACIVM GRANATENSEM, AVGVSTISSIMI Cardinalis Henrici concionatorem, & Sanctæ scripturæ in inclyta Lusitanorum Conimbricensi Academia enarratorem.



SALMANTICAE,

In ædibus Dominici à Portonarijs, Regij Typógraphi.

M. D. LXXI.

CVM PRIVILEGIO.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26

del collegio de la compania de Jesus de Granada


B^a R-9570

TOMI I.
ENARRATIONVM
IN SACROSANCTVM
Iesu Christi Euangelium secun-
dum Matthæum.

TOMVS PRIOR CONTINET SELECTIORES ENARRATIONES eorum patrum, qui summo ingenio, pariq; eruditione super Matthæi scripserunt.

Tomus alter habet noua super eodem Euangelio Commentaria.

PER PAVLVM PALACIVM GRANATENSEM, AVGV-
stissimi Cardinalis Henrici concionatorem, & Sanctæ scripturæ in inelyta Lusitanorum Conimbricensi Academia enarratorem.



SALMANTICAE,

In ædibus Dominici à Portonarijs, Regij Typógraphi.

M. D. LXXI.

CVM PRIVILEGIO.



EL REY.



OR quanto por parte de vos el doctór Paulo de Palacios Cathedratico de Theologia en la Vniuersidad de Coimbra nos ha sido hecha relacion que vos aueys compuesto vn libro sobre sant Matthæo, el qual hera muy vtil y prouechofo para los fieles Christianos en el qual auades puesto mucho trabajo, y occupacion supplicandonos vos diessimos licencia, y facultad para que por el tiempo que nuestra merced y volúntad fuesse, lo pudieffedes imprimir y vender, sin que otra persona alguna lo pudieffe hazer sin tener para ello licencia y poder vuestro, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematuca agora por nos nueuamente hecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y yo tuue lo por bien, por la qual vos doy licencia y facultad para que vos, o quien vuestro poder ouiere, podays imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion conforme ala censura del Doctór Balbas que por mandado delos del nuestro Consejo vio el dicho libro, y para que por tiempo de diez años primeros siguientes que corran y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, lo podays imprimir y vender, con que primero se trayga al nuestro Consejo a corregir con el original, y a tasar el precio porque se huuiere de vender cada volumen, y mandamus y defendemos que persona alguna durante el dicho tiempo sin vuestro poder no le pueda imprimir ni vender, so pena de perder todos los libros que del huuiere impresso, y mas de diez mill marauedis para la nuestra camara, y mandamos a los del nuestro Consejo Presidentes, Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Asistente, Governadores, Alcaldes mayores y ordinarios y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señorios, y a cada vno y qualquier dellos así a los que agora son como a los que seran de aqui adelante que vos guarden, y hagan guardar y cumplir esta nuestra cedula y merced que así vos hazemos, y contra el tenor y forma della no vayan ni passen ni consentan yr ni passar por alguna manera so pena de la nuestra merced, y de veynte mill marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid, a ocho dias del mes de Mayo, de mill y quinientos y sesenta y nueue años,

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso.

IVssu Regij senatus vidi hunc Tomum priorem Pauli de Palacio manuscriptum, & in duo volumina distinctum, in quo tantum continentur enarrationes Sanctorum patrum, & Catholicorum Doctorum super Matthæum scriptæ, quæ quoniam fideliter adducuntur, & in vnum ad modum cuiusdam cathenæ colligantur nihil impedit quominus typis mandari possint.

Doctór Balbas.

SERENISSIMO PRINCIPI ET CARDINALI AVGVSTISSIMO, Henrico, Maximi Regis Emmanue- lis filio, &c.

Paulus de Palacio. S. D.



ONSECRAVERAM olim celsitudini tuæ, Pontifex & Princeps Augustissimè, primū ingenij mei specimen: id est Scholia, quæ mihi in Caietani summam edere, & in lucē proferre mandasti. Opus quidē illud exigū: sed profectò nec ingrātū, nec inutile. En nunc iterū prodeò, longius multò difficiliusq; opus, Cōmentaria scilicet in D. Matth. C. tuæ cōsecraturus. In quib⁹, omnia ferè, quæ summis ingenijs, exquisitaq; doctrina Theologi in D. Matthæum scripserūt, collegi. Quibus ea, quæ mihi multum, diuq; cogitanti, noua occurrerunt, adieci, atq; ita opus cōposui, non spernendæ vt spero vtilitatis. Id verò C. tuæ multis nominibus erat dedicandum. Primū, quòd omnia mea, imò & me ipsum, me tibi debere, nemo est, qui possit ignorare, si me cognouerit. Deinde, cui debetur Euāgelij enarratio: nisi illi cui est in vniuerso hoc regno, Euāgelij cura cōmissa: id est: Cui fidei explicatio debetur, nisi summo fidei censori? Imò cui potius erant nūcupādi Cōmētarij in Euangeliū: quā C. tuæ, in quo adeò Euangelica vita resplēdet? Docet Matthæus Christianas virtutes: at quis est inter nostri æui Pōtifices, qui eas tā præclarè & opere præstet, & exēplo cōmonstret? Vt videri Deus possit, tibi vni, omnia principis, simul & Pōtificis insignia & ornamenta impertiri voluisse. De quibus inuitus taceo: Malo enim, inter eos qui modo viuūt, tuarū maximarū: clarissima rūq; virtutū parcissimus laudator, quā inter posteros blādus assentator videri. Suscipiat ergo C. tua, opus hoc nostrū, ea animi serenitate & benignitate, quæ q̄ pia sunt, suscipere solet: & me ex cliētib⁹ tuis minimū, vt solet, fouere ne desinat.

ARGUMENTVM AD
LECTOREM IN QVO OPE
ris ratio monstratur.



VM SALMANTICAE PHILOSOPHIAM profiterer, erat mihi semper in ore Plato, Aristoteles, Galenus, ceteriq; Philosophi. Ea enim ratione, discipulorum & frequentiam, & gratiam demereri me posse credebam. Tetigit interim animum religio quaedam. Quid? Semper Aristotelem velut crambem repetam? nūquam ne me ad studia priorare uocabo? Placuit hęc cogitanti, omnem studiorū meorū alacritatē D. Matthæo cōsecrare. Excursio diuites illas Salmanticenses bibliothecas. Congrego plurimā viginti auctores: vnde sanam intelligentiam, & puram D. Matthæi lucem haurirem. Incipio legere, & quę videbantur selectiora, chartis commendare. Procedit opus, primum quidem rude, & impletum. Placuit postea meliore

ordine cōceptum opus absoluere. Vt scilicet, quoduis Euāgelij caput, in certas partes distribuere, & sigillatim: primum, quę sancti præclarius scripsissent: demum quę ego magno labore inuenissem, afferrem. Placuit verò auctorum dicta in vnum Tomum: nostra in alterum congere. Damus nunc nostra: daturū postea quę sancti scripserunt. Habes lector institutū nostrū.

QVAM verò labor hic utilis sit futurus, fidus testis tempus erit. Sed si diuinare licet, multa sunt rationes, quę bene sperare iubeant: paucę, quę animum despondere cogant. Primum enim (vt ceteros taceam) de his sermo sit, qui concionando populum docent: quis tam cæcus est, qui non videat, à quantis laboribus labor iste noster eos liberet? In singulis enim concionibus: multi sunt illis euoluendi libri: vt vnā aut alteram rem insignem inueniant, quibus veluti gemmis concionem illustrent. At in hoc opere, omnia parata reperient: omnia sunt ad manū: diues mensa exposita est. Deuorauimus nos hoc legēdi tādū, nec dubito, quin lectissima quęque, ex his quę ab alijs scripta sunt, in hos Commentarios ego transfuderim. Est igitur liber hic plurium librorum loco: si non omnibus studiosis: certè pauperibus iter factoris, & occupatis: quibus aut non vacat, aut non licet plures libros, vel habere, vel legere.

IAM verò, quę nos diutissima & intentissima meditatione aliorum scriptorum dictis adieci-mus, non minimo commodo concionatoribus futura speramus. Tot enim viri & doctissimi & grauisimi hęc nostra viderunt, examinarunt, & probarunt: vt vix credam nō omnibus placitura, quę illorum tam grauibus iudicijs, tantopere placuerunt. Imò verò (liceat enim audacter vera loqui) tot viri, & sanctitate, & eruditione clarissimi, quotidiano, velut conuitio, huius à me libri edictionem efflagitauerūt, aut extorserunt potius: vt stultus videri non possim, si opus hoc multis, commodo & voluptati futuram sperem. Præsertim cum summum à me studium adhitū sit: vt nostra hęc, omnino consentirent cum sanctissima nostra religione, quā sancta Ecclesia Romana & seruat, & docet. Plus enim quā duodecim viri acerrimo iudicio, & singulari eruditione præstantes, opus nostrum lustrarunt, perstularunt: iterum atq; iterum accuratè legerunt: & Christo gratia, vno eodemque consensu illud approbarunt. Sicubi verò lapsus sum (quę humana incitā est) errati veniam supplex precor. Et me, ac mea Romanę Ecclesię, & doctis iudicijs libentissimè submitto.

DE VM igitur Opti. Max precor, vt sicut opus hoc maximo labore, incredibili diligentia summa animi intentione absolutum est: ita & Christi glorię seruiat, & magnam lectoribus vtilitatem afferat. Amen.

¶ Cautum est priuilegio Regis nostri, ne quisquam opus hoc ad decēnium, sine auctoris facultate, imprimat aut vendat:

¶ Concessa item facultas est ab Inquisitore, & Ordinario, vt hoc opus excuderetur.

TOMVS PRIOR CONTINENS FERRE OMNIA QUAE maiores nostri super Euangelio D. Matthæi insigniter scripta reliquerunt.

CAPVT. I.

Liber generationis Iesu Christi.

Hieronymus



HIERONYMVS super hoc loco. Nō est contrarius Matthæus Isaia dicenti, generatio nem eius, quis enarrabit? Matthæus enim generationem narrat humanitatis: at Isaia diuinitatis. [Fily David.] Hic præponitur David Abrahæ: nā si Abraham præponeretur, erat statim iterum repetendus. Et mentio fit solum de his duobus: quia his solū promissio de Christo facta est. Abrahæ enim dicitur. In femine tuo benedicentur omnes tribus, Dauidi verò de fructu ventris tui, ponā super sedē tuam. D. Augustinus. q. 3. in. q. noui testamē. [Fily David.] specialiter dicitur filius David propter regnū, vt sicut Deus de Deo: ita rex de rege secundum carnem oriretur, iuxta illud. De fructu ventris tui, ponam super sedem tuam.

Isaie. 53.

Genes. 22. Augustinus

Psal. 131. Chryso. 19.

Exo. 19.

D. Chryso. hom. 2. in Matth. Si Iudei accessuri ad montem, & ignem: tenebras & procellas, triduum ante abstinent à foeminis: vestes abluunt: tremunt, ac pauent: quāto potius nos, qui hęc incipimus audire, in ipsum cælum intrantes? Non enim hic mōs est, aut caligo: sed rex glorię in throno maiestatis sedens, angelis circumstantibus, &c. Iā si eius generatio diuina ineffabilis est: profectò humana vix effabilis est. Valde enim mirabile est, quod Deus summus ex Patre, patres voluerit habere Abraham, & Dauid, & eas foeminas, quas Euangelium recenset. Vt enim tibi seruo Patrem faceret Deū, pa-

trem seruum habere dignatus est. Hoc enim factò, quod difficilius est, fidem fecit illius quod erat facilius. Natus est ille ex carne: vt tu nascereris ex spiritu. Natus ille ex muliere: vt tu filius desineres esse mulieris. Nascitur ille ex foemina: id vetus est: sed nascitur in ea ex spiritu: id iam nouum est, vt vetera cōiugat & noua: celestia atque terrestria. Ita fecit in baptismo haptizatus est, id erat vetus: sed quod tunc descēderet in eū spiritus: nouū fuit [Iesu.] Nomen Hæbreum est, significans Saluatorem: quia salutem à peccatis erat facturus. Præcesserat huius nominis figura in Iosue: vt ita rebus nouitate incredibilibus viā pararet, vt enim Iosue induxit Iudæos in terram promissam: ita Christus in cælum. Iosue dux est mortuo Mose: & Christus dux noster mortua lege: ille dux: hic rex: ille vmbra: hic veritas. ¶ Sed cur liber hic dicitur liber generationis, cum totā Christi dispensationem contineat? Certè, quia generatio totius dispensationis est radix & origo: & nobis principium est omnium bonorum. Et vt Moses librum cæli terręque, suum librum nominauit, cum tamen liber ille omnes creaturas comprehenderet: ita & hic de omnium bonorū capite, qui est Christi generatio, texuit. Si enim Deus factus est homo, hinc cetera bona suo ordine sequuntur. ¶ Sed cur præmisit Dauidem, dicens, filij David, filij Abrahæ? Videlicet, quia multo erat celebrior Dauidis quam Abrahæ memoria. Si quidem, vt recentior, magis erat in omnium ore. Ac ideo Christum omnes vocant To. primus. A bant

f. in morib.

rodipA. imon

imom

bant, non Abrahæ, sed Dauidis filium. Neq; porro solis hominibus erat Dauid gloriolus: sed & ipsi Deo. Siquidẽ Ezechiel, Ieremias, & alij propheta dicunt Dauidẽ venturũ, & excitandum: Messiam nomine Dauidis nũcupantes. **Imo** & 4. Reg. 19. & 20. dicit Deus protegam ciuitatem istam, propter me, & propter Dauid seruum meum. **¶** Dices, quo modo Euangelista probat Christum fuisse filium Dauid? Siquidem Christus est ex Maria: Mariæ verõ generationẽ Matthæus non recenset, sed Ioseph. Resposio est. Si Ioseph est ex domo & familia Dauid: & nõ licebat Iudæis coniungi nisi in eadem tribu: igitur virgo est ex eadẽ familia. Nã ideo Matthæus ait Ioseph fuisse iustum, ne crederes eum Iudæorum legem præterijisse. Porro Mariæ generationem non recenset: quia nõ erat Iudæis mos foeminarum catalogum recensere, & etiam quã volebat dominus matrem suã à suspitione liberare. Si enim Iudæi credidissent virginem, non de Ioseph concepisse, eã lapidassent: siquidem & Christum post tot facta miracula filium Ioseph asseuerat, quomodo igitur crederent de Spiritu sancto cõceptum? Imõ & Ioseph multis eger reuelationibus, cum esset iustus, ad hoc mysteriũ credendum: quanto potius iniusti Iudæi. Ea ratione inducti Apostoli, non facillẽ inculcant Christum de virgine natum: sed de eius miraculis & resurrectione maximẽ tractat. Si enim semel credas Christum Dei filium, reliqua facillẽ credas. Quid, quod nec virgo mysteriũ reuelare vult: nã dicit. Pater tuus & ego dolentes, quærebamus te.

Author in nomi. Author innominatus homi. r. [*Liber*] Liber hic est velut apotheca gratiarũ, vbi anima inueniat quidquid sibi necessarium fuerit. Et quia Matthæus non suscepit generationem diuinam enarrandam: sed humanã, ideo non dicit filius Dei: sed filij Dauid. Ideo verõ generationem diuinam omisit recensere, quia putauit eam satis Iudæis notã: sciunt enim Messiam filium esse Dei. [*Filij Dauid*] Christus rex, propheta, & sacerdos, ideo filius Dauidis, qui fuit rex, & propheta, & filius est Abrahæ, qui fuit sacerdos: nã sacrificauit vaccã triennẽ. Porro præponitur Dauid, vt dignior: siquidẽ prærogatiua regni talis, dignior est quam natura. **¶** Dices, cur si dignior fuit, peccare permissus est? Certẽ non peccauit, vt eius iustitia ostenderetur: sed vt eius iactantia cõpesceretur, frequẽter enim dicebat se sanctum esse.

Euthymius. Euthymius [*generationis*]. Id est, natiuitatis.

ris. Cur ergõ nõ dixit, natiuitatis, quod erat vocabulum naturale, & genuinum: sed generationis? Ratio est, quia sicut Christi natiuitas fuit supernaturalis, quæ naturalem natiuitatem renouauit: ita noluit vt veteri natiuitatis vocabulo: sed nouo generationis. Neque rursum voluit docere id quod erat in natiuitate naturale, id enim infra declarabit, cũ dicit, quod lactatus est: sed insinuauit, quod fuit super naturale: scilicet, nõ nasci de femine [*Filij Dauid*] ita ordina, filij Dauid, qui fuit filius Abraham, nec enim illud, filij Abrahã ad Christum retulit Matthæus: sed ad Dauidẽ. Quia verõ Dauid erat recẽtiõr quã Abrahã, ab ipso ad vetustũ Abrahã progreditur.

D. Thomas. Si quæras cur titulus libri sit de generatione Christi, cum tamen non eius sola generatione libri tractatio sit? Ratio est: quia Matthæus Hebræus Hebræo more librum ab eius initio inscribit: sicut Genesis dicitur, quia incipit tractare de Genesi rerum, & Exodus, quia incipit ab exitu Iudæorum de Aegypto. [*Iesu Christi*] Viderat Matthæus Genesin, in cuius cap. 5. dicitur. Hic est liber generationis Adam, & quia in Adam omnes moriuntur: ideo hunc librum, illi respondentem edidit: qui esset liber generationis Christi, in quo omnes viuificabuntur. Iã, quia aliorum generationes contexuntur hic propter generationem Christi: ideo non dixit, liber generationum: sed generationis. Porro dicitur generationis Iesu Christi: ad differentiã Iesu nauẽ: & Iesu sacerdotis, qui cum Zorobabel ædificauit templũ. Hi duo habuerunt nomen & figuram: at Christus verẽ præstitit, quod illi in figura gesserunt. Adde cum dicitur, [*Filij Dauid & Abraham*]. Omnis error excluditur circa Christi humanitatem. Si enim Christus est filius verus Dauid, errauit Manichæus dicens Christum, non habuisse verum corpus: sed phantasticum. Errauit Valentinus, dicens, eũ nõ habuisse corpus de virgine, sed de cælo. Errauit Apollinaris, dicens, Christum habuisse corpus, non animã. Filius enim Dauid verum corpus è matre, & veram animam habet.

Simon Casia. Simon Casiensis lib. r. de gestis Saluatoris. ca. 5. In genealogia Christi patres illi veri Dei cultores nominantur: vt filius sanctus, ex patribus sanctis ortus esse monstratur. Quod si etiam foemina peccatrices in catalogo hoc recensentur, id est, vt innuatur, quod pro peccatoribus etiam carnem assumit. [*Filij Dauid*]. Præponit Dauid Abrahæ, vt rex: & vt ex tribu Iuda. Hugo Cardinalis. [*Liber*]. Hugo Car. genera

Thomas.

1. Cor. 15.

Iudicum. r. 1. Efdre. 5.

Simon de Casia.

Genes. 2. Eodem.

Genes. 4.

Psal. 131.

Luce. 1.

Glos. ordin.

generationis.] Quadruplex est generatio. Prima de terra, qua formauit Deus hominem de limo terræ. Secunda de viro, de qua dicitur, ædificauit Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem. Tertia est communis ex viro, & foemina, qua generatur Cain & Abel. Quarta ex sola foemina, qua Christus genitus est. [*Iesu*]. Id est Saluatoris: nõ verõ destructoris, sicut Adam. Filij Dauid, præponit Dauid profundus peccator Abrahæ iusto, vt ostendatur Christus natus ex misericordia: quæ aliquando poenitentem præponit innocenti. Item eo præponitur, quia semel & iterum iurauit dominus Dauid veritatem, quod de fructu eius nasceretur Christus. At non ita iurauit Deus Abrahæ verbis disertis, licet reuera iurauerit. Ait enim Zacharias. Iusiurandũ quod iurauit, ad Abraham patrem nostrum, &c.

Caietanus. Non dicitur in titulo huius libri, Euangelium Matthæi: sed Euangelium secundum Matthæum, quo innuitur, Deum esse huius libri authorem: non verõ aliquem hominem, & dicitur Euangelium: id est, bonum nũtium: quia reuera bonum nuntium est: vera enim bona nuntiat: & sola bona illa nuntiat, & illa bona, communia omnibus esse nuntiat, cuiusuis sexus illi sint, aut conditionis. [*Liber*]. Vt perpetuæ memoriæ mandetur, quod in hoc opere tractatur [*generationis*]. Solus Christus habuit duas generationes: alteram ex Patre: alterã ex matre: sed quia propositum est Matthæo, de secunda tractare: ideo liber generationis dicitur: non generationum. [*Christi*]. Hebræorum reges vngebantur vnguento pretioso, ideo Christi, id est, vncti dicebantur. Intendit igitur Matthæus, qd Iesus sit verus Messias, rex ille expectatus, ideo vnctus. [*Filij Dauid*]. Habes igitur textum apertum, quod Iesus sit filius Dauid, licet alij textus non essent, hic satis est. [*Filij Dauid, filij Abrahæ*]. Recte progreditur Matthæus ex vltimo, per medium, ad primũ, id est, ex Christo, per Dauid ad Abraham, qui erat primus.

Glos. ordin. Glosa ordinaria. Matthæus probat Iesum esse Messiam: ostendens eum natum è regia stirpe regum & patriarcharum. [*Filij Dauid, filij Abraham*]. Hæ sunt duæ columnæ super quibus fidei arx rotundus construitur. Inter has columnas, Christus est, qui est ostiũ regni caelestis.

Nicolaus Lyranus. Iudæi credebant Christum Galilæum fuisse: nec de Dauid descendisse. Vt igitur vtrũq; errorẽ Matthæus re-

uellat, in hoc primo capite Christi generationem describit, quod sit ex Dauid, & quod in Bethlehem fuerit eius gloriosa natiuitas.

Christianus Druthmarus. [*generationis Iesu Christi*]. Reges Romanis dicti sunt Cæsares: Aegyptijs Pharaones: Iudæis Christi. Ita dicit Deus, Nolite tangere Christos meos. [*Filij Dauid*]. Filius dicitur natura, imitatione, adoptione, doctrina, hoc loco Christus dicitur filius Dauid, quia est de eius stirpe, sicut Saraceni dicuntur filij Ismael, Iudæi filij Abrahæ. Rupertus li. 1. de glorifica. & honore filij hominis. [*Iesu Christi*]. Hoc solo nomine indicatũ est, Christũ fuisse Deũ, regẽ, sacerdotẽ: quia Iesus, teste angelo, dictus est, quia saluũ faciet populu suum a peccatis eorum: at saluare a peccatis solius Dei est. Iã si Iesus verẽ est Christus, id est vnctus: igitur rex est, & sacerdos. Siquidem apud Hebræos hi sunt soli, vel maximẽ hi sunt vncti. [*Filij Dauid*]. Præponitur Dauid Abrahæ, quia maior fuit promissio facta Dauidi, quã Abrahæ. Huic enim dicitur. In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ: at Dauidi dicitur, De fructu v̄tris tui, ponã super sedẽ tuã. Quis verõ nesciat, maius esse, regẽ ex semine Abrahæ: quam semen Abrahæ?

Christianus Druthmarus

Psal. 104.

Rupertus Abbas.

Matth. 1.

Hieronymus

Abraham genuit Isaac,

D. Hieronymus. In hoc catalogo nulla sanctarũ scribitur mulierũ: sed ex quæ reprehenduntur, vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omniũ peccatorũ peccata deleteret. [*Salmon*]. De hoc habetur nume. 1. & 2. [*Ioram genuit Ochoziam*] Iuxta fidẽ historiæ, tres hic reges prætermittuntur. Amasias, Azarias, Ozias. Sed quia Ioram miscuit se generi impijssimæ Iezabelis: iccirco Matthæus abstulit eius memoriam, vsq; ad terciã generationẽ [*Ieconias*]. Duos intellige Ioachim, alterũ qui scribitur per k, & m, alterũ per ch, & n, alioqui in terciã tesera decade soli tredecim inueniẽtur [*Ioseph*]. Obijcit Iulianus August. mēdũ esse in Euãgelijs, cũ Matthæus dicat Ioseph fuisse filiũ Iacob: Lucas verõ eũ esse filiũ Heli. At nõ ille intellexit scripturæ consuetudinẽ, iuxta quã, alter fuit pater Ioseph secundum naturam: alter secundum legem. Suscitauit enim alter semen fratris sine liberis defuncti. Est igitur Ioseph filius secundum legem eius qui sine liberis mortuus est: alterius verõ qui semẽ suscitauit, filius est secundum naturam. Vt Aphricanus & Eusebius tradiderunt. [*Virũ Mariæ*]. Non virũ, quia eã cognouit: sed ex To. primus A 2 more

Augustinus

more scripturæ, vir est sponsus: vt vxor spō
fa. [vsq; ad Christum.] Vt sint generationes
14. debet Christus in eas intrare. D. August.
q. 5. in. q. ex nouo testa. Queritur cur dicat
Matthæus ter quatuordecim esse generatio-
nes, cum vna minus reperiatur? Respon-
sio est quod Ieconias bis repeti debet: vt qui rex
fuerit ante Babylonicam cladem & post eā:
ergo Ieconias finit secundam generationē,
& incipit tertiam. Secundo querit, an Mat-
thæus dicat Ioseph filium fuisse Iacobi, cum
Lucas asserat eum esse filium Heli? Respon-
det satis ambiguè. Quod Salomō, & Nathā
fuerunt fratres filij Dauidis: à Salamone re-
ctam descendunt ij quos Matthæus nume-
rat: à Nathā, item ij quos recensuit Lucas.
Cū ergo tam hi q̄ illi, filij fratru sint, rectè
omnes dicentur fratres: fit igitur vt Ioseph
ex Iacob, & Heli ex Mathath fratres sint: ex
fratribus, scilicet, progeniti, videlicet ex Le-
ui patre Mathath, & Mathā patre Iacob. Cū
ergo Heli & Ioseph fratres sint, rectè Chri-
stus ex quouis illorum descendendi dici pote-
rit. Cum enim Ioseph non genuerit Christū,
ita filius esse poterit Christus Iosephi, sicut
& sui patris Heli. ¶ Verum multo aliter re-
spondet. libr. 2. de consensu Euangel. cap. 3.
Cuius respōsionis summa est, Matthæus pa-
trē naturalem nominauit Iosephi. Cū enim
dicat, genuit Iacob Iosephum, rectè intelli-
mus, q̄ Iacob naturaliter genuit Iosephum.
Sed hic Ioseph è Iacob natus, ab Heli ado-
ptat, sicut & Iacob patriarcha, sibi Ephraim
& Manasse adoptauit. Est ergo Ioseph filius
Dauid per Salomonem linea naturali: est &
filius Dauid per Nathā, linea adoptionis, &
ita nō dicit Lucas, quod Iosph sit genitus ab
Heli: sed quod fuit Heli. D. Ambro. in ca. 3.
Lucæ. Iuxta præscriptum legis veteris, duo
fratres duos filios ex vna vxore procreaue-
runt. Mathā enim (qui ex Salomone genu-
dit) genuit Iacob, decessitq; vxore super-
stite, quam Melchi duxit: genuitq; ex ea He-
li. Cum verò Iacob sine liberis decessisset, suę
vxori copulatur Heli, genuitq; Iosephum,
qui verè filius est Heli, at secūdu legē filius
est Iacob. [de Thamar.] Non hæc mulier tam
est famosa, quam iusta, non enim libidinis
vsum, sed successionis filios requisit: erat
enim tunc deforme liberos non habere, &
certè casta visa est, quæ tanto tempore Iu-
dæ promissa sustinuit. Sed cur de Phares &
Zara mentio fit: cum alibi non geminen-
tur Patriarchæ à Matthæo? Sed hoc myste-
rium fuit: in illis enim duobus fratribus, lex

& gratia significantur, profecto gratia est an-
tè legem, & ideo Zara manum præmisit. Si-
quidem secundum gratiam & non secūdu
legem seruati sunt Melchisedec, & Iob, imò
& etiam Abrahā. Prior igitur fuit fides & gra-
tia significata per Zaram (id est, orientem)
quàm lex. Sed inter patres illos priores qui
sine lege vixerūt, & inter nos mediam se lex
posuit, quasi Pharā exiens ante Euangelij
gratiam. Rectè igitur dicit Ioannes post me
veniet vir, ante me factus, quasi loqueretur
in persona legis, quæ diceret, post me venit
gratia, quæ tamen prior me erat. Coccus in
in manu Zare ligatus, fuit typus Crucis &
sanguinis Christi, iam ante legem fulgens. Si
quidem Abraham diem domini vidit & ga-
uissus est. Quod verò Zara retraxit manum,
significauit, quod opera gratiæ perfecta, po-
pulus Iudæorum non expleuit, imperfectio-
nis enim opera potius sequutus est. Quod ve-
rò Phares dictus sit diuississe materiam, signi-
ficat, quod Deus voluerat vitam spiritualem
& Euangelicam perpetuò continuari quasi
perpetuum quēdam parietem. Sed lex hæc
prohibens continuationem, dicta est diuississe
se parietem. ¶ Iam dicamus cur Ruth Moa-
bitis in catalogo recēsetur? certè non licebat
Iudæo Gentili copulati, maxime Moabiti-
di, cui Deutero. 23. prohibetur in Ecclesiam
ingressus vsq; ad tertiam, & quartam genera-
tionem. Cur igitur hæc Ruth legem violat?
Sanè quia adeo sancta est, vt cū ea sit dispen-
satum. Lex enim non ponitur iustis, sed iniu-
stis. Eligitur ergo Ruth propter cognationē
nobilitissimæ animæ, non corporis. Lege eius
historiā & perspicies foemine sanctimoniam.
Quod verò in hoc catalogo numeretur, si-
gnificat, iam inde Dominum voluisse vocare
gentes ad se, ex quibus nasci volebat, & qui-
dem sicut Liam & Rachel oblita sunt patriā
suam & populum suū, ita oblita est & Ruth.
Cognatus verò soluit calceamentum, cū no-
lisset nubere Ruthe: quia nō erat ipse futu-
rus sponsus Ecclesiæ. Soluit enim calceamē-
tum, qui non accipit Ecclesiam. Sicut soluit
Moses, & nō accepit. Et Ioānes dicit, Nō sum
dignus soluere calceamētum. ¶ Cur verò de
Bethabee mentio fit? Certè Christus humili-
tatis magister docere voluit, quā cupiat nos
esse humiles, nihilq; de nobis habere. Ideo ad-
duxit exemplum Dauidis, qui cū in solesece-
ret & diceret in sua abundantia, quod non
moueretur in æternum, postea fuit tam tur-
piter lapsus, & secundo docetur mysterium.
Siquidē Salomon nascitur ex adultera, quæ
viro

Ioannis. 1.

Ioannis. 8.

Genes. 38.

1. Timo. 1.

Matth. 4.

Psal. 29.

Ieremi. 22.

viro suo mortuo, Dauidi copulatur. Ergo gē-
tilitas quæ prius diabolo nupserat diabolo
per Christi mandatum defuncto, ipsi Chri-
sto copulatur, vnde nascitur populus Chri-
stianus. ¶ Dubium verum est, cum apud Ie-
remiam dicatur, quod de semine Ieconie nul-
lus sedebit super throno Dauid, quomodo
nos dicimus Christum ex semine Ieconie se-
disse super sedē Dauid patris ei? At thronus
super quo Chrus sedet æternus est, super quo
nec Salomō nec Dauid ipse sedit, licet sit ei?
femini promissus. ¶ Cur verò cum à Dauid
ad Iechoniam. 17. Reges intercesserint. 14. so-
los enumerat Matthæus? quia Matthæus nō
reges, sed generatores voluit enumerare. Fie-
ri verò poterat vt qui succedebat rex, aut nō
generaret, aut serius generaret. ¶ Cur item à
Iechonia ad Christum. 14. recensentur, cum
Matthæus solos. 12. computet? Imò. 14. recē-
set: nam Ieconias secundæ seriei, diuersus est
à Ieconia tertiæ. Ille enim fuit pater, & hic fi-
lius, vt. 4. Reg. 14. habetur. ¶ Sed cur Lucas
nullā de foeminis illis mentionem fecit? quia
Lucas sacerdotalem Christi dignitatem tra-
ctabat: at in sacerdotib⁹ nulla debet esse ma-
cula, à qua reges (quos Matthæus recenset)
vix carent.

D. Grego. lib. 28. Mor. c. 9. dicit Iechonia
typum fuisse Christi. Christi enim lapis an-
gularis, qui vtrūq; populum connexuit. Ita
& Ieconias, (qui idem secundam seriē apud
Matthæū finit, & tertiam inchoat) rex fuit
in Ierusalem, postea collegit sua charitate gē-
tiles Babylonios.

D. Chryso. homil. 3. [Iudam & fratres.]
Cur non meminit Esau? dicunt quidā, quia
malignus fuit Esau, at cur malignarū foemi-
narum meminit? in quo Christi gloria splen-
det, qui progenitores voluit viles habere. Su-
blimum enim dulcis gloria & maxima est
se se spōte submittere: causa igitur est, quia
festinabat Matthæus eos recēdere ex quibus
genus Iudæorum erat, extra quod Esau est.
[de Thamar.] Cur hæc Matthæe refert, quam
si puri hominis gen⁹ scriberes, tacere debuif-
ses? Imò verò debuit ostētare opprobria quæ
Chrus veniebat extinguere: natus est ex adul-
tera, sicut crucifigi voluit & exprobrari, ni-
hil de nr̄is vilitatibus erubescens. Ostēdit igi-
tur nihil nobis de nostrorum patrum vilitate
erubescendum, sed connitendum, nobilitari
proprietarum honore virtutum. Si enim
fornicatorem ad meliora conuersum, vita
exacta nō maculat, multò minus maculabit
parentum iniquitas, eum quem propria de-

corat virtus. ¶ Secundò reprimit fastum Iu-
dæorum, animæ insignia negligentium: de-
sola Abrahe stirpe gloriantium. Docet igitur
progenitores eorum subditos fuisse pec-
catis: Iudam enim Thamar accusat, & Dau-
idem Bethabee, quod si illi maiores fuerunt
peccatores, multò fuere magis & reliqui, ne-
cessarius igitur erat seruator Christus, tum
docet progenitos eos à Patriarchis duode-
cim. Quorum pleriq; ex ancillis geniti sunt,
quod iam Ecclesiam præsignabat, in qua si-
ue seruus sis, siue nobilis nihil tibi propterea
plus aut minus accedit: sola enim à te requi-
ritur mentis generositas. [de Raab.] Significa-
tum est, quod Christus fornicatricē sibi co-
pulauerit naturā. Item in Ruth paupere de-
signatur, Christum pauperem naturam, sed
quæ domū patrum suorum oblita sit, sibi co-
pulasse. Perstat ergo Dominus nasci volens
de infimis, ne nos gloriemur: imò vt humilie-
mur. Si enim iustus fit, qui cum peccator fit,
se peccatorē agnoscit, quanto iustior erit qui
cum iustus fit, se peccatorem ostendit?

¶ Homilia. 4. [omnes generationes.] Osten-
dit Matthæus Iudæos nulla ratione factos
fuisse meliores, quia nec in prima serie, quæ
fuit Ducum, nec in secunda quæ fuit Regū,
nec in tertia, quæ fuit sacerdotum, suos mo-
res mutauerunt. Sed cur in tertia serie dicit
esse generationes. 14. cum tantum memine-
rit. 12. ratio est: quia capituiuitatē ipsam vt ge-
nerationē recēdit. [Virū Maria.] Euidenter
ostendit, propter Mariā, generationes has
contexuisse.

Author in nomi. hom. 1. [Abraham genuit
Isaac.] Id est ritum, ritus sanctorum est. Non
stulta cachinatio: sed rationabile cordis gau-
dium. At Isaac fuit per omnia typus Chri-
sti: natus vterq; extra spem naturæ, ille de
anu quæ parere posse desierat: hic de virgine
quæ necdum parere posse inceperat. Sed il-
le de anu deficiēte, quia filios defecturos erat
generaturus: hic de virgine incorrupta, quia
eius filij erant in gratia permansuri. Porta-
uit ille ligna quibus sacrificaretur: hic crucē
cui suffigeretur. Ille non restitit patri se ligā-
ti: hic non restitit Deo: sed dixit, Si fieri non
potest, nisi bibam, fiat. [Isaac genuit Iacob &
Esau.] Esau totus pilosus, significat seculum
primum, peccatis haspidū. Iacob lenis signi-
ficat seculum futurum totum fulgēs: tenuit
plantam Esau frater Iacob: quia statim post
hoc seculum, succedet seculum futurū. Et Iau
persequitur Iacob, sed Iacob fugiendo supe-
rat: ita impij pios. Sed pij fugiendo euadunt
To. primus. A 3. supe

superiores. [*Jacob genuit Iudam & fratres.*] Ita Christus genuit duodecim Apostolos, descēdit ille in Aegyptū, multiplicāndus: ita Christus cum suis in mundū, vt multiplicaretur descendit ille, vt medullam Aegypti mādu caret: hic cum suis vt medullam mundi ederet, medullā mūdi sancti sunt, quia si medulla arefcit, perit arbor: ita sanctis pereuntibus perit mūdus, vt exeuntibus Iudæis ab Aegypto, Aegyptus perijt. [*Iudas genuit Phares,*] Iudas, idest, cōfessor, significat Chr̄m qui Patrem suū cōfessus est: dicens, Confiteor tibi Pater, &c. Et sicut Iudas cognouit Thamar, credens esse meretricē: ex qua suscepit Phares & Zara: ita Christus Ecclesiæ meretrici copulatus est: deditq; ei pro cōiunctione virgā crucis, & annulū Spiritus sancti, quē Pater etiam filio prodigo reuertenti dari iussit. Porro Phares significat legē, Zara fidē: quia Abraham fidelis fuit, & illi cocū Circuncisionis ligatū est, atq; lex venit, quæ peccatū irritat, impedita est fides, donec veniret Christus, & tūc iustitia fidei apparuit. Potest etiā dici qd Zara sit populus gentilis à Prophetis demonstratus, & ab eis dē Prophetis cocco sanguinis Christi signatus. Sed prodijt primus Phares, idest, Iudæorū populus. Et nota qd Thamar non fuit meretrix, imò ex duobus filiis Iudæ virgo permansit, & seminis amore Iudæ accessit. [*Phares genuit Efron.*] Idest iaculū videns. Videre enim debēt sancti iacula demōnis ignita, & ea in scuto fidei extingue re, vel etiam debēt sancti videre Christū, qui iaculū & sagitta est electa à Deo in mūdum amissa. [*Arā genuit Aminadab.*] Arā significat visio eorū, vel irritatio eorū. Et credibile est, nomen hoc impositū, quia suo tempore Iudæi in Aegypto valde fuerant multiplicati, & ideo irritauerunt Aegyptios, vt eos zelarent, at Dñs eos vidit & visitauit, & ideo [*Arā genuit Aminadab.*] Quod est desideratus aut voluntarius populus. Dñs enim visitat & respicit populum desiderabilem & voluntariē ei seruientem: qui enim dicit voluntariē sacrificabo tibi, ipse est Deo desiderabilis. [*Aminadab genuit Naafon*] Idest requiem, verē enim voluntariē Deo seruiens generat sibi requiem. Significat etiam Naafon columbinum, aut serpentinum, vt sit simplex sicut columba, & prudens vt serpens. [*Naafon genuit Salmon.*] hic fuit ab Abraham decimus. Denarius verò est numerus perfectionis, & ideo habet typum Christi perfecti. Nam & prima litera nominis Iesu, denariū, qui numerus perfectus est significat, ideo

ergo accepit Salmon vxorē Raab, quia fuit typus Christi accipientis Ecclesiam in vxorē. Porro Salmon significat accipe vas, idest, accipe Ecclesiā, quæ vas electionis sit Deo. Raab verò, idest, latitudo, postq; Salmoni nupsit, dicta est Rachab, idest, ascētio. Ecclesia enim dilatata, ascendit cū Christo, illi copulata. [*Salmon genuit Booz.*] Idest, potentem, quia qui secundū Deū accipiūt vxores, filios gignūt valētes. Ruth est laudanda. Licet ne scias quid primū laudes in ea: an fidē in Deū Israel, an obedientiā, an simplicitatem ad nuptias cū sene: ex hac genuit Booz Obed, id est subditū: qui enim propter Deū nubūt, filios sibi, & Deo obediētes gignūt. [*Obed genuit Iesse.*] Idest refrigerium, obediens enim Deo gignit filium in quo refrigeretur. [*Dauid Regem.*] Dauid etiam in peccato suo pessimo Christo per omnia similis est. Dauid enim latus in solario suo videt speciosam Bersabee, lauante se, concupiscit eā, & habet: postea interfecto Vria legitimam vxorē ducit: ita Christus existens latus in excelso celo suo, videt ecclesiā gentiū speciosam, concupiscit eā, habetq; etiam viuente sub diabolo: quia attraxit eā sibi: postea diabolo interfecto vxorem eā legitimam ducit, facit idem diabolus: ante enim quam Christiani animā ad perfidiā trahat, eā tentat & allicit, adhuc viuente sub Christo: illa verò allecta tradidit Christum, & diabolo copulatur. Bethsabee significat filiā potētis. Facta enim est Ecclesia filia omnipotentis. Quod si Bersabee legatur, significat puteus septimus, quia licet Christus multas habeat Ecclesias, oēs tamen dicūtur septē, propter septē dona Spiritu sancti, quibus sustentatur: at in scriptura vxor dicitur puteus: iuxta illud bibe aquam de cisterna tua. [*Salomonē*] Qui habuit regnū pacatum, & ædificauit templum terrenum, figura aperta Christi est. [*Robo: m.*] Sicut cū Salomon sanctus fuit, omnia habuit prospera: at circa senium nō nihil regni amisit, porro Roboam sequens consilia iuuenum, decem tribus perdidit: ita cum Christianus populus sequebatur recta, omnia ei erant prospera: cœpit consensescere, & amare terrena, amisit nō nihil regni, at postquā sequutus est consilia iuuenum eporum, maximam regni sui partem amisit. [*Assu, Iosaphat.*] Nota qd Asa punitur à Deo quia auxilium petit ab inimicis Dei, & Iosaphat, quia auxilium iisdem tulit. [*Ioram genuit Oziam.*] Quam periculosum est inire coniugia cū genere impiorum! Quia enim Ioram nupsit filiz impię Izabelis,

zabelis delent de hoc catalogo tres reges: fuit verò Ozias percussus lepra, quia cum laicus esset, opus clericale aggressus est. Et nota, qd hi filij à Ioram geniti vltq; ad Oziam, semper fuerunt mali, licet quo magis distabāt à mala matre, eo minus erant mali, minus malus Ozias q̄ Amasias, & minus fuit malus Amasias, quam Ioas. [*Manasses genuit Amon.*] hic Amon videns patrem suum Manassem post peccata sua pœnituisse, dixit ambulabo in eo quod desiderat anima mea, postea cōuertar ad dominum: at hic qui seram pœnitentiā sibi promittebat, exterminatus est. Attendāt ergo qui ad senectam conuerti se credunt [*Ioasiam.*] Tres fuerūt, quorum nomina propheta sunt ante suum ortum Samson, Iosias, Ioannes [*Iosias genuit Iechoniam.*] Historiæ ordo sic habet. Iosias genuit Ioachim, hic verò genuit Iechoniam: at Ioachim soblatus est è numero regum, quia non rex à Deo factus est sed à Pharaone. Et sic Iechonias hic bis ponitur, primo inter reges, quia rex fuit, secundo post transmigrationē, interpretiuos, quia priuatus etiam fuit. [*Omnes generationes*] Cur Matthæus tres tesara decades posuit: an non breuius diceret omnes generationes sunt. 42? causa fuit, vt ostenderet primam tesaram decades pertinuisse ad Iudices, secundam ad reges, tertiam ad Pōtificates, quibus peractis necesse erat gubernationem & politiam deuolui ad aliud genus gubernādi, scilicet ad vnū iudicē Christum, vnum regem, & pontificē Christū. Vnde & primus iudicum Iosue, & primus regum Dauid, & primus sacerdotū Iesus, nostri Iesu Christi figurā prætulērūt & quidem decem signum Christi est: nam litera prima nominis Iesu, Hebræis significat decē, igitur. 14. generationes, idest, quaterdecem, significat quater Christum: quia ter significatus est in iudicibus, regibus sacerdotibus, & demum ipse venit. Demum. 42. generationes est numerus sex hebdomadarū: at senarius est numerus laboris: post quem apparuit Christi requies.

Euthy. [*Iosias genuit Iechoniam.*] Is Iechonias est quem libri Regum & Paralip. nuncupant Ioachim: omnia enim quę de Iechonia dicit Esdras, dicit de Ioachā liber regum. Porro Iosias non genuit hos filios suos in tempore trāsmigrationis, sed prope, sensus ergo est, Iosias genuit Iechoniam in (idest circa) transmigrationem.

D. Thomas. Quia Matthæus suscepit explicandam generationem Christi secundum carnem, ideo statim ab ea incōspit: at Lucas

suscipit explicare sacerdotium Christi, & sacerdotes debent esse absq; peccato, & peccatorum expiatio fit per baptismum, ideo Lucas generationem Christi post eius baptismum retulit. ¶ Iam quia Christus secundum carnem descendit in nostram infirmitatem, ideo Matthæus ex Abraham ad Christū descendit: at quia sacerdotum est adducere homines ad Deū, ideo Lucas à Christo in Deū vsq; processit. ¶ Tertio Matthæus solos patres secundum carnem exposuit, ideo vsus est hoc verbo genuit. Sed Lucas vsus est verbo, fuit, quia agebat de sacerdotio Christi, per quod reddimur filij Dei, nō carnales, sed adoptati. ¶ Quarto Matthæus scribens Hebræis, deduxit Chri originē ad Abraham, gētis Iudææ tam illustrem principē: at Lucas scribens Græcis, qui Abrahamum nō nouerāt, deduxit ad Deum, rerū omnium parētem. ¶ Nota factam esse mentionem de Phares, & Zara, quia Zara significat populum circūcisum: vnde & ei alligatur coccinum, in figurā circuncisionis, at hoc retrahente manū id est, ex cœcato, plenitudo gētium exijt per Euangelium, exhibitq; postea Zara, idest, Iudaismus. ¶ Secundo nota, Abraham fuit figura Christi: ille enim fuit pater multarum gētium, exiuit de terra sua, risumq; habuit, quæ omnia cōueniunt Christo: risum enim & gaudium mundo fecit. Iacob fuit etiam figura Christi: ille supposuit capiti suo lapidē, Christus verò crucē. Phares fuit figura, quia Christus diuidet oues ab hædis, est autē Phares diuisio. ¶ Significant etiam hi patres eas virtutes quæ ad iustitiam necessariae sunt, in Abraham notatur fides, est enim pater credentium, in Isaac significat gaudium spei, in Iacob, charitas quæ ex vita actiua (idest Lia) & ex cōtemplatiua (idest Rachel) filios procreat. Ex his est confessio tam cordis quam oris, significata per Iudā. Vnde oritur destructio vitiorū per Phares notata: & origo virtutum, per Zaram. ¶ Efron significat Christum: est enim Efron sagitta: at Christus penetravit corda audientium. Est etiam Efron atrium, vbi latitudo charitatis Christi, amantis etiam inimicos denotatur. ¶ Aram verò id est excelsus, excelsum Christum significat, ipse enim est caput super omnem Ecclesiam. ¶ Aminadab, voluntarius, Christū spōte se offerentem figurauit. ¶ Naafon, idest, augurium, Christum omnia cognoscentem innuit [*Booz de Raab.*] posuit Raab filium coccineum in sua fenestra, & sic liberauit domū suā, ita sancta Ecclesia in ore suo (hæc enim

Genes. 38.

Matth. 10.

Act. 10.

4. Reg. 11.

Prouer. 5.

3. Reg. 11.

12.

Spe gaudet

Coloss. 10.

fenestra est) ponit confessionem nominis Christi, & passionis eius: ac ita liberat à morte. Porro Raab nobilissimo principi Salmoni nupsit: quia nobilissimo opus fecerat, relinquens cultum paternum & cultum Dei Israel sequens. [Obed.] Id est seruiens, Christus significatur, de quo dicitur, Seruire me fecistis in peccatis vestris, sed dubium est, Moabitæ prohibentur ne Ecclesiam ingrediantur, cur Ruth admittitur? quia non erat idolatra, sed fidelis. [genuit Iesse.] Cur non potius nominavit eum Isai? ut responderet Prophetiæ dicenti, Egredietur virga de radice Iesse. [David.] Id est fortis & desiderabilis, significat Christum fortem, qui fortem armatum vicit: & speciosus forma fuit. Cur verò specialis de hoc rege mentio fit? quia hic primus ex tribu Iuda rex, cuius merito omnes reliqui regnauerunt post eum, iuxta illud, thronum eius sicut dies cæli. [ex ea qua fuit Vrias] Cur non nominatur suo nomine? quia consentit in adulterium, & homicidium viri: ideo subtrahitur eius nomen. At de David dicitur, quod peccauit, ut sciamus magnos viros, homines tamen fuisse, & cecidisse, & nota, quod licet Vrias vir fuerit bonus, & Bersabee mala: at ille figura fuit diaboli, hæc verò Ecclesiæ. Boni ergo malorum figuram tenent. [David salomonem.] Quia ex forti manu bonæ operationis nascitur lætitia bonæ conscientie & pax animæ sanctæ, & inde nascitur Roboam, id est, impetus ad propagandam gloriam Christi, & ita sicut ex Roboam nascitur Abias, id est, Pater Deus, ita qui ad gloriam Christi proficit, meretur habere patrem Deum. [Ex Abia gignitur Asa.] Id est, attollens, ut homo quo magis proficit, eo à se magis negligentia ei iiciat, & se semper maior efficiatur, ut verum sit illud Puer autem crescebat, &c. [Asa genuit Iosaphat.] Id est, iudicans, quia spiritalis omnia diiudicat, inde nascitur Ioram, Id est, habitans in excelsis: quia nostra conuersatio in cælis est. [Ioram genuit Oziam.] Præmittuntur hic tres Reges: quia nec ipsi boni fuerunt, nec patres bonos habuerunt. Ozias verò est fortitudo, ut qui in excelsis habitant, fortiter operentur. [Ozias Iothan.] Id est profectus significat Christus, per quem Ecclesiam quotidie proficit. [Iothan Achaz.] Id est, comprehendens: quia fortiter operans fit apprehensor, à mandatis enim tuis intellexi, & Apostolus. Sequor, si quomodo comprehendam, & significatur Christus, qui diuinitatem comprehendit. [Ezechiam.] Id

est, fortis Dominus, nam perfectus in Domino fortis est, inde Manasses, id est, obliuio rerum temporalium, iuxta illud, obliuiscere populum tuum. [Amos.] Id est fidelis, oblitus enim rerum humanarum Deo fidelis est, fraus enim filia est auaritiæ, significat etiã Amos, nutriendus, planè enim qui despicit tenuem, pauperes nutrire cõtendit. Vade enim & vède quæ habes, & da pauperibus. vtrumque conuenit Christo, qui fidelis fuit in omnibus verbis suis, & nutriuit nos secundum illud, Ego nutritus Ephraim portabam eos in brachijs meis, & infra, Sicut gallina congregat pullos. [Iosia.] Id est, salus Domini, qui enim temporalia largitur, eorum oblitus, salutem Dñi consequitur, conuenit hoc Christo, qui operatus est salutem in medio terræ. [Ieconiam.] Id est præparationem, vel surrectionem, cõuenit Christo qui præparauit nobis locum, & ipse est resurrectio & vita. [fratres eius.] Mentio fit de his fratribus, quia omnes fuerunt reges, quod in alijs fratribus regum non contigit. [Salatiel ge. Zorobabel.] Contra quia. 1. Paralip. 3. dicitur Phadaia genuisse Zorobabel: nõ igitur est genitus à Salatiel, respondetur, quod Phadaia binomius fuit & vocatus est Salatiel, de reliquis nominibus nulla in scriptura mentio fit. Sed ex Annalibus Hebræorum, quos Herodes exussit, desumpta sunt [Ioseph] Hic est cõtrarietas, quia Lucas dicit genitum Iosephum nõ ex Iacob, sed ex Heli. Respondetur quod Matha descendit ex Dauid per Salomonem. Sed Matha descendit ex Dauid per Natha, igitur Matha nupsit Hesta, eo defuncto Hesta nupsit Matha. Iam Hesta ex priori viro suscepit filium Iacob, ex posteriori filium Heli. Qui ducta vxore defunctus est sine liberis. Tunc Iacob nupsit viduam, ex qua Iosephum suscepit, qui filius est naturalis Iacobi, legalis Heli: hac enim ratione frater defuncti suscitabat semen defuncto fratri, si filius secundi ascriberetur primo. Sed dices cur de Iosepho mentio fit, & nõ de Maria? quia mos iste erat Iudæis virorum catalogum scribere: dices vnde igitur scitur quod Maria fuerit de stirpe Dauid? Respondetur quod ex Luca dicente, quod ascenderunt Ioseph & Maria in Bethlehẽ ut soluerent censem, eo quod essent de tribu & familia Dauid. [virum Maria.] Quæstio, an fuerit inter Ioseph & Mariam matrimonium: ita, quia fuit in eo bonum omne matrimonij, scilicet, proles, scilicet Christus, fides quia nõ fuit inter eos adulterium, & sacramentum, quia indiuisibilis fuit animarum coniunctio: sed dices. Si virgo habuit votum, igitur nõ nupsit, & si nupsit, igitur cõ

tur cõsensit in copulã. Respondetur, quod virgo habuit propositum seruandæ castitatis, nisi Dominus aliter ordinaret, & ita cõsensit directè in matrimonium, indirectè verò in copulã, si Dominus ordinasset. [de qua natus est Iesus.] Non ergo natus est ex Ioseph, alioqui dixisset, de quo natus est Iesus, & quia dictio, de, significat cõsubstãtialitatẽ, fit ut Christi habuerit verum corpus carnis, & nõ ex cælo sumptum ut mētiebatur Valentinus. Si enim corpus Christi fuisset è cælo, & per virginẽ ut per canalem trãssisset, nõ diceretur, de qua natus est: sed per quã transiit. [omnes generationes. 14.] primus quaterdenarius significat tẽpus ante legẽ. Secundus, tẽpus in lege. Tertius, tẽpus gratiæ, quia in eo nascitur Christus, & (14.) cõuenit mysterio, nõ. 10. significat veteris test. quod in. 10. mãdatis cõprehenditur, sed. 4. significat nouum test. quod per. 4. Euangelia distinguitur. Porro, tres quaterdenarij fidẽ trinitatis designant, significantur ergo, quod per vetus & nouum testamentum, & fidem Trinitatis deuenitur ad Christum.

Simon Cass. libro. 1. cap. 5. Christi generatio triplex est, æterna ex patre, tẽporalis ex carne, sacramentalis de sacramentis, hanc tertiam deducit Lucas, & ideo post baptismum eius generationem recensuit, ascendendo vsque ad Deum, quia per sacramenta ad Deum ascendimus. Hugo. [Iudas genuit phares.] Iudas est confessio, Thamar amaritudo, Phares diuisio, igitur confessio ex cordis amaritudine diuisio gignit animam à vicij. [Naasun serpentinus.] Significat Christum, cuius figura fuit æneus serpens, serpens per mortalitatẽ, æneus per diuinitatis immortalitatem. [salmon.] Id est, sensibilis significat Christum, qui cum lucẽ habitaret inaccessibilem, sensibilis pro nobis factus est. [Booz de Raab.] Nota primũ Booz genuisse alterum Booz, & hic tertium, de quibus habes Iosue. 6. sed Matthæus vnũ tantum expressit. [David.] Manu fortis significat Christum qui Goliath gigantẽ occidit. diabolum. [virum Maria.] Igitur de eadẽ tribu est cum Maria, quia nu. 36. habetur omnes viri ducant vxores, & de tribu & de cognatione sua: & cunctæ fœminæ maritos de eadẽ tribu recipiant: ut hæreditas per maneat in familijs, sed cõtra quia Dauid de tribu Iuda nupsit Micholi, de tribu Benjamin, respondetur, quod illa solæ filia prohibebant extra tribum suam nubere, ad quas hæreditas pertinebat. Iam quia virgo non habuit alios fratres, igitur fors & hæreditas paterna, virginis erat, & ita non potuit extra tribum

suam nubere.

Caietan. [Iaac.] Non meminit Ismaelis, quia dictum fuit, in Isaac vocabitur tibi semine. [Iacob.] Reiecit Esau, quia illum odio habuit Deus, Malach. 1. [Iudam.] Dicitur enim est, sed elegit tribum Iuda. Psalm. 78. [Phares & Zaram.] Meminit eorum fratrum, qui in cultu Domini permãserunt. [de Thamar.] Huius incestus meminit, ut notaret, quod inter alias vilitates, hanc etiã Christus non exhorruit, sicut nec etiam exhorruit Raab & Ruth gentiles, per quas duas omnes reliquæ gentiles nationes cõprehenduntur, quia omnes gentes aut erant exterminandæ aut tolerandæ à Iudæis, ergo per Raab Cananeam, intelliguntur gentes exterminandæ: Cananeos enim iussit Dominus exterminare, at Moabitas ex quibus erat Ruth, iussit tolerare, Deute. 2. [Dauid regem.] Fuit hic primus rex ex genealogia Christi. [Ieconia & fratres in transmigratione.] Id est, qui Ieconias cum fratribus interfuerunt transmigrationi, eorum enim tẽpore facta transmigration nõ est. [Ieconias ge. sala.] Nõ est hic Ieconias, ille qui fuit finis secundi quaterdenarij, quia prior ille Ieconias filius Iosie regis, occisus est extraportas Ierusalẽ, & sepultura asini sepultus. Iere. 22. Cui Ieconias filius in regnum successit, sed quæstio est, cum dictum sit quod de Ieconia nõ nasceretur rex: cur Christus rex ex eo nascitur? responsio, nascitur rex Christi nõ secundum regnum tẽporale sed secundum regnum æternum. [Zorobabel.] De quo habetur. 1. Esdre. 5. & non ille de quo homo. 1. Paralip. 3. hic enim non fuit filius Salatiel, sed fratris eius. [virum Maria.] Quorum igitur de Ioseph genealogia textitur? primo quia Christus officio erat filius Ioseph, siquidem inter eum & virginẽ legitimum matrimonium fuit, & hac ratione tollitur excusatio Iudæorum, poterant enim excusare & rejicere Christum, si non crederent filium esse Iosephi, qui fuit ex familia Dauid, noluit verò genealogiam virginis texere, ne duplicem genealogiam recenseret Iosephi, scilicet, & Mariæ. [omnes generationes.] Quia Matthæus voluit describere reges vnde ortus est Christus, necessariò meminit patrum qui ante reges fuerunt, & patrum qui post reges, & ideo meminit Dauid Regis, & transmigrationis. Porro asserit. 14. esse generationes, ne quis putaret eum fuisse in recensendo neglegentẽ, sed quod si quid omisit, cõsultè omisit.

Christianus Druth. [Abraham gen. Iaac.] Abraham qui filium immolauit, typus fuit Dei patris, qui Christum pro nobis tradidit: li

Genesi. 22.

cet eius diuinitas passa nõ fuerit, sed sola humanitas, quæ aries fuit, inter spinas passionis harenis. [De Thamar.] Peccatrix recedetur, ne quis de venia desperet, licet nec Thamar admodum videatur reprehendenda: siquidem de siderio filiorum tenebatur, sicut & reliquæ, quæ optabāt tunc filios, vt vacuum mundum impleret, & cupiebāt de se populos nasci & regna. [Dauid.] Typus fuit Christi: proditus ille à cõsiliario suo, ita Christus à Iuda, eiectus ille regno à filio suo: ita Christus à populo Iudæo. [Salomon.] Typus Christi, illius enim tempore pax multa fuit, & ædificauit ille tēplū, ita per Christum pax, & per Christum tēplū caeleste edificatur. [Roboam.] Dicitur latitudo populi per antiphrasin, siquidem eius tempore populus Iudæus diuisus est, & eius regnum coangustatum. [Ioram, Oziam.] Dimisit tres reges, quia propositum ei fuerat. 42. generationes recensere, per quas ad Christum ventum est: sicut & filij Israel per 42. mansiones ad terram promissionis venerunt, at Lucas recēfuit. 50. generationes, quia per 50. annos veniebatur ad Iubileum, imo vero Lucas integras posuit. 72. generationes, (toride fuere linguæ, in quas diuisus est orbis) vt significaretur omnes linguas in Christum credituras, & vniendas, & sicut Lucas à Christo ad Adam nullam generationem prætermisit: ita significauit nullum peccatum esse, quod in Christo non remittatur. At Matthæus. 42. generationes posuit significans labores huius vitæ, significatos per. 42. mansiones patrū in heremo. [de qua natus est Christus.] Ergo catena hæc generationum habes in fine Christum, quo deuictus est diabolus, similis est logæ cordæ, in cuius fine hamus est, quo strangulantur pisces.

Glossa ordi. [Iudam & fratres.] In horum semine velut intrauit Christus in Aegyptum, & diabolus præfagiens suum interitum, optabat Christum interimere, quando procurabat masculos Iudæorum occidere. [De Raab.] Quæ sola saluatur, pereunte Iericho. 7. muris vallata. Iericho mundum designat septem vicij vallatum: sed per. 7. donorum Spiritus sancti prædicationem Iericho corruit. Iam hinc Christiani discant quod sibi peccata suorum patrum non obsunt, vnde agnus paschalis iubetur sumi de ouibus & capris, id est, de iustis & peccatoribus. [Iesse.] Ex hac radice prodijt virga, ex qua flos, quem Isaac odorans dicit, odor filij mei, sicut odor agri, cui dominus plenissime benedixit. [Vrie.] Vrias noluit intrare in domum, sed iacuit in tabernaculo, tulitque secum

Isaia. 11.

Genesi. 17.

literas mortis suæ: significat populum Iudæum, qui intra spiritalem legis intellectum non intrat: sed mandatis literalibus acceptis, literas habet, quibus dānetur. [Ieconias.] Testatur Isidorus, quod vera historia duos Iechonias habeat, non vnum solum. [Zorobabel.] Reliquos patres non recēset historia: sed viri quidam Nazarei, dicti Heriles, rerum istarum notitiam seruabant. [Virum Mariæ.] Habent igitur coniugati exemplum in Maria, vt cõtineant. [generationes. 42.] Tota hæc vita quatuor temporum cursu peragitur, quæ regi debet decem mandatis Dei: vt per numerum quadragenarium veniamus ad Christum in caelo. Sed eis oportet addere binarium, vt fiant. 42. quia per binarium testamenti vtriusque; vita nostra regi debet, ne erremus: aut certe, bina charitas Dei & proximi designatur, Lyra, Booz de Raab, non cõsentit. Lyra. Hieronymo dicenti, mentionem harum iniquarum, & non bonarum foeminarum factam, vt ostendatur Christus saluator peccatorum, hæc ait, sententia non placet, tum, quia si tres reges ei ieiuntur de catalogo quia peccatores fuerunt, pariter erant foeminae in alæ reijciendæ. Itē in hoc catalogo virgo sacra textitur, ergo bonæ etiā foeminae textuntur. Item non reprehendit scriptura has foeminas, imo potius laudat, certè Raab laudatur, Hebræ. ii. & Ruth laudatur Ruth. 3. vbi dicitur benedicta es filia à Domino &c. Causa autē cur nominantur fuit, quia hæc foeminae accidentaliter viris suis nupserunt: quæ autē principaliter nupsere non recensentur: sat enim recensentur in virorum suorum recensione. [Aminadab.] Hic fuit primus qui ausus est cum familia sua ingredi rubrum mare, & ideo tribus Iuda obtinere meruit regiam dignitatem, vnde locus ille Canti. 6. anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab, habet sensum hunc, anima nostra cepit admirari, dum quadrigas Aminadab videt mare rubrum ingredi. [Booz.] Tres fuerunt Boozes, & tertius genuit Obeth. [Dauid regem.] Solus hic vocatur rex, quia primus electus est iuxta beneplacitum domini, & quia excellentiss. rex fuit. [Abiud.] Iam omnis historia cessat, at vel Matthæus habuit hanc genealogiam à cariosis, aut per reuelationem.

Sunt alij inter quos Ioannes Trejo, Erasmus, & alij, qui facile hanc difficultatem inter Lucam & Matthæum expediunt, dicentes, Matthæum recēfuisse generationem Iosephi, qui fuit pater legalis & putatiuus Christi, at Lucas recēfuit generationem Virginis sacre, quæ fuit vera Christi mater, tollitur ergo omnis questio. Dices, imo manet questio, siquidem Lucas dicit, Christus, vt

puta-

putabatur filius Iosephi, qui fuit Heli, igitur Lucas generationem Iosephi ab Heli commemorat. Respondent, quod Ioseph dicitur filius Heli, quia gener eius fuit, ipse enim quem Heli Lucas nominat nos Ioakim patrem virginis nominamus. Igitur Ioakim verus pater Mariæ, pater dicitur Iosephi generis sui.

Demum alij sunt inter quos Ioannes Anius, Ioannes Galatinus, Ioannes Lucidus, qui ex Autoritate illustri Philonis Hebræi, asserant multum hæcenus erratum fuisse in his tendendis genealogijs, sed quod veritas hæc sit. Mandauit Dauid regnum Salomoni, eiusque successoribus, at si Salomonis posteritas deficeret, regnum deuolueretur posteris Nathan, qui fuit frater Salomonis, & neque sacerdos neque propheta, nec enim erat ex genere Leui vt sacerdos esset. Igitur cum defuncto Ochozia, omnis Salomonis posteritas perijisset, (quia eam Athalia Ochozie mater extinxit) ex decreto Dauid, regnum datum est Azarie, qui & Ioas dictus est, qui licet filius dicatur Ochozie, sed reuera erat filius Iuda, & hic ipse Ioas est quem Lucas Simeonem vocat filium Iude, qui. [Iuda fuit Ioseph, qui fuit Iona.] &c. Huius Azarie, filius fuit Amasias, quem Lucas nominat Leui, cuius filius fuit quem Matthæus Oziam, Lucas Mathath nominat. Lineæ igitur Lucæ & Matthæi concurrunt in hoc Mathath, siue Ozia. A quo vsque ad Zorobabelem iudæi omnino sunt ij quos Lucas & quos Matthæus recēset licet varijs nominibus: sicut reuera omnes illi binomij & trinomij erant teste Philone. Iam ex Zorobabelem vsque ad Ioseph virum Mariæ, diuisa linea est, alijque sunt patres à Luca, & à Matthæo recensiti. Patres enim, quos enumerat Matthæus naturales sunt Patres Iosephi. Porro patres quos tradit Lucas reuera sunt Patres naturales Ioachim, parentis sacre virginis, qui ipse vocatus est Heli, qui dicitur pater Iosephi, de more vulgato, quo gener sui foci filius dicitur. Porro Ioachim vocatum fuisse Heli, habetur ex antiqua traditione Hebræi Rabini qui Hacados dictus est. Igitur à Ioseph sponso virginis ad Zorobabelem viri quos Lucas & Matthæus recēset diuersi sunt, in Zorobabelem concurrunt, & iidem sunt penitus viri quos Lucas numerat & Matthæus, vsque ad Oziam. Inde rursus Matthæus & Lucas viros diuersos tradunt.

Cum esset desponsata mater.

D. Hiero. quare non de simplici virgine, sed desponsata Christus concipitur? primum vt

per generationem Iosephi origo Mariæ motretur. Secundò ne lapidaretur Maria à Iudæis vt adultera. Tertiò vt fugiens in Aegyptum haberet solatiū. Quarto (quod attulit Ignatius) vt partus eius lateret diabolū, dum eum putat non de virgine genitū. [inuenta est in vtero habens.] Planè non ab alio inuenta quàm à Ioseph, qui licet à maritali vxoris omnia nouerat, quod autē dicit. [antequam conuenerent.] Non sequitur, vt postea conuenerint, sed scriptura, quod factum non sit ostendit. [cum esset vir iustus.] Cum criminis conscij obnoxij peccati sint, quomodo iustus Ioseph dicitur, cum crimine calaret vxoris? Sed hoc est testimoniū Mariæ, quod Ioseph eius castitatem sciens, & quid euenerat admirans, calat filietio, cuius mysteriū nesciebat. [Ioseph filij Dauid.] Blandiēs hic sermo iustitiam filietij cõprobat. [ipse enim saluum faciet.] Iethymologia nominis explicat, Iesus enim Hebraicè est saluator. [ecce virgo in vtero habebit.] Habebit apud Esaiam, in vtero accipiet, videlicet, quia loquebatur de futuro, cum tamen Matthæus loqueretur de presenti, & ita habetur in Psal. Captiuam duxit captiuitatem, accepit dona in hominibus, pro quo Paulus dixit, dedit dona hominibus, quia videlicet, Psalmus de futuro quod accepturus erat Christus dixit, Paulus vero quod iam dederat. [peperit filium primogenitum.] Non est is primo genitus qui habet fratres, sed qui primo nascitur. D. August. sermone. 14. natalis. [cum esset desponsata.] At virgo fuit, vt verè dicere Christus possit, meto quod non feminauit: colligo quod non sparsi, nec enim Maria humano est semine seminata, impleta est in Maria Ezechielis prophetia. Porta hæc quam vi-

Isaia. 9.

Psal. 69.
Ephesi. 4.

Ezech. 44.

Ange-

Angelus Spiritus sanctus faciet ut grauidaris, nullū libidinis æstū sentiens, hæc ignorabat Ioseph, vidēsq; Mariā, gressibus grauioribus, grauidā intelligit, æstuat & secum disputat, heu, heu, vnde cecidit Maria, quē inuenit, quem plus me amaret? ego ante totū nuptiarū, puellarē nō vexaui pudorem, timēs legem per quā moritur vir, qui vestimentū pudoris patri puellæ non detulerit coram testibus. Quid nūc faciam, si prodo adulteram, crudelis sum, si occultauero, illi cōsentio. At licet hoc malū sit, peius est tamen, ut per me fiat homicidiū, cogitabat igitur Ioseph occultē dimittere. Cum hæc de virgine suspicio mala esset in mēte Ioseph. Interim non timeat Maria, Deum suum inuocet, mittit ille Gabrielem, qui ait tolle Ioseph zelotipiam ex Maria, generabit tuum saluatorē, an non intelligis, legem sine graphio scriptā in tabulis Moisaicis, Mariam in deserto nascēs sine semine? virgā Aaronis sine aqua florētem, & nuces clausam producentē. Qui hæc fecit, fecit & virginē sine termine fecundā. Demū quod legisti in Isaia, ecce virgo cōcipiet, vides in Maria. Magnū ergo meritū virginitatis, hæc ab Angelo salutata ab Helisabeth honorata, ab Angelis cum parit collaudata, cū lactat per stellā sit iudicata, & Magorum muneribus honorificata. ¶ Idem in epi. ad Dardanū. [quod in ea natum est.] Licet hīc Christus conceptus in virgine, natus dicatur, at cum Dominus dicit, nisi quis renatus fuerit ex aqua, eum solū natū dicit, qui matre pariēte est ex vtero egressus, alioqui si in vtero baptizetur, prius renatus quā natus diceretur, rectē igitur cū egreditur Dominus de vtero, in Bethlehē tūc natus dicitur, & nō antea. ¶ Idē in Enchiridio ad Lauren. c. 38. 39. licet Christus dicatur natus de Spiritu sancto, nō subinde sequitur, quod filius sit Spiritus sancti: nam & capilli nascūtur de nobis, nec tamen sunt filij nostri. Ergo dicitur natus de Spū sancto id est, factus homo à Spiritu sancto, & cū Spiritum sanctū nominas, totā trinitatē, cuius opera sunt indiuisa, intellige. Porro specialiter dicitur natus de Spiritu sancto, quia eius anima, in ipso sui exordio, nullis suis præcedētibus meritis, verbo Dei copulatur in tātā vnitatē personæ, ut homo dicatur & sit Deus, ac sic in naturā humanā susceptione, fieret quodāmodō ipsa gratia illi homini naturalis, ut quæ nullū peccatū possit admittere. Cum igitur Spiritus sanctus donū dicatur & sit, merito hæc gratia Christi

sto donata, per Spiritū sanctū fuerat significāda. ¶ Idem ibi. c. 59. si Angelus apparet in somnis & loquitur cū Ioseph more somniorū, indicat Angelos carere corporibus, ut carēt, quæ nobis somniātibus, nobis colloquuntur, sed tūc difficilis est quæstio, si in corpore angeli sunt, quomodo habēt pedes, quos sancti lauerūt? quomodo cum Angelo luctatur Iacob? ¶ Idē libro de nuptijs ad Valeriū ca. ii. Quibus placuit ex consensu à coitu abstinerere, absit ut inter illos vinculū cōiugale rumpatur, imò firmiter erit, quo magis ea pacta secum inierint. Neq; n. falso dixit Angelus Iosepho noli timere accipere Mariā coniugem tuā, quā nec cognouerat, neq; erat cogniturus, & quidē propter hoc fidele coniugū, ambo parētes Christi dici meruerūt, neq; solū illa mater, sed etiam hic pater dicitur est. Lucā. n. 2. dicitur, erant pater eius & mater mirātes, super his quæ dicebātur, & rursum, ibant parētes eius secūdū cōsuetudinē diei festi, & item, pater tuus & ego dolentes quæreba. omne ergo bonū nuptiarū in illis fuit, proles, Dominus Iesus: fides, quia non adulteriū: sacramentū quia nullū ibi fuit diuortii. ¶ Idē lib. 5. cōtra Iulia. Pelagia. c. 9. dicit. Si non vera coniux Iosephi Maria dicatur, sed quod sola vulgi opinione coniux erat, cur ergo Angelus Iosepho dicit, noli timere accipere coniugem tuam?

D. Ambro. li. 2. in Lucā. c. 1. dicit, despōsata fuit virgo ne adultera putaretur, & maluit Dominus aliquos, de sui ortu, quā de matris pudore dubitare, nec putauit ortus sui fidē, matris iniurijs astruendā, oportet enim sanctos ab ijs etiā qui foris sunt, testimoniū habere, nec decebat virginibus opinione viuētibus, vel amē excusationis relinqui, quod in famata mater quoq; Domini videretur, nec decebat Christū, qui venerat legē adimplere, à legis iniuria incipere, qua in nuptæ partus dānātur. Itē despōsatur virgo, ut mysteriū lateret diabolū, nam si cognouisset, nunquā Dominū gloriæ crucifixisset. Porro virginē fuisse Mariā testatur Lucas, nomen virginis Maria, testatur Ioseph, qui sciēs se non cōuenisse cum Mariā, querebat occultē pregnantē dimittere, testatur Dominus in cruce, mulier ecce filius tuus: testatur & Ioānes, qui ex illa hora accepit virginē in suā, at non recepisset nuptā & cognitā à Ioseph, si quidem Dominus non patitur diuortium fieri nisi ex causa fornicationis. [donec peperit filium.] Idioma scripturæ est, sicut illud, donec fenescatis Deus ego sum, at post senium

Psal. 109. senium non desijt Deus esse, & illud, donec ponam inimicos tuos, at non desinet federe aliquando. ¶ Et nota, Maria est despōsata, sed virgo: ita ecclesia immaculata est, licet nupta, concipit nos de spiritu & de spiritu parit, & Maria alteri nubit, sed ab alio repletur, ita ecclesia, licet nubat temporaliter sacerdoti, repletur tamen à Deo.

D. Grego. li. 8. Moral. c. 40. probat, quod do nec peperit filiū, nō inferat, post partum filiū, cognitam Mariam, ex illo, nō proijciat Deus simplicem, nec porriget manū malignis, donec impleatur os tuum risu, & labia tua iubilo, certē, cū plena fuerint labia risu, non porriget Deus malignis manum.

D. Chryso. Homi. 4. [Christi generatio sic erat.] Ad monuerat Matthæus lectōrē generationes Christi cōputando, Christum eum esse, de quo Danielis loquuntur hebdomada: tēpus si quidē cōuenit, & illū de quo Iacob dicit, non auferetur sceptrū & c. [mater Iesu Maria.] Non dicit virgo, sed mater Iesu, sensim alliciens ad maiora. [priusquam conuenerent.] Non dicit, antequā ad sponsi domū adduceretur, iam enim in tus erat, hic enim erat antiquus mos ut sponsa in sponsum domibus haberetur, igitur sic habitauit Maria cū Ioseph, sicut generi Loth habitabant cum socero suo. Porro despōsatur virgo, ut suę integritatis testē haberet, si enim Ioseph nō nosset de Spiritu sancto Christum cōceptum, cum iustus esset, Mariam abiecisset. [inuenta est.] Præter spem, scilicet, & expectationē suam. [habens de Spiritu sancto.] Hoc vnico verbo & Matthæus & Angelus claudunt ora inuestigatiū, quomodo Christus cōceptus, formatus, auctus, natus? sat tibi est, quod spiritus hoc fecit, noli ultra perscrutari. Iam si quæris, quomodo credā, non ex virili semine Christum ortū? respōdet Matthæus testimonio Ioseph, si nō credis Euangelistæ, crede marito. [cum esset vir iustus.] Id est bonus, est enim mos scripturæ eum iustum nominare qui omnibus bonis cumulatus sit, & certē sat erat Ioseph iustus, qui zelo suo (affectui tam impotētī) ita potuit impetare, ut nec punire coniugē, nec publicare voluerit, dicitur enim Prouerb. 6. plenus est zelo furor eius & c. At Ioseph, nō solū ex suspicione, sed etiā ex euidētia tumentis veteri, noluit virginē inferre tristitiā, & quidē sicut ante solis exortū, radij lucis orbem illustrāt, ita ante ortū Christi, iam Euāgelij gratia fulget. Euāgelij enim est, & supra legē, quod Ioseph legi non obediat punienti, sed

gratiæ parcētī. ¶ Sed cur virgo ipsa cruciatui Ioseph nō succurrit? certē quia nō crederet v xori suspectæ. Cur vero Angelus nō prius hæc reuelat Iosepho, ne crucietur? certē ne forsam dubitaret de re futura, sicut Zacharias, rebus enim iam factis adhibetur magis fides. Cur vero Angelus nō ita post conceptū filium virginem admonet? Sanē quia si virgo se pregnāte vident, nec vnde id esse nollet, ut honestatis amans, ad gladiū vel suspendiū properaret. Virgo enim quæ nō cōtinuō te in gaudiū relaxauit, cum ab Angelo salutatur, sed de pudore suo trepida rogat, certē moerore exanimaretur, si se grauidā ignoranter agnosceret, & quidem oportebat ab omni tumultu timoris virginē esse securā quæ in se Deū esset conceptura. [hæc cogitante.] Nō igitur retexit æstus suos virpius cōiugi suspectæ, ut nec ita eam contritaret. [in somnis.] Sat enim erat viro tam sancto hæc reuelatio, nec erat aperta visio necessaria. Dicens, cur ergo virgini Gabriel manifestus apparuit? quia restāta & tam noua hæc erat, ut aperta visione egeret, & quidem Ioseph poterat nosse reuelationem sibi factā à Deo esse, si quidem Ioseph nulli nisi Deo cogitationes suas exposuerat. [Ioseph filij David.] Davidē nominat, quia ei promissio de Christo facta fuerat. [noli timere.] Igitur timebat Deū Ioseph, ne forte peccatū admitteret, si adulteram Mariam retineret. [accipere Mariam.] Id est domi retinere, iam enim eam ille mente dimiserat, sed Dei imperio iubetur recipere: ita enim cōmendatur nūc spōso, sicut postea in cruce Ioāni cōmendatur. [quod in ea natum est.] Ideo Ioseph rem tam nouā credidit, quia Angelus ei omnia quæ in corde habuit, iam reuelauerat. [vocabis nomen eius.] Nō enim quia à Spiritu sancto est, iccirco te à ministerio tātæ dispensationis extraneū existimes, quanquam enim nihil hic paternum habeas, id tamen quod parētibus propriū est, (modo ne virginis obfuscet dignitatē) totū tibi cōcedo, nomē illi impones, illi te ex nominis impositione cōiungo. [pariet filium.] Non tibi, sed orbi toti, est enim hic filius mirabilis, cuius nomē tibi per Angelum, & à Deo missum est. [saluum faciet populum suum.] Cur non dixit, saluos faciet omnes populos? ne forte aliquid dubij conciperet Ioseph, & etiā quia populus Christi, sunt omnes credentes, & hac ratione filium Dei docet esse, eū qui nascitur, quis enim nisi Deus saluare potest à peccatis? ¶ Idem homili. 5. quia Mattheus

Deuter. 22.

Isaie. 8.

Lucā. 2.

Iob. 8.
Daniel. 9.
Genesi. 49.

Genesi. 19.

1. Timo. 2.

1. Corin. 2.

Lucā. 1.

thzus

thæus dixerat rem vnâ pelagus omniû bonorû & inestimabilē Dei misericordiâ comprehendē, addit prophetiæ pondus dicēs, ne putes hoc nunc placuisse, iam antea erat decretû: totû enim factû est vt propheta impleretur, &c. Vt etiâ si Ioseph angelo nō crederet, crederet Deo per Isaiâ loquenti. [Vocabitur Emanuel.] Vocabitur à populis, tu vocabis eû Iesum, sed Emanuel à populis, vidētibus Deû inter homines versari, & si huic rei Iudæi repugnent, dicant nobis quomodo vocabitur Messias, accelera, spolia detrahe &c. Et dicat qñ vocata est Hierusalē, ciuitas iustitiæ, ergo euentus rei ponitur nominis loco. Quod si adhuc contēdant apud Isaiâ non virginē, sed adulescēt alâ haberi, nos dicemus, primû quod septuaginta interpretes, quorû debet esse maior auctoritas, virginē transtulerūt. Secundo quod etiâ Hebræis adulescētula virgo est, vt Deuter. 22. si proclamauerit adulescentula. i. virgo. Tertio si solû puellâ in vtero habere dicat Isaiâs, & nō virginē, quod quæso id signum erit? Si quidē signû omniû rerum ordinē excedere debet. [fecit.] Sicut præcepit ei Angelus, vides viri obedientiâ. [donec.] At nec postea cognouit, vt Genesi. 8. non est reuersus coruus donec siccaretur aqua, & Psalmi. 71. orietur in diebus eius multitudo pacis, donec auferatur Luna. Certè si ante partû non cognouit, quomodo post talē partû erat cogniturus? Author in nomi. Homili. 1. Christus nascitur de virgine, ne vilis nasceretur quâ Christiani, qui ex ecclesiavirgine nascuntur, & virgo sacra erat desponsata fabro carpentario, quia Christus salutē orbis per lignû erat factururus. Concipitur autē Dominus in domo Ioseph, vt eius esset sine suspitione cōceptio, alioqui erant dicturi Iudæi, Iesum filiû esse meretricis, & cōcipitur de virgine, ne incorruptibilis ex corruptione nasceretur, nos qui peccamus, ex peccato nascimur iuxta Dauidē, in peccatis cōcepit me mater mea ideo nihil mirû si peccē. [antequam conuenirent.] Quia cōcubitus inuentus est propter necessitatē, non propter iustitiâ, sicut olim licuit sorores ducere in ortu mûdi: & licuit multas vxores habere: ita & licet nûc per indulgētâ coire, dummodo libido non egrediatur terminos suos. i. ne extra connubium, at quod vult Dominus nō est coitus, sed castimonia & puritas vitæ. [inuenta est in vtero.] Inuenta est à Ioseph, qui tamē sciebat eam nō esse comestricē, nō vinolentâ, nō turpia cantatem, nō oculos vagos habentē,

possibilius ergo credebat, Mariâ sine viro cōcepisse, quâ peccare potuisse, rursus putabat, Deû qui Sarâ iam aridâ voluit impregnari, potuisse sine viro Mariâ esse pregnantem, nâ nō est solus vir qui cōcūdat, alioqui cū vellet fæcundare posset, Deus est qui fæcūditatē præstat. [angelus apparuit.] Propter tres causas apparuit, primo ne iustus homo, quid iniustû ex proposito iusto faceret. Secundo ne vel leue opprobriû Maria sustineret, à Ioseph relicta. Tertio vt deinceps à Maria caueret, ne eâ tangeret. [de spiritu sancto est.] Spûs sanctus hic sumi poterit pro filio Dei, vt alibi, cū dicit, spiritus est qui viuificat, ergo sensus est, ne putes semen viri intrasse in Mariâ, minimè, sed pro semine, ipsa verbi intrauit Diuinitas. Iam intellige, sicut Eua sola seducta est: ita sola Maria credidit, Adam nihil habuit in seductione, Ioseph nihil habuit in cōceptione. Adâ quia consensit seductioni dānatur, Ioseph cōsentiens reuelationi saluatur. [ecce virgo.] Duplex est propheta, altera ex præscientia Dei, quæ adminiculo humano non eget, & hæc semper impletur, altera est ex iudicio operum, quæ ex hominû pendet ministerio, & hæc non semper, vt sonat impletur, vt illud, ad huc. 40. dies & Niniue subuer. iam propheta hæc de virgine paritura, prioris generis est. [non cognouit eam donec peperit.] Sanè antequâ pareret, nō cognoscebat eius valorem: at post partû agnouit, quia post partum speciosior & dignior facta est, quâ mundus, maximè stella & Magis maiestatem Marię iudicātib. [donec.] Non infert eam postea cognitâ, sicut & illud, oportet illû regnare donec ponat &c. Et attende lectioni donec venio. i. Timo. 4. & ita dicimus, donec viuo non tecum loquar. [primogenitum.] Dicitur primogenitus, licet fratres non habeat, vt Exo. 4. primogenitus meus Israël.

Euthymius. [quod in ea natum est.] Ne intelligas paulatim seminis modo Christum formatû, sed repente quātû ad formationē natum est. [ipse saluum facient.] Ergo Deus est, cuius est a peccatis seruare. Reliqua vt Chrysolto. sed in calce adiecit, nescio quis, primogenitû quatuor modis accipi. Primò pro maiori inter reliquos, vt Rubem primogenitus. Secundo pro vnigenito, vt hic. Tertio, pro honoratiori, vt ecclesia primogenitorum, in cælis descriptorû. Quarto pro eo qui simpliciter præcelsit, vt primogenitus omnis creaturæ.

Origē. homi. in Matth. 1. sicut quondam Exod. 3. rubus

rubus ardebat, sed ignis eum non tangebat, & sicut tres pueri erant in camino, & tamen non vrebantur. & Danieli allatum est prandium ab Abacuch, cum esset clausus in lacu leonum: ita hæc virgo mater facta est, sed intacta, & sicut vox quâ multi audiunt, non diuiditur in audientibus: ita & verbum non diuisum est, sed totum in patre, totû in vtero matris, digna mater digni, vnica vnici. [inuenta est in vtero.] Ab Angelis eam protegētibus. [voluit occulte dimittere.] Quia sacramētû in ea magnificû agnoscebat, cui proximare, se indignum existimabat, sicut Petrus qui dixit, recede à me, & Centurio, dicens non sum dignus vt intres, & Elisabet, vnde hoc mihi, ita & Ioseph, tantam altitudinem Mariæ fugiebat. [David.] Si filius es Dauid & carne & mente, accipe hæreditarietestamētâ illi promissa. [coniugem tuam.] Coniugem audiens ne turberis, ita enim factum est, vt diabolus res hæc lateat, simul q; vt tu eius curam habeas. [populum suum.] De quo dictum est, postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. [ecce virgo.] omnes homines velut dormientes hoc læto nuncio expergeficit, dicens, virgo in vtero, non ex concupiscentia, sed de cælo accipiet ad totius mûdi salutem. [vocabunt Emanuel.] Vocabunt Angeli, cum dicunt, in terra pax hominibus, vocabunt Apostoli, Christum gentibus annunciantes, vocabunt martyres caput gladio pro huius rei confessione obijcientes, vocabit se ipse, nobiscum; Deus, per apostolorum prædicationem, per sui corporis in Eucharistia præsentia, per crucis signaculum, & quidē cum Abraham fuit Deus, at paruo tēporis spacio, quādo. f. vidit Abraham tres & vnum adorauit, fuit & cū Iacob cum eo luctās, at nobiscum fuit. 33. annis, & in sacramēto vsq; ad seculi cōsummationē. D. Hilarius. [non cognouit eam donec.] Id est non recepit eam in coniugem, cum prius solum esset sponsa, donec peperit, post partû non solû sponsæ nomen sed & coniugis accepit. [primogenitum.] Habuit Christus fratres, nō ex virgine, sed ex Iosephi priore cōiugio, alioqui si virgo alios filios habuisset, tempore passionis non fuisset desolata, nec Ioanni commendata: V. Beda, in Lucæ. c. 2. [vocatam est nomen eius Iesus.] Sicut à Christiani, ita à Iesu, id est, saluatore, saluati, nunc spe, per fidem: olim re, per visionē gloriæ, & quidē literæ quibus apud græcos Iesus scribitur, scilicet, *iosous*, valēt numeros. 888. vbi denotatur, quod per Christum re-

surrectio ex morte fit, quæ per 8. significatur, id est, per octauâ, rursus cōtinet numerus dictus, decies octo: quia Christus est qui docuit quomodo decalogus debeat impleri, ad gloriâ resurrectionis assequendâ, demû cōtinet centiēs octo, significans centenariû regni æterni, vnde Abraham centenarius. Isaac. i. rursus parit, id est, foelicitatem æternâ. D. Thomas. [christi generatio sic erat.] Poteest hoc legi, vt referatur ad præcedentia ac si dicat, Christi generatio erat vt dictû est, pōt secundo referri ad sequētia, id est, Christi generatio erat vt dicit. [cum esset despon.] De spōsatur vt celaretur à diabolo, qui nō fuit à Deo permissus: nosse an Maria esset virgo. [mater Iesu.] Id est Dei, vnici hoc priuilegiû virgini cōcessum vt esset mater Dei, id negabat Nestorius, asserens nō debere dici mater Dei, sed hominis: At Ignatius arguit, quæuis mater solâ dat filio carnē, nō animâ rationalē, & nihilominus dicitur mater totius personæ in qua anima & caro vnita est: ita licet virgo dederit carnē Christo, dicitur tamē mater totius suppositi, vbi caro Deo copulatur, ergo Maria mater Dei, ideo dicta est, mulier amicta sole, id est, tota diuinitate repleta. [antequam conuenirent.] Id est, antequâ solē nuptiarû celebrationē secūdû Remigiû, ante nuptias enim nō erat spōsa sub custodia sponsi. [de spiritu sancto.] non de eius substantia, quia Spiritus sanctus nō est pater Christi, sed de virtute Spiritus sancti, cui appropriatur hæc generatio: primo quia Spiritus sancti est amor, hæc autē generatio fuit maximi amoris signû. Sic enim Deus dilexit. Ioan. 3. Secundo quia Spiritui sancto tribuitur gratia: diuisiones enim gratiarum à spû sunt: hæc autē est maxima gratia. Tertio quia licet verbû cordis possit in nobis gigni sine flatu, at verbû oris fieri sine flatu & spiritu nequit, ita & verbû æternû in patre, nō est genitû per spiritû: at cum idē verbû prodijt ad nos, debuit Spiritu sancto prodire, hæc Cōcilium Nicenû. Porro, quatuor causis Christus de virgine nascitur. s. ne peccatû originale cōtraheret, & vt doctor esset castitatis & vt vter matris nulla corruptio ne pollueretur, & quia verbum è corde manat sine corruptione: ita & Christus de virgine. [vir iustus.] Dices, si iustus quomodo tacere crimen volebat? certè quia erat crimen occultum: & ideo non erat publicè arguendum; nec Ioseph probare poterat esse ex adulterio, & secundum Rabanum, Ioseph pius fuit, quia noluit traducere, sed

Isai. 8.

Isai. 1.

Isai. 7.

Daniel. 3. & 14.

Lucæ. 5. Matthæi. 8. Lucæ. 1.

Psalm. 2.

Lucæ. 2.

Gene. 15. Gen. 32.

Ione. 3.

1. Cori. 15.

Psalm. 50.

Apocal. 12.

1. Cor. 15.

sed iustus fuit, quia voluit dimittere, secundum Orige. vir iustus noluit eam traducere, id est, ad se ducere, vt pote quam maiorem suo consortio reputabat [hac autem eo cogi.] nota viri prudentiam, nihil sine deliberatione agit, & rursum, quam tacet, non est sicut multi, qui cogitationes tacere nequeunt, sicut vrbis patens absq; muro, ita vir qui non potest loquendo cohibere spiritum suum.

Prouer. 25. Pſalmo. 9. [ecce Angelus.] Creditur esse Gabriel, vide quam Deus est adiutor in opportunitatibus, sed cur permissus est Ioseph vacillare? certè sicut permissus est thomas dubitare, vt, scilicet, eius testimonij esset credibili?

Ioannis. 21. 1. Corin. 13. [apparuit.] Apparere proprie est Dei vel Angeli. [in somnis.] Quia prophetia datur fidelibus, signum in fidelibus, at reuelatio in somnis prophetia est, nam prophetia proprie fit in somnis. numer. 12. ideo in somnis facta est fidei Iosepho. [Ioseph.] Attentum eum reddit: reuelatio enim Diuina attentionem requirit, vt Ezech. 2. fili hominis, sta super pedes tuos. [noli timere.] Omnis apparitio siue Angeli, siue dæmonis terrorem incutit, sed dæmonis, terrorem non abiicit: at Angeli, post timorem habet consolationem. [quod enim in ea natum est.] Non nominauit eum qui natus fuerat, quia erat ineffabilis: nec nominari valebat, etiam ab ipsis Angelis. [de spiritu sancto est.] Id est, virtutem feminis, spiritus, scilicet, suppleuit. [vocabis.] Nō dicit impones, quia iam nomen impositum erat ab æterno [Isai. 62. vocabitur tibi nomen nouum, quod os Dominus nominauit. [populum suum.] Genus, scilicet, electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis &c. [virgo concipiet.] Egredietur enim virga de radice Iesse, & flos de radice, si flos, ergo in nullo est læsa virginitas. [Emanuel.] Idem est Emanuel q̄ Iesus, siue saluator: est enim nobiscum Deus, primo per naturæ assumptionem, secundo per naturæ conformitatem: quia in similitudinem hominum est factus: tertio, per corporalem præsentiam, in terris enim visus est, quarto per spiritualem conuersionem, ego enim vobiscum sum &c. [nobiscum Deus.] Verba videntur interpretis, & non Matthæi, aut Isaiæ. [fecit sicut præcepit.] Nota de obedientia, ad quam quatuor requiruntur: Primo vt surgat a somno vitiorum: nolite enim serere super spinas, & surge qui dormis. Secundo debet esse festina. Eccle. 5. ne differas de die in diem. Tertio vt fiat sicut præcipitur Colo. 3. obedite parentibus per omnia. 4. quod obe-

diatur, in quibus, & cui oportet. f. Deo, dicit enim sicut præcepit ei Angelus, bonus, scilicet, non malus. [non cognoscebat eam.] Quia si Moses ex colloquio Dei tantam habuit claritatem, quod videri de facie non poterat, quanto magis virgo Deo plena, tam erat splendens vt non videretur? Simon Casia. lib. 2. c. 16. [antequam conuenirent.] In habitatione cōmuni. [inuenta est.] A Iosepho, qui ex sponso tranſiuit in testem: quis enim eo dignior alius? [cum esset vir iustus.] Iustus ex lege: ex bona voluntate: ex bona operatione. [noluit traducere.] In re tam dubia suspen debet iudicium, nec pro certo asserere volebat quod illi certum non erat, sancta enim puritas, non aliqua sinistra suspicio virum agitabat, alioqui si tantus vir, de tali sponsa sinistrè suspicaretur, quomodo iustus esse posset? & ideo Dominus adcurrit eius perplexitati, Angelum illi mittens, alias non legimus, iniquis hominibus, & malè suspicibus Deū Angelos misisse. [in somnis.] Spiritui Ioseph in extasi facto Angelus appareret. [quod in ea natum est.] Nondum natum erat. Sed illa mirabilis conceptio, alijs ex semine conceptionibus collata, natiuitas dicitur. [saluum faciet pop.] Qui non fuerint de populo eius, non seruabuntur, horrendè id quidem, sed iustè, at quis populus? nisi circumciscus, sed spūaliter, Quis populus? nisi flagellatus, quia flagello eruditur, qui Dei est, igitur populus Dei est, qui dimisit spiritualementem obsecram Egyptum, spiritualementem Pharaonem, opus laterū, id est, opus quod ignis solidat auaritiæ, & demū qui omnia illa quæ antiquus ille populus corporaliter fecit, hic spiritualiter gerit: is deniq; qui prompto animo mādāta Dei seruat: omnia enim illis cōtingebāt in figura. [a peccatis eorum.] primo enim peccata mundat, non mundatorum merito, mox in cælum inducit. [hoc totum factum est.] Non hæc facta sunt propter prophetias, imo vero prophetiæ propter hæc præmissæ sunt. [nobiscum Deus.] Iā Christus nobiscum, conandum nobis vt simus cum illo, voluit ille socius noster esse, velimus & nos socij eius esse: dices, quo modo socius ero? certe qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. [non cognouit eam.] Quia licet esset pulcherrima, nemo tamen potuit eam in honestè concupiscere. Hugo: erat mos, q̄ ante communem cohabitationem, esset sponsa sub custodia mariti, à quo frequēter inuisebatur, donec solennia nuptiarum celebrarentur. Causa vero vir

cur virgo desponsatur, est, vt status virginū, & nuptiarū approbaretur. Et nota quod ante salutationem virginis ab Angelo, virgo desponsata erat de presenti, missus est enim Angelus ad Mariam desponsatam Ioseph, qui diligenter eam custodiens, grauidam inuenit. [in somnis.] Quodam enim modo dormit animus, cum in ambiguo est. [Ioseph.] notū & familiarem se illi ostendit. [noli timere.] Verbum hoc dictum est quater, Zachariæ, Mariæ, Ioseph, Pastoribus. [in ea natum est.] Nasci in ea, est cōcipi, nasci de ea. [in lucē pro dire.] [vocabis.] Præfigurata est hæc locutio, quando Iosepho imponitur nomen hoc, Saluator mundi. [populum suum.] Id est prædestinatos, quos vocat, iustificat, saluat. [hoc totū] Vt Maria desponsatur, vt custodiatur, vt inueniatur habens in vtero, sine semine, totū hoc erat prædictū à Prophetis, vt igitur Prophetia impleatur, hoc factum est. Vel dicit cōsequentionem, vt illud pistor patibulo suspensus est, vt veritas cōiectoris probaretur, [nobiscum Deus.] Per naturam, præsentia, gratiam.

Lucæ. 1. 2.

Genes. 41. Roma. 8.

Genes. 40.

Caietanus [desponsata.] Per verba de præsentia: ita vt sine nota potuisset Ioseph consummare matrimonium: alioqui, non bene esset consultum famæ virginis, quæ grauida inuenta est. Et desponsatur virgo, ne Iesus nascens ex innupta, spurius haberetur. [antequam conuenirent.] Ad copulam. Sed non infertur q̄ postea copula fuerit, dicimus enim iudex occidit illum antequam causam cognosceret, & medicus interfecit ante morbi cognitionē, nec sequitur postea aut causa, aut morbus cognitus. [in vtero habens.] Videtur ad literam inuenta post tres menses, quando reuersa est Maria ab Elisabet, post quos solet vterus grauidus tumere. [iustus.] Vir rectus animo. [noluit traducere.] Id est vituperare, accusando eam, vt exemplum alijs esset, traducere enim Græcè est exēplificare. [hac cogitante] Tunc enim solum fuit necessaria reuelatio, cum periculum dimissionis imminerebatur virginis, & curarū Iosepho. [Angelus apparuit.] Certificans quod Angelus esset, & videtur hæc apparitio maior omnibus alijs factis in testam. vet. quia in illis aliqua ignoratio aut dubitatio intercessit: hic verò nulla. [coniugem tuam.] Dices quomodo virgo fuit Maria, si tradidit Iosepho potestatem sui corporis? respondetur. Non tradidit consensum in actū copulæ, sed in solā potētia, at copula in potētia, copula non est. [quod in ea natū est.] Ergo verè Maria naturali opere genuit Christum

& naturalis est eius mater, Christus ergo ex matre opus naturæ est: at ex Spiritu sancto miraculum est. [pariet.] per genitalia membra, vt alij matres. [nobiscum Deus.] Ipsemet est Deus nobiscum, condonando peccata. [donec peperit.] Dices, cur Matthæus hanc anſam reliquit hæreticis, sinistrè cogitandi de Maria? Respondetur, Matthæus vnicum id curauit tradere quod Christus ex virgine erat, non curabat Mariæ texere vitam.

Glossa interli. [generatio sic erat.] Non dicit sic facta est, quia apud Patrem perpetuo fuit, [in vtero habens.] Ecce illud nouum, fœminam, scilicet circumdare virum. [a peccatis eorum.] Quæ ex eis sunt. [in vtero habebit.] Ex substantia suæ carnis. [nobiscum Deus.] Verbum caro factum est.

Ieremi. 31.

Ioannis. 1.

Glossa ordina. [generatio sic erat.] Sicut dictum est, quod erat ex Patribus, & sicut dicitur per totum librum, vbi de Christi generatione, quod fuerit diuina, verbis & signis ostēdetur. [cum esset iustus.] Vera virtus est cum pietate iustitia: neutrum sine altero. [hac cogitante.] Ergo in incertis deliberandū diu. [quod in ea natum est.] Quæ nondū nata sunt, Deo iā nata sunt in eius præsciētia. [Iesum.] Angelus & viris, scilicet, Iosepho, & foemina, scilicet, Mariæ, Deum venisse nūciat. [vt adimpleretur.] Prophetia non imponit necessitatem rebus faciendis, sed signum efficiendorum est. [nobiscum Deus.] Quia per seuerat cum his quos saluat.

Lyra. [Antequam conuenirent.] Licet Maria in domo Ioseph iā esset, non erat cognita tamen, quia mos erat iustis illis, ante copulam orationibus vacare. Tob. 8. & Iosepho orationi vacanti, reuelatum est desiderium Mariæ de seruanda virginitate, quo cognito, & ipse Iosephus cum virgine vovuit, quo fit, vt probabiliter Ioseph virgo permaneret. Etenim si Christus moriens virginis Iohanni, virginem matrem comendauit: ita & virginem matrem non nisi virginis sponso copulauit. Voto igitur à Ioseph & virgine emisso, Gabriel venit ad virginem, quæ de Spiritu sancto concepit, & de Iosephi licentia Elisabetham visitauit. Postque eius reditum grauidā, Iosephus aspiciens cepit de eius pudore dubitare. [clam dimittere.] Quia si manifestè dimittere vellet, responde re nō posset inquiringibus diuortij causas. [hac eo cog.] Cur virgo non reuelauit mysterium? quia credidit Dominum qui Elisabethæ reuelauerat, etiam Iosepho reuelaturū. [in somnis.] Cum animus per sensus exteriorum.

To. primus. B res,

res, non est distractus. [de Spiritu sancto est.] Id est miraculum est, non adulterium. [hoc totum.] Verba sunt Matthæi. [nobiscum Deus.] Certè prius erat Deus in mundo per essentiã præsentiam potètiã, & erat in sanctis Patribus per gratiam. Si igitur Deus promittitur specialiter futurus cum hominibus, non restat alius specialis modus, quàm per vnionẽ personalem. [Exurgens.] Vt certus iam de reuelatione. [donec peperit.] Nõ sequitur quòd post partum eam cognouerit, alioqui si cognouit, & Maria fuisset Deo in gratissimã, tãto filio non contenta: & Ioseph sceleratissimus, qui Mariam auderet violare.

Druthmarus. [Antequam conuenirẽt.] Erat vsus gentis Hebrææ, vt qui vxorem deberet accipere, ad templum eam despõsaret, & postea si diues esset, haberet millos suos cū ea: si verò pauper, ipse custodiret simul cum patre & matre, vsq; ad præfinitum tẽpus, hoc tempore inuẽta est a Ioseph, in vtero habẽs, qui pro certo sciebat, quod nullus hominum eo modo iunctus ad eam esset, vt concipere posset. [dimittere eam.] Velut tanto confortio indignus. [Apparuit in somnis.] Triplex est visio, prior per oculos corporis, vt Abrahamã vidit tres, & vnũ adorauit. Altera in corde vt Pharaon videt spicas, & Nabuchodonosor statuam, sed nesciebat somni mysteriũ. Tertia in somno, & corde, quæ est præstantior, vt ex quæ factæ prophetis sunt, & hæc quæ Iosepho visa est. [sicut præcepit ei Angelus.] Cum igitur Iosepho, nec somni interpretẽ, nec consilium super negotio quesierit, patet cum perfectè ab Angelo eruditum.

Dionysius in Matthæum. Christi generatio sic reliqui patres antedicti, geniti sunt cõmuni lege, & virili femine, at Christi generatio singularis fuit, vt dicitur. [habens de spiritu.] Qui ex purissimis virginis sanguinibus corpus Christi formauit, organizauit, & anima rationali decorauit: idq; in instanti à tota trinitate factũ est, sed quia tale opus est clementiæ & bonitatis quæ sunt Spiritui sancto attributa. Ideo de Spiritu sancto dicitur Christus formatus est. [dimittere.] Dicunt alii quod Ioseph post despõsationem cum Maria, ea relicta in parentum domo, ad propriã domũ descēdit, necessaria nuptijs paraturus & in reditu prægnantem inuenit. [natus est.] Non dicit conceptum: quia prima natiuitas prolis est in vtero, & item, quia Christus in vtero fuit vir, quem foemina circūdedit. [saluum faciet.] Sufficienter quidem omnes liberauit. Sanguis enim eius satis est ad omnes

mundandos. At quia sanguinis meritum applicatur per sacramenta, & fidem, & charitatẽ, ideo prædestinatos duntaxat saluos facit.

CAPVT. II.

Cum natus esset Iesus.



Leo. sermo. 1. de Epiph. Noluit Dominus intra Bethlehẽ ortus sui latere primordia, sed mox ab omnibus voluit agnosci, qui dignatus est omnibus nasci. Tribus igitur Magis in Oriente stella noua, & cæteris illustrior apparuit, quæ facile ad se contuentium oculos & animum cõuerteret. Deditq; aspicientibus intellectum, qui præstitit signum, & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniri dedit requisitus. Sequuntur illi superni luminis ductum, & ad agnitionem veritatis, gratiæ splendore ducuntur: sed humano sensu, putant in regia ciuitate esse inueniendum quod requirunt. Sed qui serui formam susceperat, nec iudicare venerat, sed iudicari, Bethlehẽ elegit natiuitati, Hierusalem passioni. At Herodes necem molitur Saluatoris: quam ille foelix foret, si Magorũ imitaretur fidẽ! O cæca tamẽ stultæ emulationis impietas, quæ perturbare putas diuinum tuo furore consilium! Dominus mundi temporale non querit regnum, qui præstat æternum. Mors Christi non est temporis tui, veniet tempus quando à Iudæis occidetur Christus, qui tũc cum volet morietur, sicut cum voluit natus est. At Magi adorant in carne verbum, in infantia sapientiam, & quod corde credunt, muneribus manifestant: offerunt thus Deo, myrrham homini, aurũ regi: sciẽter humanam diuinamq; naturam in vnitate venerantes. ¶ Porro Herodes frustratus, generalẽ sãuitiam in suspectam sibi tendit ætatem. Sed quos ille eximit mũdo, Christus inserit cælo, & quibus nondum sanguinis tribuerat redemptionem, iam martyrij tribuit dignitatem. ¶ Idem sermo. 2. Hoc die cæli enarrant gloriam Dei, & in omnem terram exiuit sonus eorum, quando & Angeli de cælo pastoribus apparent, & Magos ad adorandum præuia stella perduxit, vt à solis ortu vsque ad occasum veri Regis generatio coruscaret: cum rerum fidem, & regna Orientis per Magos discerent, & Roma

num

num imperium non lateret. Huic etiam rei Herodis seruiuit sãuitia, propter quã apud omnes Dominatorem ortum esse celebris fama loquuta est. Tunc etiam Aegyptus Christum recepit. Iam quantas gratias Deo agere debemus pro gentilius illuminatione, clarè ostendit cæcitas Iudæorum, qui cum Herodi respondissent, vbi esset locus natalis Messie, ipsi noluerunt ad adorandum venire: noluerunt oculis agnoscere, quem ex sacris libris indicabant. Quæ est o Iudæi, hæc vestra indocta doctrina? Pastores, Magi, (& vos ipsi) locum Regis ostendunt: interim vos vobis viam obstruitis, quam alijs aperitis. Foelicio igitur infantium pro Christo morientium ignorãtia, quàm vestra sciẽtia. Itaq; Christus, ne vllum ei tempus esset absq; miraculo, ante vsus linguæ, potestatem verbi tacitus exercebat, & quasi dicebat, finite paruulos venire ad me, vt disceretur, neminem hominum diuini non esse capacem sacramenti, quando & illa ætas apta est martyrio. ¶ Agnoscamus & nos in Magis nostram vocationem, exinde enim ex quo Magi adorauerunt, & nos in æternam hæreditatem capimus introire, & exinde Iudæis obcæcatis, archana nobis patuerunt scripturarum. Honoremus & nos regem nostrum, & de thesauro cordis nostri, quæ sunt Deo digna promamus. Quauis enim Deus omnium sit bonorum largitor, industriam tamen querit nostram: nec enim dormientibus prouenit regnum cælorũ, sed his, qui per ea quæ ille dedit, marentur accipere quod promissit. ¶ Idem sermo. 3. Tunc Deus saluationem omnium præfinit in Christo fieri, quando cunctas nationes, à vero Dei cultu, impius dudum error auerterat, & totus ferè Israel à legis obseruatione desciebat: conclusis, scilicet, omnibus sub peccato, vt omnium miseretur. Et tunc etiam, quãdo in Herode legitima regum Iudæorum series defecerat, & Põtificum erat potestas destructa, impleta, scilicet, Prophetia quæ dixerat, non auferetur sceptrum de Iuda &c. Donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium: qui sunt semen Abraham, non secundum carnem, sed secundum fidem, ideo enim Abraham dicitur, erit seminum sicut stellæ cæli, vt ab omni gentium parte, non terrena, sed cælestis progenies speraretur, & ideo hæredes Abraham, in syderibus designati, ortu noui syderis excitantur. Excitantur igitur Magi à stella, sed agente hoc sine dubio inspiratione diuina, in cordi-

Genesi. 49. xerat, non auferetur sceptrum de Iuda &c. Donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium: qui sunt semen Abraham, non secundum carnem, sed secundum fidem, ideo enim Abraham dicitur, erit seminum sicut stellæ cæli, vt ab omni gentium parte, non terrena, sed cælestis progenies speraretur, & ideo hæredes Abraham, in syderibus designati, ortu noui syderis excitantur. Excitantur igitur Magi à stella, sed agente hoc sine dubio inspiratione diuina, in cordi-

Genesi. 15.

Leon. vide.

bus eorum. Intrant Ierosolymam, querunt regem, annuntiant Iudæi regis natalem ortum. Carnalis Iudæus non intelligit quod legit: itaq; eius circuncisio in præputiũ versa est: & cum esset maior, iam seruit minori. Adorent igitur in tribus Magis vniuersi populi, vniuersitatis autorem, & iam non in Iudæa tantum, aut in Israel, sed in omni terra sit magnum nomen eius. Redeunt magi, & non per viam qua venerant: relicta enim via errorum antiquorum, per nouam vitam ingredi oportet credentes. ¶ Fugit tunc in Aegyptum Dominus, vbi Hebrææ gentis antiqua fuere cunabula, vbi ditio rem verbi Dei famem, verus Ioseph, Christus, (panis de cælo) sua auferret præsentia, vbi denique agnus occisus, & azima confectum, & crucis significatio præcesserat in sanguine agni, ab Aegypto igitur incipit veritas, vnde caperat figura. Hic est dies quem vidit Abraham & gauisus est, videns in Christo filios suos benedictos. Hunc diem Dauid cognouit cum dixit. Venient omnes gentes & adorabunt coram te, quod hodie factum est, cum Magos ad Christum stella perduxit. Quod si stella Christum reuelat infantem, conuenit nos vitæ puritate ita nitere, vt velut stellæ ad Dominũ viam demonstramus. ¶ Idem Serm. 4. Quauis Dei munere excitati sunt ad Christum querendum Magi, poterant tamen ad intelligendum miraculum signi de antiqua Balam prædictione commoneri, quæ dixit, Orietur stella ex Iacob. Tres igitur hi viri fulgore insoliti syderis, Diuini tus incitati, præuium micantis luminis cursum sequuntur: didicerunt etiam à scribis quod de Christo loquebatur scriptura, vt gemino, & stellæ & legis testimonio confirmati, ardentes ad querendum redderentur. Sed quid Herodes turbaris? non capit regia tua hunc regem qui regnat vbique, cui si tu seruires cum Magis, regnares foelicus. Inuentum puerum adorant Magi quod quomodo fieri poterat, nisi præter illam stellæ speciem exteriorum fulgentior veritatis radius eorum corda erudiisset? Sicut igitur ad soliditatem nostræ fidei vulnera Christi Thomæ tetigit manus, ita & ad eandem solidandam adorant Magi. ¶ Idem sermone. 5. Illa stella, quæ Magis fulsit & non Iudæis, illuminationem gentium Iudæorumque cæcitatẽ prænotat, manet igitur & nunc mysterium. Quod die namq; Magi ad adorandum Christum accurrunt, sicut quotidie Herodes, qui & diabolus est,

B 2 minui

Geesf. 18.
Genes. 41.
Danic. 2.

Ioannis. 8.

8. 2. 2. A

Num. 24.

Ioann. 10.
Vide Leon.
super. 4. Epi
pha.

Ieremi. 31.

minui sibi regnum ingemiscit. Procurat etiã paruulos in fide occidere, vt in illis Christum occidat, & interim Iudæi, qui Christum renuerunt, sub Herodis sunt principatu. Perdunt igitur hæreditatem à Domino præparatam qui videbantur filij legitimi, quam sibi adoptiui recipiunt. Sic ergo ambulat conuersi, vt qui fuistis tenebræ, nunc sitis lux in Domino: & sic luceat stella & lux vestra, vt videant opera vestra bona, impleatur ergo in vobis, quod in trium Magorum imagine præcessit. ¶ Idem Sermon. 6. Adducti sunt è longinquo Magi. Idem & nunc sit, cum cernimus homines mundanæ sapientiæ deditos, & à Christi confessione longinquos, de profundo erroris sui reduci, & ad cognitionem viri luminis aduocari, hoc proculdubio gratiæ splendor operatur, quæ quas mentes suo fulgore contigerit, miraculo mouet, & ad Deum adorandum, præeundo producit, & dum Christum agnoscunt vniuersorum Regem, ei aurum offerunt. Dum hominem, Myrrham, dum Deum vero, thus. Interim tamen Herodes, id est, diabolus omnes nocendi exerit artes si nocere possit. Sed hanc eius vincit rabië, qui paruulos martyrij gloria coronauit: tam enim sancti inuicti sunt, vt cum Apostolo dicant, quis nos separabit à charitate Dei, &c. Et licet in principio ecclesiæ, per tormenta contra fideles desequiebat, plures hac occasione reddebantur Deo, quam peribant ferro: nunc tamen cum iam non obijciat mortes, impedit mores: vt quos damnis non fregit, cupiditate corrumpat, hic enim est eius scopus, vt si pecudum immolatione non colitur, certè aliquo ei crimine feruiamus. ¶ Idem Sermo. 7. Cum Magi adorant Christum, non adorant imperantem demonibus, mortuis dantem vitam, cæcis visum, aut aliquo miraculo fulgentem: sed puerum silentem, quietum, sub matris cura positum, in quo nullum apparebat de potestate signum, sed magnum præbetur de humilitate miraculum, tota enim victoria qua diabolus superatur & mundus, humilitate concepta est, & humilitate confecta: nec enim puero tolerantia passionis, nec patienti in cruce defuit mansuetudo puerilis: tota igitur Christianæ sapientiæ disciplina in vera & voluntaria humilitate consistit: quia nisi efficiamini sicut paruuli, &c. Amat igitur Christus infantiam quam suscepit: amat infantiam humilitatis, innocentie & mansuetudinis magistræ, ideo enim Chri-

stus pueros occisos martyris corona glorificauit. ¶ Idem sermo. 8. Sicut in tribus Magis vocatio gentium, & in Herode paganorum persecutio, ita in occisione infantium omnium martyrum forma præcessit.

D. Hieronymus, deseruntur Magi stellæ indicio, vt sacerdotes à Magis interrogati in excusabiles essent. [in Bethlehem Iudæa.] Iudæa legendum, non enim apud gentes aliqua erat Bethlehem: & ita habetur apud Michæam. Et tu Bethlehem terra Iudæa. Mich. 7. [responsio.] Qui munera obtulerant, responsum à Domino accipiunt. [per aliam viam.] Nec enim infidelitati erant miscendi Iudæorum. [tulit puerum nocte.] Nocte Christus vadit in Aegyptum, at non nocte reuertitur. [ex Aegypto vocati.] Locus est apud Osee. 11. capit. potest etiam deduci ex numero. 23. vbi habetur. Deus ex Aegypto vocauit eum, gloria eius sicut vnicornis.

D. Augustinus, libro. 3. Mirabilem sanctæ scripturæ capitul. 4. Magi venerunt ab Euilath: pergentibus stella dux itineris fuit: licet ex Euangelio hoc non deducatur. Reges ergo alacres ad Bethlehem pergunt. Porro stella hæc forsitan Angelus fuit, quia iuxta Apocal. Septem stellæ septem Angeli sunt: & Angelis licet apparere in qua voluerint forma, vt Moysi in rubo, Iosue in specie militis &c. Aut si stella Angelus non fuit, fuerit forsitan Spiritus sanctus, qui sic super Christum in specie columbæ venit, & super Apostolos in ignis specie, ita super Reges in specie apparuit stellæ, vt ad Dominum deduceret. ¶ Idem libro. 4. de Trinita. capitul. 12. Nobis etiam ad adorandam Christi humilitatem cæli enarrauerunt gloriam Dei, in omnem enim terram exiuit sonus eorum. Porro via nobis fuit ad mortem per peccatum in Adam, per peccatum enim mors in omnes pertransiit, per aliam ergo viam quam per peccatum redeundum nobis est. ¶ Idem in concione contra Iudæos capitulo. 10. cum sponsus procedit de thalamo suo, velut ad nuptias, vniuersa mouetur creatura. Angeli nuntiant pacem hominibus bonæ voluntatis. Cæli nouam stellam, nouumque lumen producant, ac velut sua lingua sponsum annunciant & laudant, Magi ab extremo terræ veniunt. Herodes commouetur. Cui Iudæi super infantem necesse consentiunt, qui dum infantem Christum nolunt recipere, suos infantes coguntur amittere, quos eorum Herodes amicus morti propinauit.

D. Am-

D. Ambrosius, libr. 2. in Lucam. Magi hi magicis artibus conciliandæ sibi diuinitatis studium impenderant: ortum ducebant à Balaam, viderunt stellam & crediderunt, interim Herodes dicens, vt ego veniens adorem eum, planè infantem fatetur Deum, qui dignus adoratione sit. Infantes occidi iubet. Sed cui nisi Deo victima hæc debebatur?

D. Gregorius, Homil. 10. Rege cæli nato, rex terræ turbatur: quia terrena altitudo confunditur, cum cælestis aperitur, & Iudæis tanquam rationalibus, Angeli rationales Christum annunciant, at gentibus nec dum ratione vtentibus signum affertur de cælo, Iudæis fidelibus prophetia conuenit, Magis infidelibus nõ prophetia, sed signum, vt Paulus docuit, & vide, quem cæli annuntiant, cui mare se calcabile præbuit, quem morientem Sol, terra, saxa, infernus agnouerunt: Iudæi tamen cognoscere reculant, cum tñ vbi nasciturus erat, præuiderint. Retè igitur figura eorum fuit Isaac, qui cæcus cum esset, præuidit & prædixit multis: ita & illi cæci, multa de Christo quem videre nolunt, prædixerunt. Herodes fingit se Christum velle inuenire, sed non inuenit: ita faciunt etiam hypocritæ. Ex hac stella. Priscillianitæ errandi sumpserunt occasionem: vt dicerent, quemuis hominum sub fato stellarum viuere, quia stella noua noui hominis Christi ortum nunciauit: at vero stella venit ad Christum, non Christus factus est sub stellæ fato: & stellæ sunt propter homines, non vero homines propter stellæ: & quidem si stellæ sunt hominum fatum, igitur eodem fato nati sunt Iacob & Esau, quos vna hora vnus venter effudit. Si verò dicas vnicum esse constellationis punctum: certè omnia membra eius qui nascitur proprium fatum habebunt: & si qui nascitur in signo aquarij, piscatoris fatum habet, cur Getulia nullum habet piscatorem? & si qui nascitur in signo libræ erit mercator, cur multa oppida carent mercatore? [aurum, thus.] per aurum sapientia intelligi potest, iuxta illud Prouerb. 21. thesaurus desiderabilis in ore sapientis. Thus oratio est. Mirra mortificatio, offeramus & nos hæc Christo, resplendentes intus per sapientiam & orationem, extra per mortificationem, & quidem Myrrha carnem putrescere non finit: ita nisi carnem mortifices, putrescet in luxurijs caro tua, iuxta illud, putrescent iumenta in stercore suo. [per aliam viam.] Regio

nostra paradysus est: ad eam igitur per lamenta redeamus, à qua per voluptates discessimus.

D. Chrysostomus, Homil. 6. Sunt homines diabolici, qui ex Magorum stella firmare contendunt astronomiam, sed planè si Magis stella indicauit infantem natum esse Regem, quomodo Christus negat regnum suum esse de hoc mundo? Si igitur id negat, ergo astronomiam destruit. Tum Magi non nouerunt tempus & horam partus: sed è contrario, cum ante multum tempus, in regione sua stellam vidissent, venerunt ad recens natum videndum, & certè rationem humanam superat, cur veniant adoraturi: quod enim tam vastæ peregrinationis præmium? rursum si Christus patrem haberet regem in terris, erat forsitan, cur ad conciliandum sibi patrem, filium iam regnantem adorare venissent, sed nihil tale accidit, maximè interrogantes in aliena vrbe, de rege nato: vbi mille gladios contra se commouerent: Regis, scilicet, alieni, item adorant puerum pannis ligatum: rursum puero adorato recedunt: cur ergo receditis, si eius auxilium imploraturi venistis? dices, certè regis noui gratiam emerebantur, at profectò prorsus eius odium erant in currere digni, qui puerum prodebant, periculoque Herodis obiecerunt. Age igitur ad rem, stella illa non fuit cæli, quia stellæ cælestes non habent cursum à septentrione ad meridiem, sicut hæc habuit: fuit igitur inuisibilis virtus in specie syderis figurata. Secundò stella hæc videbatur de die, cum aliæ solum noctu videantur: at hæc solis etiam radios suo fulgore superabat. Tertiò hæc Magis per totum iter comes viæ fuit. At in Hierosolyma sese occultauit, non erat igitur stella de cælo, sed virtus plena rationis, quæ se se dispensabat ad Magorum vtilitatem. Eis enim stantibus quiescebat, pergentibus mouebatur. Quarto cum ad breue illud tugurium ac præsepium ventum est, sublime illa reliquit, ad inferiora descendit, superque caput pueri ferè constitit, ita enim dicit, præcedebat eos, vsq; dum veniens, staret supra vbi erat puer. Cur igitur hæc stella apparuit? vt Iudæos bonos excitaret ad sui regis inquisitionem, Magis auditis: malos verò conuinceret, qui suum non quærent regem, quem alieni quærebant, vt sicut Niniuitæ & Regina Saba est condennatura Iudæos, ita & Magi condemnarent. Rursum, Magis non mittit

B 3 Deus

1. Cori. 14.

Matth. 26.

Gene. 49.

Apocal. 1.

Exod. 3.

Iosu. 5.

Matth. 3.

Acto. 1.

Gene. 25.

Roma. 9.

Romano. 5.

Psalmo. 118.

Lucæ. 1.

Iod. 1.

Deus prophetas, aut prædicatorem, sed id quo magis essent excitandi, scilicet, ex sibi familiari scientia astrorum, tanta est diuina prouidentia, quæ uis ad cultum ueritatis ex suis moribus alliciens: ita & Paulus ex Ara Atheniensium occasionem prædicandi nactus est, sicut & Iudæos per immolationes & næomenias, quibus erant antea dediti, & assuesciti, uoluit ad sui cultum pellicere, sed Magis proficientibus, non per stellam iam, sed per Angelos loquitur. Ita olim Deus Azotios & Gazeos, de arca an Dei esset dubitantes, per suorum satraparum consilium ad sui notitiam inuitauit.

Actorū. 17. **¶** Cur uero Magi tantum iter arripuerunt? certè hoc opus non solum stellæ est, sed Dei eorum animas commouentis. Porro inter omnes Magos hi erant ad fidem paratiores: ideo inter omnes hi uocantur. Sicut ad solos Niniuitas Ionas dirigitur, & è duobus latronibus alter conuertitur. Item expende Magorum sinceritatem, animi fiduciam, pectus integrum, quam apertè & candidè omnia referunt Herodi, nihil cælantes: iram regis non verentes. Quod si in regno alieno ita planè loquuntur, quæ uerius in proprio suo Christum prædicauerunt, iam Christo adorato, & responso in somnis ab Angelis accepto? **¶** Sed cur Ierosolyma turbatur cum sibi audiunt natum regem? certè ea desidia, qua nolebant relinquere, Aegyptum. Fugienda nobis desidia est, & animi languor, iuxta uerbum Domini, ignem ueni mittere, quid uolo nisi ut ardeat? & ideo Spiritus sanctus uenit in specie ignis. **¶** Idem Homil. 7. [in Bethlehem Iudæ.] Considera Iudæos, quam plana testimonia de Christo adducant, ubi illius non habent inuidiam: at ubi inuidia corripitur, quam supprimunt ueritatem! & rursum considera, quod non totum textum Scripturæ attulerunt: sed in gratiam Regis supprimunt quod sequebatur, scilicet, & egressus eius à diebus æternitatis. **¶** Igitur Magi, pastores, Angeli, Ana, Zacharias Christum natum annunciant: at cum grandior Christus erit, illustriora habebit testimonia, scilicet Ioannis, patris sui, Terra, mare, & omnia, de illo clarissimè dixerunt testimonia. **¶** Et nota, non dixit propheta, In te habitabit dux, sed ex te exiet dux, ut responderet ueritati, quæ postea successit. [nequaquam minima inter tribus.] Cum ad te uidentem, & ad tuum in quo Christus natus est, præsepium adorandum, ex

toto orbe cunctæ nationes concurrunt: & nota prouidentiam Domini, uix textus loquuntur maiestatem pueri nati, sed solum utilitatem, quæ inde ad nos emanabat: nam cum Magi quærunt, ubi est qui natus est Rex, non dicunt id simpliciter, sed qui natus est Rex Iudæorum. Cum Michæas dicit, exiet dux, addit, qui regat populum: cum Angelus dicit, uocabis Iesum, addit, ipse enim saluum faciet populum: ita enim decebat inter initia sermonem temperari, ut rudiores animi scandalum non paterentur. [regat populum meum Israel.] Id est, eos qui credituri sunt, ut docetur ad Romano. 9. Non omnis Israel sunt Israelitæ &c. Quod si non omnes à Christo reguntur, non rectoris culpa est, sed eorum, qui à Christo regi nolunt. [Herodes clam uocatis.] Stultitia, imò furor Herodis hic aperitur, aut enim credit prophetiæ & stellæ Magorum, & sic cum natus puer sit maior omnibus regibus, furor est contra impossibilia conari, puerumque interficere uelle. Si illis non credit, quid sibi igitur timet? ergo malignitas se se præcipitat, & id quod nequit fieri, gessit ut fiat. [ut ego ueniens.] Adorem eum. Si ita sentis te facturum, cur clam interrogas. Si non ita facturum es, cur non suspicaris dolum tuum à Magis posse deprehendi. Sed hæc stultitiæ stulta conditio est. [ecce stella.] Dux fuit Magis stella, cum illa disparuit, excepit eos Herodes & sapientes, rursum excipiuntur à stella, postea à Christo, postea ab Angelo: Tandem à stella quæ eos in patriam reduxit. [adorauerunt eum.] Prius adorauerunt Iudæi pastores, postea gentiles: hæc fuit futurorum figura. Si quidem ad Iudæos primum perlatum est Euangelium, sed Gentes maximè susceperunt, surgamus igitur nos, & terrenis longo spatio relictis, quæramus Christum: splendet enim super nos stella donec illum inueniamus. [adorauerunt eum.] Quid eos ad adorandum mouit? certè stella exterior, sed etiam sydyus quodam interius, & lux à Deo donata, quæ eos ad maiora prouehabant: non igitur ut homini solum, sed ut Deo supplicarent, & nulla exteriori uilitate offunduntur. Porro offerunt munera charitatem & obedientiam significantia, quæ magis ecclesiæ Christianæ conueniunt, & multum à Iudæorum immolationibus distant. [per aliam uiam.] Ecce fides insignis, neq; enim turbantur dicentes, si puer esset

Deus

Deus non persuaderet nobis fugam occultam, neque timeret Herodem, quem neque nos timuimus: uides igitur promptam obedientiam. At dices, cur Dominus uoluit in Aegyptum fugere? an non erat facilius in manus Herodis incidere, & se ab illo sua diuinitate tueri? minimè: non enim ita sua fuisset humanitas credita, cum & his etiam gessit, quidam non crediderint. Iam est uirtutis Diuinæ non solum uiribus conterere inimicos, sed etiam arte decipere: ita decepit Aegyptios, eos per Iudæos expoliatis. Sicut & Acalonitæ dixerunt, cur grauat corda uestra, sicut Aegyptus? nonne postquam illis eis, dimiserunt populum. Ita ergo & Dominus decipi permisit Herodem, qui sua etiam indignatione, uidentem se fuisse a Magis delusum, ferè desperare potuisset. [ex Aegypto.] Vide quam sperare Dominus iubet meliora. Babilon & Aegyptus ardebant præ cæteris impietate, ad harum priorem mittuntur Magi, ad posteriorem vadit Christus cum matre, ut & reliquæ ciuitates spem habere possint. Secundò indicatur, initio conuersionis nostræ non defuturas tribulationes, Christus fugatur, tenera mater Maria exulare cogitur. Magi quasi rei, de nocte & clam recedunt, Ioseph uero ab Angelo monitus nihil de pueri potentia dubitat, licet dubitare & dicere posset, cur iubet fugere, qui saluabit populum, ipse se seruare non potest? sed erat uir ille fidelis, & obediens. Est ergo diuina dispensatio, ut nullo suorum, aut gaudia, aut tormenta, uelit habere continua: utrunque ergo uicissim temperauit in Ioseph, & Maria &c. [uocauit filium meum.] Exigunt locum ubi hoc de Christo dicatur & non potius de populo Iudæo? sed responso est, multa de quibusdam dici, quæ in alijs fuere completa, ut maledictio Chanaan, & benedictio Iudæ, quæ in successoribus habuerunt effectum: completur ergo illa prophetia in Christo, licet de alio dicta sit. Porro quod uirgo in Aegyptum descendit, & inde redierit, claram eam facit. Id enim quod olim toti populo Iudæo concessum fuit, uirgini etiam conceditur. Iam Angelus non dixit Iosepho, fuge in Aegyptum, ego enim tecum descendam, indicans, non egere Angelorum præsidio, qui præsidium paruuli haberet. Item Aegyptus quæ ab insidijs Herodis tutauit infantem, gustumque sanctitatis ex Domini præsentia suscepit, sanctitatem hanc monstra-

uit, cum post Apostolorum prædicationem maiorem quam Palestina pietatem exeruit. Si quis enim ad Aegyptum ueniat solitudinem, uideatque monachos in ea, eam paradiso iudicabit digniorem, uidentem innumerabiles Angelorum cætus in corporibus fulgere mortalibus uidentem regnum diaboli desolatum, & Christus coruscans &c.

Autor innomi. Homili. 2. [natus esset Iesus in Bethlehem.] In Bethel uidit Iacob scalam pertingentem ad cælum: hæc figura implera est, nato Domino in Bethlehem, tetigit tunc scala terræ, cacumen cæli. [in diebus Herodis.] Cum Iudæa à Regibus Iudæis, licet peccatoribus regebatur, mittebantur ei prophete, at cum sub rege iacuit tyranno, indignum maiori remedio, uenit igitur Christus peritior medicus, periculosiori languori. [ecce Magi.] Id est, confestim ac natus est Magi uenerunt, uerbis & actibus Deum paruulum consistentes, uerbis: cum dicunt ubi est qui natus est Rex, & rursum, uidimus stellam eius actibus: cum adorant. Beati uiri, qui fidem gentium prænuntiauerunt, ut enim gentes Christum quem non uiderunt inquirunt: ita & illi Regem quæsierunt, quem non uiderant, Magi uero, non malefici, sed sapientes Persis dicuntur. Cum igitur fortitudo regni sint sapientes eius, rectè dictum est, antequam Puer, id est, Christus sciant uocare patrem & matrem, secundum carnem auferentur à diabolo Magi, qui erant fortitudo Damasci, id est, Orientis. Quod si Christus ad huc puer ita Damascum expoliatus, quid faciet iam uir? certè expoliabit principatus & potestates, de eis palam triumphas. [ab Oriente.] Cum ab Oriente nascatur lux, quæ in Occidente occidit, uictoria iustitiæ contra iniustitiam significatur, cum ab Oriente aliquid nasci dicitur, sicut contra uictoria, aut certè bellum contra iustitiam significatur, cum ab Occidente aliquid uenire prophetatur. [ubi est qui natus est.] Quid nesciebant reum esse mortis, qui uero rege uiuente, alium inquit alienum? planè sciebant: sed non curabant de morte, adhuc non uiderant Christum, & iam parantur mori pro Christo. Dicitur in quadam scriptura non certa, quod Seth prophetauit Persis nascituram hanc nouam stellam. Porro Persæ delegerunt uiros duodecim, qui huius natalem stellæ sperarent, qui post trituras, ascendebant in montem dictum Victorialem: lauabantq;

B 4 se,

se, & ita expectabāt, donec per aetates beatis his Magis stella visa est, cum figura Pueri, crucem gestantis: hi igitur Magi biennio ante natalem Christi venerunt eadem stella duce, & cum nihil in tam longo itinere illis defuisset, peruenerunt Ierolimam. ¶ Sed arguamus contra Astrologos, si stellæ necessitatem imponunt, vt ego homicida sim aut fornicator, non igitur ego pecco cum illa crimina necessario admitto, & iniustus est Deus, qui eam necessitatem permisit in stellis, & punit in hominibus. [turbatus est.] Ita maior potestas maiori timori subiecta est, & ramus arboris excelsus, à quocunque vento motatur, cum interim humiliores herbæ in quiete consistant. [Omnis Hierosolyma.] Veniente iusto turbantur iniqui: aut certè turbantur Iudæi, ne forte inter natum Regem & Herodem bella surgerent, & Iudæi vexarentur. [sciscitabatur ubi Christus.] Herodes, aut credis scripturæ, aut non credis? si non credis, cur eas consulis? si credis, cur paras insidias? credis igitur in malo, at in bono non credis. Sic sunt omnes peccatores, credunt scripturæ, quia virtus est veritatis, at non credimus, vt à malo cefsemus. [at illi dixerunt.] Facti sunt hi scribæ proditores mysteriorum Dei, neque enim hæc infidelibus sunt manifestanda, quæ à me audisti, hæc commenda fidelibus. 2. Timothe. 2. [ite.] Blanditijs, minis, muneribus, & omni arte procurauit Herodes Magos allicere ad occidendum puerum, quod cum non impetraret ab ijs, qui solum Christum in mundo volebant, ad dolos conuersus est, dicens; interrogate, vt & ego veniens &c. [antecebat eos.] Quia seruis Dei, Deum quærentibus omnia elementa ministrant: & certè cuius nostrum Sol & Luna, & stellæ ministrant: imo cum peccamus ministrare non cessant, quid igitur mirum si Christo nato, etiam stella vna ministret? imo si Angeli nobis ministrant, quid mirum si elementa ministrent? de quo & gaudere & timere debemus: quia tot beneficia peccantibus tribuuntur. [viderent puerum.] Viderunt puerum adeo pauperem, vt si terrenum Regem requisissent, magis confusionem sentirent, quam gaudium, sed quia Regem quærebant cælestem, etiam si nihil regale in eo viderent, solius stellæ testimonio contenti erant, &

contemptibilem credere non poterant, quæ terribilem spiritus in corde monstrabat. [aurum, Thus & Myrrham.] Id est, fidem, orationem, & bona opera, quæ quiuis adducere debet, qui in ecclesiam adoraturus Christum intrat. [per aliam viam.] Qui enim toto corde venit ad Christum, difficile postea redit ad diabolum. [fuge in Aegyptum.] Igitur non erubescant fideles tuos fugere persecutores: sed curfugent in Aegyptum, quam olim tot plagis percusserat? quia non in perpetuum irascitur, sed post tantam iram tantam reconciliationem ostendit: decem igitur plagas Aegypti, vna medicina sanauit: & Aegyptus olim persecutrix, nunc sit custos, & olim demergenda in mare Rubrum, nunc vocatur abluenda in baptismo.

D. Basilius, Homilia. 25. Magi genus Perficum incantationibus, & magicis effectibus addictum, qualis fuit & Balam, ex cuius prophetia, admoniti venerunt in Israel vt de Regis ortu requirerent. Magi igitur primi adorant, quia testimonium ex inimicis præstantius est. Porro offerunt aurum, thus & Myrrham: quia ita videbatur designari in prophetia, Balam, cum dixit, accumbens dormiuit vt Leo, & sicut catulus Leonis, quis suscitabit eum. Qui benedixerit tibi erit benedictus: in quibus verbis primum dicitur Christum futurum Leonem, vbi habetur eius Imperium & regnum, cui aurum conuenit. Secundò dicitur, eum accubiturum, vbi designatur eius supplicium, cui Myrrha aptatur. Tertio benedictio apponitur, quod Diuinitatis est, cui thurami nistrant.

Diuus Hilarius canone primo. Per venerationem qua Magi Christum venerati sunt, omnis est sacramenti consummata cognitio: in Myrrha enim mors Christi hominis denotatur, in thure resurrectio Christi Dei, in auro, iudicium Christi Regis demonstratur. [per aliam viam.] Nihil ergo scientiæ aut cognitionis à Iudæis petere permittimur. Sed in Christo salutem omnem locantes admonemur à priore vita abstinere: Herodis verò furor, & infantium mors, populi Iudaici in Christianos sæuientis est forma, existimantis, se Christum posse dolere.

Euthymius. Quomodo excusabuntur Iudæi, si quidem Magi vnico astro viso adorant,

rant, ipsi verò neque tot prophetis aduertunt animam, licet à Magis ad adorandum excitentur. Veniunt ergo Magi, vt nato regi prius pendant tributa, ac ita eum sibi amicum concilient, & verè stella diuina erat potentia in hanc figuram transformata. [Et omnis Ierolimam.] Turbantur Iudæi, qui gaudere debuissent: turbationis verò causa erat, quia credebant magnum futurum eum qui nascebatur: & ideo eius gloriæ iam inuidere cæperunt. [clam vocatis Magis.] Voluit id latere Iudæos, ne fortè Iudæi Christum vt sibi cognatum ab Herodis insidijs tuerentur. Sed ò Herodes Deo paras insidias, & immortalis procuras necem? illi quem Prophetæ, stella & Magi venerant? [Cum Maria matre.] Quæ infantem, quem sine dolore peperit, in genibus habebat, cum Magi intrauerunt. [Aurum, thus.] Babylonij, quorum regnum ad Persas deuolutum erat, depredati fuerant aurum templi Ierolimani, cessare fecerant thura incensi, & hostias iugulatas: hæc igitur Persæ Domino templi, id est, Christo nunc restitunt.

D. Bernardus homil. in hanc festiuitatem tertia. [Magi ab oriente.] Quia solis iustitiæ nouum nobis ortum annunciant: qui lætissimum orbem totum orbem illuminant, nisi quod cæca Iudæa ad noui solis ex ortum cæcutit. [ubi est qui natus.] Non interrogant, an natus sit, certa illa fides, nihil hæsitat. [omnis Ierolimam.] Cur turbatur ciuitas? quia caput impium, membra etiam sibi facit subiecta: misera est ergo ciuitas, in qua regnat Herodes, quia Herodianæ erit particeps iniquitatis. Herodes verò impietas est, puerum extinguere, Babylonis allidere paruulos ad petram, Aegyptus etiã paruulos natos quærit occidere. [Ecce stella.] Stella deseruit Magos quærentes consilium ab Herode: igitur humanum flagitantes cõsiliu, diuinum admittunt ducatum: at relicto Herode continuo gauisi sunt gaudio magno valde. [proidentes.] Vnde hoc vobis? nec enim tantam fidem inuenimus in Israel: sic vos non offendit stabulum, nec præsepium? [Aurum.] Ille Deo aurum offert; qui relinquit substantiam huius mundi ex integro, iam qui terrena relinquit consequens est, vt desideret cælestia, id verò est thus offerre. Sic enim dictum est, quod oratio iusti, non peccatoris, cælos penetrat. Porro si vis audiri à Deo, necesse est carnem tuam castiges, abnegetq; temetipsum: hæc

verò myrrha est, qua caro crucifigitur cum vicijs & concupiscentijs: duas alas oratio habitura est, contemptum mundi, & abnegationem sui: hæc verò est, quæ sicut incensum dirigitur in conspectu Domini. Psal. 140.

D. Thomas. [in Bethlehem.] Christus nascitur solum in Bethlehem, id est, in domo panis, quæ est Ecclesia: extra Ecclesiam enim non est panis, nec salus potest alicui contingere. [Magi.] Sapientes hi venerunt ad Iesum, quia gloriæ sapientiæ suæ cognouerunt esse à Christo: venerunt igitur Magi peccatores, & venerunt prius pastores simplices, vbi duo significantur, & quod Deus fecit iam vnum ex duobus populis, & quod peccatores, & simplices sunt maximè à Christo receptibiles. [Ab oriente.] Dicunt aliqui, quod à finibus orientis, & quod aduentus tam citus, fuit miraculosus: aut quod in dromedarijs venerint. [Ierolimam.] Vt impleatur verbum, De Sion exiit lex, & verbum Domini de Ierusalem. [ubi est.] Ita nos facere debemus: iam enim quod fide cognouimus Deum, restat quærere vbi sit: vbi scilicet, videtur facie ad faciem. [vidimus stellam.] Hinc natus error ponentium fatum esse dispositionem necessariam à stellis venientem. Sed sicut conceditur, stellas disponere corpus & inclinare, ita concedi debet liberum arbitrium non posse à stellis necessitari. [stellam eius.] Hæc proprie creata est ad obsequium Christi, & licet quidam voluerint stellam fuisse Angelum, at reuera fuit stella, & Dominus per eam, id est, per indicium cælesti, vt Dominus cælorum manifestari voluit, sicut etiam in morte, ita in natiuitate per cælestia indicari voluit. [turbatus est.] Quia editum erat à Romanis, ne quis Deus diceretur aut rex sine eorū consensu, timuit igitur Herodes nè Romanos offenderet. Itè, verè cundabatur si alius rex diceretur ipso viuente: sicut Saul erubescere Dauidem regem fieri. [turbatus est.] Quid erit tribunal iudicantis, quando adeo terret cuna infantis, timeant reges ad dexteram Patris sedentem, quem rex impius timuit vbera matris lambentem. [Congregans.] Nihil ad certitudinem spectans reliquit, congregauit omnes: eosque magnæ autoritatis: & literato s, scilicet, scribas: labia enim sacerdotum custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius. [in Bethlehem.] Contra eos qui volunt nasci in sublimibus, sed pati nolunt in honoris loco. [texte exiet.] Igitur verum est testimonium in ore duorum, scilicet

cer, Prophetiæ, stellæ. Et nota quod Pharisæi isti mutauerunt prophetiam: cum enim hæc dicat, minima es: illi dixerunt, nequaquam minima es. Secundo nota, exiit dux, de quo Daniel nono, vsque ad Christum ducem. Et Psalm. 30. dux mihi eris. Et Psalm. 79. Qui regis Israel. Tertio nota, quod si Iudæi integrum testimonium adduxissent, forsitan Herodes non tetendisset insidias ei, de quo dicebatur, quod egressus eius fuisset ab initio: igitur Iudæi fuerunt causa necis innocentum. Quarto nota, quod Iudæi beneficiuerunt locum Christi, sed non tempus natalis eius, ideo reprehenduntur, eò quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. [puerum.] Magi vocant regem, Herodes puerum: ex abundantia enim cordis os loquitur [Ecce stella.] Stella reliquit Magos, cum intrauerunt Ierusalem, & quæsierunt humanum auxilium, Isai. 31. Væ qui descenditis in Aegyptum ad auxilium, &c. Et per stellam intelligi potest gratia Dei, qui amittitur, cum ad Herodem descendimus. Sed cum recedimus, illico nos illuminat. [gaudio magno.] Gaudium enim de temporalibus non potest esse magnum: sed gaudium in Deo perfectum est. Isai. 61. Gaudens gaudebo in Domino. [Magno valde.] Quia magna de Deo cognoscebant. Deum scilicet incarnatum, & misericordem.

Nota, nulla erat hic mentio de Ioseph: ille enim aberat, ne Magi aliquid sinistrum de Maria suspicarentur. [obtulerunt munera.] Qui erat Perfarum mos, & impletur, reges Arabum & Saba dona adducunt, & omnes de Saba venient aurum & thus, &c.

Nota, thesauros Magi in via non aperuerunt, sed Christo aperuerunt: ergo celandus est thesaurus noster dum sumus in via, esse enim debet thesaurus in agro absconditus. [Aurum.] Ad subleuandam pauperiem maris. [Thus.] Ad tollendum fetorem domus. [myrrham.] Ad solidanda pueri membra. [Qui cum recessissent.] Non statim post recessum Magorum apparuit Angelus Iosepho, debet enim anteponi historia Purificationis [et matrem eius.] Ante natum puerum Angelus nominat virginem coniugem Iosephi, at post puerum natum, in virginis commendationem, non nominatur nisi mater pueri. [Fuge.] Ostendit Christus in sua fuga se esse hominem, sicut stella ostenderat esse Deum: & secundo quia sicut moritur, vt mortuos in peccato viuificet: ita fugit, vt eos qui à Deo fugerant, ad Deum reuocaret. [in Aegy

pto.] Vt quam obtenebrauerat crass. tenebris, illuminet claris si. luce. Exo. 10.

Nota, si vis fugere peccatum, excute prius pigritiam: surge igitur à somno, secundo accipias puerum & matrem, id est, implores & matris & filij præsidium, & tertio, maneat cum matre & filio: esto inquit tibi, etiam si in Aegypto sis cum Christo, bene es. [qui nocte consurgens accepit puerum.] Ergo in nocte, quæ tribulatio est, accipi debet puer, id est, recurrendum ad eius præsidium. Osee 6. In tribulatione sua manet consurgens ad me. [ex Aegypto vocauit.] Multi loci sunt in scriptura de Christo speciales, vt ille. Tanquam ouis occisionem. Sunt etiam multi qui de alijs dicti sunt, quatenus gesserunt figuram Christi, talis est locus præsens.

Simon Cassien. libro primo, capi. 12. Nobiles erant hi Magi, & parui reges, stellarum contemplationi addicti, viderunt stellam nouam, vt indicaretur Christum non nati sub stellarum decreto: forsitan & nati pueri effigiem stella præferbat. Aurum, & thus & myrrham attulerunt, non tam rerum precium attendentes, quam aliquid hisce donis, vt sapientes, significare cupientes, intrant Ierusalem, interrogant de puero nato: nec enim putabant quemquam de tanto rege nato posse dolere. [stellam eius] Fortè quia erat pueri imagine decorata, vel quia nati pueri fuerat indicium. [turbatus est.] Timet idololatra, & mens presentibus dedita Christi aduentum. [et omnes Ierusalem] Quia amabat terrenam & perfunctoriam pacem, ideo regem horret de cælo designatum. Conturbatur igitur & gentilitas quæ erat iam mutanda: & Iudaismus, qui erat ad meliora vocandus: neminem enim poterat lex iustificare, sed Christi fides olim iustificabat, cum operibus legis. Denique sensualitas turbatur, timens semper regis celestis aduentum, suis presentibus bonis priuanda, nec permittenda vt in sua perniciofa maneat libertate, sed celestibus moribus informanda. [at illi dixerunt in Bethlehem.] Validum ab ipsis inimicis, & ab ipsis turbatis testimonium. [exiit dux.] Recti itineris ad cælum, dux belli, non cruenti: sed quo inuisibiliter bellandum est, ad pacem animæ obtinendam. [Ecce stella.] Igitur nec diuinæ reuelationes, nec spirituales dulcedines, nec Angelorum visiones sunt acceptandæ, nisi quatenus cum prophetia, & lege conformantur: ad legem ergo veniat stella, & sub lege deficiat, & rursus

rursus si legi conformis fuerit, iterum eluceat. Excedit igitur omne signum de cælo, scripturarum autoritas, adeo vt nec ipse Christus quicquam operatus est mirabile, quod non esset diuina fultum autoritate: & rursus non erant Iudæi digni stellam de cælo videre, qui Dominum stellæ, pro quo sol erat obscurandus cruci affixuri essent: ideo in ingressu Ierusalem recedit stella. [intrantes domum.] Auertunt Magi oculos à stella, à signo: figunt oculos in Christum, id est, insignatum. [adorauerunt eum.] Adorauit primo Maria, secundo Angeli, tertio pastores: iam nunc quarto Magi, qui rectè ab oriente venerunt. Cum enim genus hominum in oriente natum sit in paradiso, scilicet ad orientem: oriens genus hominum est, hoc venit ad fidem Christi, adoraturque vt iustificetur. Adorant Magi, & mundi sapientia sub puerili simplicitate curuatur. A qua simplicitate timet Paulus ne sensus nostri excidant. Cum igitur hi fuerint Reges, sapientes, diuites, nobiles, indicatur, quod omne regnum, sapientia, diuitiæ, nobilitas est Christo subdenda: omnis demum mundi claritas, quia sicut sine verbo increato nihil est, ita sine eo incarnato, nihil prodest. [adorauerunt.] Adoratione patriæ: quia fides eos illuminauit. [obtulerunt ei.] Non accepit puer hæc dona, alioqui acceptio superasset ætatem: & ita fides Magorum perdidisset meritum. [per aliam viam.] Dices, Magi non impleuerunt promissum Herodi. Respondeo, aut Magi non sponderunt: aut si sponderunt, à Deo Domino omnium absoluti sunt: quia cum sponso ad malum inclinatum seruanda non est. [reuerfi sunt.] Ad Dominum plene conuersi, à seculi vanitate plene auersi. [in regionem suam.] Id est, in illam primam & immaculatam animæ rationalis creationem.

Hugo. [Magi.] Id est, sapientes, non vt quidam dicunt malefici. Reges hi erant, & vt dicitur distabant à Ierusalem itinere vnus anni. [in Bethlehem.] Id est, in domo panis: igitur Christus nascitur in corde, quod est domus panis, vel doctrinæ, vel lachrymarum: at multi dicunt, In domo mea non est panis, & per tres istos Magos omne genus hominum intelligitur, à tribus filijs Noe propagatum. [adorare.] Igitur insinuant esse Deum: quia Dñm Deum tuum adorabis. Nota, habet diabolus suos Magos, sicut habuit Pharaon, qui in tertio signo defecerunt: tales sunt qui habent scire bene, & posse bene,

sed non velle bene: habent bonum propositum, & bona verba, sed non bona opera: at nostri Magi pauca dicunt, sed multa præstant. [ab oriente.] Oriens splendens significat splendorem natalium, & gloriam seculi, quæ omnia deferenda sunt, vt ad Christum venias [ubi est qui natus est rex.] Solus hic natus est rex. [Adorare.] Spiritu & veritate, tales enim adoratores quærit Deus: & nota his tribus contineri nostram salutem. [vidimus] fide: venimus] recta intentione. [adorare.] Integra operatione. [Turbatus est.] Timés ne aliquis legitimus rex surgeret, & vltionem fumeret de sanguine regio, quem Herodes fuderat. [omnis Ierusalem.] Non est reuera turbata, sed finxit turbationem, vt Regis tyranni captaret beneuolentiam. [Congregans.] Vt sic testaretur Romanis se nihil omisisse, contra eum qui vt nouus rex surgere vellet. [nequaquam minima es.] Litera prophetæ habet, paruula es. Matthæus igitur veritatem & non crudam literam sequutus est. [Et cum inueneritis renunciate.] Putat superbus sibi omnes obtemperaturos. [Adorem eum.] Vt ita Magos redderet ad reditum alacriores. [Ecce stella.] Non debuit stella Iudæis apparere, quia si legi & prophetis non obtemperant, neque si aliquis ex mortuis surrexerit, illi credent. [Responsio.] Non per Angelum, sed per Deum, à quo illi toto desiderio postulauerunt edoceri, quid essent acturi. [per aliam viam.] Solet dici, quod nauibus conductis, transfretarunt, quas redeuntes Herodes iussit exuri. Item isti Magi dicti sunt Græcè. Apellius, Amerius, Damascius. Hebraicè verò Magalaath, Galgalat, Sarachim. Latine Gaspar, Melchior, Baltasar.

Nota, [staret supra.] Itaque gratia semper procedit, donec ad gloriam veniat, ubi Christus adest: vel secundo ubi Christus est, ibi gratia est. [gaudio magno valde.] Gaudium est de prospero successu, gaudium magnum, de laboris patientia, gaudium magnum valde, cum contumeliæ sunt gratæ, item, gaudium est in bonis naturæ, gaudium magnum in bonis gratiæ, magnum valde in securitate conscientiæ. [Intrantes domum.] Id est, templum, quæ domus orationis est, ibi Christus inuenitur puer, condonator iniuriarum, lenis, placabilis, sed non sine Maria, id est, amaritudine cordis, vel secundo intrantes domum religionis. inueniunt salutem, sed non sine Maria, id est, cordis contritione: per multas enim tribulationes oportet intrare in regnum Dei: vel, tertio intrantes

Matth. 5

Lucæ. 19.

Psalm. 71.
Isaiæ. 50.

Matth. 13.

Isaiæ. 53.

2. Cor. 11.

Hebræ. 10.

Isaiæ. 3.

Genes. 8.
Exod. 7.

Ioannis. 4.

Lucæ. 16.

tes

tes domum conscientia inueniunt Christum cum eam in amaritudine cordis scrutantur. [obtulerunt munera.] Prælati offerunt aurum sapientie, Ecclesi. 28. aurum tuum, & argentum conflu, coniugati offerunt thus bonorum operum, sicut odorem agri pleni. Continentes verò, myrrhâ mortificationis. Quia manus mez distillauerunt myrrham primâ. Nota quòd Herodes putauit Magos non rediisse præ pudore, cum non inuenissent quem tam longo itinere quaesierant, sed postea audiens Christum venisse ad templum, ibiq; Ananiam, & Simeonem prophetasse, sensit Magos non fuisse delusos, & de nece infantum cogitauit. [puerum & matrem.] Prius puerum, quia propter puerum illa, & non ille propter matrem. [fuge in Aegyptum.] Dicitur quòd nocte qua ingressus est Dominus Aegyptum, non fuit templum in quo idolum non corrueret: præter Heliopolim, idest, ciuitatem Solis, in quo non corruit. [ut Herodes querat.] Apoca. 12. dicitur, Draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset filium eius deuoraret.

Caieta. [In Bethlehem Iudæa.] Idest, quæ erat in tribu Iuda: nam alia erat in tribu Zabulô. Iosue. 19. Locus hic erat obscurus, ut iam inde Dominus uilitates nostras assuere inciperet. [Herodis.] Nihil meminit Augusti Cesaris, quia tota sequens historia ex Herode pendebat, qui turbatus est, qui scribas congregauit, quia infantes occidit, &c. fuit primus hic rex Iudæorum à Romanis rex creatus. [Ecce Magi.] Igitur statim post natum Christum Magi uenerunt: & rationabile est, quòd decimo die à natali uenerint, uidelicet, quia duobus diebus facta est inquisitio à scribis de pueri ortu loco: & quia dicitur Magi: aperte conuincitur hos fuisse Persas, sicut si diceret, ecce gymnosophistæ intelligerem. In dos. Sunt enim Persæ Magi sapientes, poterant uerò in camelis uenire à Persis ad Ierusalem in decem diebus, dicitur enim quod ualet una dieta cameli. 3. xxi. [Ab oriente.] Satis patet, quòd terra Magorum erat reuera in oriente. [qui natus est rex.] Ille uidelicet tam expectatus Messias: tria igitur fatentur, & quòd Messias natus sit, & quòd natus sit rex, & quòd horum uenerunt, ut adorent eum. [Videns stellam.] Hi primum nota, quòd illa stella monstrauit regem iam natum, patet ex dicto Magorum, ubi est qui natus est rex, uidimus enim stellam, igitur stella natum indicauit, alioqui dixissent, uidimus stellam, quæ indicabat nasciturum.

At dices quomodo significauit natum, dicunt aliqui, quòd habebat stella imaginem pueri, sed si ita esset, dixissent, uidimus imaginem in stella, dicendum igitur, quòd ex antiquo fuit Orientalibus reuelatum, quòd esset nascitura stella, quæ signum esset nati Messia, siue hæc reuelationem habuerint à Balam, siue à Iob, siue à Sibylla: quam reuelationem intellexerunt hi tres Magi, &c.

[Et omnis Ierusalem.] Stat tamen, quod multi iusti lætati fuerint audientes suum Messiam natum. [nequaquam minima.] In producendo principes Iuda. [ut ego ueniens.] Diuinitus actum est, ut Herodes confidens de Magorum simplicitate, nullum eis exploratorem, aut uia comitem daret. [stella.] Quam uiderant in oriente significatur hinc, quòd stella non fuit uia comes, sed quòd solum in oriente eam uiderant. [ubi erat puer.] Ita factum est ut aperte Magi nossent locum, nec præberent alijs notitiam huius negocii, nè forte esset qui renunciaret Herodi. [domum.] Incertum est, an uirgo manserit in præsepio, seu stabulo, ubi peperit, an uerò recedentibus diuersorio hospitiis, in diuersorio maneret. [Apertis thesauris.] Videntur oneraria iumenta Magi adduxisse. [Aurum.] Incertum an singuli singula obtulerint: an omnes omnia! [Responsio.] Idest oraculo. [in somnis.] Videtur reuelatio hæc Iosepho facta, non in Bethlehem, sed Ierusalem. [conspiciens.] Igitur eadem nocte qua Angelus reuelauit, ille secessit. [uocauit filium.] Literaliter sermo est de Israel, sed mystice de Christo.

Druthmarus. [in Bethlehem.] Igitur hi scribæ uersauerant legem: siquidem tam citò respondere Herodi potuerunt. Ita iubet Petrus sacerdotes paratos esse ad reddendam rationem omni querenti de fide. [populum meum.] Idest, eos qui meo reguntur imperio & faciunt quæ ego illis præcipio: quia qui non faciunt, regnum diaboli sunt. [Gaudio magno.] Solent enim homines magis gaudere de inuentione perditæ, quam de habitione eius quod non amiserunt. [Fuge in Aegyptum.] Aegyptus fuit familiaris Iudæis à tempore quo Iudæi ex ea recesserunt. Deumq; Hebræorum uenerata est: adeo ut Onias sacerdos, Iudæa pulsus in Aegyptum ueniens ibi ædificauerit ciuitatem, ubi Dei cultum instituit. Ideo eam Christus suæ fugæ delegit, & refert Eusebius, quòd transeunte Iosepho cum puero per plateam Eliopolis, ubi erat ingressus terebinthus, illa coram infante se flexit, donec puer transiret. [obitum Herodis.] Idest, usque

que ad tres annos, quòd est tempus ablationis pueri.

Dionysius. [Ecce Magi.] Hi reges erant: nam apud Persas sapientes regnabant. Sicut dicitur de amicis Iob, quòd erant reges: ut habetur in libro Tobie. Et Ambrosius fatetur. [qui natus est.] Homo est igitur rex Iudæorum natus, ergo Deus, ideo uenimus adorare. [Ecce stella.] Non est credibile stellæ culpa Magorum disparuisse, sequebantur enim eam audivissimè, sed disparuit ad maiorem eorum confirmationem, & Iudæorum confusionem. [Turbatus est.] Quia sonitus terroris in auribus impij, & cum pax sit, ipse in diuina suspicatur. [Et omnis Ierusalem.] Non quia Herodem amabat, sed quia eius crudelitatem, & noua contra nouum regem bella timebat: licet multi ex fautoribus eius etiã turbaretur, quia illum diligebant: quam ergo periculosus est Prælati indignus! [Principes sacerdotum.] Unus tunc erat princeps, sed uocauit eos, qui principes esse solebant: unum enim annum tantum durabant. [ubi Christus nasceretur.] Intellexit ergo Herodes, Messiam esse illum, quæ quærebant Magi. [Didicit tempus stellæ.] Idest, diem certum, quado apparuit. [ut ego ueniens.] Nec enim coram Magis uolebat puerum extinguere. [Intrantes domum.] Brutis potius quam hominibus apta. [cum Maria.] Fortè adorat & Ioseph, & is qui maiora miracula fecit in Magis, suspicionem etiam auferre poterat de concubitu Iosephi. [Adorauerunt eum.] Videntes in eius vultu diuinum splendorem, licet etiam intus eos Christus intruxerit. [Aurum, thus.] Offeramus & nos fidem illuminatam, seu feruidam charitatē: hæc enim est aurum de quo dicit: Suadeo tibi emere a me aurum probatum. Et Apostolus Alius superædificat aurum. Item offeramus thus bonæ famæ seu uitæ exemplaris, aut certe orationem uiuam & suauem, & demum myrrham in carne mortificata. [Nocte consurgens.] Quando est tempus magis idoneum fuge, ne quis sit fugæ aculator. [Aegyptum.] Ideo in Aegyptum secessit, quia Aegyptus est huius mundi aperta figura: & ideo figuratum est quòd Christus in mundum intrabat. [Ad obitum Herodis.] Idest, 7. annis. Nam dicitur Herodes regnasse annis septem & triginta: & quòd, 30. eius anno natus sit Dominus. [Ex Aegypto.] Cum ergo aliquid in scriptura dicitur de aliqua persona in figura Christi, principaliter dicitur de Christo: & ita hoc loco principaliter dictum est de Christo, quæ de Israele.

Glossa interli. [supra ubi erat puer.] Quasi dicens, hic est quem natus testabar. [Ne redirent.] Quia cognita ueritate, retroire non licet. [in Aegyptum.] Quia fides Christi manfit in gentibus donec plenitudo gentium intraret. [usque ad obitum Herodis.] Idest, usque ad obitum infidelitatis.

Glossa ordinaria. Magi, non malefici, sed philosophi Chaldæorum: fuerunt autem ex terra ubi Saba fluius est: iuxta quam est Arabia, & fuerunt reges, non tamen trestantum uenerunt, sed adduxerunt multos uia comites, & noua stella nouum hominem indicabat, Christumq; non loquentem muta stella pronunciat, & pastoribus angeli, Magis stella loquitur, utriusq; loquitur lingua celorum, quia iam celesabat lingua prophetarum. [In Bethlehem.] Domus panis sunt corda fidelium, panem angelorum manducantia, & quantum uita hæc patitur angelorum gloriam speculantia, in quibus Christus perfidem natus, de longinquo, id est, de infidelitate uenientibus per falsorum doctorum demonstrationem quaeritur, & inuentus adoratur. [ut ego ueniens.] Herodes hypocritas representat, qui Deum nunquam meretur inuenire. [obtulerunt ei.] Unusquisq; obtulit tria: quibus enim Christianus Christum Deum, regem, & passum confitetur. [Responsio.] Sicut Moses tacens clamabat, ita & isti tacentes, pio affectu Deum interrogabāt, quid eius iuberet uoluntas. Et respondit Deus ipse: quia nullus alius uia instruit, nisi is qui est uia & ueritas. [in Aegyptum.] Mira Christi humilitas fugit: aliorum refugium ostendit hæc figura, pios aliquando malorum improbitate à sua sede fugandos. [in Aegyptum.] Ubi omnium Deorum modulus colebantur, figura fuit, Christum à Iudæis non receptum, ab omni gentilitate recipiendum: fugit non timore mortis, quia mori uenerat, sed implet illud: Ascendet Dominus super nubem leuem.

Lyra. Magi erant reges, (tunc enim Philosophi regabant) & uidentes stellam nouam per diuinam inspirationem cognouerunt illam fuisse, quam Balam prædixerat: quo circa, illico mouerunt de loco suo, & die tertia decima uenerunt: nec enim regio Balæ longe erat à Iudæa. [Omnis Ierusalem.] Idest illi maiores & regis Herodis officiales. [ex te exiit dux.] Chaldæus trāstulit, exiit Messias [nequaquam minima es.] Hebræa paruula es, ac si diceret, tot millibus plena es, & tanto Rege in te nascituro illustraris, ut paruula sis ad tot capiendos, sicut si diceretur, Parisiorū

Isa. 38.
Genes. 27.
Canti. 5.

Iob. 15.

Exo. 14.

Iohannis. 14.

Apoca. 3.
1. Cor. 3.

1. Petri. 1.

Isa. 19.

Num. 24.

Parisiarum vrbs parua est pro tot ciuibus, licet ipsa iam hoc sit magna: cedit enim hoc ad eius dignitatem. [Ex Aegypto.] Licet ad literam intelligatur de Israele, sed proprius & perfectius de Christo, qui naturalis filius est, reliqui verò sunt adoptiui: Sicut & illud. Ego illi ero in patrem, ad literam dicitur de Salomone: sed propriissime de Christo. D. Grego. (vt refertur. 7. q. 1. cap. aduersitas) docet, cum prælatu specialiter queritur, cum fugere debere: exemplo Christi & Pauli fugientium: at cum non prælatu specialiter queritur, sed vita & salus subditorum periclitatur, tunc obijciat se prælatu vt murum, &c.

Tūc Herodes vidēs qđ esset.

D. Hierony. [Rachel plorans.] Queritur quomodo Rachel plorat filios non suos? si quidem Bethlehē vbi mortui infantes sunt, non incidit in tribum Ioseph aut Benjamin, qui Rachelis filij fuere. Responso est: quia Rachel sepulta fuit propē Bethlehē, & ideo Bethlehem nomine Rachelis dicta est. Aut secundo, quia tribus Benjamin & Iuda iunctæ erant, quare occisi pueris ex tribu Iuda multi etiam occisi sunt ex tribu Benjamin, quos mater Rachel deplorat. [noluit consolari.] Vel quia in æternum mortuos est maret, vel quia consolari nolet, de his quos scit esse victuros. Quod autem dicit, vox in Rama, ne intelligas esse alicuius loci nomē: sed sensus est, vox in excelso audita est, i, longe lateq; dispersa. [Defuncti sunt qui querebant.] Ergo non solus Herodes, sed sacerdotes & scribe Chri mortē sunt meditati. [Archelaus regnarēt.] Archelaus filius est Herodis sub quo Christus natus est: sed Archelaus Lugdanū relegato, eius frater Herodes in regnum sufficitur, sub quo Dominus patitur. [Nazareus vocabitur.] Si fixum de scripturis protulisset exemplum non dixisset per prophetas, sed per prophetam, ostendit igitur se nō verba suppressisse ex prophetis sed sensum. Nazareus igitur sanctus interpretatur, Dominum verò sanctū fore tota clamat scriptura. Potest & aliter dici, quod testimoniū hoc eisdē verbis habetur apud Isaiam, exiet inquit, virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendet. D. Augusti. in. q. super Matth. quæst. 1. [à bimatu & infra.] Significatum est, humiles habentes geminam charitatem, tanquam paruulos bimos posse mori pro Christo. D. Chryso. homi. 9. [iratus est]

valde.] Non debuerat irasci, sed timere potius quod conatus sui in vanum cessissent. Sed comprimere animus non potest, praua semel voluntate vitiatu, atq; velut ab aliquo dæmone percitus: maiora crimina iungit, tale nunc ergo Herodes in Palestina aggreditur, quale olim Pharaon in Aegypto. Sed dices, cur Christus passus est hos innocentes, sui causa perire? certè non natiuitas Christi necis innocentium causa fuit, sed crudelitas regis, qui Deo sapientissimo animarum me dico tam fuit ingratus: non igitur curantis fuit culpa, sed languentis, qui curari noluit, sed dices: cur Deus Herodem ita scire passus est? vnica hæc tibi certissima regula sit, multi sunt qui alios ledere velint, qui verò ab alio lædatur omnino nullus est. Quicquid enim iniuste ab alijs quis patitur, aut remissione peccatorum Deus aut amplioris mercedis retributione compensat, sive seruum multa debere Domino suo, spoliatur seruus omnibus bonis à furibus: Si Dominus remittat omnia debita seruo, nū dices seruum aliquo modo læsum? minimè. Quid verò si Dominus seruo multa dona largiatur? neutiquā læsus, sed foelix dicitur, ita existima (cum patris iniuste) quod tibi Dominus aut remittat peccata quæ debes, aut si non sunt tibi tanta peccata, maioribus te cumulabit honoribus, ita Paulus tradit Satanæ fornicariū in interitum carnis, at non sine compendio, certè vt spiritus saluus sit, & Dauid cū à Semei malediceretur dicit. Dimitte illum vt maledicat mihi, vt videat Dominus humilitatem meam, reddatq; benedictum pro maledicto, & in Psal. dicit, Respice inimicos meos, quia odio iniquo oderunt me, & dimitte omnia peccata mea. Et mendicus Lazarus, ideo habuit requiem, quia hic grauius passus est mala, nemo igitur læditur, siue à Deo verberet, siue à diabolo, si modo patienter sustineat. Dices, quid peccarunt innocentes, vt verberarentur? iam non audisti, si afflictio non est necessaria ad remissionem peccatorum, erit ad retributionem honoris. Quid enim illis mors obsuit immatura, si ad tutiss. & tranquilliss. portum ex naufraga vita peruenerunt? Dices, si vixissent, multis poterant florere virtutibus: ita, sed magna erit illis merces, in tali causa occidisse, licet posset dici, non passurum Deum, illos perire, si nouisset aliquid præclarum ab illis faciendum. Si enim iniquos qui maxima mala sunt facturi patientissimè sustineret, quomodo sustulisset, qui maxima bona erant designa-

designaturi? Igitur, ex afflictione puerorum, nos ad similia ferenda præparemus, scientes nihil horum Deo ignorante contingere, ita enim subditur, tunc impletum est dictum Ieremię, vox in Rama &c. Non igitur Deo in scio hæc contigerunt, sed præscio, & cuncta ad meliora disponente, dictū est enim nos passuros multa mala, at omnes capillos capitis nostri iam esse numeratos. [noluit consolari.] Igitur Christus suū regnū auspiciatus est fuga sua, & matris suæ, cede infantium: luctu patriæ. Hic est Dei mos, vt postea sui omnibus contrarijs euadant superiores, videlicet, vt ostendat potentie suæ argumenta. [ecce Angelus Domini.] Vides requiem labori coniunctam, fugit prius, nunc redit. [habitauit in Nazareth.] Iuxta Lucam, peracta purificatione in Ierusalem, redijt Ioseph sponte sua in Nazareth, inde verò fugiens in Aegyptum, ad eam redijt mortuo Herode. [quia Nazareus vocabitur.] Dices vbi nam hoc scriptum est, ne quæso ista requiras, erant Iudæi desides, & impij, multa prophetarū monumenta deleri passi sunt, quod si sua desidia multa perdidit volumina, quid putas fecit tam frequēs populi vastatio? Porro Nazareth vinculus est obscurissimus, cur igitur hinc nominari Dominus voluit? vt ostendat, nullo rerum omnium temporalium commodo se indigere, & docet, nulla re externa eum indigere, qui velit indulgere virtuti, propterea nec habet vbi caput reclinet, docens nos mundi pompam fugere, soliusq; esse sectatores virtutis, cur enim tu de patrię dignitate tumeas, cum talem te esse liceat, vt tui comparatione, totus hic orbis iudicetur indignus?

Author innomi. Homili. 2. [iratus est.] Quia quos ille persuadere nequiuit, licet se deret in throno regni, licet vestiretur purpura: persuasit tamē Puer, in præsepio & sceno iacēs. [occidit.] Sicut fera si vulneratur, iam non aspicit vulnerantem, sed in quemlibet sibi obuium iram suā exerit: ita Herodes ex se scæuus, vulnere delusiois accēsus, in pueros excandescit. Sed cur vesane mutare Dei sententiam contendis? At non mirum est si id Herodes attenter, quod sapientissimus procurauit Salomon. Audiens enim, qđ Hieroboam sibi succederet in regno, illum curabat occidere, quem Deus regnare volebat, Zelus enim sapere nescit, & ita non potest habere consilium. [in Rama.] Id est in excelso, quia vox pauperis, licet tacita sit, cum violentiam patitur, at in excelsis cæli auditur,

dictum enim est, vox pauperis penetrat nubes, nec discedit, donec exauditur. [ploratus.] Infantium, vlulatus matrum, sed digna poena Herodes castigatus est, tres enim filios ipsemet occidit, & quos ipse non occidit, ab alijs vidit occidi, cumq; morti esset vicinus, tot doloribus angebatur, vt tot mortes videretur sustinere, quot infantes iusserat perire. [vade in terram.] Israel: si quidem in Aegyptum, non vt ibi maneret descenderat, id vt idola destrueret, & languentem urbem medicus curaret. [Nazareus.] Forsan alij prophetæ qui à nobis non habentur in canone, hoc dixerūt, cuius signum est, quod Ioan. 1. Philippus dicit, quem scripsit Moses in lege, & prophete inuenimus Messiam à Nazareth, cui respondit Nathanael, à Nazareth potest aliquid boni esse?

Orige. Homi. in Matth. 3. [delusus esset.] Delusa est animi peruersitas à sancta iustitia. Dissipat enim Dominus cogitationes hominum, & reprobat consilia principum. [iratus est.] Deum contemnēs, iustitiam abigens, furori se totum dedit, omniumq; facinorum crimina supergressus est. Sic Saul olim omnes sacerdotes, eorumq; urbem totam destruxit propter vnum Dauid. Ita & Achab Eliam occidere cupiens, multos Domini interemit prophetas. Ita & vltimus Herodes propter Petrum è carcere solutum innoxios custodes occidere iussit. Ita & hic prior Herodes occidi iussit infantes acsi essent inimici & regni expugnatores, occidit igitur eos in parentum suorum sinu, plangunt omnes, non est qui alium consoletur, cū sit ipse miser, & sicut in Aegypto olim nō fuit domus in qua non esset planctus de filio defuncto, ita & in Bethlehē, fiet ita & in die iudicij, vbi quisq; se lugebit, nullusq; aliorū casum dolere locū habebit. Imaginē retulerūt sancti innocētes Martyrū qui postea fuerūt ex gētibus, quos verè innocētes, mundi ignaros, seculi cōtēptores esse facile dicat, mortui vero sunt infantes pro Domino, pro Iudæis & gētibus credituris, imo etiam pro suis parentibus, quibus filiorum intercessio plurimum profuit. [Rachel plorans.] Quomodo plorat filios non suos? Imò ideo plorat, quia filij sui digni non sunt habiti, qui pro domino morerentur. Porro mētio est Rachelis, quia maior est matrū quam patrum in filios affectus, vt sicut filij hi infantes è mundo sublati, in cælesti gloria manent: ita matrum suarum dolor non caruit sua iusta retributione.

Euthy.

1. Para. 22.

3. Cor. 11.

1. Cor. 5.

2. Reg. 16.

Psal. 24.

Lucæ. 16.

Saul contra Dauid.

Psalm. 39.

Reg. 12. Acto. 12.

Exod. 12.

Euthy. [à bimatu.] Nō quod iam Christus bimus esset, sed quod cum exquisisset à Magis tempus stellæ, illud tempus ampliauit, adiecitq; tempus duorum annorum vt si forsā Magos stellæ tempus falleret, Messias tamen Herodis gladium nō effugeret, ideo dicit, à bimatu & infra, alioquin si duos annos iam Christus haberet, quorsum minores duobus annis interemisset? [defuncti sunt qui querebant.] Id est, Herodes, & qui ad eum pertinebant.

D. Hilarij Cano. i. [noluit consolari.] Non ideo non consolatur, quia peremptos dolere: sed quia ab his perimebantur, quos vt primū genitos retinere voluisset: fuit enim typus Herodes, Iudæorum, contra Christianos saviuentium, at Iudæos volebat ecclesia retinere, ac fideles esse in primis.

D. Thomas quærit, quomodo hi pueri pro Christo mortui sunt, cum caruerint ratione? & respondet, qd dubitare an ijs profuerit mors, est dubitare, an infantibus profuit baptismus, passi igitur sunt propter Christū quod ad martyrij rationem sat est. [occidit.]

Leo rugiens & vrsus exurens, princeps impius super populum pauperem. [à bimatu.] Aliqui credunt, stellam apparuisse ante natalem Christi annis duobus. Aug. vult quod eodem anno occisi sunt, quo Christus est natus, alij, qd post duos annos à Christo nato occisi sunt, & tantum distulit Herodes occisionem: primum enim putauerat Magos fuisse deceptos, at vti rescivit ea quæ Simeō & Ana & Zacharias dixerunt, tunc motus fuit ad occisionem. Alij dicunt, qd tantum distulit, vt hac ratione parentes Christi redderet tutos, & ita facilius deciperet. Alij qd Herodes fuit annis illis duobus negocijs maioribus occupatus. Alij qd citatus fuit vt Romā iret. Nota qd nato Christo, tribulatio saviuit, quia vbi conuersus fueris ad Christum tentatio incipit. Eccle. 2. fili accedens ad seruit. [Vox in rama.] Exponitur ad literam hic locus, primò de peccato commisso in vxorem cuiusdā Leuitæ, propter quod ferè tota Benjamin fleuit, & eius ylulatus ad. 12. miliaria auditus est. Secundo exponitur, quando filij Israel ducebantur captiui, propè Bethlehem substiterunt, & fleuerunt grandi ploratu, qui in excelsis auditus est. Ex vtroq; accipit occasionem Matthæus exaggerandi dolorem quem de filiorum nece matres senserunt. [Rachel.] Locus dicitur flere vbi sepulta est Rachel ad eum modum, quo dicitur. Obstupescite cæli. Secundo quia textus di-

cit, occidit pueros in Bethlehem & in omnibus finibus eius, igitur occidit multos pueros ex Benjamin, quia Bethlehem erat in confinio illarum duarum tribuum, Iudæ, scilicet, & Benjamin. [plorans filios suos.] Per quos alios poterat acquirere. [noluit consolari.] De præsentī, quia expectat consolationem de futuro. Beati enim qui lugent, quia ipsi consolabuntur. [defuncti sunt.] Cum Herodes erat morti vicinus, iussit principes Iudæorum occidi, qui cōsenserant eius nequitia, ideo dicit defuncti sunt, vel aliter, mos est scripturæ plurale ponere pro singulari, defuncti, pro defuncto. [Nazareus.] Si interpretetur sanctus, id habetur Daniel. 9. cum dicitur, donec vngatur sanctus, si interpretetur floridus, habetur Isai. 11. Et flos de radice eius, & Canti. 2. ego flos campi.

Simon Cassiensis lib. 2. c. 22. cum virgo peregrinari cogitur, acutus ille gladius acuitur, qui virginis animam incipit pertransire, & mirum est de infante, qui territus terret Herodem, nec enim Herodes occideret pueros nisi prius à puero deterritus. Peregrina fit eius mater: sed verò nihil peregrinū illi, quæ solam quærit virtutē, nihil enim virgo proprium sibi putabat, totum mundum existimabat exilium, tota suspirans in cælum, quæ eam grata terra est, cui est viuere pœna? Porro ingressus Ioseph à Egyptum, nihil timet de Maria quod à Rege rapiatur à Egypti, si cut olim Sara & Rebeca, licet has superaret decore Maria, sed ab Angelo custodiebatur, & eam gratiam habuit Maria vt à nullo posset carnaliter concupisci, quod & ipse nouerat Ioseph.

Druthmarus. [occidit.] Expectauit (vt tradunt) qd omnes foemina venirent ad solennitatem, vt ibi infantes trucidaret. [quia non sunt.] Suple reuocandi ad vitam. [accepit puerum & matrem.] Non dicit coniugem: licet iam annus nuptiarum tertius esset, mentitur ergo Heluidius. [regnaret in Iudæa.] Id est, Hierosolymis, quia Iudæa obtigit Archelao post Herodis patris sui exitum.

Dionysius Cartusius. [à bimatu.] Accusatus Herodes à filijs, Romam venit, vbi annū egit, rediensq; omnes pueros maiores anno & minores occidit. [timuit illo ire.] Quia enim Archelæus patri charior fuit, & à patre totius regni relictus hæres, ideo fauebat & sequebatur patris sui nequitiam, iccirco timet Ioseph, abijt verò in Galileam vbi Herodes iunior regnabat, qui cōsilijs patris nō ita inhærebat.

Hugo.

Hugo. [Tunc Herodes.] Post annum & 4. dies quo tēpore celebratur innocentium festū [iratus est valde.] Contra, dicitur de iusto, non contristabit eum, quicquid illi acciderit Prouer. 12. [occidit.] Fuerunt igitur martyres. Sed quia maius est esse martyrem opere & voluntate, quam voluntate sola: & maius est esse martyrem voluntate sola q̄ solo opere, ideo primo loco Ecclesia celebrat solennitatem Stephani, secundo Ioannis Euangelistæ, tertio Innocentiū. Est autem martyr, primo qui pro iustitia moritur, vt Abel, secundo, qui pro lege, vt Machabæi, pro salute populi vt Christus, pro fide Laurētius, pro Christo Innocentes, pro libertate Ecclesiæ Thomas Cantuarien. pro veritate Ieremias; pro reprehensione criminum Ioannes Baptista.

Genes. 3.
1. Macha. 2

Matth. 14.

[pueros.] Diabolus quia non potest inuadere perfectos, occidit imperfectos. [Rachel plorans.] Tātus fuit luctus ille, vt & mortui flere & compati deberent. Nota quod Ecclesia tria genera filiorum deflet: primum eos qui miserabiliter passi sunt, sed quia beati sunt, non vult hic super eis consolari, sed in cælo: secundo qui damnati sunt, super his nō vult consolari: tertio eos quos parere vult, illi tamen nolūt exire, hos vt non existentes, flet sine consolatione. Nota debet prælati de flere paruulos suos qui occiduntur à dæmone. [vade in terram Israel.] Id dicitur secularibus vt ad perfectionem religionis veniant. Sed dicitur eis vade, non fuge, quia intrandū est in religionem consulto, & non temere. [in Iudæa.] Capitur Iudæa aliquādo pro terra promissionis, vt ibi, Non in Iudæa Deus. Secundo pro forte Iudæ patriarchæ, vt. 2. Paral. 20. Tertio pro duabus tribus vbi regnū Iudæ erat: nam reliquæ tribus regnum Israel dicebantur. [Nazareth.] Ab hac Christiani dicti primum sunt Nazarei, postea decretū est vt vocarentur Christiani. [Nazareus.] Interpretatur germen, de quo Iere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum: item interpretatur separatus, talis esse debet religiosus, at modo commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, itē interpretatur vnctus, debet verò religiosus vnctionem habere ex sancto, nisi enim habuerint oleum excludentur cum fatuis virginibus, itē interpretatur flos, ita religiosus debet esse bonus odor ad vitam. Nota, Christus nutritur in Nazareth, id est, in conscientia florida, lectulus noster floridus. Canti. 1.

Psal. 75.

Psal. 105.

Matth. 25

Caletanus. [à bimatu.] Fluxerunt duo anni à natali ad occisionem Innocentiū, & nota dictum Augusti. qui cum audisset Herodem inter infantes occidisse etiam filium, dixit: melius est in domo Herodis esse porcū quàm filium [Rachel] Ad literam sermo est, de captiuitate decem tribuum, quæ vocantur Ephraim, at Ephraim à Rachele descendit Mysticū igitur sensum sequitur Matthæus. [quia non sunt.] Id est, antequam vsu rationis haberent. [Defuncto Herode.] Qui ex vera computatione annorum, tribus annis vixit post natum Christum, & ita quarto suæ ætatis anno redijt in Nazareth. [Archelæus regnaret.] Nō fuit rex Archelæus, sed habuit regiam potestatem. [Timuit illo ire.] Igitur voluntas illi fuit redeundi in Bethlehem, aut aliquam ciuitatem Iudææ, sed admonetur vt habitet in Galilæa.

Glossa interli. [occidit.] Nō manu, sed lingua, lingua vt gladio vsus est. [à bimatu.] Vt puer natus, nec tempore celeratur, nec loco. Glossa ordi. bimi occiditur, id est, doctrina & opere perfecti: igitur infantes & non Christus occiditur: quia humanitas, nō diuinitas tangi potest. [Ad impletum est.] Quia prius factum est, quod litera sonabat, nunc verò plenum fit in mysterio. [Rachel plorans filios suos] Quia non sunt de hoc mundo, vel quia mulier cum parit tristitiā habet, postea cōsolabitur. [timuit illo ire.] Nō habitat Christus vbi regnat Antechristus.

Lyra. distulit Herodes occidere pueros, quia citatus Romam iturus erat, ne ergo Romæ de tanto facinore accusaretur, distulit vique ad sui reditum. Burgen. [Nazareus vocatur.] Sumptū est ex Psal. 131. Super ipsum effloret sanctificatio mea.

Ioannis. 16

CAPVT. III.

In diebus autem illis venit.



Hierony. [Appropinquabit regnum cal.] Primus Baptista regnum cælorum prædicat: vt præcursor Dñi hoc priuilegio honoretur. [Parate vias.] Animas credentium præparabat, in quibus erat Dominus ambulaturus, vt purus in vijs puriss. ambularet, iuxta illud, Habitabo in eis, &c. [Sicut dicit Isaias.] Hoc testimonium est contextum ex Isaiā, & Malachia, nō ergo oblatret Porphyrius. [de pilis came.] Nam lana vestiri luxuriæ molioris est. [Zona pellicea.] mortificatio To. primus. C nis

1. Cor. 6.

nis cingulum est, quo etiam cingebatur He-
lias. 4. Reg. 1. [*locustis.*] Habitator solitudi-
nis non delicias, sed necessitatem naturæ quæ
rat explere. [*de lapidibus.*] Id est, de gentili-
bus, à quibus erat auferendum cor lapideū.
Ezech. 36. Potest etiam simpliciter intelligi,
quod Deus qui de nihilo mundum fecit, pos-
sit ipse de lapidibus populū creare. [*securis*]
Est Euangelium: quod securis est scindens
petras. Ierem. 46. [*calceamenta portare.*] Hoc
humilitatis est: at in alio Euangelio legitur,
Non sum dignus soluere corrigiam calcea-
menti, hoc verò est mysteriū: quia Christus
est sponsus, & Ioannes non meretur eius sol-
uere corrigiam, ne vocetur domus eius (iux-
ta legem Moysi, & exemplū Ruth) domus
discalciati. [*Spiritu s. & igni.*] siue quia ipse
spiritus est ignis, vt habetur Acto. 2. Lingua
quasi ignis: & ita impletur verbum Domini
ignem veni mittere, siue quia in præsentia se-
culo baptizamur spiritu, at in futuro bapti-
zabimur igne. Vniuscuiusq; enim opus qua-
le sit ignis probabit. D. Augusti. 13. Confess.
cap. 12. Idem putat esse, pœnitentiam agite,
& fiat lux, & quoniam conturbata erat ad
nos (inquit) anima nostra, propterea memo-
res fuimus tui, de terra Iordanis, & de mon-
te & equali tibi Dñe, sed propter nos paruo:
& displicuerunt nobis tenebræ nostræ, & cõ-
uersi sumus ad te, & facta est lux: eramus igi-
tur aliquando tenebræ, nec lux in Domino.
Idem lib. de pœnitentiæ medicina. c. 2. Tres
sunt actiones pœnitentiæ, prior baptizando-
rum, quæ nouum hominem per baptismum
parturit: siquidem vitam nouam inchoare
non potest, quem veteris non pœnitet. Ideo
Petrus dicit: Pœnitentiam agite, & baptize-
retur quisq; vestrum, & Baptista, Agite fru-
ctus dignos pœnitentiæ, & Dominus, Agite
pœnitentiam, appropinquabit regnum celo-
rum. Ab hac pœnitentia nemo liber esse
potest, nisi paruuli. Altera pœnitentia est,
quam per totam vitam agere debemus: ne-
mo enim in mortalem & beatam vitam de-
siderat, nisi huius vitæ pœniteat, iuxta illud,
Heu mihi quia incolatus meus, & c. Et quia
quotidie labimur, licet non lataliter, quoti-
die dicamus, dimitte nobis debita nostra.
Tertia pœnitentia est, pro peccatis cõtra de-
calogum commissis, quæ quiuis debet seue-
rius in se castigare, ne à Deo iudicetur.
Idem in sermo. 1. natiuitatis Ioannis bapti.
[*Ego vox clamantis.*] Præmittitur Ioānes an-
te Christum, lucerna ante solem, seruus ante
Dominum, amicus ante sponsum: præco an-

te iudicem, vox ante verbum. Et ideo dicit,
ego vox, cur vox? quia annunciator est ver-
bi: vbi nota, qd verbum est cogitatio, quæ in
tra cordis secretum manet: vox verò est in-
dex & vehiculum cogitationis, quo vehicu-
lo verbū quod in nobis manet, trāsferitur ad
alios. Verbū igitur illud de quo dicitur, Eru-
it cor meum verbū bonū: hoc in sua glo-
ria, id est, In sinu Patris manēs, terrena inuisit
cælestia non deserens, & hanc gloriā habuit
Ioannes vt hoc verbum præcederet & osten-
deret non de longinquo sicut cæteri prophe-
tæ, sed suo digito demonstraret prophe-
tiā suam, per ipsum quem monstrabat adim-
pleret. Idē ser. in festo decollationis bapti.
[*Ego vox.*] Non sum ergo verbū, quod erat
in principio apud Deū, sed sum verbi mini-
ster: vt per me ad sensus hominis verbū hoc
perueniat. Idē li. 21. de ciuit. c. 27. [*facite fru-
ctus dignos*] Ille nō facit fructus dignos, licet
det eleemosynas, qui vitam suā vltq; ad mor-
tem criminum perpetracione cõfodit, qui si
non desistit à nequitia vitæ, etiam si omnes
cibos det in substantiā pauperum charitatē
non habet, quæ non agit perperam: & ideo
nihil ille prodest. Qui igitur eleemosynam
conferre vult, à se incipit. Eccle. 30. Idē lib.
de vera & fal. pœn. c. 2. [*facite fructus.*] Si pœ-
nitentia esset peccatoribus sterilis, nō ad eā
inuitarētur à Dño, & à Baptista: non igitur
pœnitentia, quæ in fide (credēte à Saluatore,
pœnitenti remediū esse) fundatur, sterilis est,
sed dignè fructificat. Idē ser. 3. primæ Dñicæ
quadrag. [*fructus dignos.*] Dignus fructus est
præterita flere peccata, & eadē iterum non
agere: ita enim admonet Ecclesi. c. 1. Ne adij-
cias peccatum super peccatum. Et Isaias, La-
uamini, & mudi estote: lauatur qui plangit,
sed mundus non est, qui admissum rursum
cõmittit, alioquin erit canis reuersus ad vo-
mitum: & ideo Eccle. 21. Iubemur ne adijcia-
mus iterum peccare, & quidem pœnitentia
digna non cõputatur annorum numero, sed
amaritudine cordis. Nam Petrus, Non diu,
sed amarè fleuit: tum pœnitentia pendet ex
fide in Christum: qui enim in Christum to-
ta mente cõfidit, licet multis fuerit mortuus
peccatis, fides sua viuut in æternum: qui
enim credit in me, nō morietur: in hoc enim
seculo pœnitentibus misericordia subuenit,
in futuro operum ratio exhibenda est.

Idem ser. 24. natalis Domini. [*Potens est.*]
Dominus de lapidibus his, id est, de gentili-
bus, qui dicti sunt lapides, quia lapides ado-
rauerunt: & de his dixit Dominus, Si paruu

Deuter. 25.
Ruth. vlti.

Lucæ. 12.
1. Cor. 3.

Gene. 1.

Pfal. 41.

Ephe. 5.

Acto. 2.

Lucæ. 3.
Matth. 3

Pfal. 119.

Matth. 6

Pfal. 44.
Ioannis. 2.

Ioannis. 1

1. Cor. 13.

Isaiæ. 1.

2. Petri. 2.

Ioannis. 11

Lucæ. 19.
li

li tacuerint, lapides clamabunt, quod imple-
tur, cum tacentibus Iudæis, nos gloriā Dño
canimus, qui ex gentibus sumus. Idem lib.
de Contritione cordis. c. 4. O quā tolerabi-
lius foetet hominibus canis putidus, quā pec-
catix anima Deo: talis anima securi & igni
digna est, id est, digna succidi & incendi, qui
sunt fructus tui o anima? vtiq; spinæ pungē-
tes, quæ ita te pungunt, vt amarescas, & eua-
nescas. Idem contra Donatistas post colla-
tionē. c. 10. [*paleas cõburnt.*] Ex hoc loco eui-
denter colligitur, quod etiam mali manife-
sti, si Christiani sunt, ad Ecclesiam tamē per-
tinent, in qua sunt cum bonis commisti.

D. Ambro. in. c. 3. Luc. [*Factum est verbum
Domini super Ioannem.*] Vt Ecclesia nō ab ho-
mine incipiat, sed à verbo, & factum est ver-
bum, vt quæ ante erat inuisa, & deserta, & ste-
rilis, sine oliuis fructiferis, & sine vitæ prolifi-
ca, nunc sit plena filijs, magis quàm ea quæ
habebat virum. Factū est igitur verbū vt vox
sequeretur: prius enim verbū quàm vox, cre-
didi, dicit Pfamus, propter quod loqui. prius
est credere, & postea loqui. Et merito quidā
dicunt Ioannē fuisse legis typū, eo quod lex
denunciare peccatū potuit, donare verò nō
potuit: lex pœnitentiam suadet, gratiā non
præstat: ita Ioannes, & rectè Lucas dicit vno
verbo omnes laudes Ioannis, dicēs, factū ver-
bum super Ioannē: nullus enim eget iudicio
sui, qui verbo Dei abūdat. [*pellibus camelorū*]
Prænunciatus enim Christi nō patiebatur pe-
rire exuuias immundarum bestiarū, & indi-
cabat, Christum in crucem vestiendum ami-
ctū nostræ carnis, gentilitatis immūda pec-
cata suscipiens. [*zona pellicea*] Caro enim
nostra quæ prius grauare mentē cõsueuerat,
ea post aduentū Dñi, non impedimento cõ-
pit esse sed cingulo: in falicibus enim suspen-
dimus organa nostra, & licet non habeamus
fiduciā in carne, habemus tamen in corpore,
id est, non in voluptatibus, sed in affectibus,
quibus spiritus ferueat, & ad omne accingamur
obsequium, deuotione mentis intenti,
& apparatu corporis expediti. [*locustæ.*] Ad
fructum hęc sunt inutiles, ad tactum fugaces,
& voce stridulæ: quæ omnia erat vsui, sine gra-
uitate, sine Dei verbo aut voce: at qui hic po-
pulus prophetarū cib⁹ esse debet: quo enim
numeriosior fuerit populus, eo vberius pro-
pheticus vsus augetur [*mel syluestre.*] Gratiā
designat Ecclesiæ, non iam in aluuario Iudai-
co conclusæ, sed in campis & folijs syluæ gē-
tiliū errore diffusæ: iuxta illud, Inuenimus

Isaiæ. 54.

Pfal. 115

Pfal. 136

eam in campis syluæ. Ioannes verò mel syl-
uestre edebat, annunciās populos de petra
melle satiandos: & quidem cum corui attu-
lerunt Eliæ cibum quo vescebatur, indica-
bant futurū, vt gentes terræ & squalidæ, pro-
phetis & sanctis Apostolis essent dulcem de
sua conuersione cibum allaturæ. [*vox clamā-
tis.*] Vox enim præcedit inferior, sequitur
verò verbum superius: & ideo à Ioanne Ba-
ptizari voluit: quia in hominibus verbū con-
secratur voce doctoris. [*generatio viperarū.*]
Qui terrena cubilia quæritis, non verò ali-
quod diuinæ cognitionis mysterium. [*quis
vobis demonstrabit.*] Ostenditur diuina prou-
dentia, his dans prudentiam, vt suorum ge-
rant veniam delictorum, futuri iudicij terro-
rem metuentibus, vel aliter si prudentiam
naturalē habetis, estisq; prudentes sicut ser-
pentes, vt futura præuideatis, cur noxia non
relinquitis: ne igitur de generatiōe maiorū
vestrorum gloriemini si vobis fides deest: id
enim scitote, quia potens est de lapidibus. f.
f. a. 1. de gentilibus, quibus insensibilis erat
animus: his enim fides Abrahæ erat infundē-
da: licet pectora haberēt faxea: si enim Apo-
stolus fideles vocat lapides viuos, quanto po-
tius, hi qui lapides colebant vt Deos, in lapi-
des versi sunt? Et quid mirum si lapidibus cõ-
parantur homines, qui etiam arboribus com-
parantur: nam infertur, iam securis ad radicē
arboris p. e. Porro homines prius deformes
ad vsu, nudi, steriles demū lapides, postea
efficiuntur arbores, quæ sunt fructiferæ, ve-
nustæ folijs, brachijs & ramis exornatæ, atq;
vtinam nos possimus arbores fecundas imi-
tari, meritis crescentibus, longeuæ humilita-
tis radice fundati, sublimes ab humo, decori
ad speciem, ne Euangelici agricolæ securis
trunci radicem syluestris excidat: ad radicē
posita est securis, faciat ergo fructū qui po-
tēst gratiæ, & qui debet pœnitentiæ, adest
Dominus fructū requirēs: fœcūdas viuificās:
steriles reprehendens. [*Ego baptizo in aqua.*]
Facile probauit se non esse Messiam: opus
enim hominis est gerere pœnitentiam deli-
ctorum: Dei verò opus gratiam largiri. Ioan-
nis opus est solum visibile, Dei verò est visi-
bile, sed inuisibilem habet effectum. [*venit
fortior post me.*] Non putes, se fortem ad Chri-
stum collatum reputasse: ideo addit, nō sum
dignus eius calceos portare, per quod osten-
dit gratiam Apostolorum ad prædicandum:
tamen non sunt ad Euangelium calceati. Re-
fertur tamen ad populum Iudæorū, de quo
dictum est: illum oportet crescere, me autē
To. primus. C 2 minui.

Pfal. 131
Pfal. 80

3. Reg. 17.

1. Petri, 5

Exo. 3. Minui. Moses igitur habet quidem calceamentum, non domini, sed suum: ideo illud deponere iubetur, debet enim se quisque deponere, ut iter spirituale gradiatur. Porro Apostoli licet aliquando habuerint calceamentum suum, tunc tamen illud deposuerunt, cum missi sunt ad predicandum, sine pera & calceamento. At quando missi sunt predicare Euangelium omni creaturæ: tunc calceamentum Domini portauerunt: nuptiale enim calceamentum Euangelij prædicatio est. [cuius ventilabrum.] Id est discretio iudicij, Christus enim habebit auctoritatem separandi solida grana, id est, merita à granis leuibus, quæ iactantiæ vento feruntur. Ea verò sunt solida grana, quæ grano tritici in terram cadenti conformia sunt.

D. Grego. in. c. 15. lib. 1. Reg. Tractans illud locum Saulis. Peccauit, honora me, &c. dicit, tria sunt in poenitentia vera: conuersio mentis, confessio oris, & delicti vindicta: qui confitetur sine conuersione in Deum, nihil agit: quia quod ore eijcit, amando introducit: cor de enim debet credi ad iustitiam, & ore confessio fit ad salutem: cor de verò credere est cor dirigere ad fidem, per dilectionem operantem succedit confessio: vindicta est enim reatus quasi apostema, quod nostra ad Deum conuersione pungitur: confessione eijcit pus & purgatur, sed vindicta est quæ superponitur medicina, facite fructus dignos poenitentia, dicit Baptista. Non enim in radice, aut in folijs poenitentia ostenditur, sed in fructu: bona voluntas arbor est, folia sunt confessio nis verba, quæ propter poenitentia fructum sunt expetenda, alioqui ficus fructibus caris maledicatur, & Saul quia confitetur, & affligi non vult, sed honorari, è regno & Dei beneplacito abijcitur. ¶ Idem in. 28. c. Iob, in illud Deus intelligit viam sapientia, & ipse nouit locum eius, via sapientia est cor, quod Deo venienti referatur: ipsum verò cor locus sapientia est, vbi manet: & hoc Bapti. dicit, Parate viam Dño. i. vitiorum sordes mudate, vt sapientia ad vos veniat. ¶ Idem in. 24. Iob in illud, non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum. Prætorum inquit, vitam intuetur & obliuiscitur: quia quod distinctione rigoris iudicat: quantum ad misericordiam ignorat: & quia prauis hominis Deus obliuiscitur, ideo vt infructuosum lignum exciditur, vt locum non occupet, quem alius tenere ad fructum potest: omnis enim arbor quæ non facit fructum abscinditur: sanè impius abscinditur cum mori

tur, conteritur, cum punitur vt Iob dixit. Idem in. 39. c. Iob, in illud, Num suscitabis eum quæ si locustas? dicit locustas aliquando significare Iudæos. Locustæ enim saltu dant, sed statim decidunt, ita Iudæi saltabant cum dicebant, omnia quæ locutus est Dñs, faciemus. Sed statim cadebant, cum dicebant, vti nã mortui essemus in Aegypto. Hos ergo Iudæos, quia ex parte Christus conuertit, ex parte etiam comedit, & Ioannes typum Christi gerens, locustas comedeat, significans Christum aliquos ex Iudæis conuersurum, & ideo etiam mel syluestre edebat, significans Christum gustaturum dulcedinem de gentium conuersione. Secundo locusta significat gentilitatem, de qua dicit Eccle. 12. c. Florebit amigdalu, impinguabitur locusta, dissipabitur caparis. i. cum Ecclesia cœperit florere, tunc gentilitas Spiritu sancto impinguabitur, & Iudæi dissipantur. Itẽ dicitur Prouer. 30. Regẽ locusta non habet, sed egreditur vniuersa per turmas suas: nam gentes quæ prius Deum non nouerant, ordinati contra demones pugnatu ri processerunt. Tertio locusta significat linguam adulantis: vt enim olim locustæ destruxerunt omnem arborem Aegyptiorum: ita & lingua adulantis extinguit, si quidem bonum gloriosum homines faciunt. Quarto locusta significat Christum qui teneri se vsq; ad mortem à peccatoribus pertulit, sed excussus sum ab eis, inquit sicut locusta, subite enim resurrectionis saltu ab eorum manibus euolauit. Quinto locusta significat prædicatores: locusta enim vt saltent, cruribus nitentes se subleuat: ita prædicatores prius vite actiua operibus niti debent: vt postea alis contemplationis ascendant, rursusque, quia in vita contemplatiua durare nõ permittuntur, ad pedes vite actiua submituntur: vt rursus volent, & sicut locusta mane repete non attollitur, sed solis aestu calefcente volat: ita prædicatori dum prospera cuncta succedunt iacet, at cum à prosecutionibus agitur, tunc extollitur & efficitur clarus. ¶ Idem in. 28. c. Iob, in illud, Locusta phiri lapides eius dicit, cum lapis pro insensibilitate ponitur, dura corda designat, vt ibi potens est Deus de lapidibus his, &c. & ibi, auferam cor lapideum. Ezechi. 1. At cum fortitudine ponitur, mentes fortium designat, vt ibi, vos lapides viui. Petri. 2. Et ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Esa. 54. ¶ Idem in. 38. cap. Iob, in similitudinem lapidis aquæ durantur. Aquæ inquit populos significat: lapides sunt gentiles: ita enim dicitur, Similes illis fiant qui faciunt ea, id est, fiant

Exod. 24
Nume. 14.

Psal. 108.

Psal. 113. fiant lapides, lapidum cultores. Igitur cum Gentiles crediderunt soluti sunt lapides, & facti sunt mollis aqua: at Iudæi prius aquæ molles, in lapides durati sunt.

D. Chryosto. homi. 10. [In illis diebus.] Non coniungas hos dies, cum illis in quibus Christus puer habitauit in Nazareth, si qui dem inter vtrūque tempus, 30. anni intercesserunt, sensus igitur est, in illis diebus, id est, in diebus quibus hoc factum est. [Venit Baptista.] Quæres, cur Dñs cum annorum esset 30. venit ad baptismum, & non prius? Certè vsq; ad hos annos in legis obseruatione durauit, ne diceretur, ideo eum legem soluisse, quia legem non poterat implere: impleuit igitur legem tempore pueritiæ cum eam ætatem imprudẽtiæ peccata soleant impugnare: impleuit etiã tempore adolescentiæ quam infestat libido, & iam ætate vergente ad senium, quod auaritia exagitur. Merito igitur impleuisse sedicit omnem iustitiam, id est, quicquid lex præcipiebat. Secundo quæres, cum Deus instigari Ioannem ad baptismum, quis tandem fuit huius baptismi fructus? Si dicat vt Ioannes dicebat, se prædicare baptismum poenitentia in remissionem peccatorum, hoc iam maius dubium est. Siquidẽ à Ioanne nunquam fuit remissio peccatorum: etenim ante crucem nõ fuit remissio peccatorum, testante Paulo, quod sanctificati fuimus sanguine Christi. Ad hoc est Responso, quod cum Iudæi essent corde iniquitabunt: venit ergo Ioannes & vestitu & verbo poenitentia à peccatis annuncians, vt illi peccatorum suorum memoria excitati, peccata sua confiterentur, & castigare inciperent, & ad Christi gratiam properarent. Secunda causa est, quia cum non posset Ioannes singulorum domos adire vt illis Christum digito ostenderet: baptismi elegit officium, vbi quasi in frequentissimo teatro, hominibus Christum demonstraret: & item quia Christus eo tempore obscurus fuit, debuit à clarissimo præcone declarari, qui dicebat instare iam regnum cælorum (neque de terrenis bonis sicut ceteri propheta meminisset) id est, aduentum Christi. Dices, quid hæc ad Iudæos, qui horum nihil intelligunt? certè vt vel dictorum obscuritate moti, claritatem perquirant. Iam considera qualis erat Ioannes qui per. 30. annos habitauerat desertum, qui que voce Isaia prænunciatus est: quod enim Isaia. 31. 45. ias dicit, Vox clamantis in deserto, parate vias Domini: idem est, ac si diceret, agite poenitentiam, & rursus quod addit, omnis val

Matth. 3

1. Cor. 6.

Ma. 31. 45.

lis implebitur, id est, grandis erit ad Christum concursus, grandis in melius futura commutatio, grandis etiam de cælo bonorum descensura largitas, licet in alium sensum possint hæc detorqueri, vt sit allegoria, quod omnes humiles essent subleuandi, superbi humiliandi, & quod legis duritia in Euangelij esset mutanda facilitatem: quia iam gratia omnibus sese obuiam præstat, publicanis metricibus & latronibus, & lupi & agni, id est, hominum diuersorum morum in fidei vnitatem sunt habitaturi. Sed cur hoc? quia videbit omnis caro (non Iudæi soli) salutare Dei. [de pellibus camelorum.] Hoc certè ad credendum Iudæos inuitabat cernentes in Ioanne Eliam, imò & Elia maiorem: hic enim habitabat in vrbebus & vescebatur: non ita Ioannes, sed cur Ioannes non aratro incubuit, & campos profcudit, sed leui & cibo & amictu vsus est? Planè quia labor & sudor aratri maledictio est, in quam incurrit Adam, quia de cibo curauit, hanc verò maledictionem Christus veniebat delere, & ideo in præcurso suo demonstrauit, nihil iam nobis esse cum terra commune, sed ad priorem nobilitatem esse nobis recurendum quam Adam habuit: quæ etiam Angeli ferè vtuntur: habitu ergo & cibo contemptam mundi, & regnum cæli ostendit, non indigens lecto, lecto, domo, vel mensa. Ita habitus ille & poenitentia & regni indicia præferebat, & ita Ioannes habitauit eremum, vt cælum. [zona.] Vfus zonæ fuit sanctis illis. Petro, Paulo virum cuius est hæc zona (inquit) Elia, quia semper en opere versabatur. Quod si Ioannes omni vite ratione mundissimus, cælo clarior, prophetis celsior, tanta Dei familiaritate gaudens, ad omnem tamen durabat patientiam laborum, ad omnemque vite rigorem se coarctans: quid nos respondebimus Deo, post tot Christi beneficia, post tot peccatorum onera, ne minimam quidem partem castigationis imitatur? comestationibus, potationibus, odoribus dediti? nos eneruamus vt foeminas, & vndique relaxati in prædam diaboli præparamur. [exibat ad eum omnis Iudæa.] Vides quantum propheta valebat, ad se omnes populos conuocabat, & ad confessionem peccatorum prouocabat, & contra omnem illam multitudinem, vt contra pueros insurgerebat, & iam diu deserat Iudæis propheta, quod gratiam Ioanni coram plebe addidit, maxime cum ille non onera Babylonis aut Damasci, non bella & captiuitates (vt alij fecerant propheta) prædicaret. Sed regnum

To. primus. C 3 cælo

celorum, & huic contrariam gehennam. [Videns multos pharis.] Pharisei diuersa ratione veniebant quā plebei: hi enim vt confiterentur peccata sua: at illi captantes in eo, quod reprehenderent. Sat enim sciebant Ioannem non esse Christum, cum non esset natus in Bethlehem: at illi interrogabant si Christus esset. [genimina viperarum.] O admirabilem hominis constantiam, quam liberè eos arguebat, qui semper propheticum sitierunt cruorem, qui que in nullo erant serpentibus mitiores. Sed dices, cur eos Ioannes increpat qui veniebāt ad se, & obedire se pollicebātur? Certè quia Deus ei reuelauerat, illos de maiorū suorū nobilitate superbos, quā malorū radicē Ioannes cupiebat auellere. Sicut Isaias vocabat illos populum Gomorrhæorum. [quis vobis demonstrauit.] Vides quomodo increpationi laudem adiungat? perinde enim est ac si dicat, quomodo vel sero implestis, quæ impossibilia videbātur, quomodo conuersi estis? [à ventura ira.] Nō prædicabat eis bella, sed venturam gehennæ iram: vnde eos attonitos reddebat, & rectè vocauit eos genimina viperarum, viperæ mortē parentum accelerant: ita hi prophetarū suorum sanguine madent. [facite fructus.] Non sat est à malignitate fuisse, nisi studijs iustitiæ intendatis, non sat est semel reliquisse vitia, & rursum in ea prolabi, aeterna sunt cælum & gehenna quæ prædicamus, diuersa vobis est ratione viuendum: neque vestra vitia parentum vestrorum fulgore celetis: potest enim Deus de lapide. s. fa. quasi dicat, ne putetis, quod si pereatis, de futuri sint Abraham & Ilij, minimè, potest enim Deus de lapidibus excitare filios, qui Abrahamum pietate sequantur, dicit verò, de lapidibus, quia idem est suscitare de sterili filium, ac de lapide. Ideo enim dictum est, Attendite ad petram laci vnde excisi estis, huius ergo prophetiæ illos admonet. [iam securis.] Quia estis tanto tempore in vicij volutati, acris vobis increpatio necessaria est. Ideo id dico quod terribilissimū est, non enim vobis vineæ conculcationem, sepis direptionem pronuncio: sed quod securis iam iam arborem secat: secatura non folia, non ramos, sed immedicabiliter arboris radicem: non enim veniunt ad vos vt olim serui, sed ipsemet Dominus grauisimā contemptoribus allaturus ultionem: securis igitur ad radicem posita est, ipsa nō se ad mouet, neque remouet: situm enim est in vestra facultate, illam aut vobis ad mouere peccādo, vel à vo-

bis remouere pœnitendo. Sed interim cōfide, non venit securis ad cedendum, si enim horum veniret, secasset iam: quid enim obfaret? venit igitur vt terreat, ne secet. [omnis ergo arbor.] Omnis inquit etiā si ipsius Abraham nepos sis, nullū securis præterit.

At quereris forsan, quod securis sit ad mota radici, tempusque tibi exiguum ad pœnitentiæ fructus afferendos concessum, ne queraris, fructus pœnitentiæ non eget tempore multo vt feratur: velle satis est: & statim arbor surget in gemmas: & tam est facile conuerti, quam est facile à me baptizari. [Ego enim baptizo vos aqua.] Adde & Dei artem, qui harum arborum agricola est, qui facile facit eas in fructus erumpere. [Qui autem post me.] Cum eos terruisset metu gehennæ, excisionis, combustionis, iam infert de Christo mentionem, non sine sermonis eminentia, dicit enim non sum dignus officium vilissimum & extremum in eius domo habere, non enim dicit non sum dignus calceamenta, sed extremum quid, id est, corrigiam calceamenti portare. Quod si id ad exaggerationem dictum putatis, ex meo & illius baptismo agnoscite, baptismus meus solum ad pœnitentiam adducit, at baptismus Christi spiritum dat, & aduerte, cum de se ille prædicat, omnia plena terroris adducit, cum verò ad Christum remittit, omnia plena dicit dulcedinis, baptizabit vos in spiritu, id est, in omnium bonorum largitate, ipso igitur vocabulo, omnem bonorum abundantiam significauit, videlicet peccatorum remissionem, sanctificationem: filiorum adoptionem, hæreditatem æternam, quæ omnia dat spiritus. [in spiritu sancto & igne.] Facile est vos ad similitudinem prophetarū subuehere, vos enim igne baptizabimini, quo Deus visus est Mosi, & alijs prophetis. Ne verò his donis recreati, desides reddamini, dico vobis. [Ventilabrum est in manu sua.] Hætenus supplicium gehennæ vobis dixi, nunc verò Christum iudicem vobis denuncio. [paleas comburet.] Simul & iudex est, & agricola, neque verò multum laborabit paleas discernendo, omnia eius sunt, ignem habet inextinguibilem.

Author innominatus homilia tertia. Sol oritur prius radios, quibus albefcat Oriens: ita Christus natus, & oriturus in mundo, prius misit radium spiritus sui, quo Ioannem illustrauit: vt Ioannes regis aduentum ostenderet: si enim Christus ex inopi nato se filium Dei dixisset, rem tantam fecisset

credibilem. Si enim Iudæi non crederent Christo, per Ioannem prædicato, quomodo crederent, si non prædicasset? Præcessit igitur Ioannes magni regis magnus minister, natus gratia, non natura: nomen ab Angelo nunciatum illi est, per omnia conueniens cum Christo, nisi quod Christo concepto Maria Deum laudat, at concepto Ioanne, Zacharias obmutescit: in signum quod lex erat tacitura: sed Christo nascēte gratia erat nascitura, & Ioannes natus est parentibus sterilibus, vt intelligeretur, mundum eatenus sterilem, tunc cœpisse fructus producere iustitiæ. [pœnitentiam agite.] Solent reges nato sibi filio, peccatoribus pœnas remittere, sed ab eis exigunt tot exactiones, vt nudi & pauperes cogantur indulgentiam recipere. At Deus nato sibi in mundo filio, Ioannem mittit, qui non exactionem depauperantem imponat: sed pœnitentiam quæ cor sanctificat, & gratis ditat, prædicet. Et rursum rex venturus præmittit suos, qui nihil sordium admittant, quæ regis aduentum offendant: ita Ioannes præmittitur, qui peccatorū sordes pœnitentiæ scopis detergat. [vox clamantis.] Vox, sonus confusus est, nullum secretum cordis aperiens, sed solum innuens, aliquid velle qui clamat: sed verbum secretum cordis aperit. Ita Ioannes vox solum, mysterium cordis Dei non reuelans, tantum insinuans, quod Deus aliquid meditabatur facere. At Christus verbum, quia quæ audiuit à Patre nota fecit nobis. [parate vias Domini.] Videntur ergo viæ Domini ab initio in nobis plantatæ, sed nostra dissuetudine oblitteratæ: plantauit in nobis Deus humilitatem. Ideo enim dicimus subdi maioribus, item plantauit prudentiam, per quam discimus, quis nobis fraudem facit. Igitur vias ante plantatas, sed obductas, nunc parate & dirigite. [erat vestitus] Vt testis Christi esset idoneus, fuit prius testis suus se iustitia cōmendans. [pilis camelorum.] Non de eorum lana, nam mollis vestitus virtutem patientiæ eneruat, sed de durioribus setis cameli. Ideo Dominus dicit, Non existis videre hominem mollibus indutum: nam vestis fit vel ad vanam gloriam vt videatur, vel ad molliem corporis, quæ duo seruis Dei non conueniunt, fit igitur, vt serui Dei vestiantur ad solam nuditatem corporis tegendam. [zona pellicea.] Videtur ergo Iudæi vsi zonis laneis, at Ioannes duriori vt ebatur: significans, non sat esse legis habere iustitias, nisi & ultra eas aliam duriorē

iustitiam habeas, id est, non sat esse si non occidas, si non adulteres, nisi etiam voluptatibus cogitationum, quæ maximè resident in lūbis, per zonæ continentiam, modum imponas. [locustas.] Quæ sunt parua volatilia, significat hoc, Ioannem manducasse paruos cibos, maiores enim Christo edendos relinquebat, parui cibi sunt illi homines Iudæi qui solum fructus pœnitentiæ dignos faciunt, maiores aues sunt, ij quorum conuersatio in cælis est, quibus dicitur, nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarū, relinquit igitur Ioannes cibos grandes Christo, sibi exiguos reseruans. [mel syluestre.] Id est legem & verba Dei vetera: lex enim erat mel quidem, sed agreste & insuaue, at Christus mel domesticum de cælo edebat, Ioannes egit intra legis mandata, at Christus conuersationem adduxit cælestem. Rursum, Ioannes ty pus est legis, cum ergo vestem cameli, id est, (peregrinam, induit) significat legem prænunciasset, quod ab Ecclesia Christi peregrina, & gentili esset ornanda & vestienda, rursum cum Ioannes comedit locustas, significat: quod gentes quæ longè volabant iam prope essent futuri, & qui agrestium gentium dulcedinem ex futura fide docet, mel syluestre edebat. [tunc exibat ad eum omnis Iudæa.] Tunc cum & voce & operibus clamabat Ioannes, exibat verò omnes, erat enim tam excelsæ vitæ Ioannes, vt cunctorum vita, licet candida, tamen eius respectu fusca videretur, sicut cum albam vestem niui coniungis: Talis debet esse quiuis princeps, quem enim plebs imitabitur, si videt principem suum se sordidiorē. [Confitentes peccata sua.] Qui timet iudicium Dei, peccata sua non erubescit confiteri, perfectus enim timore omnem soluit pudorem. Sanè pudor est peccata confiteri: sed ipse pudor pars est iudicij, o misericordia Dei, toties eum offendimus, & ei sufficit pudor pro pœna. [facite fructus.] Pone Ioannem medicum esse, verbumque ipsius ferrum esse medicinale, quo conscientia tumens præscinditur, confessio est digestio puris, reliquum est vt vulnus conscientie bonis operibus sanes. [genimina viperarum.] Viperæ si mordent, currunt ad aquas, quasi non inueniunt pereunt, ita Pharisei peccata mortifera committebant, & ad baptismum Ioannis properabant. Item viperæ lacerant matrem: ita Pharisei contra Synagogam pugnant, vt Canticis dicitur, filij matris meæ pugnantur contra me. Item viperæ foris depictæ, To. primus. C 4 intus

Isai. 1.

Isai. 51.

Isai. 5

Exod. 3.

Matth. 11.

Nota

Matth. 23. intus venenatè, ita Pharisæi. Putatis ergo Pharisæi, quod ad ablutionem culparum vestrum sat sit lauari? at Isaias dicit, Lauamini, mundi estote, auferte malum, discite benefacere, & Dauid vult lauari, sed adducit spiritum contritum, & cor contritum. [Vnde dicitur, quia. Patrem habemus.] Ipse se vacuum virtutibus ostendit, qui de patribus gloriatur, quid profuit Châ de stirpe fuisse Noe? Aut quid nocuit Abraham, quod filius esset idololatræ Tare? num aurum terra est, quia de terra nascitur? aut stannum est argentum, quia de argento progreditur? stannum enim colatur ex argento, clarus de claris, non habet gloriam solus, at clarus de non claris suam solus possidet gloriâ, melius est quod parentes de te, quam quod tu de parentibus glorieris. Nemo igitur putet se saluandum, quia Patrem habet Christum. [de lapidibus.] Lapis ad opus prius ineptus: sed ubi aptatur, deficere nescit, ita gentes deficere à Christo nesciunt. [securis ad radicem.] Non dum secatur, secabit tamen, non secatur iniquos, quia cum mundus sit in maligno, necesse est etiam esse malignos, & etiam quia ex malignis iusti nati sunt, at secabit omnino in die iudicii, ubi iam non est expectatio, quod in iusti conuertantur. [Ego baptizo.] Ut baptizatus meus via sit ad baptismum Christi. [calceamenta.] Pedes Christi sunt prædicatores, calceamenta sunt firmitates & constantia quâ prædicator habere debet: hæc Ioannes dicit se indignum portare, id est, quod non sit dignus prædicator constans Christi esse. [in spiritu sancto & igne.] Igne tentatum, at solus Christus tentare potest, quia & remunerare. Porro Christus licet baptizet spiritu, baptizat etiam in aqua, quia cum sit maior baptismus Christi quam Ioannis comprehendit baptismum Ioannis, & illi aliquid addit, id est, sit in aqua, & dat spiritum sanctum, & propterea, quos Ioannes baptizauit in aqua, Christus postea baptizauit in spiritu, & idem Paulus fecit inuentis quibusdam quos Ioannes baptizauerat. Qui autem baptizatur in aqua, & verbo Christi, non accipiens spiritum sanctum, ut quia non poenituit, hic postea in peiora cadet peccata, quia dæmon inueniens animam scopis verbi diuini purgatam, intrat in eam septicempler. Sed si spiritu baptizatur, spiritus animam ingressus eam complectitur, & circumuestit, facitque non ut caro non concupiscat (concupiscit enim) sed ne anima carni consentiat, tenet enim animam ne vincatur.

Vt tentauit
Deus Abraham.

Actorum

Lucæ. 11.

tur. Sed non contentus Christus spiritu baptizasse, addit baptismum ignis, id est, tribulationum, quia tribulationes concupiscentias minuunt, ut enim ignis terræ superpositus herbas, & herbarum radices exurit, ita & ignis tribulationis carni adiectus, eius concupiscentias, & concupiscentiarum radices adurit, itaque aqua præterita lauat peccata, spiritus verò poenitentes cõtinet & præuale re non sinit concupiscentias, ignis tamen radices malas exurens, futura peccata repellit. [cuius ventilabrum.] Ventilabrum est indicium, quo singulos tentat, & cunctorum corda diiudicat, non igitur quis solo baptismo sanctificatus statim perfectus est, nisi igne tentationis probetur, qui enim tentatus non est, quid scit: omnis igitur tribulatio cui nos occasionem non damus, baptismus ignis est, qui si te peccatorem inuenierit, mûdat, si non peccasti, (quod difficile est) splendere facit animam. Porro quia vita nostra peccatis non caret, ideo semel baptizati in aqua, sæpe baptizamur in igne [Et mundauit aream.] Sicut granum non exit è palea, nisi tritureretur: ita nec homo exit de impedimentis secularibus nisi aliqua tribulatione vexatus, & sicut granum maturum & plenum, leuiter concussum exit è palea: ita vir verè sanctus, leuiter tribulatus, statim vadit ad Deum, qui verò non plenè sanctus est, difficile exit è rebus carnalibus etiam si vexetur, qui verò est ut granum vacuum, cum ipsa palea teritur, nec exit. Tentat igitur Deus homines, ut pij actibus, ab impijs disingatur, alioqui quomodo agricola grana à paleis discernet, nisi tritureretur? qui enim habet propositum sibi brauium, & luctam refugit, hic deses esse cognoscit, qui verò luctatur hic brauium cupit: ita Christianus cum tentatione luctans, cupit gloriæ palmam. Dices, Deus sciebat qualis quisque futurus est: quorsum ergo tentatione probat? certè Deus bene scit, vult tamen ut & simul tu scias, an rectè coroneris, ut egregius luctator, an potius rectè condemneris, ut deses peccator. Arguam te inquit, & statuam contra te, videlicet tuam desidiam. [paleas comburet.] Si paleas quæ necessario paleæ sunt, ita comburitur agricola: quanto fortius eas Deus comburet, quæ sua voluntate se paleas fecerunt, cum triticum esset possent? Et sicut necesse est, grauiorem ventum esse, ut paleæ grauiores separentur à granis: ita cum magna tribulatio est, qui grandes videbantur, cadere solent.

Psal. 49

Euthy

Euthymius. [venit Ioannes.] Supple de deserto interiore, in desertum exterius, quod Matthæus desertum Iudeæ dicit. [appropinquabit regnum.] Id est, Christus, qui secundum diuinitatem Rex est, qui si inueniat vos respicientes, omnia vestra peccata donabit, vel regnum cælorum, id est, politia Angelica: qualis est vita Christiana, vel regnum cælorum, id est, fructio cælestium bonorum. [vox clamantis.] Sæpius est, est mihi vox viri qui hæc clamat in deserto, ut pareatis vias Domini, id est, animas vestras, affectionum spinas proijciendo, & peccatorum lapides: ut ita animæ molles & suaves fiat Domino. [erat vestitus.] Docuit corporis exiguam & simplicem habere curam. [locustas.] Quidam dicunt esse herbarum virgulta, quidam herbas, quidam insectorum genus: afferentes, etiamnum in ea regione locustas fumo siccatas, cibum illis gentibus esse, graui tamen odore, maloque gustu, & Moses quidem locustas inter animalia munda, & esculenta collocauit, potius tamen primò tenendum est. At camelus partim mundus est, quia ruminat: partim immundus, quia vngulâ non findit, & ideo Ioannes vestitur pilis camelorum, quia populû Iudæum miserè mundum, & gentile immundum Deo adducebat. [zona.] Omnes sancti cincti inducuntur à scriptura, vel quia semper in opere, nunquam vero desides, vel quia mortificati, quia pelis pars est animalis mortui. [videns Pharisæos.] Iudæi primo dicti sunt Hebræi, ab Heber, cuius lingua mansit incõfusa, quia edificatibus turrim noluit cõsentire, hac lingua loquuti sunt Iudæi. Secundo dicti sunt Israelitæ, ab Israel, quod nomen Angelus luctatus cum Iacob, ei imposuit. Tertio dicti Iudæi, postquam Dauidi promissum est regnum æternum, & quia Dauid fuit de tribu Iuda, ideo reliquæ tribus ab illa nominatæ sunt, inter hos Pharisæi erant insigniores. [facite fructus.] Nec enim sat est à malo declinare, nisi facias bonum. [de lapidibus his.] Qui in cruce Domino pendente, scisi sunt, & mouerunt corda Iudæorum ut Christo crederent, sicque filij essent Abraham. [securis.] Id est, mors, arbores sunt homines, radices, eorum vita, ignis, est gehenna, vel securis Christus, arbores Iudæi, qui erant excindendi, & in eorum truncum gentes inserendæ. [in spiritu.] Fecit hoc Christus in die Pentecostes, facit nunc cum quibus bonus baptizatur. [et igni.] Gratia vehementia, & incõprehensibilitas demonstratur. [paleas.] Qui vetero iniquitatis agitatur, grana, qui grauitatè habet virtutû,

Leuiti. 12.

Genesi. 11.

Genesi. 32.

Psalm. 131.

& vide quod post baptismum, habet ventila brum in manu, ne baptismo suscepto torpeas. D. Hilarius. cano. 2. [venit Ioannes in desertum.] Id est, in homines desertos à Spiritu ad solitudinem non populi, sed Dei. [poenitentiam agite.] Ut deserta Iudæa nosset, si à vicij cessaret, se eum suscepturam, in quo regnum cælorum est. [pelis camellorum.] Nos pares existimamur immundis pecudibus, sit ergo sanctificatum habitu prophetali, quod in nobis fuerat inutile, vel sordidum: cum exuuijs nostris Christi prædicator induitur. [zona pulicea.] Apparatus est in omne opus bonum ob ministerium Christi. [locustas.] Id est, gentiles, & impij, qui fugaces sumus à congressu prophetarum, voluntate vagi, operibus inuiles, verbis queruli, sede peregrini, &c. Efficiamur ergo sanctorum cibus, & factetas prophetarum. [ex lapidibus.] Non enim successio carnis queritur sed fidei hæreditas, qui fideles Abraham, fidelis filij sunt: qui vero infideles, infidelis sunt diaboli filij. [securis.] Inutilis perfidiæ excidium, conflagrationi iudicij paratur. [baptizo vos ad poenitentiam.] Prophetarum proprium est à peccatis reuocare, Christi vero saluare credentes. [calceamenta.] Apostolis gloriam circumferendæ prædicationis derelinquit, quorum speciosis pedibus relictum erat, pacem nunciare. [et igne.] Quia baptizatis in Spiritu sancto, reliquum est, igne iudicij consummari. Venerab. Beda in. c. 3. Lucæ. [fugere à ventura ira.] Ventura ira est animaduersio vltionis extremæ, quâ tunc effugere peccator non valet, qui nunc ad poenitentiam læmèta non recurrit. [geni. viperarum.] Viperæ sunt qui bonis inuident, quosdã persequuntur, mala pro bonis retribuunt, venenati filij de venentis parētibus nati. [dignos poenitentia.] Ut quanto peccatū est grauius, tanto sit poenitentia maior, non enim par poenitentia digna est grandi, & leui peccato. [securis.] Arbor est genus humanum, securis ex ferro & manubrio, Christus est qui tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate, expectat ergo securis, sed iam videtur quid factura est, ponitur verò ad ramos cum malorum parētū, mali abscinduntur filij, at cum tota progenies excinditur, tunc ad radicem securis apposta est. [calceamenta.] Lex erat, si propinquior nollet aliquam sibi accipere vxorem, alius confanguineus eum discalciet, & vxorem acciperet, cum igitur sponsa Christi sit ecclesia ad Christum maximè pertinens, si Ioannes discalciet Christum signum esset, Christum nol-

3

5

Deuter. 25.

C 5 le eccle-

le ecclesiam in vxorē ducere, Ioannes igitur dicit indignum se esse, qui sponsus ecclesiæ sit, vel aliter, Christus carnē nostram mortalem assumens, velut calceatus apparuit ex animalis mortui pelle. Porro hanc vnionem & incarnationē nemo penetrare potest, asserit igitur Ioannes se mysterium hoc ligaturam hanc penetrare nequire. [*Et igni.*] Leuia enim peccata purganda sunt in seculo futuro, eorum qui bonis actibus vt purgarentur meruerunt. [*ventilabrum in manu.*] Id est iudicium, quia pater omne iudicium dedit filio. Porro ecclesia damnans in tēpore præsentis peruersos, iudiciū Christi futurum representat. [*igne.*] Inextinguibili, ad differentia eius ignis quo sancti nunc affliguntur, de quo dicitur, transiuimus per ignem, sed eduxisti nos in refrigerium.

D. Thomas. [*venit Ioannes.*] Nota quod Ioannes non cepit prædicare ante tricēsimū annum, sicut Dauid nō regnat, nec Ioseph gubernat Aegyptum, nisi in tricēsimō suæ ætatis anno, significatur igitur neminē esse assumendum ad honorem ante perfectam ætatem. [*in deserto.*] Quia ibi quietius audiebatur, vbi à paucis iniquis impediabatur, non enim conueniebant ad eum, nisi viri studio si, & 2. quia prædicanti pœnitentiam, desertum conuenit aut corporale, aut mentale,

Psalm. 54. iuxta illud, elongaui fugiens & mansi in solit. 3. vt intelligas in synagoga non esse prædicationem salutarem; sed in ecclesia, iuxta illud, latere sterilis quæ nō parit &c. [*pœnitentiam agite.*] Pœnitentia est, præterita plāgere, & plangenda nō committere, intellige quantum ad propositū animi, & nota, cum dicitur facite fructus dignos, intelligitur de pœnitentia post baptismū, vnde Petrus pœnitentiā agite, vt scilicet, sitis parati ad salutem consequendā. [*regnum calorum.*] Regnū calorum. Primō est Christus habitās in nobis per gratiā. Secundō est lex diuina, quia per ei⁹ obseruatiā cōsequimur cælū, de quo intelligitur illud, Auferetur à vobis regnum Dei.

Matth. 21. Tertiō dicitur ecclesia militans, simile enim est regnū calorū fagenæ missæ in mare. Quarto, dicitur ecclesia cælestis, vbi recubent fideles cum Abraham Isaac & Iacob. [*vox clamantis.*] Id est, Christi clamantis in Ioanne, & licet verbū Dei loquutū sit in Ieremia Isaiā &c. Nullus tamē dictus fuit vox, quia non immediatē sequebatur eos Christus, sicut sequutus est Ioānes, de quo dictū

Malach. 3. est, ecce ego mitto Angelū meū, qui præparabit viam ante te, & statim veniet ad tēplū

sanctum suum dominator, &c. Vel etiā vox clamantis, id est, ego sum vox clamans, & nota quod clamor fit ad surdos, ad longe distātes, quales erant Iudæi, fit etiā ex indignatione, erat enim Dominus iratus contra Iudæos. [*parate viam Domini.*] Cur non dicit parate viam vestrā? quia nos sumus ad eō infirmi, quod accedere non possumus nisi ipse veniat, via verō, est fides per auditum. [*rectas fa.*] Licet vna sit fides, dirigit tamen in opera diuersa, tunc vero opera recta sunt, quando non discordant à lege Diuina vel. 2. per viam intelligitur, charitas, sine qua nemo it in cælum, semitæ vero rectæ sunt consilia diuina, quæ tunc recta sunt, cū nō propter inanem gloriā fiunt. [*locustas.*] Id est, cibū quē natura ipsa, non ars parabat. [*mel syluestre.*] Nulla arte paratū, aliqui dicunt quod sint cannæ dulces, id est, quarū est succus dulcis. Prædicator igitur habēs alimēta & quibus tegatur, his contentus sit. [*exibant ad eum.*] Dicit Iob, nunc quid nosti ordinē cæli, & pones rationē eius in terra, quia igitur Ioannes primus fuit qui docuit, quod ratio regni calorū deberet poni in terra, ideo ad eum omnes cōueniebāt. [*in Iordane.*] Quia in Iordane est figuratus baptismus: quādo ab ipso est raptus Elias in cælū, & per ipsum trāsiiuit Hēliseus. Secundō quā in ipso est mudatus à sua lepra Aman; Syrus. Tertiō quia Iordanis (id est, descensus) significat humilitatē, quā debet homo habere in baptismo. 1. Pet. 2. Quasi modo geniti infantes, &c. [*cōsistentes peccata sua.*] Num ergo necessaria est ad baptismum cōfessio? ita sed generalis: cum enim peccator renunciat satanę cōfiteretur se esse ei obligatū, & ita fateatur se peccatorē. [*genimina.*] Doctor debet docere singulos pro vt egent, & ita Ioannes docuit plebem & simplices, simplicibus verbis, sed Phariseos explicatius, quia erant sapiētiores, quos ad pœnitentiā adducit, adducendo ad recognitionem peccatorū suorum, cū dicit, progenies viper. Secundō adducit ad pœnitentiā ex consideratione diuini iudicij, quis inquit demonstrabit, &c. Et secundum Rabanum, sensus est, agite pœnitentiā, alioquin nemo vobis demonstrauerit fugere, nemo eripiet vos à ventura ira. [*fructus dignos.*] Primō fructus digni sunt; punire iudicio sacerdotis quod deliquisti. Postquam enim conuertisti me, percussit faciem meam, id est, affixi carnē meā. Secundō fructus est, cauere à peccato & eius occasiōe, tanquā à facie colubri fugo peccatū. Tertiō quantum in malis studuisti, in bonis stude-

Roman. 6. humanum enim dico, quantum exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ, exhibete seruire iustitiæ, & quia pœnitentiæ impedi mētū est duplex, scilicet, præsumptio de generis claritate, hanc tollit Ioannes. [*ne velitis &c.*] Nō enim qui filij carnis, filij sunt Dei, & Dominus dicit, si filij Abraham estis opera Abraham facite. [*de lapidibus.*] Designauit eos lapides, qui à Iosue in Iordane erāt collocati, ibi enim baptizabat Ioānes. [*id enim securis.*] Iob. 13. Fugite à facie gladij, quia vltor iniquitatū gladius est, & scitote esse iudiciū. & 2. Petr. 3. non tardat Deus promissionē sed patienter agit propternos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā reuertī. Psalm. 7. Nisi cōuersi fuerint, gladiū suū vibrauit, arcū suum tetēdit, & per vtrūq; intelligitur iudicij districtio. [*qua non facit fructū.*] Non solū igitur præscinditur, quia facit malū, sed quia non dat bonū fructū, ita Matth. 25. Esuriui & non dedistis mihi, & Lucæ. 13. tres anni sunt, ex quo venio querēs fructū, & nō inuenio. [*ego baptizo.*] Sicut nunc catechismus præcedit baptismū, ita & tunc baptismus Ioānis loco catechismi erat, & nota, baptizatus à Ioāne rebaptizatur à Christo, sed baptizatus ab hæretico non rebaptizatur, quia Ioānes baptizabat in persona sua, sed hæreticus in persona Christi. [*calceamenta.*] Nota diuersa verba esse in Mattheo & alijs Euāgelistis, vt intelligas non esse mēdaciū vbi verba sunt diuersa, si sensus est idem. [*Et igni.*] Bonos baptizabit Spiritu sancto, malos verō igne inferni.

Simon de Cassia. lib. 3. [*factum est verbum Domini super Ioan.*] Et venit in omnē regionē, tumiditas est, velle prodire in publicū, nisi desuper veniat iussio verbi: non ex propria voluntate: sed ex alterius directione, venit verō vt testimoniū ferret de Christo, & de voce quæ in eius baptismo sonuit, vide quātis virtutibus erat præditus Ioānes. [*pœnitentiā agite.*] Baptizabat & prædicabat pœnitentiā, quia hæc duo necessaria sunt ad salutē, sed intellige, nō solū baptismū esse, qui nos regenerat, sed omnia etiā sacramēta baptismi sunt, quia lauat. Imō & omnis virtus baptismus est, quia etiā lauat. [*veniebant consistentes peccata sua.*] Nō ea cōfessione quæ in ecclesia fit sigillatim enumerando omnia peccata: sed erat quædam cōfessio generalis, qua fatebantur se in legē deliquisse, alioqui nō posset Ioannes cōfessiones audire singulorum. [*progenies viperarum sive serpentum.*] Hi filij serpentū sunt, qui terrenā sectantur,

quibusq; terra cibus est: & qui an fractuose procedūt: quibusq; humanā carnalēq; prudentiam habent. [*vobis demonstrabit.*] Si fide venistis ad baptismū, quis erit qui doceat, quomodo sit vobis fugiendū à ventura ira? [*facite fructus.*] Ecce docemini quomodo fugiatis, pia profectō prædicatio, statim remediū vulnere apponere. Sanctus prædicator nō odit homines, quāuis eos opporunē & importunē arguat. [*facite fructus dignos.*] Attentē inspicienti, videbitur fructus fidei esse credere, sicut medicinæ sanare, nam lucrū quod inde capit medicus, nō est virtutis suæ artis, sed est hominis medentis, ita fructus pœnitentiæ nō est alius quā pœnitere in animo, & veritate, id est, omnē delectationē etiā paruā excludere, viamq; iniquitatis plusquam mortē abhorre. Est videlicet peccati cognitio estimare diuinā auersionē: dolere ante acta: odire iniquitatē, & in futurū cauere. Hic igitur fructus pœnitentiæ est. Tunc verō hic fructus dignus est, cū æquat aut superat magnitudo doloris peccati magnitudinē, nescio verō an fieri possit, quod pœnitentiā peccatū excedat, cum peccati offensa infinita sit, & ideo fuit necesse Christū pati & pœnitere loco nostri: alioqui etiam si vnus homo omnia mala sustineret, fieri nō posset, vt ex æquo satisfaceret. At æqua peccato pœnitentiā est, cum dolor de cōmissio, & cautela de committendo, æquat delectationē in facto peccato susceptā. Secundus fructus pœnitentiæ est, ita amare iustitiā, sicut amati iniustitiā. Tertius à licitis etiam abstinere propter criminū dolorē. Quartus ita validē mēbra expendere in actione virtutis, sicut exhibuisti in actiōe iniquitatis. Dices iam senex sum, nec valeo ita bene agere, sicut male egi, certē si non vales, affectus tibi pro opere valebit, vt denarium recipias, cū

Matth. 20. his qui mane laborauerunt. [*pātem habemus Abraham.*] Nulli enim aliena sanctitas prodest si ipse in peccatis esse voluerit, ad eō vt nec Christi, nec ecclesiæ marita homini. iniquo prodesse possint. [*de lapidibus his.*] Intendebat Ioannes adstantes gentiles ad pœnitentiā prouocare, & rursus nemo desperet, quāuis durus, posse cōverti, si gratiæ velit subiaccere diuinæ. [*ad radicem.*] Radix meriti est voluntas, nemo dānatur, quia egit, sed quia voluit. [*ego vox.*] A se ipsa nō emittitur, sed aliunde virtus est, vnde vox ipsa fornetur, scilicet, à Deo, qui est & qui erat, erat tñ vox de articulata, nō velut animalū brutorū. [*parate viam.*] Via Domini, volun-

Matthæ. 25. *tura.*] Qui contēdit ex hædo fieri agnus, ex leuo dexter, is est qui fugit à vêtura ira. [*pater habemus Abraham.*] Cum Deus de vobis dixerit pater tuus Eueus, & mater tua Cæthea. [*fortior me est.*] Non dixit: Deus est, erant enim vides turbæ, paulatim erudient. [*in spiritu sancto.*] Non solum in baptismo recipimus Spiritū sanctū, sed etiā cum ab eodē Spiritu eius donis acceptis, accendi mur in Dei obsequium. [*ventilabrum est.*] Examen, quo Angeli fecernent malos à bonis: vel turbo ille faciem iudicis in iudicio præcedēs. Glossa inter. [*in diebus illis.*] Idest ad huc Christo habitante in Nazareth. [*pœnitentiam agite.*] Puniat quisq; mala quæ fecit quia appropinquauit illi, salus quā perdidit, & facultas redeundi, vnde decidit, qua promissione, animi eriguntur. [*viam.*] Fides est via, qua salus ad cor ascendit. [*circalumbos.*] Vbi magis luxuria viger. [*mel syluestre.*] De trūcis vel herbis. [*tunc exibat.*] Propter vitam, & prædicationem. [*saduceos venientes.*] At non cōfiteutes peccata. [*quis vobis demonstrauit.*] Idest nullus demonstrare poterit nisi vnus Christus. [*fructum.*] Idest carnis mortificationem. [*dignum.*] Idest iuxta quantitatem offensæ. [*in aqua in pœnitentiam.*] Idest docēdo, vos pœnitere. [*triticū.*] Idest eos qui à spe æternorū immobiles sunt. Glossa ordi. [*pœnitentiam agite.*] Si gratis in baptismo fit remissio, cur prædicatur pœnitentia? sed triplex est pœnitentia. Prima est, errores & omnia mala ante baptismum abrenunciare & cōdēnare, quod necesse est ad Christū vêturū. Secunda post baptismū lapsos per pœnitentiā renouari. Tertia qua sancti quotidie ab ijs peccatis purgātur sine quib; vita nostra nō agit, & nota q̄ prima pœnitentiæ virtus est, hominē veterē perimere, & vitia odire, q̄d qui nō facit, nec virtutes cōphēdit, nec supplicia fugit. [*vesti.*] Lau dat in Ioāne vilitas vestis & cibi, quorū vsus in diuite reprehenditur, & monemur vt vitam veste, ad solā nuditatē tegendā, & vtamur naturali, nō arte parato cibo. [*locustas.*] Significatū est per locustas, quod Ioānis prædicatio licet turbis saperet vt mel, at breui erat casura, sicut locusta. [*Pharisei.*] Idest diuisi, per priuatā enim iustitiā diuiserant se à reliqua plebe. [*saducei.*] Idest, iusti, vendicabant sibi quod nō habebāt. [*facite fructus.*] Idest, deponite prius viperea venena. [*ne velitis dicere.*] Prouocat ad humilitatē, quia in superbia nulla pœnitentia est, & nota quod pœnitentiā timorē Dei, & metū poenarū ob

oculos ponit, recolens peccata priora, & ita dolor cordis in fletus erūpitur, quia vulnera dolēt, & gratia est quæ sentit dolorē, & quæ rit sanitatē. [*de lapidibus.*] A carne retrahit, & ad prædeterminationē cōsiderandam pronocat. [*ad radices.*] Radices sunt cogitationes, quibus plantati, vel sursum ad cælū sustolluntur, vel ad ima inferni mittuntur. Arbor etiā est genus hominū, huius rami alij sunt aridi vt infideles incendio apti, alij virides sed sine fructu, vt hypocritæ, alij fructuosi, sed venenosi, vt hæretici, alij fructuosi & sani vt catholici. [*ego baptizo in aqua.*] Idest nō mea vobis autoritate aut beneficia, aut terrores prædico, sed eius qui post me venit. [*igni.*] Diuini amoris, nā in Leuitico iubetur, vt in altari ardeat semper ignis de cælo missus, hic ergo diuinus amor omnes fideles qui Christo offeruntur, quasi rebaptizat & exurit vitia carnis eorū. [*permundabit.*] Quotidie à varijs tentationibus purgat.

Lyranus. [*venit.*] Ioānes in deserto nutritus est, ibiq; prædicauit, postea descendit in regionē circa Iordanē. [*locustas.*] In Iudæa locustæ oleo frictæ, cibus pauperū sunt. [*mel.*] Reperitur hoc in Iudæa, in trūcis arborum, vel secūdū Rabanū, sunt folia arborū alba & tenera: quæ manibus cōtrita, melleū habēt saporē, & hic notatur, quāto vehemētior est ad fructū prædicationis vita, quā verba, subditur, enim exibat ad eū &c. [*baptizabantur cōfiteutes.*] Quia Ioānes baptizabat, vt crederēt in eū qui vêtur⁹ esset. Actōrū. 19. Idest in Iesum à quo, cū peccata cōfitebantur, veniā expectabāt. [*videns Phariseos.*] Idoneus prædicator Ioānes, qui magnorū vitia adeo cōfidēter reprehēdit, horū maximē qui literati habebātur in populo, & religiosi, reprehēdit ergo eos Ioannes quia fiētē veniebāt ad baptismū vt Iosephus lib. 19. antiquit. dicit, & videtur colligi, ex illo, vbi interrogati à Domino, vnde esset baptismus Ioānis, illi respōdere ausi nō sunt. [*progenies viperarum.*] Quia errores & hypocreses suas à primogenitoribus hauserāt. [*quis demonstrabit.*] Nūc vestra latet impietas, at qui reuelatur in die iudicij. [*dignum pœnitentiæ.*] Vt quātū se glorificauit in delicijs, tantū habeat luctus & tormētū. [*ne velitis.*] Putabāt his salutē sine operibus assequuturos, quia filij essent Abrahæ. [*radicem arboris.*] Arbor homo est, qui est arbor conuersa. [*calceamenta.*] Non quod Christus calceatus inceserit, siquidem, discipulos ad prædicandum discalceatos misit, sed est modus loquendi, hominis

Lucæ. 10. nisqui dicit se impropotionabiliter esse minorē. [*igni.*] In primitiua ecclesia super baptizatos descēdebat Spiritus sanct⁹ visibiliter in specie ignis, sicut in die Pentecostes. Actōrū. 2. Dionysius cartusius. [*venit Ioānes.*] Misit illum summa Dei sapientia, sciens mūdum non esse immediatē Christi capacem, præmisit igitur Ioannē. [*regnum calorum.*] Primus qui publicē prædicauit gloriam cælestem fuit Ioannes. [*parate viam Domini.*] Idem est quod pœnitentiam agite. [*clamantis.*] Clamabat Christus in Ioanne, sicut loquebatur in Paulo, vt ipse dicit, an experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christi: & nota q̄ 8. sunt genera baptismatum secūdum Damascenum li. 4. Diluuiū, trāsitus maris rubri, ablutiōes legales, baptismus Ioānis, baptismus Christi, lachrymarū, sanguinis & flaminis, sed Gregorius Nazianzenus aliter dicit, primus baptismus est figuratiuus, vt legales ablutiōes. Secūdus præparatiuus vt Ioannis. Tertius purgatiuus vt is quo regeneramur. Quartus supererogatiuus, sanguinem fundendo. Quintus quotidianus, vt quo lachrymas fundimus. Porro baptismus Ioannis non conferebat gratiam sicut nostra sacramenta: sed cōferebat ex fide & deuotione suscipientium, sicut & reliqua sacramenta veteris legis. [*viperarum.*] Cōueniētius est intelligere hoc secūdū Ambrosium, q̄ commendat eos pœnitentes: solent enim prædicatores etiā ad bonos, verba dura dicere, quo eos humiliēt. [*securis ad radicem.*] Arbor est quiuis homo, radix est sua subsistentia, securis vero ponitur ad radicem, vt aliquādo de improuiso rapiat: dicitur enim in lib. Machab. gloria hominis vt sterces, hodie ex tollitur, cras nō inuenitur & in ecclesiaste non sit bonū impio, nec prolōgentur dies eius, sed quasi vmbra prætereant. [*qui post me venturus est.*] In publicū, predicando & miracula faciēdo. [*fortior me est.*] Quia excedit omnē dignitatē omniū creaturarum, etiam vt homo, propter vnionē personālē. [*calceamenta.*] Hyperbole est, nā Christus, vt probabile est, non incesit calceatus, sed o mirabilem baptistæ humilitatem, ideo igitur à Christo exaltatur. ¶ Sed quæritur si Ioannes dignus est cælo, etiā ex condigno: si dignus fuit Christū baptizare, cur asserit se indignum tam vili ministerio? responso, q̄ licet ex gratia quis sit dignus portare calceamenta Christi, imo & ipsum consecrare & manducare, tamē ex humanæ naturæ conditione, nemo dignus est: excedit enim Chri-

stus quenuis hominē, in infinitū. [*ipse vos baptizabit.*] Per se, vel in suis ministris, quod enim hi faciunt, ille in ipsis facit, nam Christus vt Ioānes dicit nō baptizabat. [*igni.*] Idest feruore charitatis, de quo dicit, ignē veni mittere in terrā & quid volo &c. [*in extinguis.*] Cum etiam in pij in inferno sint torquendi aquis niuiū, quomodo tantum meminit ignis? ratio, quia præcipuum tormentum est ignis, vel certē quælibet tribulatio in igne intelligitur.

Tunc venit Iesus.

D. Hierony. Triplicem ob causam à Ioāne Dominus baptizatur. Prima quia homo natus erat, omnē iustitiā & humilitatē legis impleret. Secunda vt suo baptismo baptismus Ioānis comprobaret. Tertia vt Jordanis aquā sanctificās, per descensionē colūbæ Spiritus sancti in corda credentiū mōstraret aduentū. [*sine modo.*] Vt ostēderet Christū in aqua, Ioanē à Christo in Spiritu baptizandū, vel quia serui formā assumpsi, expleam eius humilitatē: alioquin in die Iudicij tu à me es baptizandus, vel habeo aliud baptismum, quo baptizandus sum, tu me baptizas in aqua, vt ego te pro me baptizē in sanguine tuo. [*omnem iustitiam.*] Scilicet legis & naturæ, vt si Deus ab homine accepit baptismum, non dedignetur aliquis à suo cōseruo baptizari. [*columba.*] Mysterium Trinitatis in baptismo designatur, fili⁹ baptizatur, spiritus descēdit, pater auditur. Cæli verò referatur, non apertione calorū, sed spiritu alibus oculis, quibus & Ezechiel in principio sui volu minis eos apertos esse vidit. Sedit verò colūbasuper caput Christi, ne quis putaret vocem patris ad Ioannem factam.

D. August. li. 3. De mirabilibus scripturæ ca. 5. Dominus baptizatur, nō quia lauacro egeret, qui nec originalē, nec actualē culpā habebat, sed vt aquas, (quanuis in delicto Adē, à Dño non maledictas) terræ (qua cōtinuebantur) maledictione infestas purgaret, & ne quisquā hoc sacramētū negligeret, cū Dominus qui sine peccato fuerat, baptismū iniuit, & vt à diabolo se occultaret, donec tēratio perficeretur, qui illū velut peccatorē crederet, lauacro indigētē, spiritū verò descēdētē vidit, vocē patris audiuit, & cælos apertos cōspexit, vt demonstraret quid baptism⁹ valeat, nec em̄ tunc solū spiritū vidit, cū quo vnus est substantiā, nec tunc solum patrem audiuit, à quo ante Luciferum genitus est, (idest, ante omnē Angelicā creaturā, que Luciferi

Matth. 14. ciferi nomine designatur) nec tunc cæli aperti sunt, cui thronus cælum est. Sed ut quisq; sciat quid in baptismo recipiat, intelligat enim se à peccatis ablutum, spiritum sanctum accipere, & à Patre ut filius haberi, cæloq; sibi aperiri, ut qui cæli ciuis sit, columba autem, auis nō fuit, sed ex aere facta non dubitatur, nec enim aues peccauerunt, ut hac assumptione à delicto purgarentur, sed quia filius corporalis in mundo apparuit, conueniebat, ut Spiritus sanctus etiam corporaliter appareret, & vox patris corporaliter audiretur, & item, quia filius in aqua descendebat, fuit conueniens, ut & pater ex aqua in columba, quæ à principio ex aqua natura facta est, videretur, ut tota Trinitas se eandem voluntatem habere ostenderet.

Genesi. 1. Idem tract. 7. in Epist. Ioannis, diligendus est proximus, sed cum peccat corripendus: amandus enim est homo, sed eius in eo vicium corripiendum. Ideo enim per columbam demonstrata est charitas, quæ super Dominum descendit, columba felle caret, at alis & rostro pronido pugnat. Igitur sine amaritudine scuit, hoc facit & quiuis pater, cum filium ad disciplinam castigat, quis enim est pater, qui non corrigat filium suum?

Hebræ. 12. Idem de consensu Euang. lib. 2. capi. 14. [tu es filius meus.] Ita habet Lucas & Marcus, at Matthæus dicit, Hic est filius meus, igitur verba non eadem fuerunt omnibus Euāgelistis, sensus tamen vnicus fuit, scilicet, ut omnes intelligerent, illū filiū à patre diligere.

D. Ambrosi. in. c. 3. Lucæ. Baptizatus est Iesus, non mudari volens, sed mudare aquas ut ablutæ per carnem Christi, quæ peccatū non cognouit, baptismatis ius haberent, cau sa vero baptismi explicatur à Domino, dicente. Sic decet nos implere, quo monstratur, quod licet patriarchæ & Prophetæ & Angeli venerint edificare ecclesiam Dei, si tamen Dominus ipse non venit ad ædificandum & custodiendum nihil fit, & ita, nisi ipse præcedat nos in baptismo, nos sequi non possumus: verè enim dictum est, post Dominum ambulabis, & rursum, vias tuas domine demonstra mihi, venit igitur Dominus ad baptismum Ioannis, sed quia eius baptismus poenitentiam habet delictorū, ideo eum prohibet Ioannes, quasi dicat, cur venis ad me qui peccatum non habes? [sine inquit, modo, sic nos decet implere omnem iustitiam.] Id est, misericordiam, disperdit enim & dedit pauper, iusti. e. m. in sæcu. si Christus dedit mi-

Psal. 126.

Osæ. 11.

Psal. 24.

Psal. 111.

hi per baptismum gratiam quam nō habui, igitur iustitia eius manet in æternum. Item, quæ nam est iustitia, nisi te incipere, quod alterum facere velis: ut eum tuo prouoces exemplo? quæ nam est iustitia, nisi ut quis carnem susceperit, non quasi Deus ministerium carnis excludat, sed quasi homo, carnem vincat, ut vincere me doceat? docuit ergo Christus me qui habebam carnem infecta vicij, ut eam sepelirem, renouarem vero virtutibus, o verè diuinam in humilitate prouidentiam! Quid tam diuinum ad prouocandos ad baptismum populos, quā Christum baptizari: & ut nemo se credat innocentem (sed sciat se lauacro indigere,) quod Christus lauetur innocens? si pro nobis Christus lauit, imo nos in corpore suo lauit, quanto magis nos nostra delicta lauare debemus? Sed quo opere magis Christus probatur Deus, quam hoc baptismo, quo in vno momento omnes homines vbiq; diffusi, in Christi carne lota, lauati sunt? vnus enim descendit in aquam ut ascenderemus omnes, vnus omnium peccata suscepit, ut omnium in vno peccata morerentur. [columba.] Simpliciter requirit baptismus, ut simus simplices sicut columbæ, pacem requirit baptismus, quam columba diluuij aduexit, igitur sicut columba attulit ramū, pacis signum: ita Spiritus sanctus pacem adfert ecclesie. [hic est filius meus.] Hæc vox non per Angelos dicta est, sed ab ipso patre vox de cælo missa signauit. [in quo mihi complacui.] Non aliena laudat in filio, sed sua, omnia enim quæ habet filius, pater habet. Creditur his verbis inundus in elementis, credat & in hominibus, ratio est, ut credamus nos, si quidē ex anima ita Deo obedierunt.

D. Grego. homi. 30. Spiritus sanctus in columba & in igne apparuit, quia quos repleuerit, simplices facit & ardentes, neq; enim Deo, aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate placere potest, & ideo dictum est, estote prudentes ut serpens, & simplices ut columba. & Paulus nolite pueri effici sensibus, sed matricia paruuli estote, & de Iob dicitur, quod erat simplex, & etiam rectus, omne enim igitur cor, quod Spiritus sancti gratia tangitur, & mansuetudinis gratia est tranquillum, & zelo iustitiæ accensum.

Sed quæ nam causa est, quod Spiritus sanctus super Dominum in specie columbæ, at super Apostolos in igne descendit? Planè, si Christus antequam nos mansuetè colligeret, zelo iustitiæ cōtra nos inardesceret, actū de nobis

de nobis erat, voluit igitur peccatores nō ferire, sed colligere, homo pro hominibus factus, mitem se hominibus præbuit. In specie igitur columbæ spiritus descendit, ut nō per zelum percuteret Christus, sed mansuetudinem saluaret. At quia omnes, Apostoli etiam, peccatores sunt, eos cōtra semetipsos zelo iustitiæ armauit, & peccata, quæ Deus per mansuetudinem parceret, ipse in se per poenitentiam perunirent. Peccata enim quæ Deus per mansuetudinem tulerat, nos debemus zelo poenitentiae punire.

D. Chryso. hom. 12. [Tunc venit Iesus.] Cū famulis Dominus, cum reis iudex baptizatur, sed in hac humilitate, eius resplendet sublimitas, quid verò miraris si baptizatur, qui cæditur, crucifigitur, & occiditur. At ne conturberis videns Dominum humilem, ideo Ioannes de ipso tot prætulit præconia, dicens nō sum dignus portare eius calceamenta, &c. Et ne putes Christum egere baptismo, prædicit Ioannes, Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi [sine modo.] Sicut Petrus non se pedes lauari permisisset, nisi Dominus dixisset, Quod ego facio, tu nescis, ita nec Ioannes baptizasset, nisi Dñs diceret [sine modo.] Nec erāt pertinaces, sed Christo (ut Domino obedientiam demonstrabāt, nec dicit [sine] sed, [sine modo.] Nunc hoc fiat, fiet quod tu de me optas, postea, & sane tu credis, non decere me à te baptizari imò verò decentissimū est, dices quomodo? quia sic implebimus omnem iustitiam, Ego quidem reliqua legis impleui, hoc vnum reliquū est, ut vos à maledicto quod per præuaricationem legis incurristis, absoluam. Hoc oportet me implere, ad quod implendum veni, & carnem suscepi. [cæli ei aperti sunt.] Vulgus enim credebatur multum maiorem Ioanem quàm Iesum: Erat enim ille splendido loco natus, de matre sterili, in eremo versatus. Christus è matre paupere, & obscura, communiter viuens, ne igitur quisq; errorem suum confirmaret credens maiorem Christo Ioannem, ideo cæli Christo aperti sunt. Dices si cælum Christo apertum est, si vox de cælo insonuit, si Spiritus sanctus in specie columbæ apparuit, qui fieri potuit, ut qui hæc audierūt, Christo nō crediderint? respondeo. Sicut non crediderunt Moysi sub quo multa sunt facta miracula, nec crediderunt Christo, qui postea multo maiora miracula fecit: ita nec crediderunt miraculis quæ nunc acciderūt. Suscitatus est Lazarus, & nec id perpulit Iudæos ut crederent: imò perpulit, ut Christo quererēt mor-

Ioannis. 1

Gala. 3

Ioannis. 11

tē. Ne igitur queraris de diuina prouidentia, quæ in quodam loco de Iudæis quaeritur, dicens, Quid debui facere vineæ meæ, & nō feci? Porro aperiuntur cæli, ut discas cum baptizaris, te à Deo cælis vocari, ut ad patriam cælestem contendas, nihil habens cum terra cōmune, & quidē si nunc hæc signa visibilia nō vides, suscipe tñ quæ olim facta fuerūt: nobis enim sola ad hæc sufficit fides. At in specie colubæ apparuit Spiritus sanctus? mansuetudinis admonens baptizatos, simulq; in memoriam reuocans, quod sicut columba illa in diluuiuo, attulit ramū oliuæ, pacē rebus desperatis indicans, ita nec tibi desperandum est. Tūc enim per poenam orbis liberatus est, nūc verò idem liberatur, sed per gratiā, colubæ igitur cernitur, nō ramū oliuæ afferēs, sed Christum omnium liberatorem ostendēs, noli igitur esse tāto beneficio ingratus, vbi enim baptizatus es, adoptio filiorum est, at vbi hæc est, omnia mala excludūt, omnia verò bona aduocantur: nihil igitur tibi cum terra, vocatus es enim à rege è tugurio tuo in palaciū suū, noli ad tugurium tuū respicere omnia quæ in mundo sunt, cælo collata panniculi sunt pauperum: noli itaq; post columbā, ad serpentem, qui nos decepit, accurrere.

Author in nomi. homi. 4. Tunc venit.] Cū Ioannes baptizat, dicens venturum aliū qui se fortior sit, tunc Christus venit, ut ita testimonium accipiat à Ioāne: qui de Christo dixit: Ecce agnus Dei: simulq; testimonium perhibeat Ioan. quod verò de Christo dixerit, fortior me est. Id enim ita esse, cælorum apertione, colubæ & vocis aduētū demonstratū est. Et sicut Sol non expectat luciferi occasum, ut luceat: sed post luciferū venit, ipsius candorē obscurans: ita & Christus post Ioanem venit, eius doctrinā obscurans, nā & Ioānis discipuli dicunt, Rabbi, ecce cui tu testimonium reddidisti, baptizat, & oēs veniunt ad eum. Veniens verò ad baptismum Christus, totius naturæ humanæ mysteriū impleuit: licet enim ipse peccator non esset, naturam tamen suscepit peccatricē, & ideo licet ipse baptismo non egeret: egebat tamen carnalis natura, [Ego a te.] Spiritus enim carnē sanctificat, non caro spiritū, iustus Deus peccatorē iustificat, non verò contra: diues pauperē ditat, non pauper diuitē: omne demum bonum è cælo in terram descendit: non verò ascendit in cælum è terra. Si Angelus de cælo repellit, quia cogitauit opus superbiæ, quid ego merebor, si peregero opus hoc, ut totius naturæ Dñm baptizet? [implere omnem iustitiā]

To. primus. D Pri

Primum, quia ita oportet cum qui predicat baptismum, suscipiat baptismum: iustitiam quæ, quam verbis docet, prius faciat. Aut secundo, sicut implebo nunc baptismi iustitiam, ita oportet reliquas iustitias implere. Si enim Deus purus essem, non implerem iustitiam nascendi, crescendi, baptizandi, moriendi: at quia sum Deus in homine, & hominum est opus habere baptismi (quia peccatores sunt) ideo secundum dispensationem naturæ susceptræ baptizor: sicut & impleui, ut homo, iustitiam nascendi, crescendi, esuriendi, sitiendi, &c. Non enim nascitur homo purus, aut Deus purus: sed Deus homo: hic igitur homo baptismum suscipit, vel tertio, sine modo ut à te baptizer in aqua: tu à me baptizaberis in spiritu. [*confestim ascendit de aqua.*] At quid refert, quod confestim ascenderit, si postea ascēdere poterat? sed hic mysterium subest, qui enim verè iustus per baptismum fit, is confestim ascendit ad virtutes, & ad dignitatem subleuatur cælestem. Qui enim in aquam descenderant peccatores filij Adam, de aqua ascendunt spirituales filij Dei, idque confestim. Quod si multi baptizati remanent peccatores, sicut prius, id sua culpa est: non baptismi defectus. Baptismus poterat confestim ad meliora subleuare: vel secundo dicitur confestim, quia Christus festinabat exire, ut cum diabolo congrederetur, & vinceret tyrannum, charitas eum vrgebat: sicut enim dux dato signo, properat, ne eius mora periculum pariat suis: ita Christus dato baptismi signo, currit, & festinat ad arma, id est, ad accipiendum Spiritum sanctum: ut cum totius humanitatis hoste depugnet: si quidem diabolus audito quod filius Dei veniebat in mundum, festinabat omnes homines sub peccato velle concludere. [*aperiti sunt ei cæli.*] Cæli rupti non sunt, alioqui omnibus patuissent: sed Christo oculi sensus aperti sunt, ut videret, quæ erant super cælos: ideo dicit, quod ei aperti sunt: sicut etiam vidit Stephanus: sed dices, num Christo cæli prius erant clausi? nū ei qui erat in cælo, visi nunc sunt cæli? sanè sicut secundum dispensationem humanæ naturæ baptizatus est Christus: ita & secundum eandem cæli ei aperti sunt, ut intelligant, qui rectè baptizantur, se oculos recepturos, quibus ea quæ super cælum sunt, videre possint. Qui enim non credit ea quæ gloriosa ac terribilia reposita promittuntur in cælis, ante eius oculos cæli obturati sunt: qui autem credit firmiter, & velut ad id quod credit tendit, illi cæli aper-

ti sunt, & cum sit corpore in terra, animo est in cælo. Secundo intelligi potest, quod quædam inuisibilia obstacula essent in cælo, quibus obstantibus, animæ defunctorum non ibant in cælum, quæ Christo baptizato aperta sunt, id est, propter eum aperta sunt, propterque eum omnibus etiam, qui in eo baptizantur: sicut si ego qui aliquo dono indigeo, regis filium rogassem, ut id mihi à patre suo impetraret: rex donans filio dicit, ego tibi do, id est, si do illi pro quo tu intercedis, non tamen illi nisi propter te do: ita & aperti sunt nobis propter Christum cæli, & ideo aperti illi sunt. Sanè ante Christum nullæ animæ ascenderunt in cælum, sed in inferno omnes detentæ sunt: & ideo Ecclesi. 24. dicitur. Descendam ad inferiores partes terræ, & visitabo omnes dormientes, & illuminabo sperantes in Deum. Porro ita aperti sunt cæli, ut iam non claudantur: at postea cum Christus ascendit in cælum, non dicitur aperti sunt cæli, sed dicitur, tollite portas principes vestras, si quidem & iustis & peccatoribus cælum iam patet. Tertio intelligitur: cæli dicuntur scripturæ diuinæ, quæ aperiuntur viris qui Spiritum sanctum in baptismo recipiunt. Si quidem insufflauit Dominus in discipulos spiritum, & aperuit illis sensum, ut intelligi scri. [*in specie columba.*] Quæ inter omnes animantes est cultrix charitatis: & quidem omnes species virtutis habere possunt impostores, sicut & iusti: ieiunare illi possunt, & elemosynam facere, solam charitatem colere iniustus non potest: ideo in columbæ specie, id est, in charitate Spiritus sanctus est. [*in quo complacui.*] At in transfiguratione additur, ipsum audite: non quia Moysen nolet pater audiri, sed quia filium audiri præ Mose volebat: videlicet ut legis & prophetarum Dominum.

Euthymius. [*venit Iesus ut baptizaretur.*] Causa veniendi fuit, ut manifestaretur Israel. [*tu venis ad me.*] Aliqui legent interroganter, at alij legunt affirmatiue, tu venis ad me, ac si dicat, ego quidem occidar: sed & tu sequeris me, quia etiam occideris. [*sine modo.*] Mæx diuinitatis velamenta obtendere: sicut enim dispensatoriè homo propter homines factus sum, (ita enim fallam diabolum, qui hactenus homines decipiebat) ita etiam dispensatoriè baptizor, ut ita hominum fordes in baptismo sepeliam, & Israël demostret. [*omnem iustitiam.*] Hactenus omne præceptum Dei impleui, restat hoc-

hoc etiam implere, ut baptizer: & quia Adā nec vnicum præceptum impleuit, impleam ego omne præceptum. [*confestim ascendit de aqua.*] Dicunt quidam, quod Ioānes demergebat eos quos baptizabat in aquam vsq; ad collum, donec omnia sua peccata confiterentur: at quia Christus nullum peccatum habuit, ideo non est ibi detentus, sed confestim ascendit de aqua. [*aperiti sunt ei cæli.*] Qui enim inobedienti Adam veteri clausi sunt, nouo Adæ obedienti referantur: & qui dem referantur, ne Iudæi videntes eum baptizari, putarent peccatorem. [*columba.*] Imitatur Spiritum sanctum columba, quæ est animal homini amicum: non facile irritable, patienter sustinens se filij priuari: mundissimum, & bono gaudens odore: indicauit esse cessationē diluuij: sicut & Spiritus sanctus indicauit peccatorum cessationem. [*in quo mihi bene placitum est.*] Id est, in quo hominibus bona volui.

D. Hilarius. cano. 2. Erat in Iesu homo totus: ideo in famulatū spiritus corpus assumptum, omne in se sacramentum nostræ salutis expleuit: ad Ioannem igitur venit factus ex muliere, sub lege positus, non egebat ille baptismo, sed assumptum ab eo fuerat creationis nostræ, & corpus & nomen: per illum ergo sancti ablutionis nostræ erat sanctificanda purgatio. Prohibetur igitur baptizari ut Deus: at ita in se oportere fieri fatetur ut homo, & erat per eum omnis implenda iustitia, per quem solum lex impleri poterat.

V. Beda. baptizatur Dominus, ut aquæ reciperent ius baptismi, qui posset vnicus id quod tot non poterant antiqua facere baptismata: & dum Dominus corporis humilitate vndas Iordanis subiit, Diuinitatis suæ potentia cæli nobis ianuas pandit, & dum caro innoxia frigentibus tingitur aquis, opposita quodam noxijs romphæa restinguitur ignis. [*baptizato Iesu, & orante.*] Orat ad informādos nos, quibus baptizatis, ut ianua cæli pandatur non ociose viuendum est, sed bonis operibus & orationi insistendū, quia et si in baptismo peccata sunt laxata, sed carnis fragilitas non est solidata: sanè in Mari Rubro necatos gratulamur Aegyptios: at in deserto humanæ conuersationis hostes occurrunt alij, qui duce Christi gratia, nostro sudore vincantur, donec ad promissam veniam patriam vitæ eternæ. [*columba.*] Quia Spiritus sanctus effugiet fictum, nec habitabit in corpore subdito peccatis, & quia qui cum Simone Mago in felle sunt

iniquitatis, partem in spiritu habere non possunt: & quia sicut non coruus, sed columba afferens ramum oliuæ, pacem mundo post diluuium reddidit: ita soli hi qui in simplicitate cordis baptizati sunt vnctionem Spiritus recipient: nemo enim putet venisse columbam ut Christus proficeret, nō ille profecit, qui Deus & homo erat, sed profectus ecclesiæ indicatur. [*vox de cælo.*] Merito Ioannes Baptista internatos mulierum maior, cui se filius baptizandum credit, spiritus videndum se exhibet, suum quæ de cælo filium commendat pater. Quæ ratione accensus Ioannes, clarè iam Christum prædicare audeat, dicens, Ego testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. [*in te placitum est mihi.*] Id est, per te placet quod gerendum est gerere: vel in te complacui, id est, cum olim testatus sum, quod poeniteret me fecisse hominem, quia peccatores erant, in hoc solo complacui, in quo nullum peccatum inueni. Iurauit ergo Dominus & non poeni. eum, tu es sacer. in æternum.

D. Thomas. [*tunc venit Iesus.*] Tūc, id est, quando Christus erat annorum triginta, significans neminem debere officium prælationis, vel prædicationis assumere ante ætatem perfectam, vel tunc, quando secundum communem hominum cursum videri poterat multa peccata commisisse, quæ nō commiserat tamen. [*à Galilea in Iordanem.*] Id est, à transfiguratione, ad descēsum: debet enim qui baptizatur, migrare de vitijs ad virtutes, & in humilitatem descendere: quia humilibus datur gratia. [*ut baptizaretur.*] Antequam necessitatem baptismi alijs imponat, ipse baptizatur, contra illos, qui alligant onera importabilia, quæ digito mouere nolunt. [*prohibebat eum.*] Recusat igitur honorem qui sibi offertur, planè suam & in firmitatem & humilitatem agnoscens: dicitur enim noli querere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris. [*sine modo.*] Ut baptizer in aqua, qui post modum sum baptizandus in sanguine: quo baptismo etiam Ioannes baptizatus est, pro veritate dicenda, & ita pro Christo qui veritas est, vel sine modo dum formam gero seruirem, humilitatis officium implere, quia postea ego te baptismo gloriæ baptizabo. [*deceat nos.*] Sensus est, ita per baptismum est omnis iustitia implenda, nisi enim quis re natus fuerit ex aqua, non videbit regnū Dei: Christus igitur impleuit omnē iustitiā legis & naturæ, sed prius per istam viam baptismi

Genesi. 8.

Ioan. 13.

Genesi. 6.

Psal. 109.

1. Petri. 9.

Matth. 23.

Ecclesi. 7.

Ioan. 3.

Galat. 4.

Ioan. 20.
Lucæ. vlti.

Genesi. 3.

Exodi. 14.

Sapienti. 1.

Actor. 8.

Pri. Thom. D a ptismi

ptismi implere voluit, vel vt Remigius exponit, decet me dare alijs exemplum baptismi, in quo omnis plenitudo datur iustitiæ: datur enim gratia, & aliæ virtutes, flumen enim Dei repletum est aquis gratiarum & virtutum: vel tertio ita decet: necessitas enim est vt inferior subdat se superiori: gratia vero est cum subdit se pari: perfecta iustitia est subdere se inferiori. [*tunc dimisit eum.*] Vera enim humilitas est quam non deserit obedientia, quasi scelus idolatriæ est, nolle acquiescere. [*confestim.*] Quia statim baptizati induat Christum. [*aperiti sunt celi.*] Qui humano generi erant antea clausi propter peccatum: igitur baptizati statim si moriatur euolant in cælum: id ipsum & martyres, & qui perfectam egerunt poenitentiam: vnde Actorum. 10. Petro oranti post peccatum aperitur cælum: & Actor. 7. Stephano lapides ferenti cæli aperiuntur. [*columba.*] Columba non fuit à Christo in imaginaria visione visa, alioqui solus eam vidisset Christus, nec fuit in vnitatem personæ assumpta, sed fuit de nouo illa species formata: apparuit autem in columba, quæ gemitum habet pro cantu, quia sancti gemere pro peccatis debent. Naum. 2. gementes vt columbæ: item foecundi debent esse sancti, sicut spiritus foecundus est. [*descendentem.*] Quia omne datum optimum, de sursum est, de sursum à patre luminum. [*venientem.*] Semper missio visibilis signum est inuisibilis missionis. [*hic est filius.*] Baptismus facit filios Dei: igitur vox testata est, quod indicabat columba. [*filius.*] Naturalis, hodie enim genui te. [*in quo complacui.*] Placet sibi artifex in opere suo, quia participauit artificis perfectionem: placet Deo in operibus suis, quia aliquid Diuinitatis in eis relucet, sed omnino non placet in aliquo nisi in filio, in quo tota eius bonitas splendet. Porro in hac Trinitatis manifestatione notatur, formam baptismi dandam esse sub terna personarum inuocatione.

Simon de Calsia. libr. 1. capitul. 18. Baptizatur Dominus non vt pro se indignus sed pro nobis: nostra enim egit vt sua, est enim caput nostrum, & ita baptizatur, sicut & orauit patrem, pro nobis scilicet, & quia cū aquis mergitur, vt peccator mergitur, ideo qualis sit voce patris, & columba Spiritus sancti ostenditur: iam igitur nulla fit dubitatio, quod iste sit Dei filius, quem pater, & spiritus ita esse testantur.

Druthmarus. Dominus cum esset annorum triginta, baptizatur, notans quod eiusdem ætatis omnes resurgent in iudicio, quæ etiam ætate Adam formatus est: occurremus enim omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. [*ego à te debeo bap.*] Igitur Ioannes nouit, quod Christus erat baptizaturus suos fideles. [*columba.*] Quidam dicunt, quod sicut stella quæ duxit Magos, expleto suo ministerio disparuit: ita & columba hæc peracto hoc officio non amplius extitit. [*aperiti sunt celi.*] Aperitur cælum baptizato: illa enim Romphea ignis quæ ante paradysum erat, in aquis baptismi extinguitur. [*mansit super eum.*] Id speciale Christi fuit, super quo manet semper spiritus: nam ab alijs sanctis aliquando pro peccato recedit.

Hugo. [*tunc.*] Cum Dominus esset triginta annorum, & tredecim dierum, & anno euoluto vertit eodem die aquam in vinum, & sequenti Pascha Ioannes incarceratur, anno vero euoluto Ioannes decollatur, & proximo pascha Christus crucifigitur: qua computatione fit vt Christus solū vixerit triginta duos annos & dimidium. Iam nota multiplicem baptismum, primū, in verbo. Ioan. 15. Vos mundi estis propter sermonem meum.

¶ In aqua. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. ¶ In Spiritu. Actor. 1. Vos baptizabimini Spiritu. ¶ In igne tribulationis. Isaiæ. 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. ¶ In morte. Lucæ. 12. Baptismo habeo baptizari, &c. Nota verò, Dominus prædicaturus baptizatur, & relinquit Nazaret Galileæ, quo significatur, eum qui prædicaturus est, baptizari prius debere lachrymis suis, & florem mundi debere relinquere, quia Nazaret dicitur flos: quod autem venerit Dominus in Iordanem indicatur, quod prædicaturus debet venire in Iordanem, id est, in iudicium sui, debet enim se diiudicare. [*baptizari.*] Quæstio hic est, Ioannes iam erat mundus ab originali, quorsum igitur debet baptizari? respondeo, vt fomes magis ac magis debilitetur. [*baptizatus autem.*] Hic significatur, quod baptismus in sola aqua, & non in alio liquore fieri debet, sed obstant hæretici, si Spiritus sanctificat, quid aqua opus est, certè constamus ex corpore & anima, vtroq; immundo, sanctificatur igitur corpus aqua, sed anima spiritu. [*confestim.*] Quia baptizatus debet statim ad virtutum ascendere

dere cultū. [*aperiti sunt ei celi.*] Quidam fulgor resplenduit super Christum, qui durauit quandiu sonuit vox. Porro cælum aperitur, primo per reuelationem, vt Stephanus, Paulo, Ioanni: secundo, per apertionem ianuarum, vt in ascensione: tertio, per splendorem vt hic. [*vt columba.*] Quæ sine felle est, notatur mansuetudo. 2. non lædit ore: igitur baptizati non sint linguaces. Ierem. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum. 3. nec vnguibus prohibendi sunt à rapina. 4. minimas auiculas non inuadit, hic est amor. 5. puro vescitur grano, en abstinentia. 6. alienos pullos fouet vt suos: charitas. 7. gemitum habet pro cantu: compunctio. 8. super aquas sedet: vt umbra sagittæ visa, eam fugiat: sollicitudo. [*filius meus.*] In Euangelio Nazarenorum ita legitur patrem dixisse. Expectabam te fili mi, in prophetis, vt in te Spiritus meus requiesceret. Iam homini baptizato dicitur, hic est filius, per fidem, meus per spem, dilectus per charitatem, in quo complacui, iuxta illud. Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea, & ibi, vocaberis voluntas mea in ea.

Caietanus. [*venit Iesus.*] Non misit vt Ioannes veniret, sed ipse venit ad Ioannem. [*vt baptizaretur.*] Sicut suscepit carnem similem carni peccanti, ita baptizatus est baptismo simili baptismo poenitentium: & fecit professionem similem professioni poenitentium, vnde statim cucurrit ad Ieiunium, & baptismum suo habiles fecit aquas, non verò alios liquo res, vt in eis fieret baptismus. [*ego à te debeo baptizari.*] Indiguit Ioannes baptizari in spiritu à Christo, quantum ad reatum originalis peccati, quo sibi clausum erat cælum, & secundo indiguit baptizari à peccato veniali, & 3. subditus fuit legi de Baptismo recipiendo, in certum vero est an martyrio præoccupatus, baptismum Christi caruerit. [*sine modo.*] Reuera erat indecens, Christum à Ioanne baptizari: at Dominus dicit, per mitte hanc indecentiam. [*deceat nos.*] Decet te parere ordini diuino volenti vt me baptizes: decet me eidem parere dispensationi, sic igitur & tu & ego iustitiam diuinam implemus. [*omnem iustitiam.*] Id est, omne debitum. [*ascendit de aqua.*] Igitur immersus fuit in aquam Iesus. [*celi aperti sunt ei.*] Illud pronomen ei, indicat non fuisse cælum in se apertos, formata est igitur similitudo aperturæ sensibilis, in quam in tuens Dominus vidit cælum apertos sicut & Stephanus: per hanc

aperturam vidit de intimo cæli recessu venire columbam, & vocem delabi: & nota, quod Christo aperitur cælum. Columba visa est Christo & Ioanni, sed vox non dicitur cui audita sit, & quantum videtur, columba prius visa est à Ioanne quàm à Christo: quia Ioannes eam vidit ante baptismum. At columba non fuit animal verum sed species, sicut nec ignis aut linguæ quæ in die Pentecostes apparuerunt, verè linguæ aut verus fuerunt ignis, sed similitudo. Porro licet columba soli Christo & Ioanni visa sit, at vox patris videtur non solum à Christo, & Ioanne, sed ab alijs multis audita, licet non adeo distinctè sicut à Ioanne, vt etiam contigit in voce illa de qua habetur Ioan. 12. Et quia vsque ad baptismum suum vixerat Christus vt priuatus, sed ex baptismo caput exequi officium redemptionis humane, ideo tot mysterijs baptismus consecratur. Aperitur igitur Christo cælum, quia suo officio erat aperturus cælum, & referaturus secreta cælestia, & speciatim mysteriū Trinitatis, quæ tunc proprijs nominibus nominata est. Venit verò spiritus in specie colubæ, quia Christus inchoabat officium suum sicut columba, quæ est animal mundum: ita Christus mundissimus fuit operibus: animal est non longe volans à terra, quia Christus venit manducans & bibens, animal est mansuetum, Christus sine armis extra, sine felle in tus: animal est foecundum, Christus toti utilis orbi. Vox demum auditur, hic est filius, quo significatū est, quod Christus erat manifestaturus mundo, quod haberet pater filium æternum, & eundem incarnatum: nam illud verbum, hic, demonstrabat Christum Deum & hominem. [*in quo mihi complacui.*] Habeo in eo complacentiam ad redimendum & reconciliandum genus humanum, & renouandum quæ in cælis, & quæ in terris.

Glossa interli. [*vt baptizaretur ab eo.*] Nullus ergo dedignetur inferiorem. [*Ioannes prohibebat.*] Dominum imitatur seruus, regem miles. [*tu venis ad me.*] Tu cuius generatio libidine caruit, viciosa non fuit. [*sic deceat.*] Vita enim mea morum est disciplina. [*omnem iustitiam.*] Inuitando ad baptismum, in quo consumatio est omnis iustitiæ. [*ascendit de aqua.*] Id est, de fundamento ascensionis.

Glossa ordi. [*tunc venit.*] Cum esset. 30. annorum, cuius ætatis erat Ioseph, cum Aegyptio præficatur, Dauid cū regnū administrat, Ezechiel cum prophetat. [*vt baptizaretur.*]

Pri. Tho. D 3 Nemo

Psal. 64.

1. Reg. 15.

Iacobi. 1.

Psal. 2.

Psal. 103.

Ephesi. 4.

Genesi. 3.

Actor. 6.

Isaiæ. 42.

Isaiæ. 62.

Actor. 2.

Genesi. 41.

2. Regū. 5.

Ezechi. 1.

Actor. 6.

Nemo igitur quamlibet sanctus refugiat baptisimum. *[omnem iustitiam.]* Per quam posita omnis iustitię summa impleatur, ut nullo ex operibus, aut ex arbitrio gloriatur, sed intelligens se esse reum, iustitię Dei subdatur, unde omnis renatus ex aqua iustus dicitur: quia hoc implet, per quod omnis iustitia ex gratia impletur: quam primò deicit Christum implere, vel omnem iustitiam, scilicet, humilitatem, quę omnis est iustitia. *[baptizatus.]* Consecrauit aquas: cuius enim est creare, eius & sanctificare: renascitur igitur aqua, quę sordes eluit nostras, & Christo conspeliit, renascitur & Spiritu, qui ignis est, quo conflagrant rapinur in cælum. *[ut columba.]* Verum corpus formatum est, quod colubam repræsenteret, non erat columba tamen, & indicauit mitē Christū, misericordię præconē & datorem. *[complacui.]* Tu in quo nihil nisi bonum, places, & reliqui etiam placent, non in se, sed in te.

Lyra. *[ego à te debeo baptizari.]* Et à peccato originali mundari, loquitur in persona generis humani, & si loquatur in persona propria, sensus est, ut tibi per impressionem charactēris configurer, ego tuo baptismo. *[omnem iustitiam.]* Id est, omnem virtutem. *[aperti sunt ei cali.]* Id est, videbantur aperti, sicut in coruscatione fieri videtur. *[spiritum uenientem.]* Eius plenitudinem gratiæ denotat. *[complacui.]* Id est, in quo voluntas mea de redēptione generis humani cōplebitur.

Notat D. Augustin. Cuius verba referuntur de consecra. distin. 3. cap. finali, quod Trinitas tota non apparuit in specie columbæ, nec vox illa audita, fuit totius Trinitatis, sed vox fuit patris, columba fuit Spiritus sancti, quauis pater filius & spiritus, sicut sunt inseparabiles, ita inseparabiliter operantur. Ambrosius, cuius verba referuntur de cōsecra. d. 4. c. per aquam, dicit, quod non omnis aqua sanat, sed illa quę habet gratiam Christi, nec enim sanat aqua, nisi in eam Spiritus sanctus descēdat & consecret. Et ibi etiam notatur, quod non descendit prius Spiritus sanctus in Christum, quam Christus in aquam, ne videretur Christus sanctificationis egere mysterio, sed quod ipse & Spiritus sanctificaret.

Dionysius Cartusius. *[tunc venit.]* Quia Laus Marię eatenus habitauerat tanto tempore cū Maria, in comparabiliter benedicta, delicię enim Christi erant habitare cū Virgine matre. *[ut baptizaretur.]* O stupendum miraculum, quod Deus inter populares vestes suas de-

ponat, lauandumque se, nudum seruo, suo subijciat. *[ego à te debeo baptizari.]* Ad veniam remissionem, ad gratiæ augmentum, & ut vera Ioannes dixisse videretur cum dixit, Ille baptizabit spiritu & igne. *[omnem iustitiam.]* Id est, perfectionem, quę in humilitate maximè perficitur. *[aperti sunt cali.]* Cæli quia incorruptibiles, ideo & inuisibiles sunt, sed quando Deus apparet hominibus per subiectam creaturam, tunc cæli (in quibus Deus habitat) dicuntur aperti, iuxta illud, Inclina cælos & des. & illud, Vti nam dirumperes cælos. Porro lux cōpiosa iuxta Christum fusa est, propter quā ei cæli dicuntur aperti. *[meus dilectus.]* Quem ut Deum diligo amore infinito, ut hominem vero, diligo plusquam totum vniuersum: quia ei maius beneficium contuli, quam toti vniuerso: vniui enim humanitatem diuinitati.

C A P V T. IIII.

Tunc ductus est Iesus in desertum.



Ille Leo. serm. 1. de. 40. Ob hoc Dñs se tentari à tentatore permisit, ut cuius munimur auxilio, eiusdem erudimur exēplo: vicit enim aduersarium testimonij legis, non potestate virtutis: ut hoc ipso, & hominē plus honoraret, & aduersariū plus puniret, dum hostis generis humani, non solū quasi à Deo, sed quasi ab homine impugnaretur, & vinceretur. Pugnavit ille tūc, ut nos postea pugnarem: vicit ille tunc, ut & nos postea similiter vinceremus: nulla sunt sine tētatio nū experimētis opera virtutis, nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Vita hæc nostra in medio insidiatorum, & in medio præliorum est.

D. Hiero. in hūc locū. *[à spiritu.]* Haud dubiū quin à Spiritu sancto: ducitur autē non inuitus, sed volūtate pugnādi. *[40. diebus.]* In hoc numero quadragesimæ nobis ostēditur sacramētum quo & Moses ieiunauit, & Elias. *[dic ut lapides.]* Duobus cōtrarijs tenentis diabole: si ad imperium eius lapides possunt fieri, frustra tētatur eum, qui tantę potētis est, si autem non potest facere, frustra filium Dei suspicaris cum dicis, si filius Dei

Dei es. *[non in solo pane.]* Humilitate voluit vincere, non potentia: iam cum dicit, non in solo pane viuit homo, ostendit, quod homo sit qui tentatur, & quod qui non vescitur verbo Dei, iste non viuit. *[assumpsit eum.]* Assumptio hæc non est ex imbecillitate saluatoris, sed ex inimi superbia, qui volūtatē Domini necessitatem putat. *[super pinaculum.]* Quę fame tētauerat, tentat vanagloria. *[si filius Dei es.]* Sēper si filius Dei sit, explorare cupit, at semper relinquitur ambiguus. *[mitte te deorsum.]* Diabolus omnes deorsum cadere desiderat: at persuadere potest, præcipitare non potest. *[Angelis suis mandauit.]* Si hoc de Christo diabole intelligis, car non sub-

ingis quod in eodem Psalmo sequitur, super aspidē & basambu. & con. leo. & draconem. Igitur de Angelorum auxilio, quasi ad infirmum loquitur, de sua cōculcatione sicut fraudulentus tacet. *[non tentabis.]* Falsas de scripturis diaboli sagittas veris scripturarum frangit clipeis: & notandum, quod solū de Deuteronomio protulit testimonia, ut secundę legis sacramenta monstraret. *[gloriā mundi.]* Mundi gloria in monte mōstratur: at Christus ad humilia descendit ut vincat: ducit vero Christum diabolus ad mōtes, ut ibi homo corruat, vbi Angeli corruerant: re- *[1. Timo. 3.]* tēgitur Apostolus, ne inflatus in iudiciū incidat diaboli. *[si cadens.]* Arrogāter loquitur, nec enim omnia regna mundi dare potest, cum sciamus plerisque sanctos reges à Deo factos. *[adoraueris me.]* Qui igitur adoraturus est diabolus ante corruit. *[vade sana.]* Supple in ignem æternū, quod diuersum est ab eo quod Petro dictum est. Vade retro me, id est, sequere me, tu qui meæ contrarius es volūtati. *[Dominū tuū.]* Tu adorabis me, qui Dñs tuus sum. *[reliquit eum.]* Præcedit tētatio ut sequatur victoria, & Angeli ministrant, ut victoris dignitatem probent.

D. Augu. lib. 3. de mirabi. scrip. c. 6. Tentatus est Dominus per tria, in quibus primus homo seductus est. In diaboli tribus propositionibus tota iniquitas, in Christi tribus responsionibus tota iustitia fuit. Cum inimicus dānatur & vincitur, humano generi libertas & redēptio præparatur: & dum diabolus cōtra se fortiorem pugnare nititur, homo qui ipso erat infirmior, roboratur. Famem verò Dominus post 40. dies sustinet, ut & tētato ri tētandi præstet occasionē, & se verū hominē esse demōstret. Idem lib. 9. de Ciui. c. 21. Cum Christus suę præsentis signa paululū suppressimēda indicauit, & aliquatū latuit, du-

bitauit de eo dæmonum princeps, & eū tentauit, an Christus esset explorans, quātū se tentari permisit, at post victoriā Angeli sancti ei ministrabant, sicque dæmonibus magis ac magis innotescebat, ut iam deinceps iubēti nullus resistere auderet, super quibus verbis Ludouicus Viues eleganter dicit, Non tentauit dæmon Christum ut eum ad peccandū sollicitaret, sanctiorē enim eum esse videbat, quam ut ad peccatū allicere (sicut alios) posset, sed explorabat an lateret Deo sub forma humana, se verò Christus tentari permisit, ut quia erat homo, non videretur ē hominum sorte communi exceptus, neque alij qui eum venerarentur, indignē ferrent, vbi se tentari prospicerent. Idem de salutaribus docu. c. 54. Christus ne aurum diligere mus, oblata munera contemnere docuit, ne famem timeremus. 40. diebus ieiunauit, ne nuditatem pertimesceremus, præter vnā tunicam, alias discipulis suis vetuit, ne tribulationes expauesceremus, omnia ipse sustinuit. Idē de verbis Domini ferm. 41. Esuriuit Dominus, certē esuriuit panis, sicut defecit via, sicut vulnerata est sanitas, & demū, sicut mortua est vita. Tunc autem tentator, dicit ut lapides hi panes fiant. Respondit Dominus te vincere docens. Ad hoc enim pugnat imperator ut discant milites: respondit igitur, non in solo pane, sed tūc qui potuit de aqua vinū facere, non poterat de lapidibus panes suscitare? cur ergo non fecit? certē ideo aquam in vinū cōuertit, ut discipuli in eum crederent: at quia diabolus non erat crediturus, ideo non conuertit lapides.

D. Ambro. libro in Lucā. 4. c. 1. Tria sunt quę ad vsum proficiunt salutis humanę, sacramētū, desertū, & ieiunium: nemo enim coronatur nisi legitimè certans, nec certat, nisi prius ablutus à maculis viciorū, munere cælestis gratiæ cōsecratur. Iam Chūs omnib⁹ omnia factus est circūcisus, baptizatus: in deserto esurit, ut cibus primi hominis, quē per præuaricationē gustauerat, ieiunio Domini solueretur, nostro periculo Adā ille scientiæ boni & mali famē soluit, nostro emolumēto famē ille suscepit. Idem. c. 2. Adam ē paradiso in desertum eicitur, Christus ē deserto in paradysum reuocatur, de terra virgine Adā, de Maria virgine Christus, ille ad imaginē Dei, hic imago Dei, per mulierē stultitia, per virginē sapiētia, mors per arborē, vita per crucē. Igitur si Adam in deserto, vadit ad desertū Christus, ut damnatū Adam, resolutō errore reuocaret. Quis verò

via dux esse posset, qua ad cælum Adam remearet? num Angelus? at & Angeli lapsi sunt, num Seraphim? & ipse quidē descendit olim in populum immunda labia habentē, & vnus solū labia mundauit. Quis ergo erit dux qui prodesse omnibus potest, nisi qui super omnes est? quis in supra mundū constituet, nisi qui mundo maior est? quis erit dux Iudæo Græco & omnibus, nisi is qui est omnia in omnibus Christus? Planē omnia laqueis plena sunt, in fide est laqueus, credis Deū esse immortalē, parat tibi diabolus laqueū, dicēs quomodo Christus est mortalis? in matrimonio laqueus, in castitate laquei, quis igitur pedes nostros ē tot laqueis extricabit? adiutoriū nostrū sit in nomine Domini, qui laqueū cōteret, vt nos liberemur? præcessit igitur Christus in desertum vt laqueos cōtereret. [in desertum.] Consilio, vt diabolū prouocaret: nisi enim certasset, non mihi vicisset. Mysterio, vt Adamū ab exilio reuocaret. Exemplo, vt ostenderet diabolū, ad meliora tendentibus inuidere, tūc q; magis esse cauendum. [40. diebus.] Tot diebus aqua diluuij fluxerunt, tot ieiunat Moses, Elias, Christus. [esuriuit.] At Moses & Elias non esurierunt, num hominū paciētia Christo maior est? non, sed fame sua Christus nō cibum esurire ostendit: sed nostram salutē. [Idem. c. 3.] Tria sunt præcipuē tela diaboli, gula, iactantiæ, ambitionis. Inde vero cæpit tentare, vnde iam vicerat, vnde & ego iam in Christo incipio vincere, vbi in Adam iam victus sum, si tamē Christus virtutis exēplū mihi sit. [non in solo.] Docuit, nihil tibi pro diaboli arbitrio, (neq; declarandæ virtutis gratia) faciendū: Christus igitur non diuina vtitur potestate, sed cōmune accersit auxiliū, vt diuinæ lectionis pabulo intentus famē corporis negligat, sicut Elias & Moses fecerant, non enim potest qui verbū sequitur panem desiderare terrenū, cū panis cælestis substantiam accipiat: humanis enim Diuina præstare non dubium.

[Et. c. 4.] [pinaculum templi.] Hæc est iactantia, vt dum se quisq; putat ad altiora cōscendere, sublimiū vsurpatione, ad inferiora trahatur. [mittete.] Infirmam suam diabolus prodit: nemini enim nocere potest, nisi ipse se mittat: nam qui cælestibus dimissis, eligit terrena, voluntarium quodam præcipitium vitæ labētis incurrit. [Angelis suis mandauit.] Disce quod diabolus se in Angelis lucis transfiguratur, & de scripturis, laqueum fidelibus parat, sicq; hæreticos effi-

cit, fidem euiscerat, iura pietatis impugnat, non ergo te hæreticus fallat quod scriptura vtatur, qua & diabolus vsus est. Cum verò signis & virtutibus clarum te senseris, caute iactantiæ vicium, hoc totum Deo, non tibi deputa. [Et capitu. 5.] [in momento temporis.] Bene in momento, sæcularia & terrena mōstrantur: non enim tam cōspectus celeritas ostenditur, quam caduca potestatis fragilitas demonstratur, in momento cūcta prætereunt, & sæpe honor sæcali abiit, antequam veniat: quid enim in sæculo potest esse diutinū, cum ipsa non sint sæcula diutina? Secūdo docemur, inanis ambitionis flabra despicere, quod dignitas secularis diabolice subiceat potestati, ad vsu fragilis, & ad fructū inanis. At dices, an nō omnis potestas à Domino Deo est? ita sanē à Deo est ordinatio potestatis, à malo vero eius ambitio, & quidē licet diabolus dicat sibi datā esse hæc potestatem, nō abnuat tamen potestatem hanc sibi ad tēpus esse permissam: deniq; nō mala potestas, sed mal⁹ qui abutitur potestate. Quid ergo bonū est vt potestate & studere honoris? bonū sanē si deferatur, nō eripiat, & licet hoc sit bonū, nō tamē omne bonū quærēdū, sed illud, quod est vita æterna, id est, cognoscere Deū, & quē misit ille filiū suū. De mū potestas bona, sed malo obnoxia: nam si diuina tentationi obnoxia sunt, quanto magis secularia? si ipsa Dei inquisitio sua pericula habet, multo magis habebit honoris ambitio: sæpe enim quos alia vicia subuertere nō potuerunt, subuertit ambitio: fuge ergo hoc mare quod in sæculo est, & cauebis pericula eius. Iam si Dominus propria non desiderat, tu aliena cur quæris? cur fastidis quod natus es, quæris quod indebitum est, cur quæ ad vsu tibi diutina esse non possunt, ad supplicium diutina esse deposca? si solū Dominū adorare voluisses, honorē indebitū nō quæsisse. [cōsummata omni tentatione.] Ergo fontes omniū tentationū hæc tria crimina sunt: cauēdi ergo fontes hi, finis tentationū, finis est cupiditatū, porro cupiditatū fontes sunt delectatio carnis, gloriæ species, auiditas potētia. Post hæc diabolus non venit ad Christū tētaturus, sed aperte pugnat. Iam attēde magnificentiā Christi hominis, qui nō pugnat aduersus carnē & sanguinē, sed cōtra dæmones, quia nō cōtendit de terrenis, sed de æternis. Iam si vis coronari, certatur in inferno, filiū quem pater diligit castigat: multæ enim tribulationes in iustorū. Tentat dia-

Psal. 33.

Ioannis. 4. Genes. 40.

Roma. 13.

Ioan.

Ephes. 6.

Lucæ. 16.

Hebræ. 12.

diabolus vt aut premio vincat aut tædio: vis non vinci, noli habere quod ille tibi auferat, audi Dominū: venit ad me princeps mūdi huius, & in me non habet quicquam. Et sicut tentatio Ioseph sibi & fratribus fuit vt illis: pauit enim fratres suos dum fames opprimeret terram, ita tu tentationem ne time, ne scis quid paritura sit, imō potius eas tentationes pete, quas ferre possis.

D. Gregor. lib. 33. c. 12. hostis n̄r hos pulsare negligit, quos quieto iure possidere sentit, contra eos verō vehemētius incitatur, qui ex corde, quasi ex sua habitatione illum expellunt: hoc enim Dominus significauit. Dum non ante sed post baptismum tentari se permisit, significans quod mēbra sua, postquam ad Deum proficerent, aciores dæmonis sentirent stimulos. [Idē in lib. 1. Reg. ca. 9. Panis cibus est corporis, verbum mentis: qui corpus nutriunt sine mente, corpore viuunt, mente mortui: nam delicata vidua (vt habet Paulus) viuens mortua est, quæ etiam si delicias ederet, si animam nutriisset, mortua non esset: nihil enim est immundū, quod cum gratiarum actione percipitur: at cum ex corpore & anima constet homo, si corpus pascis non animam, viuet corpus, mortua anima. [Idem in Ezechielē, Angeli ministrat Christo, quia Deus, & Angelus apparet confortas Christum, quia homo est.]

D. Chryso. homi. 13. [Tunc.] scilicet cum descendit in Christum spiritus, à quo spiritu ductus est, vt tu cum baptizatus fueris, si tēteris, ne quid in speratū tibi accidisse putes: eo enim accipisti arma, non vt ocieris, sed vt pugnes. Patitur verō Deus irruere in te tētationes, primum vt intelligas te per baptismum effectum fortiorem, secundo vt in mediocritate permanes: nec donis elatus, nec tentationum mole depressus, tertio vt demō tua resistentia intelligat, te sine dubio ab illius imperio discessisse, quarto vt fortior ferro ipsa exercitatione reddaris, quinto vt intelligas thesaurum tibi à Domino creditum & in honore te collocatum, quod ex ipsa tētatione cognoscitur. Ideo enim tētavit Adā, quia eū vidit in honore, similiter & Iob. [dulus est à spiritu.] Nemo ingerat te in tentationem, sed si in eam, Deo volente inciderit, resistat. [in desertum.] Non in urbem, aut forū, & quidem maximē diabolus aggreditur hominem solum, si quidē Euam solam aggressus est: igitur conuenit nos alijs aggregari, vt vt minus loci detur diabolo. [cum ieiunasset.] Igitur post baptismum nō mensa, aut temu-

1. Timo. 5

1. Timot. 4

Lucæ. 22

Gene. 3. Iob. 2.

Gene. 3.

mulentiæ seruiendum, sed ieiunio: vbi nota quantum bonum sit ieiunium, & quam valida contra diabolū arma sint ieiunia. Planē edacitas Adam eiecit de paradiso, & Sodomas combusit: peccatum enim eorum fuit saturitas panis. [40. diebus.] Noluit per plures dies ieiunare, ne videretur incredibilis assumptio carnis eius. [Si filius Dei es.] hoc dixit, quia audierat vocem Patris in baptismo dicentis, Hic est filius meus: & vocem Ioannis, testimonium de Christo ferentis, ideo maximo tenebatur ambiguo, & non dixit si esuris, sed si filius Dei es, ne videretur ei exprobrare esuriam, sed blanditijs vsus & assentatione, cupiens videre si laus eum in vanam gloriam adduceret: at Christus nihil necessitatem ventris erubescit, sed planē dicit, non in solo pane viuit homo: multi dicunt, quod necessitas ventris multos deiecit in infernum, horum falsitatem Dominus redarguit dicens, quod ventris tyrannus, amatorem virtutis in nullum crimen compellit, simul docens, non esse dæmoni credendum, etiam si aliquid vtile persuadeat. Sic enim Dominus vetuit dæmones, qui illum Dei filium prædicabāt, & etiam Paulus eos vetuit loqui, Acto. 16. [Non in solo pane.] Id est, Potest esurientem Deus sermone solo pascere, simul docens, nunquam propter famem, aut aliud malum Deum reliquēdum. Igitur Dominus noluit signum facere, à diabolo petitum, docens, quod etiam si nos signa hæc facere possimus, non faciamus tamen ducti vanitate, aut absque ratione. [Si filius Dei es.] Ac si dicat, frustra te Deus filium nominauit, aut si non frustra, specimen ostende, quod filius Dei sis, igitur contendit diabolus semper Deo detrudere, vt detrahit, cum dicebat, scit Deus, quod in quacunque die, &c. [non tentabis.] Igitur non signis est diabolus vincendus, sed per patientiam, & quidem stultus diabolus est, qui precipitia Christo suadet, nam si filius Dei erat, non se precipitare conueniebat, sed alios erigere. [Vade Satana.] Corripit eum, quia videbat ita blasphemasse, cum diceret sua esse omnia, ac si omnium esset ipse creator. [consummata omni tentatione.] Id est, consummatis capitibus tentationum, seruire enim ventri, gloriæ, & pecuniæ desiderijs, omniū malorum capita sunt: & quidem pecuniarum desiderium tanquam maius omnibus vicijs, vltimo loco diabolus callidus collocauit: quæ enim vehemētius ad supplantandū

Genes. 3.

Matth. 3.

Marci. 9.

Gene. 3.

idonea sunt ea adhibet extrema: nihil verò sic diabolo subijcit hominem, quàm inhiare opibus. [*Angeli ministrabant.*] Ita facient cuique victori, sicut & Lazari animam post famè & mendicitatem angeli susceperunt, & in refrigerio posuerunt.

Luc. 16.

Author in nomina. homi. 5. [*tentaretur à diabolo*] Hinc intelligimus, quòd à spiritu. s. adductus est, non vt à maiori, nec à minori quidem, sed æquali: vadit verò Christus, vt tētetur: at diabolus venit ad homines, vt eos tentet, non debent verò homines ire, vt tententur. Nota quinque esse baptismata: in verbo, in aqua, in spiritu, in igne, & in morte. Christus baptizatus fuerat in verbo, factus scilicet sub lege, rursus fuit baptizatus in aqua à Ioanne, à Patre verò in spiritu, ab hoc spiritu ducitur in desertum vt baptizetur in igne, postea baptizāus in morte. Certè qui baptizantur in aqua, & spiritu, baptizandi sunt in igne tentationis: nec enim miles ante militiam pugnat, sed postquam designatus est miles: at baptismus aquæ sacramentum est fidei, quo ad militiam designamur: & planè athleta si oleo vngitur, ad luctam vngitur, ita si tu Spiritu sancto vngeris, ad tentationes vngeris. Qui verò in tentationibus superantur, hos non ducit spiritus Dei ad tentationem, & quidem qui non sunt filij Dei, non tentantur, pacificè viuunt: quid enim tētetur qui malus est? si tētatur quis, tētatur vt bonum quod in eo est purificetur, sicut vas cum mandatur: at qui nihil boni habet, quorsum mūdabitur, sicut si laterem laues, commoto luto magis fordidabitur, rectè Paulus, Omnes qui pie volūt viuere in Christo, tribu. pa. Mali autem homines proficiēt in peius. Item qui baptismo verbi baptizati sunt, qui. si instructi sunt in verbo veritatis, & baptizati sunt in aqua si propositum peccandi non deposuerunt, hi non sunt baptizati spiritu: & ideo si postea tentantur, superantur: nec enim sunt filij Dei, sed corpore baptizati, spiritu carent baptismo. ¶ Porro omnes filij Dei ducuntur in desertum vt tententur à diabolo: vbi intellige duplex esse desertum, vita carnalis Deo deserta est, quia non est in ea iustitia: foris, & extra eam est omnis spiritus, at vita secundū spiritū carni & diabolo deserta est: quia in ea est omnis iustitia: vides ergo quia omnis res spiritualis extra fines carnis est, & quasi in deserto, & extra fines mūdi: vnde q̄ secundū Deū viuūt exisse de mundo dicuntur, non corpore, sed conuersatione, & exisse de carne, esse que in

Act. 20

spiritu, de priori deserto dicitur: Sitiuit in Psal. 62 te anima mea, in terra deserta inuia & in aquosa, de posteriori dicitur, Dimitte populum meum, vt seruiat mihi in deserto, Exo. 5. in quo filij Dei ducuntur, vt tententur, exemplum sit, proposuisti castimoniam, paupertatem, humilitatem, existi fines carnis, statim tentaris, non tamen tētabaris cum esses in carne: quid enim tentareris, cum haberes quod optabas? hinc habes discrimen inter filios Dei, & diaboli, filij diaboli nō exeūt vt tētetur: nō enim exeūt à carnali vita sua, sed in ea exiltētes dominiū diaboli sustinēt: at filij Dei, cum exeunt è vita carnali, exeunt in desertū vt tententur: quia ergo diabolus nō potest intrare ad viros iustos, ad vitā scilicet, spiritualement, ideo iusti exeunt ad eum vt tententur. [*cum ieiunasset.*] Si tibi non proderit ieiunium, ne tenteris, proderit, ne vincaris. Porro diabolus tentat Christum, dubius an Christus esset, cui nascenti Angeli cecinerunt, Magi obtulerunt munera, pastores reuerentiam habuerunt, &c. at quia videbat esurientem, non poterat credere quod Deus esset. At o miserum si esurire Christus declarat tibi esse hominem, cur quod non esurierit per. 40. dies non tibi declarat esse Deum? qui enim voluntariè non esurit per. 40. dies, potest in eorum sine esurire: at qui esurit verè non potest voluntariè non esurire, homines non possunt facere quæ Dei sunt: Deus bene facit quæ hominum sunt. Dices, Moses & Elias ieiunauit. 40. diebus, ita sanè, sed esurierunt, at Dominus non esuriuit. 40. diebus. [*si filius Dei es mitte te.*] Acti dicat, quia sanctus es, famis necessitate non vinceris: solent verò sancti per vanam gloriam cadere, id tentabo, & hic nihil de potentia diaboli cogita, sed Chri patientiā mirare, ductus ille est, ne nos sequamur, at licet diabolus ita assumpsit, vt ab omnib⁹ videret Christus, qui assumebatur, Christus tamen ita assumebatur, vt à nemine videret, sicut Abacuc coma capitis abstractus ab Angelo, à nemine videbatur: & quidē quia diabolus se de cælo proiecit, cupiditate vanę glorię: ita putauit Chri eadē cupiditate se proiecturū è tēpli pina: quod enim malus est, difficile putat alios esse bonos. At verò q̄ stulta fuit diaboli peritio, petit vt per aerē volat, id nō est opus dei cū nec sit necessariū alicui, nec vtile: vanū ergo est, si vanū, nō est ex Deo: sed ex diabolo, at si nō se proiecerit Chri, nū inde colliget dæmō nō esse Christū Deū: Cur nō cogitabat, quod hac propositione sua forsan irrogabat Deo

Deo iniuriam, sed nihil dubitat dicere, aut facere qui nihil habet quod speret. [*Angelis suis.*] Stulte si filius Dei est, ipse manus portabit angelorum, non verò portabitur ab angelis: & si vnquā portabitur, id erit honoris gratia, non infirmitatis: victus verò diabolus apposuit tertiam tentationem: tria enim reuera ille habet per mundū expansa, gulæ, superbiæ, auaritiæ, quæ nullus hominum euasit, & si euasit, non integer euasit: sed contritus, dixit ergo si euaserit hoc vltimū rete, filius Dei est. [*totam terram.*] Non quod singulas terræ partes Christo diabolus ostendit, sed partes, dicēs, in Roma, Alexandria, &c. ibi sunt tot diuitiæ, illic tot honores, &c. [*hac omnia tibi dabo.*] Mendacium fuit: quomodo enim dabit vni, nisi auferat à reliquis; si autem abstulerit, non adorabitur ab illis, quibus dederat, at diabolus non vult, vt adoratur ab vno, omnium reliquorum adoratio nem negligere. Iam nusquā vnus solus super omne mundum fuit, nec id diabolus efficere potest: cum enim regnum diaboli sit in superbia, ira, inuidia, vbi hæc sunt, vnitas regni cōsistere nequit. Demum cū sancti multi essent in terra, quibus ille nō dederat opes auferre nequibat: quomodo ergo omnia deceptor promittit [*vade retro.*] Ne vltra me tētes, quod consolatio nostra est: nec enim tentat diabolus quantos ipse vult, sed quantum permittitur, alioquin ille temper tētare: qui nec dormit, nec aliud habet officium, quam hoc. Hic nota, Christus primò & secundò tētatus patienter sustinuit, at in tertia tentatione videns diabolum Deo ferre iniuriam, irritatus est, docens nos, nos tras non Dei contemneri iniurias. Harum tētationum moralitas hæc est, abstinere à peccato cibus est animæ: cum verò diabolus tentat te, vt peccatum appetas, cum peccatum lapis sit, perinde est ac si diceret, conuerte peccatum hoc in cibum tuū, dic, vt lapis panis fiat: cui respōde, nō vult anima in esu huius panis, qui lapis potius est: sed in obseruantia mandatorū, quæ processerūt de ore Dei. ¶ Nam cum credis te sanctum esse, & inde gloriaris, diabolus super te plum te collocauit: cum verò arbitraris te in summitate sanctitatis collocatum, diabolus te super tēpli pinnā constituit: & quidem post ieiunium ordinatè hæc secunda succedit tentatio, quia post quā aliquod magnum opus exercueris, inde oriri superbia solet: & nota quod ad ieiuniū Dñs volens sua spontè ductus est, ad pinnā verò templi, nō volēs: sed ductus ascendit, docens nos ad ieiunandum

debere esse spontaneos: sed ad cogitādū quod sancti sumus, non eamus nisi à diabolo coacti: quod si Dñs permisit se in tēpli pinnā duci, causa fuit, vt indicaret, ibi esse præcipitiū, quia dictū est: Ante ruinā exaltatur cor hominis, & qui se exaltat humiliat, sanè quia qui se exaltat securus sibi videtur: ideo non cauet, nō cauēs, supplāatur à diabolo: at qui in ima parte templi est, sibi cauet, & ideo nō decipitur, vt Paulus, qui nondū se perfectū existimat. ¶ Quod si forsan cupis diues fieri, & honoratus, tunc tibi ostendit diabolus regna mundi, cum nocte ac die animo versas opes, honores, &c. tunc verò dicit diabolus hæc tibi dabo, cū animo tuo offert, quod si illa vis consequi, oporteat te aliquod mortale crimē admittere: ideo Paulus hortatur nullā nos seculariū habere curam. 1. The. 4. & habentes alimēta & quibus tegamur, &c. 1. Timo. 6. & quidē Dñs omnia contempsit, vt doceret, quod etiā si omnia que in mundo sunt tibi donētur, gloriam Dei relinquere nō debes: præferendus enim est creator creaturæ. [*accedentes angeli.*] Igitur non erāt angeli in cælo, sed propè Christū, sed recesserant aliquātulum, vt daretur locus tentationi, sicut non nihil noster angelus secedit vt tētet nos diabolus: cum enim sentis in corde tuo malam cogitationē, diabolus tecū loquebatur, si non consensisti, diabolum confregisti, tūc si sentis spiritū tuū, quia euasit, letari, & gratias Deo agere, angelus tibi ministrat.

Eccle. 13

D. Basilius, in interrogatione. 75. Dicit diabolus per se non posse esse alicui causam, vt peccet, sed vtitur naturalibus nostris motionibus & cupiditatibus, sicut vsus est esurie Christi ad tentandum eum de gula.

Euthymius. [*ductus est à spiritu.*] Quia tradidit se Christus spiritui ad ductandum, docens nos post baptismum, non nostri debere esse ductores, sed ducamur potius à spiritu. [*40. noctibus.*] Propter morem Hebræorum, qui diebus ieiunāt, noctibus manducant. [*Necessit ad eum tentator.*] Non in fine. 40. dierum, sed per. 40. dies durauit tentatio, quibus tentauit diabolus Christum per tristitiam, per ignauiam, per somnū, &c. at quando vidit eum esurire, tunc vehementius eum tentauit. [*si filius Dei es.*] Non latuit Christum diaboli tēta: dictū enim est, qui comprehendit sapientes in astutia tua. [*in omni verbo.*] Manna enim panis non erat, sapiebat tamen omnem cibum, 1. Cor. 36. ideo Moses dixit, Non in solo pane, sed in verbo Dei viuunt homo. [*pinnaculū.*] Do-

1. Cor. 36.

Deut. 8.

muncula

mūcula erat, excelsa valde, ad latus tēpli superstructa. [*mitte te deorsum.*] Aderat tunc deorsum plurima turba: dicit igitur, vt isti agnoscant te filiū Dei, ede coram illis signū hoc, mitte te deorsum, [*non tērabis.*] Tentat, qui nulla instante necessitate, ob habitū de Deo fiduciā, in manifestū se periculum præcipitat, [*vade retro.*] Id est, è conspectu meo te aufer.

D. Hilarius canō. 3. [*ductus est à spiritu.*] Libertas spiritus significatur, hominē suū, diabolo offerētis & permittētis vt tētetur, & asumat. [*40. diebus.*] Quibus aquæ abyssi effusæ sunt, terra promissionis explorata, Moyses lex scripta, & 40. annis fuit mansio Iudeorū in eremo. [*accessit tentator.*] Cum magis vistoria optata est de sanctis. [*postea esurijt.*] Non cibū hominū, sed salutē: post. 40. enim dies à passione sua esuritionē humanæ salutis erat habiturus: quo tēpore optatum Deo patri munus, hominē quē assumpserat reportauit. [*non in solo pane.*] Quia ipse erat Deus & homo, licet hominis cibo per. 40. dies abstinisset, Dei in spiritu alebatur: & ostēdit nō in pane solitario, sed in verbo Dei, alimoniam æternitatis esse sperandā. [*mitte te deorsum.*] Volebat filiū Dei, qui supra legē est, & prophetas, in humilibus continere, de excelsum; ad inferiora deducere. [*hæc oīa tibi dabo.*] Aduersus Dñm, tota seculi potestate pugnat, & creatori suo tota vniuersitas offertur, vt eū vel ambitione diabolus corrumpere. [*retro satana.*] Criminū suorū nomē audiuit.

Venerabilis Beda. c. 1. Marci. [*40. diebus, & 40. noctibus.*] Siue prospera tibi succedāt, siue aduersa, nunquā tibi aduersarius abest. Interim verò quod Dñs est in eremo, moratū cū bestiis: quia nos cū in eremo sanctæ conuersationis versamur, bestialium hominū mores tolerātes, ministeria meremur angelorū. ¶ Idē in Lucā. c. 4. Nos post acceptā remissionem peccatorū in baptismo, oportet contra diaboli insidias arctius accingi, mente seculū deserere, & quasi māna deserti terrenæ vitæ gaudia discam⁹ esurire. [*40. diebus.*] Vt discamus quod Euangeliū à lege non discordat. Moses enim. 40. diebus ieiunauit. Porro ieiunauit Christus ante suam passionē, comedit verò post suā resurrectionē: illic enim ostendebat in se nostrum laborē, hīc verò in nobis suā consolationē. 40. diebus vtrūq; definiēs: illic quasi clamat, Abstinete vos à desiderijs huius seculi, hīc verò dicit, Ego vobiscū sum vsq; ad cōsum. secu. quia ieiuniū est certaminis (nā qui in agone cōtendit, ab omnibus se

abstinet, at in cibo est spes pacis, quæ nondū erit perfecta, nisi post resurrectionē: vtrūq; indicat Apostolus, Spe gaudentes, in tribulatione patientes, illud in cibo, hoc in ieiunio: ieiunamus enim à vanitate huius seculi, & futuri spe reficimur. [*si filius Dei.*] Nouit diabolus suum debellatorē in mundū venisse, sed cū passibilē cereret, nihil enim nisi superbē sapiens, humilitatē videns, Deū esse dubitat [*assumpsit in montē.*] Audientes Christū à diabolo allumptū, mēs refugit nostra: sed quid mirū si ab eo permiserit se duci, à cuius ministris & mēbris passus est occidi. [*illi soli seruit.*] Seruitute latriæ: nā per charitatē spiritus seruituri sumus inuicē. [*non tentabis.*] Ideo præcepit discipulis vt fugerent persecutionē de ciuitate in ciuitatē, & fugit ipse in Aegyptū & latenter ad diem festū ascendit. [*consummata tentatione.*] Recessit, ita enim cū vincitur, ad tempus recedit, vt postea securū aggrediat, & dixit consummata tentatione, quia hæc tria vitia, de quibus ille tentauit, omnium vitiorū sunt fontes, teste Ioāne, q dicit, Omne quod in mundo est, est concupiscentia carnis, oculorū, superbia vitæ, & tria fuisse negotia, quæ homines à prædio, quò inuitatur auocant, Lucas testis est, In vxore enim gula notatur, in villa empta avaritia, in. 5. iugis boum, curiositas siue superbia significatur.

D. Thomas. [*in desertum.*] In hoc deserto ille homo, qui à Hierusalem in Ierico descendebat, expoliatus est, & semiuiuus relictus: primo igit tētatur homo, quia qui non est tētatus, qualia scit. Eccle. 30. secundo ad reprimēdam superbiam datur angelus Satana, qui colaphizet. 2. Cor. 12. tertio, ad cōfundendū diabolum, vt cōfusus est à Iob victore: quarto, vt fortior reddatur: ideo enim reliquit Deus gentes inter Iudæos, vt exercerentur. Iud. 3. Porro exiuit in desertū, sicut filij Israel post transitū maris, & ita batizati vitā solitariam agere debent: ducā eā in solitudinē. Osee. 2. Ecce elongaui fugiēs. Psal. 54. [*vt tētaretur.*] Morte sua vicit mortē nostram, ita & sua tētatione vicit nostras: tentatus est Christus per omnia, vt posset compati infirmitatibus nostris. Heb. 4. Nota quod est triplex tentatio ex Gregorio, per suggestionē, vbi nō est peccatū, secunda per delectationē, vbi incipit esse peccatū: tertia per consensum vbi consummatur: prior sola potuit esse in Christo. [*40. diebus.*] Et ita Ecclesia ieiunat, per hos dies de cimā anni partē Deo exhibēs. [*tentator.*] In figura corporea: nota quod Deus tētat vt instruat Gene. 22. Tentauit Deus Abraham, homines

Roma. 12.

1. Ioan. 9

Luc. 14.

Luc. 10.

Iob. 9.

1. Theff. 3

tentant vt addiscāt. 2. Reg. 10. Regina Sabba venit tentare Salomonē, diabolus tētat vt decipiat, & primo tētat de gula: qui enim castellum oppugnat, debiliorem eius partē aggreditur. Est verò in nobis caro nostra pars debilior, ideo per gulā eā oppugnat. [*si filius Dei.*] Ecce aperte tentat de gula, sed oblique de superbia, vt quæ Dei sunt quis appetat, eodem modo cum Adam fecit. [*scriptum est.*] Remedia cōtra tentationem sunt, recurrere ad scripturam, nihil facere hostis nostri arbitrio, si cut & in bello sit, tertio nihil facere ad ostētionē. [*sed in omni verbo.*] Verba vitæ eternæ habes. Ioan. 6. Et non obliuiscar iustificationē tuas, quia in ipsis viuificasti me. Psal. 118. [*in omni verbo.*] Siue dicatur ore Dei, siue ore hominis, vel aliter, non per solum panē corporalem vivit homo, sed etiam per imperium Dei. [*Assumpsit eum.*] Sic tentauit Adā primo de gula (in quacunq; die comederis,) secundo de gloria, (Exitus sicut Dei,) tertio de avaritia (Scientes bonum & malum.) [*sanctam ciuitatem.*] Dicitur sancta propter sacrificia quæ ibi Dño offerebantur, vel propter sanctos patres qui ibi fuerant, vel quia ita dictum erat, vocaberis ciuitas iusti. Isa. 1. Et licet alij senserint, quod per imaginariam visionem assumptus fuerit Dñs in Hierusalem, at melius dicitur, quod corporaliter illud factum est, dæmone exhortante Christum vt ambo irent simul, non verò eum super suos humeros assumente. [*super pinnaculum.*] Fecit Salomon iuxta templum quædam pinnacula, per quæ ascenderent homines. 3. Reg. 6 Porro diabolus, & Christus in horum pinnaculorū vnum, vt homines ascenderent, & in hoc pinnaculo docere solebāt, vnde magnos de vanagloria diabolum tentat, vnde Apostolus, Nec quærentes ab hominibus gloriam, nec à vobis, neq; ab alijs: & certè qui gloriā quærit, omnibus debet humiliari, & sic deorsum se mittere. [*Angelis suis.*] Docuit diabolus hoc loco deprauare scripturas, quæ tripliciter deprauantur, primo torquendo eas, quod dicitur de vno applicādo ad alium, vel quod dicitur in vnum sensum torquēdo in alium finem, vel adducēdo quod pro se est, tacendo quod erat contra se, factus est igitur dæmon pater deprauantium scripturas, quia locum hunc qui de iustis dictus est, Christo applicauit; & quia quod dictū est ad iustorū cōfidentiam ille attulit præcipitiū: & quia tacuit verbū quod cōtra se erat, cū tacuit illud, super aspidē, & basiliscū. [*omnia regna.*] Regnū mūdi dicitur dupliciter, primo spiri

tualiter, & ita diabolus est princeps n. mōdi, se cūdo corporaliter, quod igit dicit, Tibi dabo hæc omnia, intelligitur de regno, quo ipse super malis regnat: vnde addidit, & gloriam eorū, quia hæc est perfecta malitia, vt homines super quibus diabolus regnat faciat de peccatis gloriarī, & licet Remigius dicat, quod miraculose ostensa sunt omnia regna mundi, nō tamē videtur integra expo. ad hanc enim visionē nō erat necessarius mōs, fat erat vallis. [*si cadens.*] Nota, quod diabolus perseuerat in eo quod à principio appetijt, appetijt verò, exaltari super altra Aquilonis sicut Deus. [*retro.*] Sicut zelator gloriæ Dei loquitur. Ista. 14. Iuxta illud, Zelo zelatus sum pro Dño Deo, & zelus domus tuæ comedit me. [*adorabis.*] Deo soli prosternere nos debemus. [*Angeli ministrabant.*] Celebrantes Christi triumphū contra diabolum.

Simon Cassia. lib. 4. de gestis Saluator. c. 4. Magna virtus fuit Christo humiliari, & velut egenus baptismo, baptismo subijci, rursum magna est virtus (cū homo velit animal esse sociale) hac societate carere, & desertum quærere. Sanè cū solus fuit Adā in paradiso nō peccauit, vbi sociā habuit, peccauit. Annam in deserto inuenit aquas calidas, pascēs peccora, & ita qui in deserto pascit suos carnales motus, aquas lachrymarum inuenit. Ioseph inter fratres suos non euaderet mortē, nisi in cisterna sine aqua (quæ desertū representat) seruatus esset, carentia verò aquæ de liciarum defectus est, defossa cisterna, mortis indicat meditationē, Moses qui Deum in Agypto nō viderat, vidit in deserto. Populus Iudeorū nō seruit Deo in Agypto, educitur vt seruiat & sacrificet Deo in deserto. Sacrificium sanè Deo acceptissimū est, te totū Deo sacrare, quod vix fit nisi in deserto, hoc est sacrificiū laudis, in omni tēpore & loco Deū laudare, in quo sacrificio est iter ad salutem Dei. Iā cum sacrificiū Deo acceptū sit cor cōtritū & humiliatū, hoc vix sacrificatur Deo inter curas seculi. Desertū igitur bonū, habet tamē viperas mordētes, licet habeat serpentē æneū sanantē, habet amaras aquas, habet tamē lignū quod eas reddit dulces, habet tētationes, sed habet cōsolationes. ¶ Sed age de Chro loquamur, quid cōuenit Christus cū deserto? vbi caret lecto, sedili, vbi caret tecto, & cibo, quid facit Deus cū bestiis? certè docebat, prius debere hominem esse suum, q̄ alterius, & per orationē & contemplationem, quærere quod doceat. Sed virgo sacra cur filium non inuisebat? certè quia nouerat.

Ioannis. 14

Ista. 14.
3. Reg. 16
Psal. 98

Genes. 36.

Genes. 37.

Exod. 3.

Exo. 12.

Psal. 49.

Psal. 50.

Nume. 21.

Exo. 15.

Ieiunium.

nouerat eius pro humana salute propositū, & desideriu[m]. [*cum ieiunasset.*] Ieiunium Christi sibi intulit pœniā, sed nobis fuit exemplū doctrina & dieta, ieiunauit enim caput pro membris. ¶ Ieiunium purgat vocem, vt purior reddatur cantus: liberū reddithominem ad orandum & legēdum, liberat à malis imaginationibus, offert cogitanti multa mysteria, subiicit membra rationi. Iam est ieiuniū, quod vicijs copulatur, & animā torquet, & corpus, vt est ieiuniū auari. Est ieiuniū probatio maioris amoris ad Deū quā ad nos, vel ad escas, est negatio nostri, & dissociatio animæ à fœdere corporis. At nō debet tanta dissociatio fieri vt corpus lardatur, fecit enim Deus hominem fortē, & talem vult permanere, licet in hoc etiam dæmonis fallacia subsit: contingit enim ieiunantes à diabolo debilitari, ne ieiunent, igitur necesse est non credere primæ, secundæ aut tertiæ debilitati, sed frequentior experiētia hominē docebit, & nota quod in ieiunio non ciborum abstinentia, sed passio ieiunantis habet maius meritū, nec tam ieiunium meritorium est à preciosis cibis, quā à multis, ab hisq; quæ corpus inflammāt, item nota eū qui propter ieiuniū ab oratione cessat, aurum in plumbū cōmutasse, multo enim pretiosior est oratio quā ieiunium. Sed ieiunium est amplectendū, vt orationi deseruiat, vt enim situla descendente in puteum, altera ascendit situla, ita carne per ieiunium depressa, animam facit per orationem ascendere, & sicut bestix ferunt onus, at non ferūt si nouum onus superimponas, ita nec anima fert multorū ciborum copiā, sat sit ei onus corporis, quod aggrauat animam, & sanè cura ciborum à primæua rerū conditione, quæ paucis contenta est, degenerauit. At abstinentia stabit, dum nec naturæ, nec virtuti meliori nocebit. Ieiuna tamē cū ab hoste premeris: etenim hæc pugna nō ro bore vincitur, sed debilitate. Ieiuna cū peccasti, cum tentaris. Ieiuna etiam ad releuandas pœnas defunctorum, sicut videtur ieiunasse Dauid pro mortuis Saul & Ionatha. Ieiunauit etiā Dauid vt auerteret mortē à filio suo, quē in peccato genuerat. Ieiunauit Achab & à pœna peccati liberatus est. 2. Reg. 12. Ieiunauit Iudith & vicit Holofernem. Ieiunauit Hester, & placauit Assuerum: Ieiunauit Iosaphat rex Iuda, & inimicorū pericula euasit. 2. Paral. 20. Sanè quod intrat per os non co inquinat hominē, at grauat mētē, ne ad Deū adeo faciliē ascendat. Amat Deus sibi nō parentibus parcere, & de se diffisis auxiliari: nā

1. Reg. vit.

Iudith. 8
Hester. 4

Matth. 15

quæ anima escas quærit, & in ciborum voluntate lætatur, non adeo hæere diuinorū curæ facultatem habebit. ¶ Ieiunabat ergo Dominus per. 40. dies in deserto, in quo versabatur cum bestijs, quia melius est tacere cū bestijs, quā cum mundanis hominibus loqui. Sapiens publicum vitabit omnino, nisi vbi necessitas eum apparere cōpellit. [*postea esuriit.*] Vt hac ratione alliceret dæmonē ad pugnam, inde captans occasionem eū vincēdi & expoliandi, interim miraberis, quod inter dæmones fuerit diabolus aliquis tam audax qui Christum adoriri ausus fuerit, creditur Lucifer fuisse, qui omnia in Christo videns excedere vires humanas, & Messia promissum in lege sciens, hunc illum esse suspicatus, tentandi negocium non alij commisit quā sibi, quod ex virgine natus esset, quod vocaretur Iesus, quod à regibus adoraretur, quod à Simeone & Anna laudaretur diuinitatis erant documenta, maximè cum hūc hominem dæmon videret ne utiquā à tentatione in corpore titillari, venit igitur ad Christum non vt serpens, sed in humana figura, habitu philosophi, quia eo tempore multi erāt philosophi & deserta, causa philosophiā di petebant, eloquentiam & morū honestatem præ se ferebat, non statim prorupit in tētationis verba, sed alia præmisit proemia, de die venit ne putaretur phantasma, & eodem die tres tentationes peregit.

Hugo Cardi. ordo historix hic fuit, baptizatus Dñs, tentatur, adsciscit sibi discipulos Andream, Petrum, Philippum, Nathanaelē, & (secundū Amōnium, Alexandrinū, & Eusebiū) coepit Dñs apertè prædicare. At qui secundū cōmunē Ecclesiæ sensum, nō eo anno, sed sequēti, eo die quo baptizatus est, vertit aquā in vinū, & nunc coepit publicè prædicare, maximè vbi rescituit Ioannē incarcerationū. [*vt tētaretur.*] Tentatur homo, vt durā diaboli seruitutē esse sentiat, quādo tā est ei tētatio grauis. Iere. 16. Seruietis dijs alienis qui non dabūt vobis requiē. Itē vt homo se custodiat, sepiam vias tuas spinis: Osee. 2. vbi nō est seps diripitur possessio. Itē vt Deū glorificet, eruā te & honorificabis me. Itē vt coronetur, Beatus vir qui suffert tētationē. Iacob. 1. [*cum ieiunasset.*] Ieiunauit Moses comedens verbū Dei. Si enim fabellæ adeo delectant hominem, vt cibi obliuisci faciant; quanto magis colloquium cum Deo, vt cū amico. Ieiunium comendatur à sui institutione. Genes. 2. Interdicitur esus ligni à ieiunantium autoritate. Mose Elia, Christo, à neces

Isaie. 7.
Lucæ. 2.

Psal. 49.

à necessitate, quia nisi gulā frenemus, nil agimus, ab hoste diuicto, vincit enim diabolus ab effectibus varijs, de quibus supra. [*dic vt lapides hi.*] Ita diabolus suadet prædicatoribus vt lapides comminationum emolliant in panes, nec prædicant dura, sed placentia, ita etiam suadet omnibus, vt austeritatē vertant in blandicias, vel aliter, lapides in panes vertit, qui austeritatem pœnitentię sustinet hilariter, & qui verba contumeliosa suscipit gaudenter, & prædicator, qui emollit corda se odientium, & demum qui lapides edificio ruin vertit in elemosinas pauperū. [*in omni verbo.*] Non eget Deus pane materiali, solo verbo potest facere cibos quibus alimur. [*Tunc.*] Hæc secunda tētatio iuxta Lucam & historiā fuit tertia: & nota, quod prima tētatio gesta fuit in deserto inter Hierico & Ierusalem, iuxta aquas sanatas ab Eliseo, secunda tētatio duobus milliarijs prope illum locum, tertia in Ierusalem. [*mitte te deorsum.*] Cur non dixit ascende in cælum? Respondeatur, quod diabolus adeo affligitur quod homo in cælum ascendat, vt nec verbo illud dicere audeat. Nota qd Christus fertur à Maria à Simeone in brachijs, id est, ab his qui opera misericordiæ faciūt, fertur à Ioseph in Aegyptū, id est, à prædicatoribus: fertur à iumentis, id est, ab his qui peccatores fuerūt, sed domari se sinūt, fertur à diabolo in pinaculum, cū fertur à malo prædicatori in pulpitem, itē fertur à diabolo in montē excelsum, quādo ambitio & fraus ferunt Episcopū in Episcopalem dignitatem. [*omnia regna.*] Sicut Moysi demonsttrauit Deus totam terram promissionis è monte, Deut. vlt. vel de pingēdo eā, vt Mathematici faciūt, vel verbo, ibi est Asia: hic Africa, &c. Hæ fuerunt tres tētationes, gula, auaritia, & superbię in quibus non est Dñs: vt ad Eliam dicitur. 3. Reg. 19. Nō enim in commotione Dñs, id est, in gula, vbi commouetur venter & genitalia, nec in spiritu grandi, id est, in honore, nec in igne Dñs, id est, in auaritia.

4. Reg. 2

Lucæ. 2.
Matth. 2

Matth. 21

Matth. 3.

Caiera. [*à spiritu.*] Id est, non quasi sola humana vtens ratione, sed à spiritu regēte & inspirante. [*in desertū.*] Qui ad literā est locus cōueniens volentibus agere pœnitentiā, & contēplationi lachrymisq; vacare. [*vt tētaretur.*] Ierusalē delegit passioni, desertū tētationi & quidē his qui mundū & carnē subegerūt, abeuntibus in desertū, sola carnis pugna restat. Tum ostensum est, quid agere debeant prædicatores ante suā prædicationem,

[40. diebus.] Vt suo ieiunio totam Ioannis abstinentiā superaret. Ieiuniū hoc miraculosum fuit, ideo adorādū, non imitandū [*postea esuriit.*] Sane per. 40. dies corp⁹ Christi penuria alimenti afflictū est, licet miraculosè non adeo fuit afflictū, vt ieiuniū. 40. dierū affligere par erat, nec enim ieiuniū Christū interemit, & seruatus est appetitus Christi, ne esuriret vsq; ad. 40. diē: sicut ignis Babylonius prohibitus est calcare pueros, alioqui si antea esurisset, antea per illos. 40. dies tētatus fuisset. [*accedens tentator.*] Si accessit, in forma humana accessit. Porro tentare, intendit efficere, alchimista enim intēdit facere aurū, cū tentat, ita diabolus tentat efficere homines similes sibi. [*si filius es Dei.*] Prouide tibi & nobis de alimēto [*dic vt lapides.*] Solius potētix Dei verbo efficere. [*in omni verbo.*] Id est, omni re, de imperio Dei procedēte, quasi dicat, tu suades lapides vertere in panes vt necessarios vitæ humanæ, at nō est necessarius panis vitæ nre, quæuis res sat est. [*assumpsit.*] Sicut infra dicit: assumpsit duodecim discipulos, ducēdo. s. eos. [*Angelis suis.*] Pfahnus de Messia est, ideo rectè diabolu eū adduxit. [*omnia regna mūdi.*] Digito ex mōte cōmostrās. [*si cadēs ad.*] Igitur ostēdit se diabolus in figura hominis qui esset magnus princeps qui tāta donare posset. Porro intēdebat diabolus iritare Chrm nō ad adorationē, nec. n. id credebat diabolus à Chro fieri posse, sed sperabat, Christū dicturū, ego à te sum adorādus, &c. [*Angeli.*] Dices si diabolus vidit Angelos ministrantes, ergo cognouit Christum esse Deum, secundo, quod non nouit an Angeli, vt verè subiecti, illi ministrarent.

Daniel. 3.

Druth. [*in omni verbo.*] Vt vehemēt⁹ curemus pascere Dei verbo animā, in eternū victurā, q̄ corpus pane, breui moriturū. [*super pina.*] Erāt loca excelsa, & plana, cācellis ferreis vallata, ne quis nisi volēs caderet, in his docebāt doctores eos qui deorsum audiebāt. [*angelis suis.*] Psalm. hic ad terrā de Ezechia scriptus est, cū Dñs eū liberauit à Senacherib. [*in montē excel.*] Hic mōs est Thabor, vel Hermō, sed verius est Thabor. [*ostēdit ei oia regna.*] Sub vna visione, vt factū est bto Benedicto, vel totū pro parte positū est: ostendit ei aliquā partē reliquū ei promisit. Et nota, ostendit ei, quia profecto diuites diuitias suas nō ad necessitatē habēt, aut vilitatē, sed vt ostēdant: onerāt igit & grauat habētes, q̄ horum eashabēt, vt videātur [*hac oia tibi da.*] Mēdax fuit, sed parū ille curat mēdax inueniri, modo in p̄senti seducat [*ador. Nō phibe mur*

4. Reg. 19.

muralijs nos inclinare, sed prohibemur fiduciam nostram in alium quam in Deum colare, aut in alium quam Deum credere.

Genesi. 1. Rupertus abbas doctiff. lib. 3. de gloria. filij hominis. [in desertum.] Primum hominē Deus duxit in paradysum ad manducandum, secundum verò in desertum ad ieiunandū,

Marci. 1. & vt Marcus dicit, expulit in desertum, vt seum, & nostrum peccatum portantē, incēpit enim vapulare Christus ieiunādo, quod nos peccauimus comedendo, & quidē iucūdū est aduertere, q̄ Adā permittitur de omni ligno comedere, vno excepto, & breui spacio, de gula tentatus succubuit: at Christus in loco horroris, de eadē tentatus post quatuor ieiunij dies, nō succūbit, & nota, q̄ tres tentationes sustinuerunt Iudæi agressi de mari Rubro, in quibus peccauerunt, prima fuit de pane, cum dixerunt vtinam mortui essemus in Aegypto super ollas carniū, &c. Hoc illorum peccatum Christus sustinuit, ieiunās quatuor diebus, non amplius, quia lex iubebat, ne plagę quibus rei verberabantur quadragenarium excederent. Deuter. 25. Secunda tentatio Iudæorum fuit cū tentauerunt Deum, & Deus tentauit eos super aqua de petra educenda, cum populus sitim patiens dixit, est ne Deus in nobis, hoc vitium Dominus sustulit dicens, Non tentabis Dominum Deum tuum, vbi nota, non posse diabolo quadrare, vt à Christo audiat tu adora me, Dominum Deum tuum, non enim Christus dignatur se Diaboli Deum appellare, sed Deus dicitur sanctorum, non dæmonis, tertia tentatio populi fuit, cū adorauerunt vitulum videntes q̄ Moses tardaret in monte, cōtra quod Christus dicit, Dominum tuum adorabis, & nota q̄ hæc lex, Deum tuum adorabis, adducitur ex Deuter. 1. Ex secunda lege, & quia Christus est secundus homo & secundus Israel, ideo huic maxime ponitur hæc secunda lex. Item nota, q̄ visio illa totius mundi, phantastica fuit diaboli ostensio, non intus in Christi imaginatione facta, sed foris.

Exodi. 16. tui essemus in Aegypto super ollas carniū, &c. Hoc illorum peccatum Christus sustinuit, ieiunās quatuor diebus, non amplius, quia lex iubebat, ne plagę quibus rei verberabantur quadragenarium excederent. Deuter. 25. Secunda tentatio Iudæorum fuit cū tentauerunt Deum, & Deus tentauit eos super aqua de petra educenda, cum populus sitim patiens dixit, est ne Deus in nobis, hoc vitium Dominus sustulit dicens, Non tentabis Dominum Deum tuum, vbi nota, non posse diabolo quadrare, vt à Christo audiat tu adora me, Dominum Deum tuum, non enim Christus dignatur se Diaboli Deum appellare, sed Deus dicitur sanctorum, non dæmonis, tertia tentatio populi fuit, cū adorauerunt vitulum videntes q̄ Moses tardaret in monte, cōtra quod Christus dicit, Dominum tuum adorabis, & nota q̄ hæc lex, Deum tuum adorabis, adducitur ex Deuter. 1. Ex secunda lege, & quia Christus est secundus homo & secundus Israel, ideo huic maxime ponitur hæc secunda lex. Item nota, q̄ visio illa totius mundi, phantastica fuit diaboli ostensio, non intus in Christi imaginatione facta, sed foris.

Exodi. 32. Gloſſa interl. [non in solo pane.] In sacramentali specie, sed in verbo vite. [in sanctam ciuitatem.] Hæc secūda tentatio iuxta historiam, tertia fuit. [pinaculum.] Id est, templi summitatem, & nota, q̄ nec locus Deo dicitur cohibet diabolus. [ad lapidem pedem tuum.] Id est, ad legem lapideam, in quā omnes offendebant. [in montem.] In motem superbiæ omnis auarus erigitur. [et gloriam eorum.] Gloria illi est, trahere ad vicia. [va-

de retro.] A potestate quam habes. [illi soli seruias.] Etiam cum hominibus seruiaris.

Gloſſa ordi. [in desertum.] Vbi habitasse latrones testatur ille qui in Iericho descendēs in latrones incidit. [a spiritu.] Qui quos replet, ad pugnam fortes mittit, qui vero sine hoc spiritu vadunt, citò cadunt in bello. [quatuor diebus.] Significat totum tempus, quo Christus in suis dimicat, quatuor dies tempus nostræ vitæ designant. [sed in omni verbo.] Omne verbum est charitas, in qua omne verbum completur, quod de ore Dei processit. Item de sapientia Dei procedit omne verbum, quod sancti loquuntur. [super pinaculum.] Vbi doctores docebat, multosq; diabolus per vanagloriam ibi deceperat, quod igitur Dominus huc ascendit, sed noluit se precipitare, docuit, quod bona & alta iubēti obediamus, sed precipitare volenti repugnemus, cum igitur humana ratio adest, sequenda est, vbi defuerit commendet se homo Deo, non tentando, sed deuotē confidēdo. [ostendit ei.] Non visum Christi ampliavit, sed vanitatem mundanæ potentie ostēdit, & aliter dici potest, q̄ non ostendit ei regna, sed quomodo ipse in mundanis regnaret, ostendit igitur concupiscibilia in quibus ipse regnat, Rab, sicut medici vidēt morbos ita Christus videt mundum sine lēſione sua, nota, Dauid tribus lapidibus, diabolu Christi tribus verbis vicit.

Lyra. [ductus est a spiritu.] Erat Christi humanitas organum Diuinitatis, & ideo agebatur a Spiritu sancto, a quo ductus est in desertum, vbi Deo spiritum in oratione offerret, & nota quod diabolus sciebat Christū Messiam, futurum hominem, quia dictum erat, paruulus natus est nobis, & futurum Deum, quia additur, vocabitur Deus fortis, videbat numerum hebdomadarum completum, & regni Iudaici translationem ad Herodē, at nesciebat si Iesus erat ille Christus, ideo nisus est totis viribus explorare si esset verē Christus. [pinaculum.] Id est, tectū templi planum, vt solebant Iudæi suas domos tunc ædificare.

Cum autem audisset Iesus.

D. Hieroy. [terra Zabulon.] Hi primum audiere Dominum prædicatē, vt vbi Israelis fuerat ab Assyrijs prima captiuitas, ibi redemptoris præconiū nasceretur. [cepit prædicare.] Quia desinente lege, consequenter oritur Euangelium, quod autem idem Christus incipit prædicare, quod Ioannes prædicauerat

cauerat, ostendit se esse filium eius, cuius, erat Baptista propheta [venite post.] Piscatores & illiterati mittuntur ad prædicandū, nē fides credentium non virtute Dei, sed eloquentia & doctrina fieri putaretur [humatis eos.] Nō verē lunaticos, sed qui lunatici putabatur ob dæmonū fallaciā, qui obseruantes lunaria tempora, creaturam infamare cupiebant, vt in creatorem blasphemiam redundaret.

D. Augustinus illum locum Domini, poenitentiam agere, explicauit, cuius explicatio nem vide supra cap. 3. [faciam vos piscatores hominum.] Piscatores sunt prelati, sive episcopi, sive inferioris ordinis ecclesiarum prelati, qui piscari iubentur, sed videant vt bona retia adducant, nam bonis rebus, boni & mali prelati possunt, aimalis rebus, sive mala prædicatione & falsa, non nisi malus prelati dicitur: nam qui eam veram putat, malus est, & qui ei obtemperat peior est.

D. Ambrosii. 4. In Luca cap. 4. [Piscatorum magnam.] Id est, Christum, qui lux est, quæ illuminat omnem venientem in hunc mundum. Idem lib. 4. in cap. 5. Luca; nauis ad piscandū est ecclesia, quæ secundum Matthæum fluctuat, secundum Lucam, piscibus impletur, quia ecclesia principio fluctuauit, postea impleta fuit, pisces sunt qui vitā hanc nauigat: profundū maris est profunditas mysteriorum fidei, retia sunt prædicationes & orationis cōplexiones & velut sinus, quibus seruantur, non perimuntur pisces, laborant prædicatores totā noctem, & nihil prædunt; cum Deus non vocat: non enim pisciū prehensio humanæ est facultas, sed supernę vocatiōis est munus. Quod vero Iacobus & Ioannes ex alia nauī vocantur, significat, q̄ ex Iudæa ad fidē vbi Petrus est princeps, Iacobus, & Ioannes adducuntur. Quod verò grandis piscium copia faciat nauim ferē submergi, & quod Petro etiam sua præda suspecta sit, significat futuros in ecclesia multos hereticos, qui nauem mergere contendunt.

D. Chrysost. homi. 14. [secessit in Galileā.] docuit non vltro intruendum esse in tribulationes, sed fugiendum esse potius, neq; enim crimen est non se iniicere in tentationes, sed in eis, cū incideris, non fortiter permanere: discessit igitur in Galileam cū Ioannē vincula paratur [in tenebris.] Errorib; & impietatis, hæ enim sunt regio & vmbra mortis [sedentibus in regione.] Itaq; illi non ambulabāt vt viderent lucem, sed a tenebris comprehēsi sedebant, & his qui non quærebant Deū,

1. Corint. 2

Lucæ. 10.

1. Reg. 16.

Isaia. 9.

Daniel. 9.

Isaia. 9.

Ioanni. 1.
Matth. 14.
Lucæ. 5.

Deus oritur. [tunc cepit prædicare.] Tunc, scilicet cum Ioannes in vincula conijcitur: noluit enim in medium proſilire, nisi post Ioannis testimonium, amputans omnem occasionem Iudæis, nec prædicauit nisi Ioanne in carcerato, ne turba auditorum discederet; sed tota a Ioanne ad Christum veniret, miraculis Christi alleceta, nam Ioannes nullū fecerat signum, & quidem si prædicante Ioanne ipse prædicasset, Ioanis discipuli (qui Ioannem esse Christum summa emulatione contendebant) quā tragediam excitassent? Igitur Ioanne in carcerato Dominus incipit prædicare, non aliud quam quod Ioannes prædicauerat, licet quædam cauerit sine rigoribus illis, quos Ioannes attulerat. [Iuxta mare vidit simonem.] Secunda hæc vocatio fuit, quia primam Ioannes ca. 1. describit: prior enim fuit ante carceres Ioanis, & in priore Andreas vocat Petrus, at in posteriore Dominus ambos vocat. &c. Sed nota obedientiam horū, qui in medio piscationis eam deserunt, nec dicunt, sine reuertemur ad domum, vale dicemus amicis, sicut Elię dixit Elifus, & quidā a Christo vocatus similiter fecit, vt infra habetur, at Petrus & Andreas obedientia docē, nec puncto temporis differendam esse Christi obedientiam, qui præponi se vult cunctis nostris necessitatibus. At dices, quid mirum si obedierunt, quibus tanta promissio facta est, scilicet quod essent futuri piscatores hominum: at verò id est, quod maxime admirabile est, quod sine vlllo signo, tāta promissioni crediderunt, vt etiā res omnes suas propter Christum relinquerent. Ex illis qui peipis, quibus capti sunt verbis, facile crediderunt, alios per eadem a se capiendos. At Iacobus & Ioannes sequuntur, quia viderant se qui Petrum & Andream, sed vide quā erant pauperes, reficiebant retia, quia noua emere non poterant, interim tamen aduerte, quam erant viri probi, qui iusto alebantur labore: qui pauperiem tolerabāt: qui erant sibi mutua charitate coniuncti: qui Patrem alebant pauperē. Iam ingreditur Dominus synagogas, docens non se Patri suo aduersariū, edit miracula. Quia quādo præcipuū aliquid fit, signa Deus facere consuevit, velut suæ potestatis pignora. Sic facturus hominem, prius fecit mundum, daturus legem Noe, magna illi mirabilia demonstrauit, ita Abraham & Iudæis daturus legem miracula multa præmittit, ita eternitas eorum quæ nō videntur, per miracula quæ videntur monstratur. Et vide quam transcurrat Matthæ. nec enim singu

3. Reg. 19.

Genes. 8.

Exodi. 7.

Ios eorū qui curabantur cōmemorat, sed nubes quādam signorum verborum grādi breuitate percurrit. Sed cur non exigit a curādis hic fidem, quā tantopere exigit postea? Primum, quia nondum suā potentiaē & dederat signa, ideo eius fidem non requirebat. Secundo quia non erat exigua fides, & tam longinquo venire ad petendā a Christo salutē.

Author in nomi. homi. 6. [*en audiret quod traditus esset Ioannes.*] Sicut bestia sēua non exasperata, nemini nocet: sed exasperata in hominem inlicita & Herodes exasperatus a Ioanne, contra eius adulterium prædicāte, in Ioannem desēiuit, quod videns Dominus secessit, passionem suam in aliud tempus reseruās, & nobis fugiendi persequutiones præbens exēplum. [*Populus qui ambulabat in tenebris.*] Licet in lege esset iustitia, tamen erat multis figuris adumbrata: ideo lex tenebræ fuit: non enim ad manifestandam Dei iustitiam lex data fuit: sed propter duritiā cordis Iudæorū, ut de circuncisione infra. cap. 9. dicitur, at Gentiles habitabant in regione vmbre mortis, quia iniquitates mortiferas faciebant, nam Iudæi non habitabant in regione vmbre mortis: si enim suam vmbri feram feruarent legem, licet vitam æternā non introirent, mors eorum tamen æterna non contingebat: estimo autē quod idolorū cultus sit vmbra mortis, sicut enim Christi cultus, licet sit vita, non est tamen vera vita illa sed vmbra verē vitæ, vbi facie ad faciem licet Deum contueri: ita & idolorum cultus mors est: nō tamen est plena mors, sed vmbra illius futuræ mortis, & ideo ignorantia Dei dicitur vmbra mortis, iuxta illud, declinasti temitas nostras a via tua, & cooperuit nos vmbra mortis. Itē mundus hic dicitur regio vmbre mortis: sicut cælum dicitur terra viuētium, quia licet in mundo viuamus per fidem, & opera: quia tamē non possumus non coinquinari, ideo in regione mortis sumus, ideo clamat Paulus, quis me liberabit de corp. mortis. hu. Corpus enim hoc corpus mortis est: quod nō vitalibus, sed letiferis voluptatibus est deditū, & vide quam propriē dicitū est, populus qui sedebat in tenebris vidit lucem, sed habitābus in reg. mortis lux orta est, quia Iudæis sedētibus in tenebris, olim cognitus erat Deus, ideo visus est, qui antea cognitus est, sed Gentilibus, qui nunquam viderunt lucē, lux orta est. [*Ex tūc cōpit Iesus prædicare.*] Id est ex quo testimoniū dedit de Christo Ioannes, nullus enim idoneus testis est, nisi de quo testatur alij, & certē prædicator debet bonū te-

stimoniū habere a populo, & ab his qui foris sunt. Itē ex tūc, ex quo baptizatus est, & Spiritus sanctus in eo insedit, ut eū alijs tribuere posset. Itē ex tūc, ex quo tētatus est; docens, eū posse esse Christi vicariū, qui cōtradixit ventri in deserto, spreuit gloriā vanā in templo, & diuitias in mōte. Itē ex tūc, ex quo Ioānes in carceratus est: etenim si Ioāne prædicante, Christus prædicasset, an nō videretur Ioannis prædicatio vana? Sicut Luciferi lux perit, Sole radiātē. [*Pœnitentiā agite.*] quia ferē nullus est, qui ob ignorantiam iustitiæ peccat: sed propter voluptatē ideo non statim iustitiā docuit, sed pœnitentiā, & rursum ne quis dicit bonus esse volo, sed nequeo: ideo pœnitentiā prædicatur, ut doceatur, culpā non esse necessariam, sed voluntariam. Pœnitentia enim emendatio est nō nature, sed voluntatis; alioqui Dominus nō venisset corrigere errores nostræ malitiæ, sed eius quam ipse condidit nature. [*appropinquabit regnum calorū.*] Id est, instat merdes vltra, bonorū quidē regnum, malorū autem infernus, luceat igitur peccator, quia trāsferunt bona sua, & venerunt mala & quid illi profuit in bonis esse, si incipit esse in malis? an nō recordatio bonorū erit ei maioris causa doloris? gaudeat iustus, quod instat ei cælum, & ita nihil nocuit quod fuerit in malis, si iā incipit esse in bonis, adeo, ut & ipsa malorum recordatio gloriatio illi futura sit.

Idē homi. 7. [*ambulans secus mare.*] ante quā quicquā faciat vocat Apostolos qui omnium testes sint, & dicere possint, nō possumus nos qui vidim⁹ & audiuimus nō loqui. [*vidit duos fratres.*] Nō corporaliter sed spiritaliter, non aspexit eorum facies, sed corda, nec elegit apostolos, sed qui futuri essent apostoli, sicut artifex elegit gennas: etiam si impolita sunt, sua enim ille eas poliet arte [*mittentes retia.*] Præfagiū fuit muneris futuri, ut enim piscatoris est mittere retia: sed Dei est attrahere in retia pisces, ita & Prædicatoris est tendere suā prædicationem, Dei vero attrahere, qui cōuertantur, ita dicitur, Dic ad Iesum Sacerdotem magnum, si custodieris aulam meā, dabo tibi, qui habitent in ea. Zacha. 3. [*faciam vos pisce.*] Ut comprehendatis cum retibus verbi homines de mundo falso, fluctuabūdo, tēpestuoso, instabili, perfido, nemini tuto: vbi homines nō ambulāt, sed quasi ferūt in uiti, vbi diabolus incitat pisces grādes, ut edant minores, ne ad Christū attrahantur. Rete verō euangeliū est, diuersarū sententiā & parabolārum, virtutū,

Acto. 1.

& doctrinarum, textum nūuis iudiciorū, & promissiōibus beatitudinū: quasi quibusdā nodis in dissolubilibus colligatum cōfessionibus dæmonū, cognitionibus cogitationū, resurrectionibusq; mortuorū cōfirmatum, ut quiuis eius gremio & sinui tuto credere se possit: certē Spiritus sanctus qui hoc contexit rete, nullā aperturam fuit, per quam, exeūdiab eo esset occasio. [*sequuti sunt eum.*] Quid ni sequeretur talem piscationem promittentē? At & cur tu nō sequeris, cui regnū cæli, cōmunicatio diuinitatis, hæreditas cū Christo promittitur? Sanē illi non sequuti sunt Christū gratia apostolici honoris: sed gratia lucris spiritualis, alioqui si honorem sacre functionis quæsiissent, non ita se humiliassent, & præsi essent, at sequuti sunt spiritalia lucra, scientes quā esset pretiosa hominis anima apud Deum. Et quidē relictis reti bus sequuti sunt, dices nū non ego possum Christum sequi, non meas relinquens diuitias? certē difficile quis potest terrena possidere, & perfectē ad cælestia peruenire, relinque terrena quæ magis sunt laboris sarcina, quā vtilitatis iuuamē. [*Iacobum Zebedæi.* & Ioannē.] Fundamēta ecclesiæ in charitate de buere fundari, & ita eam fundauit in charitate fraternitatis: erant enim fratres, conciuēs, amici, eiusdē artis, nō ergo solum super charitate supernaturali fundatur ecclesia, sed etiā in charitate naturali, ut firmitior sit. Sicut & synagoga super Mose & Aarone fratribus fundatur, at Christi ecclesia ut pote charitatis exuberātoris, non super duobus tātum fratribus, sed super quatuor fundamēta est. Sed cur cū dixit de Petro & Andrea, meminit quod mittebāt rete in mare, at de Iacobo & Ioāne, quod cōponebant retia? certē quia Petrus prædicauit tantū, non edidit euāgeliū, at Ioānes euangeliū composuit, quod est verū rete: cuius plūbea pondera sunt terrores ignis æterni, qui ad profundū cordis humani penetrent. Itē attende quod Petrus relinquit retia, ut Ioānes nauim & patrē, tria enim nobis relinquēda sunt, retia humana, actus scilicet, mundi. 2. nauis, id est, substantia mundi. 3. parentes carnales, illi ergo reliquerunt retia humana & in cælū pisces apportarūt: relinquit suam nauem, & sunt ecclesiæ gubernatores, relinquunt vni patrē, & fiunt totius ecclesiæ patres. Idē homi. 8. [*circūibat Galilæam.*] Ideo enim Apostolos congregauerat, velut exercitum, quo dæmonē vulneraret, prostraret & expoliaret, & circūit, sicut medicus, qui ipse visitat eos qui ad se venire nequeunt in-

mos, qui n. infirmus ad cōsulendū sacerdotē, & petendam pœnitentiā venire potest, is iā incipit esse sanus. Iam videat Prælati quomodo gregē suū circumeat. [*docens & prædicans euangeliū.*] Aliud est docere, aliud euangelizare, docentur naturales iustitiæ, vō castitas, humilitas, patiētia, & c. hæc enim naturaliter sunt animo seminata, nisi quod carnales cogitationes (ut mala gramina) ea suffocant, at euangelizare est promittere cælestia, peccatorum remissionē, filiorū adoptionē, mortuorū resurrectionem, æternæ vitæ hereditatē, angelorum societate, cōmunicationem spiritus, fraternitatem Christi, filiationē Dei, hæc antiqui manifestē nō audierant, & ideo labores pro iustitia recusabant, at Dominus vehemēter hæc prædicat, ut ad tantorū bonorum animos nostros inuites. [*sanans omnem languorem.*] Corporis: [*& omnē infirmitatem.*] Scilicet, animæ aut aliter omnē languorem animæ & corporis, & omnē infirmitatē, quæ in anima est infidelitas, hæc enim in fide est infirmitas, & primò quidē dicitur, prædicās, deinde sanans, quia miracula sanitātū fiebāt ad confirmandā prædicationem: non enim prædicabat Dominus ut sanaret, sed sanabat ut prædicationi fides adhiberetur. [*cura uit eos.*] Sicut nouitius medicus, qui veniens ad ciuitatē omnes curat: potius curans de ostentanda arte, quā de aucupanda mercede, at vbi sentit suam artem satis cōmendatam, tunc exigit pro curatione mercedē: ita Dominus gratis nūc omnes curat: sed postea exigit fidei stipendium, dicens fiat tibi secūdū fidem tuam. Euthymius. [*terra Zabulō.*] Sic ordinatam, o terra Zabulō, & o terra Nephtali, & o vos qui iuxta mare habitatis, (mare, scilicet, Galilææ) & o vos qui habitatis trans Iordanem, & o Galilæa quæ ex parte gētes incolunt, vos, scilicet, omnes qui estis populus habitans in errore (nā Iudæi errabant in scripturis, gentes vero in suorum deorum cultu) vobis, habitantibus ferē in sepulchro, lux magna Christus oritur. & c. [*pœnitentiā agite.*] Quidam volunt, non eadem Ioannē & Christū prædicasse, nam Ioannes prædicat pœnitentiā a peccatis, Christus præmiū ad regnū & euangeliū; ita videtur Marcus dicere, pœnitentiā agite & credite Euangeliū. [*Ioannē & Iacobum.*] Fratres vocantur, quia gubernatur fraterno more, debent gubernare, & subditos fraterno modo sapere oportet. [*totam Galilæam.*] Vt plures attraheret, & ut nemo diceret quod alanculo & non palā prædicabat. [*omnes gentes.*] Quidam

Matth. 8.
Lucæ. 7.

Matth. 11.

tinus est. [omnem infirmitatem.] Græcis dicitur μαλακία, id est, relaxatio illa morbi præ-nuntia, in anima verò languorem actus peccati, infirmitas vero est inductio cogitatiois ad cōsensum. [lunaticos.] Qui luna crescete, & attrahente nostros humores, sentiunt humorem suum ad caput attrahi, qui quia malus est, illos vehementer torquetur.

D. Hilari. cano. 3. [Naum & patre.] Qui Christū sequuturi sunt, debet & prioris vite solitudine, & paternę domus cōsuetudine non cōtineri. [sanans omnē languorem.] Ut intelligerent eum iam venisse quem omnes prophetę prædixerant.

Venerabilis Beda. lib. 2. in. c. Lucę. 4. [Cū audisset quod Ioannes.] Tres Euangelistę solū tractarūt gesta seruatoris ab eo anno, quo traditus est Ioannes Baptista. At Ioānes Euangelista ea etiā narravit quę antē vincula Ioānis contigerunt, ideo reliqui Euangelistę dicunt audiēs quod traditus esset Ioannes. [iuxta mare Galilæa.] Idem est mare Tiberiadis, sic nominatum à proxima ciuitate dicta Tiberias, quę olim Chenereth dicta erat, idē est stagnū Genesar, quasi generās aerē: semper in aquę maris illius vëto reflante crispatur. Porro vsu hebræo omnis aquarū cōgregatio mare dicitur: est vero. 140. stadiorū in longitudine, & 40. in latitudine, dulces etiā aq̄s ferēs.

D. Thomas querit quot annis prædicauerit Christus? & primū videtur sentire quod tribus annis, iuxta vulgatū ecclesię sensum, at postea dicit, quod Christus à suo baptismo vsq; ad conuersionē aque in vinū factā in chana. transegit annū vnū, vel ut priuatus: nō enim publicē prædicabat, à miraculo vini ad pascha sequens, quādo Ioannes decollatus est, intercessit dimidijs annis, inde ad alterū pascha est alter annus, quādo Christus occisus est, vnde publicē Dominus prædicauit vni-co tantū anno, licet publicē vel priuatim prædicauerit annis duobus & dimidio. [Relicta ciuitate Nazareth.] In ea enim rediēs ad Galilæā habitauit, vt testatur Lucas, quā reliquit vt veniret in Capernaū, venit vero fugiens Nazareos, qui eū velut furiosum ē supercilio mōtis præcipitare volebant, intrans verò in Capernaū, curauit statim demoniacum. Igitur Nazareth significat florē, & significat Iudeos, quia d. maturitatem nō veniunt. Capernaū, significat villā pulchram, & significat Christiana ecclesia. [terra Zabulon.] Nō est terra apud Isaiā, sed primo tēpore alle-miata est terra Zabulon, quia captiui ducti sunt inde Iudæi à rege Assyrio, sed nouissi-

mē aggrauata est, quia omnes Iudæi ducti sunt captiui. Iā populus qui in tenebris captiuitatis habitabat, vidit primo consolationē Domini, vel aliter primo tempore alleuiata est onere peccatorū terra illa Christo prædicante. Sed nouissime aggrauata est, & multiplicata prædicatio per Paulū qui ibi prædicauit. [Galilæa gentium.] Dederat Salomon. 20. oppida regi Tyri, quę ex tunc habitari à Tyrijs cōperunt, idq; in Galilæa, ideo dicitur Galilæa gentium. [umbra mortis.] mors in ferno est, per separationem à Deo, imago verò huius mortis est in peccatore, qui ex nūc à Deo separari incipit, sicut iusti cōiungi incipiūt: nos enim trāsformamur à claritate in claritatē. [exinde cepit prædicare.] Ioannes vicem legis tenuit, cessantibus igitur figuris legis, debuit Dominus prædicare. [penitentiam agite.] prædicat quod prædicauerat Ioannes, vt nemo dedignetur prædicare ab alijs prædicata, & secundo quia si Ioannes vox, & Christus verbū, debuit idē exprimere vox, quod verbū, & nō admonuit de iustitia, sed de penitētia, prius. n. de iustitia admonuerat in lege naturę & veteri, quia verò trāsgressi sunt oēs legē, & mutauerāt ius Isa. 24. ideo de penitētia admonet, quia oēs inuenit peccatores. Rom. 3. oēs peccauerūt & egēt gratia Dei. [appropinquabit.] Olim promittebant bona terrę, dicitur enim Isai, id est, si me audieritis bona terrę com. Item promittebantur regna Chanaanorū nunc regnum cę. ideo igitur prædicatio Christi dicitur nouū testamentū, id est, noua passio inter Deū & nos de reg. calorū, vt Iere. 31. habetur & quidē lex illa ferē tora erat terrorū, nostra est amoris, iuxta Aug. legis & gratię breuis differētia, timor & amor. [ambulans iuxta mare.] Stare est aternitatis, ambulare est mysterij incarnationis, significatur ergo quod per hanc atraxit nos ad se, iuxta illud, exurge domine in præcepto quod mā. (id est, dispotuisti) & signagoga populorum circa te. [vidit duos fratres.] Per visum respectus misericordię notatur. Exod. 3. videns vidi afflictionem. [Simonem.] qui dicitur Petrus, nomina prædicatoris sunt. Simon, id est, obediens, Petrus agnoscens, Andreas fortis: vir enim obediens loquetur victorias. prouer. 21. & Ierem. 1. dedi te hodie in ciuitatem muritam, & in colūnam ferreā, & Ezech. 3. dedi faciē tuā volētiorē mi faciebus eorū. &c. [erant piscatores.] Inter omnes homines simplicissimi sunt piscatores, & per hoc cepit imperatores. [Venite.] Hoc est ex sola Dei liberalitate vocantur quem vult, trās-

3. Reg. 9.

2. Corint. 3.

Psal. 7.

Matth. 11.

Daniel. 12.

1. Corint. 13.

Roma. 12.

Psal. 102. Marci. vlt.

Ieremi. 17.

Psal. 17.

sitate ad me omnes qui conc. me. eccl. 24. & venite ad me omnes qui lab. [faciā vos.] Quia frustra laborat prædicatio exterius, nisi ad sit gratia interius. [piscatores ho.] Sūma hæc dignitas, alij enim fulgent, sed isti habēt lumē vt alios illustrent, qui enim ad iustitiam erudiunt multos, sunt sicut stellę in perpetuas aternitates. [relictis retibus.] Attende promptā obedientiam, ne differas de die in diem. Eccl. 5. cōtinuo non acquieui carni & sanguini. Gala. 1. Secundo expeditionē, non enim expendas quid reliquerint sed quod omnia reliquerunt: omnis igitur qui in agone contendit ab omnibus se ab. 1. Cor. 9. Tertio aduerte sequellā Christi. Parū enim est relinquere omnia, nisi Christū sequere, si enim distribuero facultates meas, & charitatem non habēā, nihil sum, quia perfectio non consistit in paupertate aut virginitate, hæc solum sunt instrumēta perfectionis. [Iacobū & Ioannem.] Igitur per hos quatuor fratres, quatuor virtutes denotātur. Petrus qui dicitur agnoscens, est prudētia. Andreas, id est, fortis, est fortitudo. Iacobus supplantator, est iustitia. Ioannes virgo, est tēperantia, super his virtutibus voluitur euangeliū, & nota quod per illos qui mittunt retia in mare notantur qui inci-piunt in mundo versari, per illos verò qui relincebant retia significantur, qui iā diu peccatores fuerūt, vocantur verò & hi & illi, vocare est dare auxiliū humanę mēti vt cōuertat. Nota. 2. quod Zebedeus nō erat adeo pauper vt extremē indigeret, alioquin nō licuisset filijs eū relinquere. Nota. 3. quod hi apostoli fuerūt ter vocati, primo in priori anno cōuersationis Christi, de quo Ioannis. 1. habetur. Secundō vocati fuerunt ad discipulātū, & de hoc Lucę. 5. Tertio vocati, vt omnino Christo adhererent, & de hac, hoc loco. [circuibat.] Sollicitudine non piger, & sine acceptiōe, totam Galilæā circuibat, in omni loco dominationis eius benedic anima mea. [prædicās euangelium.] Nō ergo fabulas aut curiosa. [sanans.] Sermonē igitur confirmabat sequētibus signis, prædicator confirmet suam doctrinam virtutibus vitę suę. [obtulērūt ei.] Vt qui sanare poterat, sana me Domine & sanabor. [absit opinio & obtulerunt.] Cū enim quis illustri sanctitate est famosus, facile populus suas ei detegit culpas, vt sanetur. [tormentis cōprehensos.] Significantur ij quos conscientia remordet, de quibus dicitur, circunde derunt me dolores mortis. &c. [lunaticos.] Hi patiūtur amentia & diabolivexationē, magis cū deficit luna: min⁹ enim

tunc habent humoris, significant hi homines inconstātes, qui nō quod volunt bonum faciunt. [paralitici.] Qui mēbra habēt dissoluta, significant ignorātes. [sequuti sunt eum.] Quidam sequebantur studio salutis spiritualis, reliquimus enim omnia, & sequuti sum⁹ te, alij studio salutis corporalis. Luc. 6. turba copiosa veniebant vt sanarentur, alij studio curiositatis. Ioā. 6. sequebātur eū, quia videbāt signa, alij ad calumniandū vt Scribę & Pharisęi, veniebāt verò de Galilæa, id est, de transmigratione ad virtutes, & de capoli, id est, obseruantes. 10. præcepta, & de Ierusalē, studio, scilicet, assequende pacis, quæ Christus est, & de Iudæa, id est, peccatorum confessiōe, & de trāscedatiōe. i. post baptismū.

Rupertus Abbas, de glorifi. fi. ho. li. 3. [cū traditus esset Ioannes.] Antequā Ioānes traderetur cōuertit Dñs vinū in aquā, & Nicodem⁹ credit in eū, dicēs, nemo pōt hæc signa facere, igit signa fecerat Domin⁹, sed quia os Ioannis non erat ligatū, id est, os legis & prophetarū, ideo Christus publicē officium prædicationis non inchoauit, ne discipulis Ioannis prædicando, daret vllā offensionē. [terra Zabulon.] cur verò tacuit Mattheus verbum illud prophetię, primo tēpore alleuiata, nouissimo aggrauata? causa fuit, quia licet Christus prædicando intenderit alleuiare terram illam à peccatis eius, non tamen intendit, quod nouissimo tēpore aggrauaretur, & relinqueret fidem Christi, sicut omnis Iudæa fecit, intendit Dominus noster in profectū, sed oboriuntur ei lachrymę cum Ierusalem nō suscipit, ea quę ad pacē eius sunt, rursum Isaias meminit terrę Zabulon & Neptali, quia nō erat subticēdus locus vbi tā expectatus Messias primū erat prædicaturus. [vidit duos fratres.] Sicut Sol specularia respiciens non solū ea videt, sed suam illis imaginē imprimit, & eius imago ex ipsis relucet, ita Sol Christus respiciens quatuor hos fratres viros pios & simplices, suam illis imaginem insculpsit, quā imaginē alij tenebrofi homines nō cōprehenderunt: sed dicebant, an nō est hic filius fabri? [mittentes retia.] Cur pauperes ante muadi constitutionē electi sunt? certē quia vehementer paupertas conducit ad cognoscendū quod per ipsum, & cū ipso, & in ipso sunt omnia, id est, quod quęcunq; bona habet homo hæc habet à Deo, quō igitur maiora dona quis percepturus est, hoc maiori paupertate præditus fuit, ita dicitur in Cantico Annę. Domini sunt cardines orbis terrę (Hebræis, Domini sunt afflictī terrę) & po-

Roman. 7.

Matth. 19.

1. Reg. 1.

Ioan. 3.

Lucę. 19.

Isai. 9.

Marci. 6.

Roman. 12.

1. Reg. 2.

Lucę. 5.

Isai. 9.

fuit super eos orbem, afflictio igitur & pau-
peritas ad portandum orbem terræ constan-
tē facit & firmum: quod igitur facit pondus,
ne corpus a vento flante moueatur: hoc facit
humilitatis virtus, ne moueatur a vento su-
perbie. Orbis verò qui ponitur super paupe-
ribus est ecclesiā, iuxta illud, Super hanc pe-
tram edificabo ecclesiā meā. [Simonem qui
dicitur Petrus.] Quærat aliquis cur Petro in
noua lege, & Iacobo in veteri mutarit nomi-
na Deus? nam Iacob vocatus est Israel, sed Si-
mon vocatur Petrus, respōsio est, quia in his
duobus orbis mutatio facta est. Olim ab ini-
tio mundi non placebāt Deo bella: dictum
enim est, qui occiderit Cain septuplum pu-
nietur. At tēpore Iacob placuit Deo vt bel-
la gererentur, quia enim semen vnde oritur
Deus hoc semen bellis defendi, & ita Deus
bellator erat. Rursum tēpore Petri non pla-
cuit ita Deo bellari, dictū enim est. Cōuer-
te gladiū tuū in vaginā, omnis. n. qui gladio
occiderit, gladio peribit, igitur mutatur nō,
sicut & res. [sequuntur eum.] Turbē multē,
p̄lagiū fuit gētiū, quæ Chr̄m erāt sequuntur.

Mat. 16.

Benel. 4.

Joan. 18.

Hugo. a baptismo ad miraculum factū in
Chana. intercessit annus, ab hoc miraculo
ad ingressum in Capharnaū intercessit se-
cū annus, inde ad mēsem Maij mansit in Iu-
dæa baptizans non per se, eo tēpore Bap-
tista incarcerato cōcepit Christus liberē prædi-
care. [cū audisset.] Loquitur more hominū,
nihil enim illū latebat. [traditus esset.] Hoc
fuit primo die Maij. [in Galileam.] Duç sunt
Galileæ, altera Iudæorum, vbi Nazareth, al-
teragētiū dicta Chabul. 3. Reg. 9. in qua erat
tribus Nephtalim, & data erat pars huius Ga-
lileæ, regi Hiram. [relictā Nazareth.] Decuit
Saluatorē florem mundi relinquere. [terra
Zabulon.] Hæbraicē habetur primo tēpore
alleuiata est, scilicet, a malis hominibus qui
eā habitabāt, per manus Teglach phalasar.
Sed nouissime omnes decē tribus captiuaræ
sunt a Sennacherib. [Galileæ gentium.] Non
quia hic Dominus solum prædicauerit: sed
quia plures gentiū ad fidem suam adduxit.
[lucem magnam.] vite, doctrinæ, miraculorū:
[vmbra mortis.] Sicut vmbra ducit ad cor-
pus, sic peccatū ad mortem æternā, & sicut
non est vmbra sine corpore, ita nec peccata
sine morte æternā, item vmbra reddit res pu-
tridas & homines ignorantes: ita & putru-
erunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. [exin-
de capio Iesum prædicare.] Igitur sermo inferio-
ris contēni non debet. Quā verò vrbānus est

Christus, qui non prædicat prædicante Ioa-
nēmo cū audiret q̄ plures discipulos facit
quā Iohannes, recedit inde, nolens eius famā
offuscari. [pœnitentiā agite.] Nō dicit, pœ-
nitentiā dicite, aut per alium agite. Porro
agenda pœnitentiā est, vt damnatio æterna
euertetur, vt proximus ædificetur, vt angelis
lætificetur, gaudium enim est angelis Dei, vt
Deus honorificetur, quia in multitudine po-
puli gloria regis, reuocat vōrō multa ne pœ-
nitentiā facias, scilicet, ignorantia, timor, mā-
la fiducia, mala societas, fiducia vitæ. [appro-
pinquabit.] Reg. ca. quasi dicat, hæc est causa
cur agēda pœnitentiā est, non propter crime-
nā, igitur amatorem radicis pomi dulcedo-
cōpensat, pericula maiis spes delectat, dolo-
rem potionis spes salutis mitigat, qui delide-
rat nucleū frangat nucem, ita qui vult Deū,
pœniteat. [ambulans iuxta mare.] Prædicato-
res ex cōpensione adherēat peccatoribus, nō
intra, sed iuxta, quia lignum plantatū secus
decursus aquarum. [mare Galileæ.] Mundus
hic mare est, primum quia eiecit mortuos, id
est, religiosos. 2. per superbiam tumet. 3. amarū
est. 4. feruet cor impiorum, vt quiescere ne-
queat. 4. turbidum est. 5. motus locus est, nō
quietis, quia non habemus hic ciuitatem ma-
nentem. [Simonem & Andream.] Simō obe-
diens, Andreas vilis, vult ergo Dominus obe-
dientes & viriliter operātes. [piscatores ho-
minum.] Non p̄bendarum, nō rerum tem-
poralium. 2. Corin. 2. Non querimus vestra
sed vos: de his piscatoribus dicitur Hier. 16.
ecce ego mittam piscatores multos & pesca-
bunt vos. [relictis retibus.] Quæ & si postea
resumpserunt, non factum est ex voluntate,
sed ex necessitate. [sequuntur eum.] Eccl. 23.
gloria magna est sequi Dominum. Hac vo-
catione vocabit Dominus duodecim. [circui-
bat Iesum.] Vt diabolus circuit quærens quē
deuoret: ita prædicator circueat vt saluet, &
quiuis circumeat per memoriam suam con-
scientiam, ne quid in ea lateat inhonestum,
circumeat beneficia Dei, consilia, mandata,
iuxta illud, Gyrum cæli circuiui sola, & Ge-
deon purgabat triticum, at Gedeon signifi-
cat, circumeat. [prædicans in synagogis.] Igi-
tur prædicandū vbi sunt plures. [in populo.]
Insinuat quod specialiter medicus pauperū
est, tibi enim derelictus est pauper: sunt autē
septem infirmitates: naturæ: puluis enim es:
Pœnæ, quia sagittæ tuæ infixæ sunt mihi:
Culpæ, miserere mei, quia infirmus sum:
Mala consuetudinis, infirmata est in pau-
peritate vir. m. C̄ fidei, infirmus in fide holus

Lucæ. 15.

Prouer. 24.

Psal. 1.

Isai. 57.

Hebræ. 13.

Eccl. 24.

Iudicum. 6.

Psal. 9.

Gen. 3.

Psal. 37.

Psal. 6.

Rom. 14.

manducet. Gratiæ, quis infirmatur & ego
non infirmor. Conscientiæ turbatæ, plu-
uiam vol. seg. hære. tuæ, & infirmata est, has
omnes sanat Dominus. Nam septē sunt quæ
sanāt homines, baptismus, nisi quis renatus.
Ioan. 3. Eleemosyna, eleemosyna resistit pec-
catis, Martirium. Conuertere fratrem, er-
rantem vt Iacobi. 5. habetur. Remissio iniu-
riarum dimitte & dimittetur vob. Fletus
& factis factio, beati qui lugent. Eucharistia
quam qui manducat viuet in æter. [abijt opi-
nio eius.] dicitur ergo prædicator bonam fa-
mam appetere, Christi enim bonus odor
sumus.

2. Corint. 1.

Psal. 67.

Eccl. 3.

Matth. 6.

Matth. 5.

Ioan. 5.

2. Corint. 2.

Caletanus. [secessit a Iudæa in Galileam.]
Igitur Christus veniens in Galileam indicat
se non timere Herodem, qui tetrarcha erat
Galileæ, sed quod Iudæa (vt quæ in necem
Iohannis conspirauerat) indigna erat Christo,
ideo relinquitur, dicit enim Iosephus Hero-
dem in carcerasse Iohannem, quia cōcursus ad
eum fiebat populi multi: quod consilium
forte etiam tractarunt Iudæi. [adimpleretur
quod dictum est per Iesaiam.] In sensu mystico
adducitur Iesaias, nam litera sonat de percus-
so Senachetib. [trans Iordanem.] Vbi est
mōs Hermō, Basam, & Moab. [vmbra mor-
tis.] Terrores & pericula mortis dicuntur vmbra
mortis ad literam, sed mysticē peccata &
ignorantiæ sumuntur a Matthæo pro vmbra
mortis. [cepit prædicare.] Nam eatenus po-
tius doctoris officio fugebatur, faciens mi-
racula & discipulos habens, quā publici præ-
dicatoris, discurrentis per ciuitates & ca-
stella. [pœnitentiā agite.] Hæc prædicauerat
præparatoriæ Iohannes, perfectiue Christus.
Ne igitur dedignemur ab alijs bene cœpta p̄-
ficere. [vidit duos fratres.] Aliā est vocatio
hæc, quā quæ habetur Luc. 6. venite post me.
Corporaliter sequentes, nam reliqui Chri-
stiani credentes, discipuli eius erant, licet nō
sequerentur eum. [piscatores hominum.] Ma-
gna promissio, sed vera, teste experiētia. [re-
lictis retibus.] Nō dicit relictis omnibus, nec
enim describitur abdicatio proprietatis, sed
promptitudo obedientiæ, quod etiam iaciē-
tes retia, vocati sequuntur. [sequuntur eum.]
Sed cum cura domus illis incumbere ad pi-
scationem redibant. Nec mirū quod sequen-
ti fuerint Christum, qui eos vocabat, non vo-
catione inuitatoria, interius solum sed effi-
caci, cui nemo resistit, aut resistet. [relictis
retibus.] Quæ non relinquerunt omnino, sed
Paternæ curæ commiserunt. [omnem infirmi-
tatem.] Id est, minus firmam valetudinē. [tor

mentis comprehensos.] Id est, qui graues patie-
bantur dolores. [lunaticos.] habentes, scilicet
malum caducum.

Glosa interli. [lux orta est.] Id est agnitio
veritatis. [pœnitentiā agite.] Consona prædi-
catio magistri & discipuli, est autem pœnitē-
tia correctio mētis. [appropinquabit reg. ca.]
Id est, Christus qui regnum dat, vel ecclesiā,
cui datur. [duos fratres.] Probauit fraternā
dilectionem, sine qua nemo ad ordinem præ-
dicatorum admittitur. [mittentes rete.] Intē-
tos lucris seculi. [faciam vos pisces.] Frustra la-
borat doctor, nisi Deus det vt proficiat. [se-
quuti sunt relictis reti.] Magis pensatur affectus
quā sensus, & sequuti sunt, nunquā an-
plius ad propria reuerfi. [prædicās eud. regni.]
Quo reges fiūt, & quo datur regnum [sanāns
omnem.] Bēgnus sit doctor, vt det omnia
beneficia quæ potest. [abijt opinio.] fama quæ
renda, non amanda.

Glosa ordi. [secessit in Galileam.] Prius ve-
nerat post baptismum: sed ab hoc reditu in
Galileam a Iudæa tres Euangelistæ tracta-
re cœperunt. [Nazareth.] Quæ erat vicus in
Galileæ iuxta montem Thabor, venit igitur
a Nazareth, id est, flore, ad Capernaum, id est
villam pulcherrimam, docēs relinquere flo-
res & sequi fructus spirituales, qui in villa
ecclesiæ reperiuntur. Porro villa hæc iuxta
mare est, vbi flubus tūditur seculi: sed ex
fluctibus extrahit & piscatur homines, ipsa
verò ecclesiā est trans Iordanem, per bap-
tismum, a pristinis erroribus eruta. [pœnitentiā
agite.] Iohannes gessit figuram prophetarū
& legis, quibus cessantibus, solum verbum,
quod in eis insonerat, per se ostēditur. [Pe-
trum & Andream.] Prædicator ille dignus
est, qui luce sapientiæ Diuinæ illustratur, &
præceptis obediens alijs vt obediant virili-
ter suggerit. Bene ergo Petrus prior, quia si-
ne obedientia nemo intrat, sicut sine fortitu-
dine nemo perseuerat. [mittentes retia.] Ter-
renis lucris inhiantes ad cælestia vocantur,
vt per eos alij, a profundo iniquitatis eripiā-
tur. [continuo.] perfecta obedientia, sua im-
perfecta relinquere. [relictis retibus.] Muta-
tur intentio, non piscatio, mutantur retia in
doctrinam, amor lucri in amorē animarum,
mare seculū, nauis ecclesiā, pisces homines,
hæc vero vocatio, secundum electionem gra-
tiæ fuit. [vocauit eos.] Et etiā alios, sed fat fuit
hos nominasse. [docens.] Quæ sunt vitæ acti-
uæ, prædicans, quæ contemplatiuæ, vel do-
cens quæ ad mores spectant & iustitias natu-
rales, prædicans quæ regni cælorum sunt, sa-
Pri. Tho. E 4 ne

nè iustitia suscipitur molestè ab homine, nisi ei premiū regni proponatur. [sanans.] Ergo prædicator subsidia terrena ministret subditis, vt sic ad cælestia regna trahat [opinio eius.] Fama propter proximos necessaria est prædicatoribus, sed hæc prædicta opera sequitur. [demoniaci.] Hi sunt idolatrae, lunatici, instabiles, paralitici, id est, remissi, infirmitates sanemorum his doctoribus, vt Christo panduntur.

Lyra. [In Capernaum.] Ad prædicandum. [Via maris. Quia erat illa via publica qua de portabantur merces ex Iordane, in mare mediterraneū. [primo tempore alleviata est.] Exponi hoc solet, de priore & posteriore captiuitate, sed non videtur adeo congruum, idèo clarius sic intelligitur. Primo tempore illuminata est hæc terra doctrina Christi, sed quia postea ad vomitum reuerfa est, idèo nouissime aggrauata est. [simonem Petrum.] Apostoli primo vocati sunt statim post baptismum, de quo Ioan. 1. Secundo vocati sunt Luca. 5. Sed hæc uocationes nõ fuerunt propriae ad apostolatam, sed ad quandam familiaritatem. Tertio vocati sunt hoc loco. Porro licet Dominus vocauerit simplices, vocauit etiam literatos, vt Natanaelem & Nicodemum. [sanans.] Ea quæ fidei sunt, quia excedunt nostrum intellectum, non possunt populo melius declarari, quam per miracula, etiam totam naturam excedentia, quæ a solo Deo fieri possunt, quia Deus testis falsitatis esse non potest, ita fuit doctrina Apostolorum confirmata. [euangelium regni.] Id est, regnum Dei esse apertum. Quod nunquã Moses prædicauerat. [omnem languorem.] Etiam natura incurabilem. [in totam Syriam.] Imo etiam ad Euphratē, vnde rex Abagarus Christo scripsit epistolam. Morale. [penitentiam agite.] Digni sunt reprehensione doctores, imo & quod peius est baccalaurei, qui toti incumbunt suorum maiorum dictis conuclendis. [docens in synagoga.] Nõ in latibulis, vt hæretici faciunt. [omnem languorem.] Debet prædicator sanare omnem languorē spiritualem proposse.

Druthmarus. [venite post me.] Tradūt magistri ecclesiæ, quod splenduit Diuinitas in facie Christi, cū vocauit hos discipulos, & etiã quando eiecit euentes, & cum transfiguratus est. [circuibat.] Non expectabat vt ad se venirent, sed præueniebat eos, exemplum præbens Episcopis, quid facere debeāt. [in synagogis.] Maxime in sabatis, cum ad synagogas conueniebat populus, nam aliud non li-

cebat tractare, nisi legenda & audienda. [In dæa.] Cuius longitudo est à vicō Arfa, vsq; ad Iuliam, latitudo vero à monte Libani, ad mare Tyberiadis.

Dionysius. [traditus esset.] Herodis Antipæ. [in finibus Zabulon.] Id est, in sorte. [aggrauata est.] Quia dicit Saluator vā tibi Corozaim. &c. [piscatores.] Vt piscatores dispersos pisces adumant, ita facere debet prædicator, dispersos homines colligere in vnam fidem, sp̄, charitatē. [sanans.] Vt opera quæ dedit illi Pater testimonium de ipso perhibeant. [languorem.] Corporis & animæ.

CAPVT. V.

Videns Iesus turbas ascendit;



Leo papa, in sermo. omnium sanctorum. Vt exteriores medellas Dominus ad remedia interiora transferret, post sanitates corporum curatioes operatur animarum, segregatus à circumstantibus turbis, secum vicini montis ascendit; aduocatis discipulis, quos sublimioribus institutis, ad edita mylticę sedis imbueret, ex ipsa loci atq; operis qualitate indicans se esse, qui Moſen quondam suo dignatus esset alloquio: illic quidem se uenore iustitia, hic autem sacratiorē clementia. Consumatur ergo dictum Hieremix. [Dixit, ecce dies veniunt, & consummabo super domum Dauid testa. nouū, & dabo leges meas in cordibus eorum. &c.] Qui igitur loquutus est olim Moſi, loquitur nunc Apostolis, & in cordibus discipulorum velox scribebat manus noui testamenti decreta condebat, nulla vt quondam circumfusa nubium crassitudine, neque per terribiles sonos aut fulgores, sed patente ad aures circumstantium tranquillitate colloquij. vt per gratiæ lenitatem auferretur legis asperitas, & spiritus adoptionis, spiritum auferret seruitutis. Qualis igitur est eius doctrina? ipse protestabitur, vt qui ad cælum ascendere cõtēderint, gradus ascensionis agnoscant. [pauperes spiritu.] Si solum pauperes dixisset esset ambiguum an pauperes illi essent beati, quos dura premit inopia: sed quia addit, spiritu, ostendit eorum esse regnum cælorum, quos magis commendat humilitas animorum, quam indigentia facultatum, non tamen est dubium, quin hæc humilitatem

Leo papa, in sermo. omnium sanctorum. Vt exteriores medellas Dominus ad remedia interiora transferret, post sanitates corporum curatioes operatur animarum, segregatus à circumstantibus turbis, secum vicini montis ascendit; aduocatis discipulis, quos sublimioribus institutis, ad edita mylticę sedis imbueret, ex ipsa loci atq; operis qualitate indicans se esse, qui Moſen quondam suo dignatus esset alloquio: illic quidem se uenore iustitia, hic autem sacratiorē clementia. Consumatur ergo dictum Hieremix. [Dixit, ecce dies veniunt, & consummabo super domum Dauid testa. nouū, & dabo leges meas in cordibus eorum. &c.] Qui igitur loquutus est olim Moſi, loquitur nunc Apostolis, & in cordibus discipulorum velox scribebat manus noui testamenti decreta condebat, nulla vt quondam circumfusa nubium crassitudine, neque per terribiles sonos aut fulgores, sed patente ad aures circumstantium tranquillitate colloquij. vt per gratiæ lenitatem auferretur legis asperitas, & spiritus adoptionis, spiritum auferret seruitutis. Qualis igitur est eius doctrina? ipse protestabitur, vt qui ad cælum ascendere cõtēderint, gradus ascensionis agnoscant. [pauperes spiritu.] Si solum pauperes dixisset esset ambiguum an pauperes illi essent beati, quos dura premit inopia: sed quia addit, spiritu, ostendit eorum esse regnum cælorum, quos magis commendat humilitas animorum, quam indigentia facultatum, non tamen est dubium, quin hæc humilitatem

tem facilius pauperes quam diuites assequatur, pauperibus enim familiaris est mansuetudo, sicut diuitibus elatio: reperitur hic animus in diuitibus, qui sua abundantia non ad superbiam tumore, sed ad benignitatis opera vnitur, qui que pro magno lucro numerant, quod alienam releuat inopia, omni igitur hominum ordini datur in hac beatitudine confortium: possunt enim esse proposito pares, qui sunt in pares censu. Beata ergo illa paupertas quæ rerum temporalium amore non capitur, sed cælestibus bonis direscere concupiscit. Huius paupertatis magnanimæ exemplum primum fuit Christus, hinc Apostoli omnia sua relinquentes, deinceps primum illi Christiani, qui omnia sua vendebant, & ad Apostolorum pedes ponebant, gaudentes se nihil habere de mundo, & omnia possidere cum Christo. Petrus inquit argentum non est mihi, sed surge & ambula: quid hac sublimi? humilitate, lo cupletius paupertate? qui imaginē Cesaris in nūmo non habet, imaginem Christi in homine reformauit. [beati qui lugent.] Non faciunt beatum ista lamenta, quæ totius humani generis deploratione funduntur, religioſa igitur tristitia aut alienum deslet peccatum, aut proprium, nec de hoc dolet, quod diuina iustitia agitur, sed quod humana iniquitate committitur, ubi magis plangendus est qui facit maligna, quam ea patiens: iniustum enim malitia de mergit ad pœnā, iustum verò toleratiam ducit ad gloriam. [beati mites.] Id est ad tolerantiam parati iniuriarum: his possidenda terra promittitur: hæc vero terra caro est ipsa sanctorum, quæ ob humilitatis meritum immortalitate vestientur, in nullam spiritui contraria, sed in omnibus præbitura consensum, mens enim Deum vidēdo, nullis corporis impediatur obstaculis, nec dicetur, corpus quod corrumpitur aggra. &c. Igitur tunc caro quæ erat in periculum, erit in premium, & quæ erat oneri, erit honori. [qui esuriunt.] Non qui esuriunt aliquid terrenum, sed qui esuriunt iustitiæ bono satari & in omnium occultorum introducti secretū ipso Christo cupiunt impleri: foelices hi, qui talem cibum concupiscunt, quæ non esurissent, si nihil de eius suauitate gustassent, qui enim audit, gustate & videte, quia suavis est Dominus, accipit quandam dulcedinis portionem, & in amorem castissimæ voluptatis exarsit: & spreis omnibus temporalibus bonis, ad edendam bibendamque iustitiam accensus, illius primi mandati apprehendit

veritatem, scilicet, diliges Dominum Deum toto corde tuo: nihil enim est aliud amare Deum, quam amare iustitiam, & sicut huic præcepto præceptum dilectionis Dei adiungitur: ita & huic iustitiæ desiderio virtus misericordiæ copulatur, cum dicit. [beati misericordes.] Vult ergo iustitia te iustum esse & misericordia misericordem, vt in anima imago Dei per lineas imitationis expressa resplendeat: & quia tibi per miam omnia munda sunt, ad eam beatitudinem, quæ in dis est promissa peruenies. [mundo corde.] Mundi corde sunt, qui supradictis studeant virtutibus videre autem Deum, quantæ sit beatitudinis, quæ mens concipere, quæ lingua valeat explicare, & tamē & hanc anima consequetur, cum Deum viderit facie ad faciem, sicut est: & quod oculus non vidit, nec aures audiuit: detergantur ergo oculi nostris ab omni squallore iniquitatis, vt serenus intuitus tantum Dei visione pascatur. [beati pauperes.] De quibus Paulus, Pacem habete ad Deum, Roman. 5. & Dauid pax multa diligentibus legem tuam, & non est, id est, scilicet, nõ verò sunt illi qui arctissimam in vicij habent amicitiam, sed qui sunt solliciti seruare vnitate spiritus, hi sunt filij Dei & Christi coheredes.

Diuus Hieronymus, Dominus ad montem ascendit, vt turbas ad altiora secum trahat, sed turbæ ascendere nõ valent, idèo sequuntur discipuli. [cum sedisset.] Contra fractus, non stans loquitur, nec enim intelligere poterunt in sua maiestate fulgentem. Notat non fuit mons hic Oliueti, sed mons aliquis Galileæ: nam finito hoc sermons Dominus intrauit Capharnaum. [pauperes spiritu.] De quibus psalm. 33. dicitur humiles spiritu saluabit: beati igitur pauperes spiritu qui propter Spiritum Sanctum voluntati sunt pauperes, quibus Christus dixit. Ad Euangelizandum pauperibus misit me. [possidite debunt terram.] Non terram Iude, nec istius mundi, non terram maledictam, quæ tributos gignit & spinas, sed terram de qua in psalm. Credo videre bona Domini in terra uiuentium: hic possessor est triumphator ille qui in psalm. de scribitur. Procede & regna propter veritatem, mansuetudinē & iustitiam. [qui lugent.] Non pro mortuis, sed pro peccatis mortuorum, sic Samuel flebat Saul, quia pœnitebat Deum, quod eum regē fecisset, & Paulus flet eos qui post fornicationem non egerunt pœnitentiam. 2. Cor. 12. [qui sitiunt iustitiam.] Non sat est eam

Matth. 19. Actor. 2. 2. Cor. 6. Acto. 3.

Ioan. 10.

Matth. 4.

Hæbr. 3.

Psal. 44.

Sap. 9.

Psal. 54.

Deut. 6.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Psal. 118.

Roman. 8.

Isai. 61.

Ienef. 3.

Psal. 26.

Psal. 44.

1. Reg. 15.

elle, nisi eâ famefcas, vt sub hoc exemplo, nunquam nos fatis iustos, fed semper iustitiâ esurire intelligamus. [*miseri cordes.*] Non solû in elemosynis, sed si alter alterius onera portemus. [*mundo corde.*] Idest, quos non arguit conscientia peccati, mundus vero mûdo corde conspicitur. [*pacifici.*] At prodest alios per te pacari, cû in tuo animo sunt bel lavitorû: primum ergo te ipsum pacifica. [*patiuntur propter iustitiam.*] Nô propter sua peccata: multi enim propter sua scelera patiuntur: & attende quod octava veræ circumfisionis beatitudo in martyrio terminatur. [*mentientes propter me.*] Optâda maledictio cuius Christus est in causa. [*gaudete.*] Nescio quis hoc nostrum possit implere, vt lace retur opprobrijs fama nostra, & interim exultem in Domino: certè implere nequit qui propriam gloriam quærit: eleganter em dictum est, ne quæras gloriam, & non doleris inglorius.

D. Augustinus. li. 1. de Sermo. domini in monte, Sermo hic quem Dominus prædica nit adeo est perfectus, vt solus sufficiat eum facienti ad salutem: ita enim Dominus dicit qui facit verba mea hæc similis est ei qui ædificauit domum supra petra. [*ascendit in montem.*] Deus secundum suam cõgruentissimã distributionem dedit ludæis minora præcepta, propter regnum terrenum, timore compulsi: at Christianis dedit maiora, charitate liberatis, propter regnum caeleste, hæc maiora præcepta & maior iustitia sunt sicut mon res Dei, in hanc ascendit Dñs tâquã magister docere idoneus. [*cum sedisset.*] pertinebat id ad dignitatem magistrerû. [*accesserunt discipuli.*] Vt essent corpore viciniore, qui animo magis appropinquabunt. [*aperiens os suum.*] Qui solebat omnia prophetarum aperire. [*pauper spiritu.*] Vulgo superbi dicuntur mag nos spiritus habere, & merito: si quidem spiritus etiam ventus dicitur, dictum enim est, ignis, sulphur, spiritus procellarum. Quis vero nesciat, superbos inflatos dici, quasi vêtro distentos: sicut Paulus dicit, scientia inflat. Igitur pauperes spiritu, intelliguntur humiles, id est, non habentes inflatẽ spiritû, nec aliunde erat incipiendum quã ab humilitate & timore Domini, si quidem initium sapientia timor Domini, sicut è contrario, initium peccati superbia, vt enim superbi appetunt regna terrarum: ita humiles regna caelorum [*possidebunt terram.*] Illam de qua dicitur portio mea tu in terra viuentium: per terrã enim significatur stabilitas hæreditatis per-

petuã, vbi anima velut in suo loco quiescit, (vt corpus in terra) & cibo suo alitur, sicut corpus ex terra, mites vero sunt, qui non resistunt malo, sed potius vincunt in bono malû, rixentur ergo mites pro regno terræ: mites enim possidebunt terram, è qua pelli ne queunt. [*qui lugent.*] Tristitia est propter amissionem charorum: cum igitur homo cõuertitur ad Deum, relinquens terrena sibi chara, luctu fauciatur: huic ergo ita lugenti promittitur Paracleti cõsolatio. [*esuriunt.*] Hi fatiantur eo cibo, de quo dicitur, meus est bus est vt faciam voluntatem patris mei, & potantur ea aqua quæ fiet in eis fons aque salientis. [*mundo corde.*] Idest, simplices corde, hi soli Deum videbunt, quia & lumen hoc corporale non nisi à mundis oculis conspicitur. [*pacifici.*] Idest, in quibus nihil resistitur Deo, quique omnes concupiscentias carnis habent edomitas, sicut in regno Dei fit: hæc igitur est pax in vita hæc datur homi nibus bonæ voluntatis, è cuius pacis regno missus est foras princeps mundi huius, qui si homini pacifico persecutiones concitauerit, auget illi gloriam, nihil de ædificio eius labefactans: & ideo subditur beati qui per seq. pati. Hæ sunt octo beatitudines: nã quæ sequitur ad audientes dicta est, cum superiores fuerint generales, dicendo non ad presentes, sed ad omnes, beati pauperes spiritu. Age igitur, primus gradus est humilitatis, secundus est scientia diuinarum scripturarum, quibus se mitem & docilem homo præbet. 3. est luctus, per scientiam enim agnoscetur bonum quod amissum est. 4. est laboris, vbi relinquit homo terrena, & fitit caelestia. 5. est consilij, vt si ad hunc laborem vis à Deo adiuuari, tu adiuues per misericordiam eos qui egent. 6. est munditia cordis ad contemplan dum summum bonû. 7. est ipsa sapietia, quæ est contemplatio veritatis, totum hominem pacificas, & similitudinem Dei suscipiens. 8. ad caput redit, quia hominem consummatum ostendit & probat, cum dicit, quis nos separabit à charitate Christi: &c. Igitur septẽ sunt quæ perficiunt, nã octauum perfectum demõstrat. Videtur autẽ mihi septi for mis operatio spiritus Sancti, his gradibus cõgruere, nisi quod Esaias ab excellentioribus cepit. Mattheus ab inferioribus. Igitur timor Dei pauperibus spiritu, id est, humilibus congruit, pietas mitibus, id est, non resistentibus sacris scripturis, scientia lugentibus, qui in sanctis scripturis inuenerunt, quod lugeant, fortitudo esurientibus, iusti-

Ioanis. 4.
Ioanis. 4.
Luc. 1.
Ioan. 14.
Matth. 7.

iustitiam: laborant enim vt acquirant gaudium quod desiderant, consilium misericordibus: egregiũ enim consilium est misericordia ad euadenda pericula. Intellectus, mundi eordibus, qui corde puro intelligunt quæ etia sunt: deum sapientia pacificis, in quibus nihil resistit spiritus. Et nota quod vnum premium quod est regnũ caelorum in his omnibus gradibus ponit, licet variè nomine, nam terra viuentiũ regnum est caelorum, &c. Item vocari filij Dei, similesq; ei esse, regnũ caeli est. Potro octaua beatitudo significata est per octauã diẽ circumcissionis, & resurrectionis dominicæ, & ipso etiã die pete costes, quæ septies septẽ continet, cui octauus dies additur, in quo spiritus sanctus mittitur, & roborat hominem alit, & pacit. Sciat igitur Christianus quæ delicias extrinsecus quærit, quæ intus Christiana beatitudo est, sicut dicitur, omnis gloria filia regis ab intus: nam extra sunt persecutiones & maledicta, pro quibus merces copiosa promittitur his qui dicunt, gloriamur in tribulationibus, quia probatio facit spem, quæ non confundit, &c. Quod si hæretici & schismatici patiuntur persecutiones, non si bi mercedem promittant: quia vbi non est vera fides, & vera charitas, nec etiam est vera iustitia: & ita illi nõ patiuntur propter iustitiam. Clam differentia est inter maledicere, & dicere vobis in malum: illud enim est ab sentis. claudere famam: hoc vero est presentia iactare cõtumeliã, persequi verò est vim inferre. Idẽ in festo omnium sanctorum. Nemo inueniri potest, qui beatus non esse velit, sed õsi hões, quõ desiderant mercedẽ, ita opus mercedis non recusarent, quod optamus post erit: quod iubemur vt faciamus modo sit. Postea erit tuum regnũ caelorum, esto nunc pauper spiritu. Pauper spiritu est humilis, altum est regnum caelorum, sed qui se humiliat exaltabitur. [*possidebunt terram.*] Vis possidere terram, vide ne possidearis à terra: possidebis terram cum adhæseris ei, qui fecit caelum & terram: hoc enim est esse mitẽ, non resistere Deo tuo, vt in eo quod bene facis, ipse placeat tibi, non tu tibi, in eo quod iuste pateris, nõ tibi ille displiceat, sed tu tibi. [*qui lugent.*] Non qui lugent carnaliter: isti enim nullas cõsolationes habent: si enim pater tristatur quia mortuus est ei fili, & gaudet quia alius natus est, non consolatur, quia sicut ex defuncto luctus, ita ex viuo est timor: illi ergo consolabuntur, qui modo se lugent peregrinari. [*esuriunt & si-*

Psal. 44.
Rom. 5.

siunt.] Si esuris cibũ, sumpto & digesto cibo, iterũ redit esuries: esuriat igit interior hõcibũ suũ, qui est panis vitæ, sicut & potum suũ, de quo dicitur, Apud te est fons vitæ. [*miseri cordes.*] Si plenus es temporalibus, es es æternis: fac ergo cũ petitorẽ tuo quod vis, vt Deus faciat tecũ petitorẽ suo: plenus es & inanis, imple inanẽ de plenitudine tuã, vt de Dei plenitudine impleatur in anitas tua. [*Deum videbunt.*] Hic est finis amoris nostri, ad Dei visionẽ cũ peruenierim, plus nõ requiremus: quid nõ requirit, cui adesse Deus? si Deũ igitur videre cupis: para vnde videas: nã ortũ solis nemo lippis spectat oculis, sanis sint oculi, & erit illa lux gaudij, quæ est tormentũ infirmis: igitur mudi cordibus solis visio Dei promissa est, quia ibi sunt oculi, vnde videatur Deus, nunc isti oculo pro sua infirmitate illuminantur fide: tunc pro sua firmitate illuminabuntur specie: tunc n. videmus facie ad faciem nõ facie corporali, sed illa quã dicit psalmus, Tibi dixit cor meũ, facie tuam Dñe requiram, igitur facies Dei corde nostro cõtuenenda est, iam igitur in cortuũ si placet, intret arca testamẽti, & ruat Dagõ. Et nota quã premia harũ beatitudinũ consonent operibus: quia. n. humiles faciliẽ eiiciuntur è regno, ideo beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnũ, mites faciliẽ pelluntur è terra sua: ideo ipsi possidebunt terram, reliqua plana sunt. Nec putes quod pauperes spiritu nõ videbunt Deũ sicut & mudi corde. Sed non videbunt, quia pauperes spiritu, aut quia mites, aut quia lugentes, sed quia mudi corde, ac si diceret, beati qui habent oculos, quia videbunt, beati qui aures, quia audient, &c. Ita Dominus velut spiritualia membra componens, docuit, quid ad quid pertineat, apta in quibus est humilitas ad possidendum regnũ, apta cordis mundicia, ad Deum videndum: dices quomodo mundatur cor? respondet Apostolus, fide purificans corda eorum, non ea fide, quã etiam dæmones credunt, sed illa quæ per dilectionem operatur. Idem in libro. 12. abusione. 8. Abusio inquit, est pauper superbus, cum è contrario diuitibus dicatur, vt non superbe sapiant: quid ergo stolidius quã qui per paupertatem humi repere debuerat, per superbiam contra Deum velut malũ angeli, se extollat? sed ne pauper de sua conditione tristetur, quid a Deo pauperes

Psal. 35.
1. Cor. 13.
Psal. 22.
1. Reg. 5.

Psal. 10.
1. Cor. 8.
Ecclef. 1.
Ecclef. 10.

Roman. 8.
Isai. 11.

Acto. 15.
Iacob. 2.
1. Timo. 6.

pauperes sint recepturi, attendant: beati inquit pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum celorum. Recta dispensatione Deus regnum cæli tribuit quibus regni terrarum participationem abstulit, ut sit diues in cælo, qui nihil procura bat in terra. Cautatigit pauper, nedum terra nihil per pauperem habet, per peccatum nihil etiam de cælo possideat, non enim pauper tas regnum habet, nisi illa quæ humilitas comitatur: potest enim esse diues humilis, & tunc pauper est spiritu: sicut contra potest pauper esse superbus. Prouer. n. 13. dicitur, Est quasi diues cum nihil habeat, est quasi pauper cum in multis diuitijs sit: intelligat igitur pauper qui sit, & superbire desinat: nobilis enim inopia est mentis humilitas. Idem li. medita. c. 36. Petit a Deo charitatem, qua nihil aliud amet nisi Deum, simulque petit donum lachrymarum, quæ sint animæ amati panes die ac nocte, ut præ amoris dulcedine anima tota in lachrymas liqueat sicut Anna flebat, & post lachrymas vultus eius non sunt commutati, sicut Magdalena quæ tota amans lachrymis rigabat pedes Domini, & sicut ipse Dominus qui super Lazarum fleuit, & super ciuitatem abunde lachrymas fudit. Petit igitur Augustinus lachrymas amoris, similiter & lachrymas quibus omnia sua peccata purget. Et in libro de scala paradisi cum tractasset de ea consolatione quæ Dominus dat suis, dicit, quod huius consolationis prænunciæ sunt lachrymæ & suspiria: quia sicut in baptismo puerorum per exteriorē ablutionem significat exteriorē ita & hanc lachrymarum exteriorē ablutionem purgatio præcedit interiorē: felices ergo lachrymæ, per quas maculæ purgantur interiores, & incædiant peccatorum extinguuntur, beati qui sic lugentis, quia in ipsis lachrymis ridebitis: fuge ergo sponsa ab huberibus sponsi lac & mel, recipe munuscula sua (lachrymas) quæ sunt panes die & nocte, dulciores super mel & fauam: o Domine si tam dulces sunt istæ lachrymæ quæ ex memoria & desiderio tui excitantur, quæ dulce erit gaudium quod ex tua clara visione capiuntur? si tam dulce est flere pro te quid erit gaudere de te? Idem li. soliloquiorum. c. 3. o lux beatissima, quæ non nisi a purgatissimis oculis videri potes: beati enim mundo corde, quia ipsi Deum videbunt, munda mundans virtus, sana oculos meos, aufer squammas caliginis antiquæ, ut in lumine tuo videam lumen, reuela oculos meos ut considerem mirabilia de lege tua, gratias tibi ago, ecce video, sed per speculum, quando videbo faciem ad faciem? quando veniet dies e-

xultationis & letitiæ, ut facies cum apparuerit gloria tua. Idem li. de speculo. c. 27. videbimus te Domine, tanto quisque perspicacius, quanto hic vixeris purius: quia mundo corde Deum videbunt: quid tunc latere potest, quando tu Deus noster vita viuētium, causa causarum, forma formarum, informata se nobis clara visione insinuabis. D. Ambrosius in ca. 6. Lucæ. [ascendit in montem.] Euangelizaturus, & benedictionum de thesauro Diuinitatis prompturus oracula, incipit esse sublimior. [aperiens os.] Thesauros sapientiæ & scientiæ Dei, reclusis adytis, templi sui ora reserauit. [pauperes spiritu.] Ordine prima est paupertas, parens quedam generatioque virtutum: quia qui contempserit secularia, merebitur æterna, nec ista potest quis mereri, qui mundi cupiditate possessus, emergendi non habet facultatem. Septima beatitudo est. [beati pacifici.] Recte septima quia septimus dies est dies pacis & quietis: est enim fabatum: beati ergo pauperes, paupertas media est: possunt enim & boni & mali esse pauperes, nisi intelligas de paupere de quo prouer. 19. melior est pauper iustus quam diues mendax, pauper a crimine, a vicijis, in quo princeps mundi nihil inuenit, illius sectator, qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est, denique pauper spiritu, qui non inflatur: est ergo prima benedictio, ut extra omnem maliciam, & simplicitate contentus sim. Tunc sequitur ut mitis sim: quid enim mihi prodest carere secularibus, nisi sequar Christum, qui mitis fuit & humilis corde: cum verò mitis fueris, memeto quod pecaueris & luge peccata tua, bene verò tertia est beatitudo lugere: quia trinitas est quæ condonat delicta: si Saul se fleuisset, eum Samuel non fleuisset: habet quisque mortuos quos desleat, sepulchrum quiuis noster est, in nobis sunt ossa mortuorum sepulchrum patens est inquit, guttur eorum: & si Paulus habet quod desleat, quia inquit, persecutus sum ecclesiam Dei, quis carebit causa desledit? tamen iustus accusator est sui prouer. 18. Postquam vero peccata desleasti, incipies esurire iustitiam: qui enim languet, dum grauius morbo premitur, non esurit. Porro qui esurit, virum querit augmentum, hæ vires sunt, norma iustitiæ. Postea eris misericors, dispersit enim & dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi. Sed caue ne elemosynam tribuēs, iactantiam sequaris: ideo esto mundus corde, & de mundo compatere ijs qui persecutionem patiuntur, id facere ne quibus, nisi tu ipse fueris pacificus

pacificus ut alijs pacem feras. Omnia hæc cum feceris contende ad finem, sanè multi sunt exitus vitæ, sed vnus congruebat Domino ut natus secundum carnem secundum eam more retur, elegit igitur passionem: ita & tu dicit, quid retribuam Domino, pro ijs quæ tribuit mihi, calicem salutaris accipiam, id est, passionem, ut dictum est Iacobo, calicem meum bibetis. Ducit ergo te Dominus usque ad finem, id est, usque ad martyrium. Et vide ordinem, paupertas, id est, humilitas diuitiarum virtutum sunt: si humilis non es, nec mitis eris, qui mitis est, potest lugere præsentia, qui hæc luget, potest desiderare meliora. & c. Porro in 8. his benedictionibus comprehenduntur 4. quas posuit Lucas, & rursus in 4. ille 8. sunt comprehendens, cõnexæ enim sunt virtutes, ut qui vnam habet reliquas habere videatur.

Diuus Grego. homi in Ezechie. 10. Carnali Israelitico populo descendendi de monte lex Moysi in capetribus data est, sed sanctis Apostolis Dominus, in monte sedens summa sapientiæ præcepta loquutus est: quia illis tanquam carnalibus mandata minima in valle terrarum dabantur, illi vero tanquam spirituales mandata cælestia audiret: ut montem straretur, per relinquentis terrena, ascendentes ad cælestia, in mentis culmine starent. Idem in 3. c. Iob. sicut vasa clausa continent ignoraui nisi referemus os, ita quid sancti corde gerant nescimus, donec os suum aperiant: & quando aperuerint, diligenter cotuendum est, ut ore nostro accedamus eorum liquore accepturi. Idem in 36. c. Iob. Deus inquit Iob, non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit, id est, diuites si impij sint, Deus non saluat, at per iudicium suum pauperes liberos reddit, & saluos. Idem in prologo ad Psalmum, Miserere mei Deus, admone mur inquit, per psalmum hunc, prospera metuere, & contra omnem mundi felicitatem acrius vigilare: sæpe enim præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta, sicut etiam per fletum ad gaudia peruenitur, iuxta illud, beati qui lugent. Idem in illud, cor mundum creata in me, Deus mundus, inquit, est: ut illum intra nos habeamus, ab omni sordem mundandi sumus, mundemus ergo interiora mentis ne ex affectu nostro peccati delectatio puluillet, ne turpe desiderium cor titillet, ne passionum contentiones ex illo prædeant, aut prauæ cogitationes erumpant. Idem 2. Psalterialis. ca. 24. si pacifici sunt filij Dei, ergo: iugiorum seminatiores sunt filij Satanæ, qui etiam si alia bona opera faciunt, omnia nihil sunt,

quia à charitate exciderunt, at charitas mater est omnium virtutum qua extincta nihil manet. Idem li. 7. ep. c. 6. qui heres Dei esse vult filius Dei (pacem cultodiendo) esse cõtedat. D. Chrysostomus homi. 15. [videns turbas.] Qui nihil facit ad ostentationem: neque enim in vno loco residet, nec in vrbis forique medio, sed in monte prædicat & deserto. [accesserunt discipuli.] Vides in eis virtutis augmenta: alij etiam spectabant miracula, sed hi aliqui sublimem audire cupientes statim post magistrum ascendunt, non enim sola corpora curabat, sed etiam animas, & ita ab operatione miraculorum ad verbum, & à verbo rursus veniebat ad prædicationem, ut contra hæreticos & animam creasse demonstraret. [aperiens os.] Suum, quorsum id dictum est, ut scias, quod non solum cum loquebatur, sed etiam cum tacebat docebat, operibus scilicet ipsis. [docebat eos.] Et per eos reliquos etiam futuros. [pauperes spiritu.] Id est, humiles & contriti spiritu: spiritus enim hic ponitur pro anima & voluntate: ij igitur quæ se comprimunt sua voluntate, non ab ipsa necessitate coacti, primi beati sunt. Cur igitur non dixit beati humiles? certè quia maius est humilitate pauperem esse spiritu. id est, contremiscere ad diuina præcepta, ut Elaias dicit, super quem requiescet spiritus meus, nisi super tremetum sermones meos: & David cor contritum & humiliatum Deus non despiciet, & tres pueri, tamen anima contrita & spiritu humiliato suscipiamur: quia enim mala angelorum ex superbia nata sunt, ut Apostolus, ne in superbia elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli: Et ex superbia item mala hominum prodierunt: Adam enim insultabit Deus, ecce Adæ quasi vnus ex nobis factus est, ideo, si superbia est causa fontis peccati, contrarium remedium egritudine concitatur: siquidem humilitas est fundamentum super quo reliqua iustissimi collocantur: quo subducto, etiam si conuersatione ad ipsum puenias cælum, omnia subtrahuntur, & in finem pessimum relabuntur: ut in Pharisæo illo qui ad virtutis culmen ascendit, similiter omnia amittens descendit: qui in matre caruit omnium bonorum. Porro dixit, beati pauperes, ut sub nomine beatitudinis ista doctrinam faciat gratiorem. [beati qui lugent.] Videtur contra totius mundi pugnare sententiam: omnes enim putant miseros esse pauperes: at Dominus beatos eos prædicat lugentes, scilicet propter peccata: iustitia enim pro secularium rerum dispendijs mortem operatur teste Paul. 2. Cor. 7. nec ponere voluit simpliciter tristes, sed cum iulo lugentes, videlicet qui

Psalm. 41.
1. Reg. 1.
Luc. 7.
Iuan. 11.

Psalm. 41.
Act. 9.
Psalm. 35.
Psalm. 118.
1. Cor. 13.

Psalm. 118.
1. Timo. 1.

Psalm. 118.

Isai. 66.
Psalm. 50.
Daniel. 3.
1. Timo. 3.

hos

hoc præceptum totius philosophiæ magisterium est: si enim qui filios lugent, tempo re luç^o nec libidini, nec ambitioni, nec alijs vitijs indulgent, quanto magis qui peccata, vt par est, lugent [*ipsi consolabuntur.*] Et in præsentia, & in futuro: est porro tanta hæc consolatio Dei, vt etiam si tuc mille alij dolores irruant, adhuc cum consolatio datur, superior est. Nec satis fuit Deo luçtum pro peccatis acceptare ad satisfactionem, nisi etiã promitteret illi tantam consolationem. Tanta est, quo nos prosequitur amor. Nec solũ pro peccatis proprijs lugere voluit, sed etiã pro alienis, vt fecit Moses, Samuel & Paulus. [*possidebunt terram.*] Nõ loquitur de terra intelligibili, sensibile premiũ proponit propter tardiores auditores: quia igitur putatur mitis perdere sua, ideo dicit, qd ipse sit, qui iustissimẽ possideat cuncta, sicut etiam dictũ erat in lege veteri, mansueti inquit hæreditabũt terram, est simile hoc illi, quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiciẽtur vobis, & qui dimiserit partem etiam centuplum accipiet in hoc sæculo. [*esuriunt & sitiunt iustitiam.*] Illam quæ ex aduerso auaritiæ collocatur: quia enim auarus nihil adeo esurit, quã possidere, ita ex aduerso Dominus dicit si esurieris ita iustitiã, vt auarus in iustitiam, sanaberis. [*quia ipsi saturabuntur.*] Non enim auaritia facit diuites, sed magis id iustitiã præstat, qui iustus est nihil timeat pauperiem, si enim qui aliena nõ inuadit tantarum perfruetur abundantia, quãto magis qui propria fideliter largitur. [*misereridiam consequentur.*] Si reliqua mandata obseruent, quanto vero humana miseratio excellitur à Diuina, tanto maius est premium huius virtutis ipsa virtute [*mundo corde.*] Aut qui nullius sibi criminis conscij sunt, aut qui cõtinentiã sunt cõspicui: nihil enim ita opus est ad videndum Deum, quã ista puritas virtutis. Pacem inquit Paulus sectamini, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum. Hebr. 12. *pacifici.* qui non solum aduersus se non dimicant, sed dissidentes in facram student reuocare concordiam. [*filij Dei.*] Fuit enim præcipuum opus filij Dei conciliare pugnantia. [*patiuntur propter iustitiam.*] Id est, propter quãcunque virtutem. Hæc sunt Christi inuisitata præcepta, quæ non decem hominibus, sed toti mundo persuasit, tanta erat decentis virtus. Iam cum audis, quia ipsi consolabũtur, aut quia filij Dei vocabuntur, hæc omnia intellige esse regnum cælorum, ideo semper dixit beati qui

lugent, & beati pacifici: neque enim beatus est sensibus his & terrenis coronari. [*sc. n. persequuntur.*] Igitur cõsolatio vobis erit de societate prophetarum: neque enim de nequitia doctorum, sed auditorũ persecutio ista pueniat: neque. n. in prophetis malignitas aliqua reperta est, vides qualiter Christus suos iuxta Mosem Eliam & alios prophetas constituerit? [*propter me.*] Vides vt Christus se equalem Patri effecerit, vt enim propheta propter patrem passi sunt: ita & hi propter filium. Neque dicit ego vtabo persequutio nes vestras, sed persequuntur vos: nec enim beatitudo est non maledici, sed maledicta sustinere.

Author in nomi. homi. 9. [*ascendit in montem.*] Gaudet quiuis artifex cũ operis sui oportunitatem videt, agricola pinguem terram videns, imo & equa cum campos latos intuetur, rapit cursum: sic sacerdos animatur ad prædicandum, ecclesiam plenã videns: sicut confunditur si vacuum inueniat. [*ascendit in montem.*] Vt implet prophetiam, super montem excelsum ascende tu qui Euãgelizas Sion, & secundo vt ostendederet quod in altitudine virtutum consistere debet qui docet iustitiã Dei, & qui audit: qui docet magis doceat exẽplo quã verbo: dictum enim est exemplum esto omnium virtutum: cur enim si in valle stas, de monte loqueris: aut vbi stas, in de loquere: aut vbi loqueris, ita: si de cælo loqueris, in cælo sta, si in terra es ne de cælo loquere: nostra. n. cõuersatio in cælis est. Iam qui audit, nisi in virtutibus ambulet, se castigat: iudicium. n. sibi acquirit, nõ salutẽ: audit enim ne apud Deum excusari possit, & cur audit, si non vult esse discipulus. Porro si prædicator in valle est, & auditor in monte, nihil auditori nocet: vox enim de valle ascendit, quod si doctor in monte est, & tu in valle, non multum tibi proficiet: neque enim de facili auditur in imo vox, quæ in summo est. Aut certẽ mons ecclesia est, in quam Christus docturus ascendit, significans veritatem in sola ecclesia disci, est autem ecclesia mons ille vber & pinguis, vt psalm. 67. dicitur. [*beati pauperes.*] Licet videantur beatitudines hæ, & illæ Lucæ esse eadẽ, non sunt tamen: hæ enim sunt perfectiores quã illæ Lucæ, dictæ enim sunt in monte & Apostolis rectoribus ecclesiarum, sed illæ Lucæ dictæ sunt in valle, & turbis, ideo illic pauperes dicunt simpliciter, hinc aut pauperes spiritu: paup vero spiritu est humilis,

non

non magna de se sapiens, de quo dicitur, qd cõuersus est sicut puer: certẽ plenitudo legis dilectio est, tamẽ nutritrix dilectionis humilitas est: totius enim boni initiũ humilitas est, sicut cõtra totius mali superbia. Cur ergo nõ dixit beati humiles quia nõ tãtũ voluit nos esse humiles, sed egenos & mēdicos, qui semper emedicamus auxiliũ Dei, quasi diceret in vltimã necessitate humiles, sunt. n. quidã naturaliter humiles, & nõ ex fide, nõ hi sũt beati, sed qui nouit vnde petendũ sit auxiliũ, & ibi pulsare nõ cessant [*ipsorum est regnum.*] Quid nõ etiã aliarũ virtutum est regnum? ita, sed sicut licet alia vitia detrahunt in infernũ, at maxime superbia: ita aliæ virtutes subuehũt in cælũ: sed maxime humilitas: quia qui se humiliat exaltat [*qui lugent.*] Mediocres beati sunt, qui peccata sua lugent, sed altiores, qui aliena, cũ non habeant sua, tales cõuenit esse doctores, & qui supra mortem sunt, qui Ezech. 9. iubẽtur signari, quia lugent iniquitates Hierusalem [*mites.*] Qui læsus nõ cogitat malũ facere, nec facit [*possidebunt terram.*] Nõ hanc, quæ mortuorum est, quæ vanitati subiecta est, sed illam viuẽtiũ. Alij dicunt cælũ in quo habitabunt sancti, licet quo ad terrã hæc sit cælũ: tamẽ quo ad cælũ in quo Deus est, terra dicitur, quam mittes possidebunt. Alij rursum, qd corpus nostrũ dũ subiacet morti, terra est mortuorum: at vbi glorificatum fuerit, terra erit viuorũ, quã hæreditabunt mites [*esuriunt iustitiam.*] Qui secundum iustitiã Dei cupiũt cõuersari, sitiunt verò qui scientiã scripturarũ per studiũ assequi cõtendũt [*saturabuntur.*] Quia maiora erunt premia Dei, quã desideria auara sanctorũ [*misereridiam.*] Non hic vocatur misericors qui bene facit egenti: & hoc. n. infideles facere possunt: sed qui etiã benefacit inimico: sicut Pater cælestis qui solẽ suum oriri facit super ingratos: qui ita facit si sine peccato est, maius habet meritũ, si in peccato est nõ vult esse tamen, dicere si ducialiter Deo potest, dimitte nobis, sicut & nos di [*Deum videbunt.*] Qui facit bonum non propter Deũ, nõ remuneratur à Deo. Qui vero faciendo bonũ, facit bene, & cogitat bene facere, is videt iustitiã & eam cogitat, at iustitia imago Dei est: qui ergo iustitiã videt Deum videt, aliquando turbulente, aliquando purius, aliquando perfectius, iuxta facultatem humanam: sicut qui male agit, & cogitat diabolus videt: omne enim malum diaboli figura est [*pacifici.*] Pax est vnigenitus Deus, ipse. n. est pax nostra: qui

ergo pacẽ diligũt filij sunt pacis: ij sunt, qui & alios recõciliant, & suas iniurias factẽ con donat, ij sunt, qui cohibet linguã suã à malo, Psalm. 33. ne loquatur, qd discordias gignat, modica. n. scintilla magnũ sæpe parit incẽdiũ, qui etiã cohibent linguam ne loquantur dolum: si enim pacẽ habes in ore, qua cares in corde, profecto loquũtur labia tua dolum. Demũ ij sunt, qui inquirunt pacẽ & sequuntur eã, nõ solum suscipiunt pacem, cum illa eos sequitur, sed sequũtur pacẽ etiã fugientẽ: verbi gratia, si humana fragilitate cum aliquo corripueris, & ille tibi pacẽ offert, iã illud est suscipere pacem spõte venientẽ: sed si inimico tuo nolẽte, cõtendis vt velit, id est, inquirere pacẽ, & eam sequi [*propter iustitiam.*] Sicut Baptista & alij propheta, qui à suis passifunt propter veritatẽ quã dicebant: beatus ergo ille, qui offert alterã maxillam, dãnunt etiã priuatim passus, cum altera percutitur. [*male dixerunt.*] Sicut dãs calicẽ equã frigidẽ mercede nõ priuatur, ita qui vel leuissimũ verbi iniuriã patitur, nõ de fraudabitur suo premio [*gaudete.*] Librantes quã sit maius premium qd expectatis, quã leuitas iniuriã quã patimini, dices, quis poterit iniuriã ferre: certẽ qui in laude nõ letatur, alioqui, quã tũ lætaris in ea, cõtristaberis ex ea: sustine sicut milesterrenus opprobriũ ppter spoliũ. D. Basilius in pfa. 34. hi quos peccati dedecus depressit, qui attollere opulos præ recundia nequeunt, humili reculos velut serpentes, hi quidẽ humiles sunt, nõ tñ spiritu: qui vero per spiritus sancti gratiã vltro nei se substernũt, omniũ se seruos arbitran tes omniumque peripsẽma, omnium postremi, vt inueniantur omnium primi, hi sunt pauperes spiritu. Sed in regulis breuioribus, ratione. 205. hos dicit pauperes spiritu, qui ob doctrinam Domini, qua dixit Matthe. 18. vade, vende omnia, ad mendicitatem venerunt: qui vero oblatam sibi vt cunque mendicitatẽ susceperit, vt Lazarus, hic nec à beatitudine ista erit alienus. Idem interrog. Luc. 15. 194. [*beati qui lugent.*] Videlicet admissa scelerata, vel qd Deus cõtennitur, vel periculũ animarum quæ peccant, iuxta Paulũ, vt lugeã eos qui ante peccauerunt [*mites.*] Hi sunt mites, qui in iudicijs rerũ quæ Deo placent, idem stabilis perseuerat. Idem in regulis fusius disputatis. Dominus misericors est, idem vero iudex, diligit enim misericordiam, & iudicium, ideo David dicit, misericordiam & iudicium cantabo tibi. In quos igitur Deus misericors est: certẽ in mi

seri-

fericordes: ita enim dicitur beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur: non ergo velimus Deum solum ex vna parte cognoscere, scilicet, vt misericors est, sed etiam vt iudex. [Idem ratione. 215. [Pacifi- ci.] Sunt qui opus Domini adiuuant, quod est apud Apostolum legatione fungimur pro Deo, reconciliamini Deo, & iustificati ex fide, pacem habeamus: aliam pacem negavit Dominus dicens, pacem relinquo vobis, non quomodo mundus dat.

Euthymius [ascendit in montem.] Vt tumultu qui erat in valle declinaret, & sine distractione doceret [docebat eos.] Discipulos, ne turbis molestus esse videretur [pauperes spiritu.] Idest, humiles animo: nã spiritus animus significat: pauper vero hic descendit à verbo Græco, quod est timuisse vel teritum esse, κατὰ ἡμῶν qui enim humilis est, animo semper est pauidus, vt qui nihil iuxta Dei beni placitum fecerit: ponit ergo fundamentum totius virtutis animi modestia [qui lugent.] Cur ergo Paulus iubet, gaudete in Domino semper? loquitur de gaudio, quod è luctu nascit, sicut è magna pluuia solet serenitas oboriri [mites.] Nõ qui nõ irascuntur: hi enim insensibiles sunt, sed qui irascuntur, nec peccant tamen [esurientes.] Vehementer concupiscentes [saturabuntur.] Auri videtur saturi, at vero qui esuriant saturabuntur [misericordes.] Non solum misericordia præstatur rebus, sed etiam verbis, si hæc non habes, saltem lachrymis adiuua [misericordiã consequentur.] Ab hominibus & Deo. [mundo corde.] Nec enim fatest misericordẽ esse nisi impollutus sis: speculum nisi purum sit, non recepit figuras [qui persecutione pati.] Hoc dixit, ne putes in omnibus pulchram esse pacem [cum maledixerint vos.] Ad Apostolos direxit sermonem, ostendens proprium esse Doctorum maledici. Vtinã hæc tam omnibus tristitia magnitudine præmiorum fiant accepta, & sanè opprobria sustinere magnũ est, Iob omnia sustinuit, sed ad amicorũ opprobria turbatus est: & quidem rectè post omnes beatitudines hanc de persecutionibus posuit: omnibus enim virtutibus ornatus esse debet qui in persecutionibus gaudet.

Diuus Hylarius, can. 4. [ascendit in montem.] Idest, in paternæ maiestatis positus celsitudine: nec enim æternitatis instituta nisi in æternitate positus tradidisset [os suum.] Videlicet quia ad motum spiritus eloquentis obedisse ostenditur humani oris officium

[pauperes spiritu.] Idest, humilia spirantes, se homines recordãtes, ex tenuissimis principijs & sordidissimis coalitos, scientes nihil cuiquam suum esse proprium, sed cum ætis dono parentis vnus, & veniendi in vitam tribui primordia, & vtendi eandẽ substantiã ministrari: & ita vt similes simus tali largitori, oportere vt in omnes etiam malos boni sumus: de communione ergo viuendi, in omnes communis vitæ charitatẽ teneamus: ita regnũ cælorum erit nostrum [in terram.] Illam quæ fuit habitaculũ Christi itaque gloria claritatis Christi vestiemur [sitiunt iustitiam.] Audiatem sanctorum in Dei doctrinã dicit [misericordes.] In tantũ beneuolentiæ nostræ in omnes Deus delectatur affectu, vt misericordiam suam solis misericordibus sit præstaturus [Deum videbunt.] In nõ cursu Dei sordidæ mentis acies hebetantur [propter iustitiam.] Christus est ipsa iustitiarum beatus ergo qui proptus est affectu patienti di pro Christo.

Beda in cap. 6. Lucæ [docebat eos.] Vt his qui verbum attentius percipiunt, latius saporis intimi lumẽ aperiat [in montem.] Vt magna sublimiter audiãt [pauperes.] Qui culmẽ presentis vitæ, quantumuis altum contennãt, vt Dauid rex qui dicebat, Ego sum pauper, & egenus, & pauper sum ego: & alibi, Quid enim mihi est in cælo, & à te quid. v. s. t. alio qui quidam miserima paupertatis cõditio. ne, & huius vitæ & futuræ bonis priuantur. [saturabuntur.] In futuro sæculo, de quo Dauid, ego autem cum iustitia apparebo, satior cum apparuerit gloria tua. Potest etiam simpliciter intelligi, beati qui nunc castigant corpus suum & seruituti subiiciunt, in fame siti, frigore, &c. qui cælestiũ gaudiorum habitis habertatem [lugeret.] Non solum nostra, sed proximorum delicta, si enim proximi amãdi sunt sicut nos, gaudendũ est de eorum profectu, & vsque ad lachrymas dolendum de eorum interitu [ipsi ridebunt.] Non pueriliter, sed affectu quodam lætiori. De quo in Iob dicitur, os veraciũ replebitur risu. Hi dicti beati sunt, multo tamẽ beatiore qui has virtutes inter persecutiones seruare non trepidãt, persequãtur licet, sed cor Christo dilectum lædere nequeunt, eijciant è synagogis: Christus inueniet & confirmabit, occidãt, Christus conuiuificabit, & cõsedere faciet in cælestibus [gaudete.] Id ille valet implere, qui supernæ mercedis intuitu patitur, nostri similes hæc non valent, sed illi, qui ibãt gaudetes à cõsp. cõci. quia digni &c

D. Tho.

D. Thomas. [in montem.] Tres habebat Christus recessus à turbis, montẽ, nauim, vt Lucæ. 5. & desertum, vt Matth. 9. Eamus inquit in desertũ locũ, sicut homo in tribus potest habere confugium, primum in diuina altitudine, vt in monte, secũdo in societate. Ecclesiastica, vt in nauẽ, & in solitudine religionis, vt in deserto. [in montem.] Vt suam ostenderet excellentiam, ipse enim est mons Dei, mons pinguis, secundo, quia qui alios docet altus esse debet, dicitur super montem excelsum ascende, tu qui Euangelizas Sion, tertio vt ostendat multitudinem eorum qui erant credituri. Isa. 2. erit mons, &c. quarto quia doctrina hæc est perfectissima, sicut mōtes Dei: quinto quia etiam lex vetus data est in monte. [cũ se disset.] Cum se humiliasset, vel quia ad studium sapientiæ requiritur quies: Sederunt enim principes & pharisæi. [accesserunt] Animo accedite ad eũ & illuminamini. Psal. 33. Et qui appropinquant pedibus eius, accipiẽt de doctrina eius. Nota, quod turbis prædicans Dñs has beatitudines stetit: at Apostolis prædicans sedit: inde cõsuetudo, quod turbis prædicatio fiat stando, sed religiosi sedendo [beati pauperes.] Omnes homines cupiunt beatitudinem, sed differunt, quia variẽ eam querunt, alij putant eam esse diuitias. Psal. Beatum dixerunt populũ cui hæc sunt: alij delicias, Eccle. 3. Cognoui qd nõ esset melius nisi lætari, alij virtutes vitæ actiue, alij virtutes vitæ cõtẽplatiue: quæ oēs hic reprobatũr opiniones. Nota qm in his beatitudinibus ponuntur merita, & premia, merita sunt actus ad quos non pertingit virtus humana, sed sunt actus diuinarum donorũ: aut certè sunt actus virtutum, quatenus perficiuntur à donis. Secundo nota, qd omnia quæ Christus postea docuit referuntur ad has beatitudines, sicut Moses primo ponit præcepta, postea omnia quæ adiecit referuntur ad præcepta. Tertio nota, qd licet homines qui à Deo recesserunt, bona extra Deum querãt, at Christus omnia bona reponnit in Deo ad quem contraria via peruenitur, quã homines putant, putant perueniri ad regnum & dignitatem per opes, at Dominus dicit perueniri per paupertatem.

Quarto, quod premia harũ beatitudinũ habentur perfecte in cælo, sed inchoatè acquiruntur etiam in terra, quia regnum Dei intra vos est. [beati pauperes.] Qui se æstimant pauperes, non solum in exterioribus, sed in interioribus: hi sunt verè humiles, contra illud Apoca. 3. dicens, quia diues sum, &c. [sp

ritu.] Capitur hoc verbũ pro superbia, quiescite, inquit, ab homine cuius spiritus in nari bus, & alibi, spiritus robustorum sicut turbo impellens: beati igitur pauperes à superbia, secũdo capitur pro voluntate: beati ergo qui voluntate pauperes sunt, tertio pro spiritu. s. beati quos spiritus facit pauperes & dicit pauperes spiritu, quia humilitas dat spiritũ. S. [regnum] Quia humilẽ suscipiet gloria, vel pauperes spiritu, qui ex dono Dei, supra humanum mundũ, omnia abiecerunt terrena: horũ est regnũ, id est, abundantia omnium bonorũ. Nota ordinẽ diuersum Christi & Moyses, hic promittit diuitias, illic rubet contemnã. [beati mites] Humano more quis irritatur cũ habet causam iustam: qui vero eã habens, nõ prouocatur, id facit supra humanum modũ, hic est actus doni diuini: hic est verè mitis. [beati qui lugent.] Moses & propheta dicebant, Cõfluent ad bona Dñi, super vino, frumento, &c. & latabitur virgo in choro, iuuenes & senes. At Dñs luctũ iubet, non quãntis tristitiã, sed luctũ vnigeniti, quando nullare cipitur cõsolatio. Luctus autem est pro peccatis: quia postq peccasti lachrymis satisfaciendum est: aut pro incolatu vitæ presentis hoc est irriguum superius & inferius. Iud. 1. de quo Dauid, heu mihi gaincolatus me. &c. [qui esurunt] Nõ tat est iuste operari nisi cũ desiderio: voluntariẽ enim sacrificabo tibi, & sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ, & Amos. 8. Mittam famẽ in terram istam, non panis neq; aquæ, sed audiendi verbum Dei: vel aliter, nemo iustus esse potest in hac vita perfecte: quia si dixerimus quod peccatũ nõ habemus, ipsi nos seducimus, & omnes iustitiã nostrã sicut panem menstruat: erimus tamẽ perfecte in cælo iusti: quod esuridum est, sicut Pythagoras noluit studiosos vocari sophos, sed philosophos, i. non sapiẽtes, sed amatores sapientiæ. [ipsi saturabuntur.] Homines enim iniusti finẽ non ponunt cupiditatibus suis, iusti satiantur, ideo saturabuntur. [misericor.] coniungitur misericordia iustitiæ, quia iustitia sine misericordia crudelitas est, & contra misericordia sine iustitia dissolutio est. Prouer. 3. misericordia & veritas non te deserant, & psal. Misericordia & veritas obuauerũt sibi: est verò misericordia miseriam alienã vt nostram reputare, & si vt nostram contendimus repellere, intellige miseriam tẽporalem, iuxta illud, Qui videt fratrem suũ necesse habere, &c. v. s. & miseriam spirituale, iuxta illud, miseros facit populos peccatum. [misericordiam consequetur]

To. primus F Mā-

1. Cor. 5.

Rom. 5. Ioan. 14.

Philip. 3.

Psal. 4.

Psal. 51. Psal. 71.

Psal. 111. 1. Cor. 2. Cor. 1.

Iob. 8.

Ioan. 9. Ephes. 2.

Actorum. 1.

Isa. 2.

Isa. 25.

Prouer. 29.

Ieremi. 37.

Psal. 53. Psal. 45.

1. Ioan. 1.

Isa. 64.

Psal. 84.

1. Ioan. 1.

Prouer. 14.

Maior verò est misericordia Dei quâ nostra
 Eccle. 35. Dñs retribuens est, & septies tantû
 retribuet tibi. [mundo corde.] Conuincitur, q
 Deus non videtur oculis corporis: alioqui di
 xisset beati mundis oculis corporeis: at dicit
 mundo corde, sicut & Apostolus dicit, Illu
 minatos oculos cordis vestri: Deus autem ap
 pareat his qui fidē habēt in illū, Sap. 1. Purifi
 catur enim cor fide. Acto. 15. Ideo dicitur q
 visio succedit fidei. [ipsi Deū videbunt.] Quia
 qui cor habēt plenum virtutibus, vidēt Deū
 excellētius, quàm alij per visionē effectum
 corporaliū: sunt enim virtutes Deo simillimæ.
 [pacifici.] Omnes beatitudines præcedē
 tes reducuntur ad hanc & præcedentē: quia
 paupertas, luctus, m̄a, uetudo disponūt ad ha
 bendum cor mundū: & iustitia & misericor
 dia disponūt ad pacē. Pax verò est, quod oēs
 teneāt locū suū, vt Deus præsit omnibus, ho
 mō præsit brutis & sensualitati, habeatq; pa
 cem cū reliquis hominib⁹: & clarū est quod
 hæc pax non conuenit impijs: pax multa di
 ligentibus legem tuā, & non est pax impijs.
 Ita. 67. Sapien. 14. In magno viuentes in sci
 tiâ bello, tot & tan magna mala pacē appel
 lant. Porro pax hæc non potest in hac vita
 perfectē possideri: quia etiam Paulus sentie
 bat aliā legē in mēbris repugnantē legi men
 tis: Erit ergo pax, cū in pace in idipsum dor
 miā & requiescā. [filij Dei vocabuntur.] Quia
 sicut Deo nemo resistit, sic nec vbi est pax,
 est resistentia. Et nota quòd omnium beati
 tudinū premia vnū sunt, est enim ipse Deus:
 omnia enim inferiora congregantur in supe
 riori. Sed Christus manuduxit nos ad pre
 mium vnum per multa, quæ in temporalib⁹
 dispersa sunt. [beati estis.] Discipulos monet
 ad patientiā, quæ opus perfectū habet: & 1.
 Petri. 4. Si exprobamini in noīe Christi, bea
 ti. [cum maledixerint.] Tāgit persecutionem
 oris, operis cordis. [gaudete & exultate.] Hoc ad
 ditur quia difficillimū est passionē tolerare.
 [copiosa est.] Deus ipse: ego merces tua ma
 gna nimis, & non sunt condigne passiones
 huius temporis, & momentaneū & leue tri
 bu. & 2. Corin. 4.

D. Berna. in. 1. ser. Omnium sanctorum.
 [videns turbas.] Quæ eū sequebantur, in cu
 ius labijs gratia diffusa erat, & qui erat specio
 sus forma præ filijs homi. & qui erat totus a
 mabilis, & totus desid. in quē non solum ho
 mines, sed ipsi angeli desiderant prospicere,
 Gustate. n. & videte quia suavis est Dñs. Si
 nim miraris in sole splendorē, in flore pul
 chritudinem, hæc omnia vnicus sibi habet.

Christus. [ascendit in montē.] Prius ipse faciēs,
 quod postea docturus erat [cum se disset. Alio
 qui nemo ad excelsum gigantē posset acce
 dere, ad quē stantē nec angeli possent acce
 dere, ad sedētē accedit publicanus & Magda
 lena, [sedet,] Jexinaniuit enim seipsum, vt Pa
 tri diceret, Tu cognouisti seisionem meam
 & resurrectionē meā. [accesserunt discipuli.] Si
 cut olim Moses legem accepit, quam trade
 ret populo: ita accesserunt discipuli vt susci
 perent pacē populo: & acciperent in occulto,
 q manifestaret in lumine [aperies os suū]
 Achi diceret, Ego qui loquebar per prophe
 tas ecce adsum, aperuit, quia dictum erat,
 Aperi os meū loquar propositiones ab ini
 tio, quæ enim propositio occultior, quàm di
 cere, Pauperes spū esse beatos. Si verò vos si
 lii Adā tā stulti estis, vt adhuc diuitias quæra
 tis cum iam beatitudo pauperū à Dño sit cō
 mendata, mundo prædicata, credita ab homi
 nibus. Quærat paganus & Iudæus, sed qua
 fronte Christianus? beati verò pauperes non
 hi quos fecit necessitas, nec hi omnes, quos
 sua fecit volūtas, nam philosophi ob studiū
 pauperes facti sunt, sed beati pauperes spū
 tu, id est, spiritali voluntate & desiderio: nā
 si inimicus noster, quia non posuit Deū ad
 iutorem suū, sed sperauit in multitudine di
 uitiarum suarū, amisit regnū celorum, con
 sequens est, vt qui sponte se humiliat in pau
 periem, habeat regnū celorū. [mites.] Opti
 mē, quid enim prodest si postquā pauper fa
 ctus es, propter penuriam sit exasperans, &
 impatiens disciplinæ, & remurmurans? [pos
 sident terram.] Aliud scilicet regnū celorū
 minus, velut arram maioris, vt secundū scri
 pturā promissionē habeamus vitæ quæ nūc
 est, & futuræ, terra hæc est corpus nostrum,
 esto enim subditus & mitis Dño, & inuenies
 corpus tuū tibi subiectū. [qui lugēt.] A Equū
 in mitem flagella domant, & animā contri
 tio & lachrymæ, memor esto nouissimorum
 tuorum, mortis, iudicij, inferni, miseræ pere
 grinationis tuæ, vitæ male ante actæ, pericu
 lorum vitæ humanæ. Si hæc mediteris, non
 te Dñs patietur esse sine cōsolatione, melius
 est igitur ire ad domū luctus, quā lætitiæ. O
 Eua li post peccatum ad lachrymarum con
 solationem confugisses. [ipsi consolabuntur.]
 Consolatio est, gratia deuotionis, de spe ve
 niæ procedens, & suauissima delectatio bo
 ni, & gustus licet exiguus diuinæ sapientiæ,
 est tamen ille gustus prouocamentum amo
 ris, quia dictum est qui edunt me, adhuc esu
 rient, ideo subditur. [qui esuriunt & sitiunt.]
 Quam

Quam nisi qui perfectē habet, perfectē desi
 derare potest, nec perfectē desiderare qui per
 fectē non habet, at secundū magnitudinē de
 siderij, erit & saturitas, imò maior: quia mē
 suram bonam, confertam & coagitatam da
 bunt in sinum vestrum, languenti palato nō
 sapit iustitia. Sed felix qui comedit, vbi sum
 ma satietas, & summum est desiderij. Sanē
 Adam precibus Eux inclinatus esuriit iusti
 tiam, quia esuriuit vxoris cōsolationem: sed
 non esuriuit totam iustitiam, quia non red
 didit Deo quam debebat obedientiam, & nō
 similiter compatimur carni, Deū spernētes.
 At quia, si districte iudicetur, iniusta erit oīs
 iustitia nostra, & minis habens, quid respon
 debit Deo iustitia nostra? certē confugiet ad
 misericordiam, ideo subditur [beati misericor
 des.] Quam rectē Zacheus, dimidium bono
 rum meorū do pauperibus, & si quid defrau
 dauit, reddo quadruplum, esuriit iustitiam, &
 fecit misericordiam, dās dimidium bonorū,
 at multi cum Petro non tantum dimidium
 dederunt, sed omnia reliquerunt. [Deum vi
 debunt.] Quem desid. angeli prosp. tibi di
 xit cor meū, exquisiuit te facies mea, fa. tuā
 D. re. defecit cor meum & caro mea in Deū
 viuum, cor verò mūdandum est oratione, &
 confessione. Attende in primis tribus, recon
 ciliatur anima sibi, in duabus sequētibus pro
 ximo, in sexta Deo, in septima, reconciliat
 homo proximos suos, cauens ne cui sit scan
 dalo, aliorum verò scandala portans vt sua.
 Porro martyribus promittitur regnū, quod
 promittitur pauperibus, quia martyriū pau
 pertas quædā voluntaria est.
 Simon de Cassia lib. 10. à c. 1. ad. 13. [turbas]
 Quæ commouebantur à doctrina Christi,
 quæ supra humanam scientiam erat. [ascen
 dit,] Mons montem, est enim Christus mōs
 magnus vt Danie. 3. legitur. [cū sedisset.] For
 san lassus. Sed significauit, quòd in infirmita
 tibus & tarditatib⁹ nostris, nos expectat exi
 stens ipse in summa perfectione, itaq; sedere
 est expectare ad pœnitētiā, secundo signifi
 ficauit, nullam esse quietē, nisi in eius doctri
 na, non quiescit animus nisi in Christo, ter
 tio docuit, expectare nos debere quietē eter
 nā, quarto quòd doctrina melius percipitur
 inquietemini, significata per quietem cor
 poris, quinto quòd in deo prospicit omnes ad
 se venientes & viciniore fieri cupientes. [ac
 cesserunt.] Simpliciter corde, ad verū magistrū,
 nō discessuri nisi recepta doctrina, cuius sunt
 insatiabiles, & pro qua propaganda vitā erāt
 perdituri. [aperiens os suum.] Quia nō in scho

lis hominum scita, sed quæ in celo audierat
 erat docturus, vt impleretur illud, Aperi os
 tuum, & implebo illud, aperi tu fili os carnis
 & ego implebo illud sciētia deitatis, vt verū
 esset, quod ipse dixit, Ego à me ipso nō sum
 locutus, sed qui misit me Pater, &c. Secūdo
 significatur, quòd iam nulla excusatio excu
 sabit homines, cū iā Deus ore suo locutus sit:
 nam excusari possunt cum mandata per le
 gatos, aut per literas, aut per internūcios, ex
 plicantur, at cum rex ipse suo loquitur ore,
 nihil excusat, tercio, aperuit, vt impleatur il
 lud Ezechielis, Tibi dabo os apertum, in me
 dio eorum vt sciant quia ego Dñs, quarto vt
 qui alios sunt docturi, ipsi aperiāt os, quo su
 scipiant & attrahant spiritum veritatis de ca
 lo, vt doceāt libenter, quæ acceperūt silenter
 [beati pauperes.] Id q odibile est hominibus
 pro quo in publicū prodire nolunt, pro quo
 loqui cōfunduntur, id quod deforme omni
 bus videtur, licet nō sit, id beatum esse Chri
 stus prædicauit, certē quia quod hominibus
 placet, Deo displicet, paupertas diuina est:
 nam Deus cū esset diues, egenus factus est,
 quia non habere, neq; velle terrena, similitu
 dinem gerit angelorū. Angeli terrestres sunt
 qui terrena contēnūt, nec minus cum ange
 lis habet paupertas, quàm virginitas, & certē
 cū angeli terrenis vt nequeant, maximū est,
 quod homines possint & nolint: confert igitur
 hominibus Christi gratia, quod angelis
 angelica natura, & illis quidem omnia crea
 ta sunt cōmunia, & qui aliquid sibi propriū
 esse voluerunt, corruerunt, est igitur pauper
 tas nihil habere propriū, licet habeantur oīa
 communia. Diuitem enim naturā creator fe
 cit, omnibus debitor, non ad voluptatē sed
 ad necessitatē, qui igitur ad voluptatē vtun
 tur, naturā violant, ergo paupertas est natu
 ræ testis & cōseruatrix, & vt cælestis à Chri
 sto prædicata est. Non est fides actiōsa sine
 paupertate, neq; agit spes, neq; charitas, si qui
 dē hæc homines despiciere terrena docēt, qui
 enim est diues in mūdo, pauper est de Deo,
 diues verò de Deo, pauper est in mūdo. Sanē
 si sancti patres diuites fuerūt, ijdē pauperes
 fuerunt in spiritu. Si Abrahā filiū Deo offe
 rebat, cui cōgregauerat hæreditatē, an nō li
 bētius ipsam hæreditatē obtulisset? Iob con
 tētus fuit sua calamitate dicēs, Nihil se in mū
 dum intulisse. Est paupertas nature libertas,
 vitæ securitas, vbilibet hospitatur; vbilibet
 reclinat caput, nō litigat, non timet, iudicem
 non adit procuratorem, dat tunicā, si ei pal
 liū auferatur, nihil cū dolore amittit, quia ni
 To. primus. F 2 hil

Philip. 1
 Psal. 138
 Psal. 71
 Luc. 13
 Isa. 59
 Psal. 77
 Luc. 19
 Matth. 19
 1. Petri. 1
 Psal. 26.
 Psal. 72
 Roma. 6.
 Psal. 4
 Iacobi. 1
 Genes. 15
 Rom. 8
 Psal. 44
 Cant. 6.
 1. Petri. 1
 Eccle. 7
 Eccle. 24

Psal. 80
 Ionnis. 14
 Ezech. 29
 1. Cor. 8.1
 Iob. 2.

lul cum amore possidet, cum orat non habet quo distrahatur, non est sollicita, nō grauat̄ humo, liberavolat, omnia cuiusuis sint sibi vendicat omne superfluum est sibi proprium, potest demum exigere iure naturæ, is qui præter naturam nihil nouit habere, & sancta Ecclesia, plus illi debet, qui propter Christum plura reliquit, & quidē illi digniores sunt Ecclesiam regere, qui spiritu pauperiores sunt. [beati mites.] Sicut in prima beatitudine dicitur, beati pauperes spiritu, ita in omnibus sequentibus. [spiritu.] Debet repeti, beati ergo mites, quos spiritus sanctus tales fecit, est verò hæc mansuetudo quædam immutatio animi, in honorib⁹ & ignominijs: ad omnia digna & indigna similiter se habes præterquam ad reprehensibilia, in nullo alijs se præfert, non derogat vera dicentibus, non putat se meliora cognoscere, & in quodā profundo humilitatis ipsa se vita indignam reputat, tales sunt sui possessores, quod maius est, quam reliqua omnia possidere, [possident terram.] Non hanc quam Deus maledixit, sed illam quã suspirant omnes electi, in quã soli intrabunt iusti, dictum enim est, recti habitabunt in terra. Et qui simplices sunt permanent in ea, tales sunt mites, verè simplices & incompoti, Deo similes. [qui lugent.] Inuitant ad luctū, peccata exilium nostrū: necessitas moriendi: incertitudo loci quo ibimus. Propter tēporalia lugere reprehensibile est, licet naturaliter cū amittimus quos amamus, lugeamus, & gr̄a hūc fletū facit irreprehensibile, quia nihil amittitur quod in Deo diligatur, quauis & quosdam sub specie pietatis desleamus, vt Jacob, Samuelem, & Sarā, quia proficui erant cultui Dñi, &c. ita mortuum Bernardum sui fleuerunt discipuli, &c. at qui res ratione carentes deslet, is (quia non nouit quod diligat) amēs est iudicandus, id verò in exhauribili luctus venerat descendendum, quod offensa Dei fuerit. Tandem cum simus in valle lachrymarū, vndiq; se nobis offert materia luctus. [beati qui esuriunt.] Quiesceret ad nos diuina iustitia, nisi nostra eā iniustitia pronocaret, ne ergo ab ea puniamur, ipsa iustitia, Christus nos iustitiā esurire decernit. Itaq; iustitia nostra iustitiā attrahit Dei, beati qui esuriunt, nam si iustitiam vel repellunt, vel fastidiunt, vel dicunt sufficit: v̄ est. Porro esurire iustitiam est, nostrum animosē punire peccatū, corrigere quod peperam factum est, gratiam rependere, iniunctis obedire, adueria tolerare, nec fat est esurire iustitiam legalem, nisi esurias

iustitiam fidei, vt Paulus dicit, vt inueniar in illo, non habens meam iustitiam, sed que est fidei: hæc enim fidei iustitia osculum paci dedit, vt esset pax inter nos & Deum, dicitur Sapien. 5. nosse te est consuminata iustitia, vt ergo anima esuriēs iustitiam, ab omni via mala prohibet pedes suos, & ad omnia mandata dirigitur: ita saturabitur omnibus bonis, refectā diuina visione. Nemo tamē se fallat, cum impleuerit omnem iustitiam, nō si superbiat, speret in misericordia: iustificari quidem dicimur per fidem, sed non quin misericordia egeamus. [misericordes.] In valle lachrymarū habitamus, vbi sunt omnia plena miserijs, egeamus igitur releuari aliena misericordia: sed peccata ita fecerant, vt non esset misericordia in terra. Osee. 4. voluit igitur Christus suam misericordiam nostra præueniri, vt velut quadam iustitia nostra misericordia diuinam compararet; & certē cum nemini sua sit satis iustitia, hoc vnum debebat nos facere misericordes, vt Dei misericordiam assequeremur, sunt enim iustitiæ nostræ menstruatæ, & Apostolus dicit, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus saluos nos fecit. Et Petrus, Benedictus Deus, qui secundum suam magnam misericordiā regenerauit nos, & Iudas, Expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam: hanc igitur misericordiam misericordie nostræ Christus promisit, formam verò quam in misericordia præstaremus ipse docuit dicēs, estote misericordes sicut & Pater v̄, vt ergo Solis lux non quærit, vt illuminet meritum illuminādorū, ita nec misericordia Dei, ita nec nostra, non ergo tendat ad meritum, sed ad miserum. Prouidet igitur suæ utilitati, qui compatitur alienę miseriæ. Sed nota, quòd nostræ misericordie (ex se) nō debetur (ex pura iustitia) diuina misericordia, alioquin iustitia esset nō misericordia, & quomodo homo Deum, mortalis immortalem ex iustitia sibi acquireret in premium? maxime quia cū peccatores fuerimus, purè gratis introducti sumus in gratiæ regnum. [beati mundo corde] Quo nobiliora sunt ea que videnda sunt, hoc magis nos mundare oculos conuenit, quod si intelligenda sunt spiritualia menti nostræ proportionata, acendi sunt mentis oculi: quanto ergo magis, cū intelligendus est, & videndus Deus, qui omnino superat captū mentis. Iam munditia à fordibus est. Sordes verò animæ primum sunt iniquæ cogitationes, vt Iudæorum contra Christum, tamen inutiles.

Sapient. 1. inutiles, dictū enim est, v̄ qui cogitatis inutile, & item cogitationes peruersæ separant à Deo, & demū oēs cogitationes terrene: quia licet terrena mala natura sua, non sint, sunt tamen collata ad animā immunda, vnde Ioānes, Nolite diligere quæ in mundo sunt, &c. [quia ipsi Deum videbunt.] Aut in patria, aut certē in via clariori quadam visione, quã ista vulgari. [pacifici.] humanus animus in sublimē se tollit, non vult cum imis commiseri: ac ideo eos parentes sæpe negat, quos viles agnoscit. Cum igitur parētes primi Deo fuerint proditores, nostri verò perēptores, si de dignamur tales habere parētes, Christus modum dat quo filij Dei simus non ex natura, sed ex gratia. Pax Dei filios faciēs est pactio obseruata promissorum, & legis diuinæ. Pacto enim se nobis obstrinxit Deus vt seruemus quod iussit, si volum⁹ assequi quod promisit: ita dictum est, Pax multa diligen. & pax hominibus bonæ voluntatis. Mostantur pacifici, sicut mostati sunt fratres Ioseph in Aegypto, quibus dixit Ioseph, in hoc cognoscam, quòd pacifici estis, maneat vnus apud me, & remansit Simeon in vinculis. Cū ergo obedientia quæ est Simeon, in vinculis Dei manet, tunc pax est, qui vult pacificus esse obedientiā profiteatur. Iam non ostenditur pax si cum pacificis pacem habeas, sed si cum obedientibus pacem sis pacificus, & nota quod Isa. dicit, erit opus iustitiæ pax, faci iustitiam & erit pax bona, mala verò si sine iustitia fuerit, nō enim est pax osib⁹ meis à facie peccatorū meorū. Item nota, quòd omnia humana, etiam ipsa bella quarunt pacem, & non nisi in pace fructus naturæ & bonæ fortunæ proueniunt. [qui persecutionem.] Postquam homo per peccatum fuit in seipsum s̄uus, cōspit etiam in alios desequire, spreta enim Dei iustitia, non fuit bonis tutela super terram, regnante ergo malicia, oportuit scutum patientiæ interponi, & armari iustitiam, quæ cum in agonibus adest, omnē passionem reddit gloriosam [propter iustitiā] Magna est iustitia, quæ esuriri iubetur, & propter quam patiendum est, & cui promittitur regnum: Porro hæc iustitia est iustitia fidei, de qua Apostolus, Arbitror hominem iustificari per fidem sine operibus legis, mandat ergo Dominus vt fides non deseratur propter mala persecutionū, qui enim erubuerit me corā hominibus, &c. Et ita sancti vilem habuerunt omnem pœnam ne fidem desererent. Patientia enim parit spem, quæ non cōfundit, & Iacobus dicit omne gaudium exi-

stimare fratres, cum in varias tenta. in. Patientia enim opus perfectum habet, perfectio vero operi quid deest nisi regnū? marcent ocio virtutes, nec apparet cuiusuis, nisi in vitiorū congressu: tunc enim perfectus ille est, qui afflictus affligentem diligit, considerans nō eius maliciam sed naturam, non ipsum, sed Deum. Est etiam iustitia, non solum fidei, sed morū, pro qua non deserenda moriendum est. Et nota quòd non solum persecutio est, cum corporaliter affligimur, sed cum Deum amamus, & eum offendi videmus: & cum proximum amamus, & eum affligi cōspicimus [gaudete.] proprium est omnium naturæ etiam irrationali, suū simile amare, odio fierissimum verò est odiri, multo odiosius maledici, multo verò maxime reijci, siquidem est socialis nostra natura. Iam quis ferat ab eo odiri, & reijci, cui summa contuleris beneficia? At Christus suos Apostolos permittit odiri, maledici, & separari: cum tamen illi summa in omnem mundum congesserant beneficia, & in omnibus iubet eos gaudere, quasi leue foret, ab hominibus quis homines teneros pati durissima, gaudio tantum cælesti in præmium proposito. Sed res dicta mira. Potius gaudebant Apostoli cum patiebantur, quod propter Christum paterentur, & pro nomine eius contumelias paterentur, quam quod premiū & merces copiosa esset illis proposta: bonus miles potius ob regem, quam ob rem militat. Hugo. Pauperi spiritu promittitur regnū sed miti plus promittitur, plus enim est possidere regnum quam habere, & lugenti etiā plus, quia plus est consolari in regno q̄ possidere, sicut plus est satiari quam consolari, & plus est misericordiam & amorem Dei consequi, quam satiari, & plus est Deum videre facialiter, & omnium summum est filium Dei vocari & esse, igitur præmium minimum datur pauperi, reliquis plus datur. [in montem.] Ascendit Christus in montem, asinam, crucem, cælum: vt sic etiam faciat prædicator. [cum sedisset.] Contemplatiuis sedendo prædicator, popularibus stando: sic enim Martha stat, Maria foro sedet. acceperunt discipuli. Ad Christum incarnatum & humilem accedunt, ita enim dicitur, descendit sicut pluvia in vellus, & infra, adorauerunt eum oēs reges terræ. [pauperes. Isa. 14. Pascentur primogenita pauperum, & pauper fiducialiter requiescet.] [spiritu.] Id est, diffidētia sui, quia beatus vir qui semper est pauidus, & in timore re Dñi fiducia fortitudinis: beatus enim vir. To. primus F 3 qui

Prover. 2.

Genes. 50.

Nō sine operibus

Isa. 64

Titim. 3

Matth. 5

Sapient. 1

1. Ioan. 3

Psal. 118

Lucæ. 2

Psal. 119

Isa. 32

Psal. 73

Rom: 3

Lucæ. 9

Roma. 5.

Iacobi. 1

Actorum. 6

Matth. 5

Pal. 71

Prover. 28

Prover. 14

qui timet Dominum, & Iob. 26. dicitur, Qui
 appendit terram, id est, Ecclesiam super nihi-
 lum, id est, humilitatem, istud nihilum est ca-
 pax Dei, quia Deus est summa plenitudo,
 quæ nisi in nihilo non capitur, ideo enim su-
 perbia in celo capere non potuit, quia se esti-
 mat aliquid; & calum totum Domini gloria
 plenum est, imò quia etiam nostram & ca-
 lum implet Dominus, non est iam locus su-
 perbiæ, nisi infernus, quem gloria non implet,
 detracta ergo est ad inferos superbia. Isa. 4.
 Ideo humilitas sibi calum vendicat, quia est
 eius capax, secundo quia fidelis est, nihil do-
 norum Dei sibi arrogas, sed omnia fideliter
 Deo referas, per gratiarum actionem, & ter-
 tio quia si homo se euacuauit ut locum face-
 ret Deo, iustum videbatur, ut Deus eum re-
 pleret. Nam si paupertas sumatur pro men-
 dicitate spirituali, omnis domus Dei talium
 pauperum est. Probat, quia pietas possidet
 omne quod in caelis est, pietas enim fecit ut
 Christus traderet se in redemptionem capti-
 uorum, vestem nudorum, &c. at pietas pau-
 peri debetur. Igitur beati pauperes, quia suum
 est regnum. Quod si paupertas sumatur pro
 abdicatione temporalium voluntaria, eius est
 regnum caelorum, quia pro eo iam soluit pre-
 tium, dans omnia pro eo: omnis enim qui re-
 liquerit domum, centuplum acci. & vi. æter.
 pos. est verò paupertas hæc thesaurus, quæ qui
 amat securè possidet, & sumere ab eo quan-
 tum optat potest. Et re vera pauperes ani-
 mo, sunt ferè beati, habent enim dotes bea-
 torum sunt enim impassibiles, si enim nihil
 diligunt ex seculo, nihil dolent amissum, sunt
 agiles, videlicet onere temporalium deposti-
 to, sunt subtiles, intrare possunt per arctam
 viam, per quam diues famulatio stipatus in-
 trare non potest. Sunt demum lucidi, ut qui
 curis (quæ denigrant hominum vultum) ca-
 rent, habent etiam apud homines bonam opi-
 nionem. [mites.] Mansuetudo, fortis est ar-
 matura, quam nullum telum alienum pene-
 rat, est molle lectum, quod nihil inquietat,
 est virtus quæ hominem sui dominum red-
 dit, verè beatus mitis, ut ab omni malo alie-
 nus, & si spoliatur rebus suis, beatus, quia non
 dolet, iustum ergo est ut sicut mitis stabili-
 ter terram voluntatis suæ possidet: ita hæ-
 reditet stabilem terram viuientium: imò &
 terram hanc, si quidem propter iram multi
 regno suo eieci sunt. Porro commendatur
 mansuetudo ex magistro, discite à me, quia
 mitis sum: ex eo quod placet Deo. Ecclesi. 1.
 Beneplacitum est Deo fides & mansuetudo,

Matth. 19
 Matth. 11

tertio ex eo quod facit ab hominibus diligi.
 Eccle. 3. Fili in mansuetudine tua opera perfici,
 & super hominum gloriam diligeris: ex
 eo quod præparat ad suscipiendum verbum Dei
 Iaco. 1. In mansuetudine suscipite insitum ver-
 bum: ex eo quod Deus memoriam eius habet,
 Memento Domine David, & om. man. eius: ex
 eo quod sanctificat hominem, in fide & le-
 nitate ipsius sanctum fecit illum. [qui lugent] Ho-
 mo vacans sibi, quid aliud faciet, quam luge-
 re: nihil in se potens aliud videre, quam mor-
 tem, & abyssum peccatorum, luctus est lau-
 crum siue mare æneum templi, in quo lauatur
 sacerdotum hostias oblaturi. Luctus est cister-
 na illa Bethlehem, cuius aquas desiderat ve-
 rus David. 2. Reg. 23. fons est hortorum, pu-
 teus est aquarum viuientium, natatorium Si-
 loe ubi cito visus recipitur, est Iordanis ubi
 Naama lotus mundatur a lepra, est mare Ru-
 brum ubi Pharaon perit sicut in Psal. Contribu-
 lasti capita draconis in aquis, est probatica
 piscina ubi lauantur hostiæ offerendæ, ha-
 bet verò. 5. porticus, scilicet, quinque lachry-
 marum genera, pro exilio nostro, pro peccatis,
 pro metu gehennæ, pro amore patriæ æternæ,
 pro peccatis proximorum. [ipsi consolabuntur]
 Recepisti bona in vita tua, & Lazarus simili-
 ter mala, nunc verò hic consolatur, tu verò cru-
 ciaris, & Threno. 1. Deposita est vehemèter,
 non habens consolator. [sunt in iustitia.] Sci-
 licet perfectam, habentes imperfectam, non di-
 cit beatus qui esurit fortitudinem, aut aliam vir-
 tutem, sed qui esurit iustitiam, quia ipsa est
 omnis virtus, vide David esurientem, ego dixi
 nunc coepi. [saturabuntur.] Isa. 65. Serui mei
 comedent, & vos esurietis: & esurientes im-
 pleuit bonis, & famelici saturabuntur. 1. Reg.
 2. [misericordes.] Misericordia est compassio
 de aliena miseria, sed ordinata, ut prius compa-
 tiaris de tua, postea de aliena, & ita beatus sis
 in bonis tuis, & aliorum. Porro misericor-
 dia commendatur, quia suum habet regem
 caelorum, ipsa enim nobis Christum attulit
 de caelo, secundo quia in foro Dei misericor-
 dia super exaltat iudicium unde à iustitia fit
 appellatio ad misericordiam, & retractatur
 sententia quæ iustitia dedit, & absoluitur reus:
 tertio hæc nulli negat calum, imò transeun-
 tes intrare compellit, quarto implet legem
 Christi, alter alterius onera portate & sic ad
 legem Christi, quinto agros steriles haberes
 facit, voca inquit cæcos & claudos, & beatus
 eris, sexto Deum sibi debitorum facit, foenera-
 tur enim Domino, qui miseretur pauperis.
 Prou. 19. septimo dicere Deo potest. Domi-
 ne li-

Psal. 131.
 Eccle. 45
 Exo. 36.
 Cant. 5.
 Ioannis. 9.
 Psal. 73
 Ioannis. 5.
 Lucæ. 16
 Psal. 76.
 Lucæ. 2
 Gala. 6
 Lucæ. 14

ne libera me à tormentis sicut ego liberabam
 alios, & torquebar aliorum tormentis. Est
 autem misericordia hominis ad se, ut misere-
 re animæ tuæ placens Deo, est etiam miseri-
 cordia hominis ad proximum, ut videns eum
 Samaritanus misericordia motus est, est de-
 mum misericordia patris ad filium, cum ad-
 huc longe esset, vidit eum pater suus, & mi-
 sericordia motus est. &c. [mundo corde.] Cor
 est mundum in intellectu, & in affectu, intel-
 lectus mundatur à curiosis, ab inutilibus, à fal-
 sis. Affectus mundatur à motu prauæ dele-
 ctationis, à consensu noxiæ delectationis, ab
 amore carnalis affectionis. Porro mundatur
 cor ut vas: ut recipiat Deum, ut speculum: ut
 in eo appareat facies dei, & ut oculus visurus
 Deum. [pacifici.] Non dicit pacati, quia hoc
 est esse mitem. Sed pacifici, qui paci facien-
 dæ operam dant, id est, qui bella lites, tumul-
 tus, & molellias dirimunt. Sicut Christus bel-
 la nostra lites tumultusque venit pacare. Item
 pacifici, qui pacem faciunt inter carnem &
 spiritum, suum vel alienum. Genes. 19. reuer-
 tere Agar ad Dominam tuam. Item inter co-
 gitationes & desideria, quæ dicitur pax pe-
 catoris, ubi iustitia & pax sibi obuiauerunt.
 Item inter Deum & peccatores, propter fra-
 ter meos loquebar pacem de te. Sicut fecit
 Abigail, quæ David contra Nabal pacifica-
 uit. [beati qui perse.] Quia si cum Christo in
 via comederunt panem arctum, & aquam bre-
 uem. Isa. 30. comedent cum eo pingua in die
 solennitatis, in conuiuio vindemiæ, pinguium,
 medullatorum. Isa. 25. Socii fuerunt hi pas-
 sionum, erunt socii & consolationum. 2. Cor. 1.
 Et item vos estis qui permansistis mecum in
 tribulationibus, ego dispono vobis regnum,
 sicut disposuit mihi Pater, ut edatis & bibe-
 tis super mensam meam, ubi singula verba sunt
 notanda, & quia dies iudicii erit forum iusti-
 tiæ, hi qui pugnarunt pro iustitia, habebunt
 eam patrum suorum. Et nota quod regnum celo-
 rum datur paupertati, quæ est minima vir-
 tus, & patientiæ quæ est maxima virtus, quia
 in patria tantum quilibet gaudet de alterius
 bono ut de suo. [male dixerunt.] signum quod
 quibus maledicti sunt boni, quia maledi-
 centes sunt mali, alioqui mali malos lau-
 dant, laudatur enim peccator in desiderijs,
 &c. [in illa die.] Tanquam desiderabili &
 iucunda. 1. Petri. 4. Communicantes Chri-
 sti passionibus gaude. [copiose.] Magna
 merces pro tribulatione: sed copiosa pro
 exultatione. [sic enim propheta.] Qui me non
 viderunt, nec in mundo exemplum habuerunt,

Eccle. 30
 Lucæ. 10
 Lucæ. 15
 Psal. 121
 1. Reg. 25
 Lucæ. 22
 Psal. 9

quanto magis vos, qui me vidistis & exem-
 plum mei habetis cur enim quod illi potue-
 runt, vos non potestis? quod potuit femina,
 diues, delicatus, cur ego non potero? Chri-
 stus passus est nobis relinquens exemplum
 ut sequamur ve. eius. 1. Petri. 2. & 1. Macha-
 bæorum. 6. Ostenditur elephantis sanguis
 vultus ut animentur: ita nobis sanguis mar-
 tyrum.
 Caietanus. [videns turbas.] Id conuenie-
 bat legi promulgandæ, cum multæ turbæ
 conuenerunt. [ascendit in montem.] Non in
 templo, quia toti mundo lex promulgaba-
 tur, & erat lex tam excelsa, ut nullius mon-
 tis altitudo sat sit eam commendare. [cum se
 disset.] Authoritas docentis aperitur. [dis-
 cipuli.] Soli discipuli ascenderunt non tur-
 bæ, quia discipuli erant futuri huius legis
 promulgatores. [docebat.] Aliæ leges præ-
 cipiunt multa indifferentia, ut lex Moysi præ-
 cipebat ritus multos, de se, nec bonos nec
 malos. Sed Christus docebat, non præci-
 piens indifferentia, sed quæ ex se sunt bo-
 na aut mala. [beati pauperes.] In actio-
 nibus primum debet statui finis. At finis
 omnium hominum est beatitudo merito igitur
 turab ea coepit Christus: cum audis, beati,
 intellige hic in spe, & in futuro, in re, & sic
 intellige in omnibus, & non dicit pauperes
 spiritus ut possint intelligi humiles, sed pau-
 peres spiritu, ut intelligas eos qui à rebus
 suis ceciderunt non fortuna, aut violentia,
 aut quacunque voluntate sed voluntate spi-
 rituali: non dicit pauperes statu, vel reli-
 gione. Hi enim non sunt beati, si nihil ve-
 lint sibi deesse: sed si pauperes sunt, & in
 ea paupertate volunt perseuerare, sibi ti-
 mentes non à penuria, sed à sufficientia,
 quales legimus fuisse multos sanctos. Igitur
 prædicat Iesus beatos relinquentes omnia,
 non solum affectu, sed etiam effectu. Et hic
 est sensus congruens nouitati legis, de di-
 recto opposita legi Moyfi, quæ opulen-
 tiam volebat esse beatitudinem. [ipsorum est
 regnum.] Non abundantia, sed regnum,
 non quodcunque sed caelorum, non erit,
 sed est sicut creati episcopi, licet non ha-
 beant possessionem, dicuntur tamen eorum
 esse prouentus.
 Sed est quæstio, cur potius dixit beati
 pauperes, quam beati diuites spirituæsi qui-
 dem vsus paupertatis & diuitiarum ab spi-
 ritu, sit sanctus. Responsio, quod in faculta-
 te cuiusque est, seipsum facere pauperem ex
 voluntate spirituali: non tamen ita est in fa-
 To. primus. F 4 cul-

si bona voluntate nutritur, hanc solus Iesus dat, hæc superat omnem sensum, hæc facit filios Dei, quo nihil maius promittitur, hæc cum in nobis fuerit, scilicet, cum mens carni imperat, ad alios deriuari potest. Porro infinitas æternæ pacis, intelligi nequit quanta sit? quomodo pax filijs iræ conueniat? quomodo pax seuerè iudicat? quanta est pax indiuiduæ trinitatis? [qui persequer.] Qui superioribus virtutibus roborati sunt, persequutionibus non cedunt. Omnium harum beatitudinum vnum est præmium, & vniuersorum dignitas omnibus est communis, quia per charitatē quod in alijs est, etiam vltimus possidebit.

Lyra. [ascendit in montem.] Vnde plures possent audire. [cum sedisset.] Lex Evangelica datur in quiete, Moyse verò cum terroribus. [aperiēs os.] Quia lex Moyse per Angelos data est, lex gratiæ à Deo ipso, & quia hæc lex est excellentissimi. ideo datur de virtutibus non in gradu quouis, sed in gradu excellentissimi. [beati.] Non quia iam in re beati sint, sed quia adeo in virtute excellentes à verè beatis, & quidem velle bona temporalia iuxta proprium volentis meritum bonum est, sed humanum: at hæc omnia contemnere, & vt possibile est abijcere, id beati hominis est, hæc vero est paupertas spiritus. Ita dicendum in reliquis beatitudinibus, etenim moderatè vti ira, humanum est, sed eam omnino repellere, diuinum est. Ita moderatè vti delectabilibus gustu statum & aliorum sensum, humanum est, sed diuinum est omnia illa rejicere, & luctum voluntariū assumere, vt Paulus, quis me liberabit de corp. & desiderium habens esse cum Christo. Ita & iustitia humana est reddere quod debes, sed id esurire & feruenter exequi, diuinum est, sicut est humanum Deum agnoscere per creaturas, sed diuinum est, eum agnoscere per cordis mundiciā & demū cum homo Deum diligit vt causam suam, humanum est. Sed cum totaliter Deo vnitur, & nihil extra Deum querit, hæc pax, res diuina est, hi sunt verè pacifici, qui sunt filij Dei, ipsum imitantes qui nihil extra te querunt, sed omnino in se pacificantur & quiescunt. Iam cum patris dolenter, ne deferas virtutem, humanum est, sed diuina virtus elucet cum patris ætanter.

D. Augusti. Et refertur de consecra. d. 2. capitul. accesserunt, dicit, Iudæi pascebantur tanquam de pœna Domini, nos de cru-

ce Domini pascimur, quia corpus ipsius māducamus, habent ergo impij suas epulas, habent & pij suas, beati enim qui esuriunt & sitiunt iusticiam. Idem & refertur. 23. quæstio. 5. capit. ad fidem, cum viderent scismatici se pati persequutionē propter schisma, iactabant se beatos vt qui paterentur persequutionem, at Augustinus inquit, cum hæc nō patiamini propter iusticiā, profecto infœlices in hoc & in futuro seculo eritis.

Vos estis sal terræ.

D. Hieronymus, sal dicuntur Apostoli, quia per eos vniuersum hominum conditur genus. [quod si sal.] Si doctor errauerit, à quo alio doctore emendabitur. [ad nihilum valet.] Quia non habet sal alium vsum, quā cibos condire, certum est quasdam vbes ita victorum sale feminatas, vt nullum in eis germen oriretur, caueant ergo doctores, & videant potentes potenter tormenta sustinere, nihilq; esse remedij, sed maiorum ruinam ad Tartarum ducere. [estis lux mundi.] Vult Apostolos tota fiducia prædicare, & non abscondi sub modio propter metum, sed quod audierunt in cubiculis, prædicent in tectis. Idem contra Luciferia, ex hoc loco fit vt episcopus lapsus in suum locū non debeat reuocari, si enim laicus cadat, per episcopum conditur, at si cadat episcopus, à quo debet reconciliari?

D. Augustinus, libr. 1. de sermo. Domini in monte capitul. 10. hi sunt fatui iudicandi, qui temporalium copiam sectantur, aut inopiam metuunt, & æterna quæ nec dari ab hominibus possunt nec auferri, despiciunt. Si igitur metu persequutionum, vos qui aliorū errores corrigere debetis, regnū cæli perditis, quis vos corrigit? [conculcetur.] Non calcatur qui patitur persequutiones, sed qui earū metu infatuatur, non enim calcatur nisi inferior, at inferior non est, qui quanuis corpore multa sustineat, sed corde est in cælo fixus. [lux mundi.] Id est, hominum, qui sunt in mundo, vel qui diligunt mundum, quibus illuminandis Apostoli missi sunt. [super montem posita.] Id est, super insignem magnamq; iusticiam, quam significat mons ille, super quem Dominus ascendit prædicaturus. [ponit sub modio.] Is ponit sub modio, qui superiora facit corporis commoda, quā veritatis prædicationem, & ideo non prædicat, ne aliquid temporale amittat, & bene modius dicitur,

Coloss. 3.

tur, siue propter retributionem mensuræ, (recipiet enim quisq; prout gessit in corpore) siue quia temporalia quæ aguntur certa dierum mensura inchoantur & finiuntur, nō verò æterna sine aliquo terminantur, modio igitur lucernam includit quisquis lucem bonæ doctrinæ, temporalibus commo-

1. Corin. 9.

dis obscurat & tegit, super candelabrum autem qui corpus suum ministerio Dei subijcit, vt per ipsam corporis seruitutem excellentior sit doctrina, sicut Paulus, qui castigat corpus suum & in seruitutem redigit. [omnibus qui in dabo.] Id est, mundo, quia supra dictum est, vos estis lux mundi, aut in domo, id est, Ecclesia. [vt videant opera vestra.] Si id tantum dixisset, videbatur collo-

Galat. 1.

caste operibus nostris finem, vt captaremus hominum inanissimam gloriā, contra quos dicitur, si hominibus placere Christi seruus nō essem, & Psalm. qui hominibus placent confusi sunt, & Paulus, non efficiamur inanis gloriæ cupidi, & itē, probet seipsum homo, & sic tantum in seipso gloriā habebit, ideo ergo dicit Dominus, luceat lux vestra, vt videant opera vestra, & glorificet patrem, vt videlicet homo hominibus placeat ad laudem Dei, sicut in Euangelio legitur, quod videntes glorificauerunt Deum, qui dedit talem potestatem hominibus, & Paulus dicit, in me glorificabant Deum.

Matth. 9.

Galat. 1.

Idem tract. 23. in Ioannem omnes homines sunt lucernæ, quia accendi possunt & extinguī, tunc verò lucent, cum sapiunt & ardent & feruent, alioqui si extinguantur, putent, lucernæ ergo Apostoli, accensi lumine veritatis, feruentes spiritu charitatis, quibus suppetit oleum gratiæ Dei, ideo dictum est, vos estis lux mundi, non illud lumen verum quod illuminat omnem hominem, sed quod illuminatur. Idem, libr. 16. contra Faustum capitul. 17. Christus petra, idem est mons, de quo ipse dicit non potest ciuitas abscondi supra montem posita, fideles suos dicens esse ciuitatem in sui nominis gloria fundatos, quia igitur Christus est humilis fortitudo, ideo petra, & quia eminēs magnitudo, ideo mons. Idem libr. de. 5. Hærelibus. cap. 7. Loquebantur in die trāsfigurationis Moyses & Helias cum Christo, loquebantur lex & gratia, vmbra & veritas, terror & mansuetudo, præceptum & adiutorium, ferramentum & medicus, præco & iudex, sententia & misericordia, quid postea? respondit Petrus, faciamus hic tria tabernacula, quid dicis Petre? mundus par-

Ioannis. 1.

Matthæ. 17.

tur, & tu secretum petis? vides tenebras mundi, & tu lumen abscondis? nemo accendit lucernam, & ponit sub modio: sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt, domus est mundus, lucernæ accensio, verbi est incarnatio, candelabrum est crucis lignum, lucerna in candelabro lucens, est Christus in cruce pendens. Vides tu petre, videamus & nos. Idem libr. de verbis Domini. sermo. 39. Præcipit Dominus cauere à temporalibus ne ponamus lumen sub modio, dictum enim est, fiat lumbi vestri præcincti, id est, declina à malo, & lucernæ ardentes in manibus, hoc est, fac bonum, & vos similes hominibus expectantibus, hoc est inquirere pacem & persequere eam, quæ in cælo est.

D. Gregorius libro. de cura pastore per. 2. capitul. 4. Vult saltem esse sapientiam, & vult prædicatorem habere saltem, vt Luc. cæ. 14. Habetur, id est, in nihil imprudenter dicat, sal enim & superflua tollit, & insipida rei saporem donat, caueat ergo prædicator ne sua prædicatione audietes offendant. Ideo enim inter tinnabula sacerdotis mala punica collocantur, vt inter sermonis verba studium vnitatis procu-

retur.

D. Chrysostomus, homilias. [sal terræ.] Non pro vestra solum salute vobis hæc doctrina committitur: sed pro vniuerso orbe, nec enim ad duas aut viginti vbes vos mitto sicut olim feci, prophetas: sed ad omnem terram, ad totum mundum, varijs criminibus oppressum, & diceudo sal terræ, ostendit omnium hominum infatuatam esse naturam, & ideo ab illis requirit tot virtutes, quæ mundo esse vtilis possint, & quidem non est Apostolorum putrida reparare, id enim Christi est, sed Apostoli ea quæ Christus à putredine seruauerat, illi in nouitate quam acceperant seruabant, & vide, non efficit Christus Apostolos blandos vel adu-lantes, sed seueros atque terribiles, & salis instar adurentes. Considerate, inquit Dominus, quantis vrbibus vos præficio, ideo non vobis solis estote sapientes, sed vt tales faciatis cæteros. Huiusmodi autem magistros in quibus tantorum salus periclitatur, magna decet pollere prudentia. [si sal euauerit.] Alij si sæpe delinquāt, ad veniam peruenire possunt, si verò hoc ipse patiat magister, omni satisfactione priuabitur, & supplicia extrema perfoluet. Nō vos inquit oportet maledicta hominū timere, sed lau-

des,

des, quas si audire cupitis, tunc infatuandi estis, si vero vos ipsos castigantes mala auditis, gaudete, quia sal estis, cuius est officium laxa vrere, atq; restingere. Itaq; necessaria vobis est maledictio, quæ vobis nihil incommodat, imo testimonium vestræ perhibet firmitati, quam si timetis & fortitudinem vestram deseritis, multo sæuiora patiemini: & male scilicet audientes, & à cunctis contempti, & despecti, hoc verò est à cunctis conculcari. [*estis lux mundi.*] Non vnus gentis, sed totius orbis, estis vos lumen spirituale, ipso sole fulgentius. Prius vero posuit sal, vt discas, quantum sit verborum vrentium beneficium, hæc enim stringunt animos, nec quoquam patiuntur diffluere, vt attentius lumen virtutis respiciat, ad quam velut apprehensa manu, pertrahunt audientes. [*non potest ciuitas.*] Cohortatur ad viuendū sanctissimè, quasi qui in medio omnium sint constituti, & in medio orbis certates theatro, estis enim sicut ciuitas præalta, & sicut lux in candelabro. Ex his vim prophetiæ attende in Christo, qui suis famâ pollicetur, quod, scilicet, terra omni, mariq; sint celebrandi, sicut enim soles quidam, ipso etiã sole perniciosus omnem terram lustrauerè, spargentes vtique lumina veritatis. [*neque accendunt lucernam.*] Ego quidem, inquit, lucernam accendi, vt verò perseueret, vestri erit studij, non propter vos solos, sed etiam propter eos, qui vestra luce potiètur, & vobis ducentibus viam veritatis inuenient, neq; enim suis maledictis vestrum poterunt obscurare fulgorem, si tamen cū omni diligentia vixeritis, velut qui vniuersum orbem sunt illustraturi. [*sic luceat.*] Non solum viuite sanctè, vt vita, doctrinæ conueniat, sed etiam, vt inde nomen Dei glorificetur, vita enim sancta & corrigit orbem, & glorificat Deum, sicut & mala vita homines perdit, & Deum blasphemij aliorum offendit. Quid igitur vis, vt ad ostentationem viuamus? absit, sed volo vt vestra virtus magna sit, & maximè illius ignis in vobis accendatur, & eius lumen ineffabile effulgeat, quod si fuerit, non poteritis virtutem vestram contegere, latere nõ poterit licet mille eam modis contegatis, sed quam rectè dixit, lux vestra, nihil enim est, quod tam clarum hominem reddat, quam virtus, quam qui habet, ipso sole circumdatus est, vt non solum infra terram, sed supra ipsum cælum eius splendor effulgeat. Nectantum dixit, vt glorificent Deum, sed vt glorificent pa-

trum vestrum, quod honor grandis est. Ergo si vicij sordemus, etiam si nullus obtreçtet, omnibus fumus miseres, cõtra si fancti simus, etiam si omnes nos maledictis incessant, sole erimus clariores, & re vera beatitudines iam dictas habentes, nõ minus pertrahemus ad nos spectatores nostros, quam si miracula faciamus, etiam si dæmones sint qui nos spectant, quod si aliquem habes, qui te maledicat, non eius inspice verba, sed conscientiam interroga, in qua te profecto miratur.

Author imper. homili. 10. [*sal terra.*] Videlicet ad Apostolos sermonem præcedentem maximè pertinuisse docens, quos præcipuè virtutibus esse decet ornatos, tunc enim sunt optima sal, quo condiatur populus, magis doctorem sanctum videndo, quam audiendo, prima enim doctrina est videre bonum, posterior est audire, sal verò in quo statu rem inuenit, seruat, ad melius autem perducere non potest: ita Apostoli & doctores seruant populum in Dei agnitione, quam perceperunt. At licet verbum prædicatum adducere possit homines ad scientiam veritatis: sed tenere eos in recta vita vix, potest, sine bona prædicatoris conuersatione, imo potius scandalizat. Igitur sacerdotes propter bonam conuersationem sunt sal, propter verbum verò, sunt lux, prius sal, postea lux, quia prius est seruare quos habes, mox vocare quos non habes, & prius bene viuere, quam bene docere, nam per bonam conuersationem ascenditur ad scientiam, non autem à scientia ad bonam conuersationem, ideò enim sunt scientes multi, qui verò bene conuersantur pauci. [*super montem.*] Quauis ciuitas velit abscondi, non potest, quia mons qui eam portat, detegit, ita licet velit sanctus prædicator abscondi, non potest: quia Christus qui eum portat, non patitur velari. Iam ciuitas est ecclesia, cuius ciues sunt fideles, turres prophetæ de quorum armario iacula iaciuntur contra infideles, & hæreticos, portæ sunt Apostoli, quas portas diligit Dominus super omnia tabernacula Siõ, per quas fideles in Ecclesiam ingressi sunt, muri sunt sacerdotes, qui hæreticorum & maledicentium debent in se vulnera recipere, de his dictum est, alienigenæ ædificabunt muros tuos. Isaia. 60. Ex gentibus enim muri sacerdotales ædificati sunt. [*nemo accendit.*] Accensores lucernæ sunt pater & filius, lucerna est verbum Dei, candelabrum Ecclesia est, iuxta Paulum,

Paulum, lucetis sicut luminaria, verbū vitæ continent: quare & omnis vir Ecclesiasticus candelabrum dicitur, mundiales verò modium sunt, quia desuper vacui sunt, inferius pleni, id est, rebus superioribus & celestibus vacui: inferioribus & terrenis pleni, quos si tentatio aliqua pulset, ad terram reuoluuntur, verbū Dei abscondunt, quod palam non audent proloqui. [*sic luceat.*] Vt verbo doceatis, illuminantes, sed exemplo conditi bene viuentes. [*vt glorificent.*] Dicunt enim qui vos vident, verè Deus isto rum iustus est, qui suos ita tenet in iustitia, at contra cum mala nostra vident, dicunt, quales hi, talis est Deus eorum, neq; enim eos sustineret, nisi consentiret operibus eorum: nec enim Dominus potest bonam opinionem habere, cuius est mala familia.

D. Basilij regula. 223. [*non potest ciuitas.*] Ostendit Dominus, mandatum Dei, quod ad Dei gloriam fit, nequaquam apud Dei cultores abscondi debere.

Euthymius. [*sal terra.*] Ad occidendos vermes inuisibiles, id est, irracionales affectus. [*non potest ciuitas.*] Non potest occultari in doctrinæ altitudine collocari, reliquum est, vt solliciti sitis, quomodo sitis optimum vitæ exemplar & doctrinæ: si enim non accendunt lucernam vt sub modio lateat, nec ego vos accendi vt lateatis, sed vt alios illuminetis.

D. Hilarius Cano. 4. Sal nullum est terra (vt arbitror) sed est ignem & aquam, in vnum continens & hoc rebus præbet incorruptionem, & saporem: ita Apostoli sunt immortalitatis, æternitatis, & incorruptionis factores: hanc enim conferunt ijs, quibus eorum sermo aspersus est, & quidem superius dictum est, quod Christus baptizat spiritu & igni, vbi aquæ & ignis mysterium agnoscis. [*si sal.*] Salis natura mutari nequit, sed homo qui sal est mutari potest, ideo admonetur ne fatuus fiat. [*vos estis lux.*] Mundus erat in tenebris, per Apostolos illuminatus est, & de paruis eorum corpusculis lux exijt quæ mundum illustrauit. [*non potest ciuitas.*] Ciuitas corpus Christi est, ex omnium nostrum consortio adunatum hoc abscondi iam non potest, in altitudine diuinorum operum iam elatum. [*sub modio.*] Id est, sub Synagoga, nec enim Christi lumen erat abscondendum sub Synagoga modio, id est, certis obseruantijs, sed in cruce subleuandum vt luceat omnibus. Rupertus libr. 4. de glorifi. filij hominis. Cum

Deus daret legem in mote Sinai, lux apparuit in medio defissimarum tenebrarum, & maxima cura in lege mandauit, vt in omni sacrificio sal offerretur. Ita Dominus dum in monte legem nouam statuit, salis & lucis mentionem habet. Indicans Apostolos esse lucem illam in monte Sinai, & saltem in lege mandata. Rursum cum dicit vos estis sal terræ, portendit vastationem terræ hostilis: terra enim eorum qui Apostolos persequuntur, sterilis erit, nullumq; proferet germinis. Rursum sicut sal humores nocituros deficcata Apostolica doctrina deficcavit legem à veteribus caeremonijs, & item deficcavit pueros & puellas ab humore luxuriae, & 3. condiuit legis parabolas & figuras: cum enim Apostoli spiritum literæ detegit, velut sale condiunt: vt iam lex non carnaliter, sed spiritualiter sapiat. [*quod si sal euauit.*] Ergo noli aliquid sapere, si tibi videris lux & sal, caue ne tua sapientia abutaris in superbiam, aut inuidiam, certè euauit Pharisæus qui lux erat & sal, euauit & qui libet hæreticus, & ideo rectè dictum est, ad nihilum valet vltima, quia hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est huiusmodi homo, & ideo Pharisæi reiecti sunt, tanquam ad nihilum valentes. [*non potest ciuitas.*] Quasi dicat, qui lux & sal sunt, nolent esse manifesti, maximam habent humilitatem: sed latere nequeunt, ciuitas est is qui lux mundi est, & magna ciuitas, vt pote quam Deus inhabitat, locata est ciuitas hæc in monte, quia in altitudine cali, nostra enim conuersatio in calis est, non verò potest abscondi, quia ex hac ciuitate mille pendet clipei, vt ad eam recurrere possint qui pro iustitia laborant. [*neque accendunt lucernam.*] Hanc vt sub modio silentij, & sub latibulis perpetuis deliteat, licet enim aliqui patrum nostrorum habitauerint in speluncis, vbi tamen ratio vtilitatis communis se proferebat, proferebant etiam se illi, vt de Baptista est pulchrum exemplum.

D. Thomas, inter condimenta nihil sale vtilius, & inter visibilia nihil luce clarius, iam quātū ad negationē abscessionis, nihil inter præsidia ciuitate manifestius, nihil luce r na inter vtilia cõuenientius, at cum dicitur, vos estis sal, notatur officij, cū verò dicitur, si sal euauerit, notatur periculū, cum additur, ad nihilū valet, notatur supplicij. At sal habet vim saporatiuā omnis sermo vester sit sale conditus. Coloss. 4. Secundò habet vim

Lucæ. 18.

Titim. 3.

Philip. 3.
Cantic. 4.

Psal. 118.

1. Petri. 2. Tertiò habet vim restrictiuam, vt abstineamus à carnalibus desiderijs. Quartò habet vim mundificatiuam, si quidem à vermibus & putredine seruat, vt non regnet peccatū in corpore nostro. Quintò habet vim sanatiuam, Heliſeus enim sale sanauit aquas. Sextò sal fit ex aqua & calore ignis vel folis: ita prædicatores debent cōstare ex aqua tribulationis, & calore dilectionis. [*si sal ena.*] Sal euānescit, quia humore liquatur, vel quia infatuatur, vel quia cōsumitur, ita prædicator euānescit frigore aduersitatis, & humore proferitatis, vel etiam si à veritate discedit, vel si definit esse, iuxta illud paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. [*ad nihilum valet.*] Quia amissa gratia Dei prædicator nihil est, si enim charitatem non habuero, nihil sum. [*nisi vt mittatur foras.*] Quia, scilicet, amittet cælum, foris enim canes & venefici, & qui facit mendacium. [*conculcetur.*] Quia eijcietur in infernum vbi à dæmonibus conculcabitur, & hominibus: qui enim in inferno sunt, sub pedibus nostris sunt, Malach. vltim. calcabitis impios. [*vos estis lux.*] Vos, est discretiuum, vos, scilicet, qui estis à me deriuati. [*estis.*] Est verbū firmitatis, auferēs lucis fictionem, aut defectionem, aut diminutionem. [*lux.*] Dicuntur Apostoli lux, quia lucis essentia est cælestis, & ita prædicatores debent esse cælestes, sicut etiam lux non inquinatur ab vlla immundicia: ita nec prædicator inquinari debet, iuxta illud Eccle. 9. Omni tempore vestimenta tua sint cādida, & sicut lux est communicabilis: ita prædicator debet omnibus communicari, secundum illud, omni petenti te tribue. Iam lux illuminat tenebras, vias dirigit, latibula manifestat, rerum differentias ostendit: ita prædicator illuminet in credendis, dirigat in operandis, vitia detegat, gloriam & infernum demōstret. Demum lux est delectabilis, quia dulce est hominibus videre solem. Eccle. 11. Et faciādat terram, viuentibus præbet generationem, egritudines alleuiat, à somno excitat, aues garrire, bestias latere facit: ita mūdus per prædicationem est ædificatus exemplis, inflammatus doctrinis, fecundatus virtutibus, alleuiatus à vicij, excitatus à negligentij, animatus ad contemplationem cælestium, ereptus à potestate dæmonū. [*non potest ciuitas.*] Id est, soliditas doctrinæ Apostolicæ, vel sacra eorū vita (dicitur enim Hierem. 1.) Dedi te in ciuitatē munitam. [*super*

montem.] Nota tria, quòd illa ciuitas quæ monti innixa est, erit secura & cōstans, erit inexpugnabilis, erit firma, prædicator igitur erit constans, patiens, perseverans. [*neque accendunt.*] Non habent viri sancti prædicationem & feruorem vt lateat, sed vt pateat. [*sic luceat.*] Iuxta illud, prouidentes bona & honesta, &c. Romanorum, 10. [*vt videant opera vestra bona.*] Iungit igitur doctrinam bonis operibus, quia secundum Bernardum, lingua magniloqua, & manus ociosa, doctrina lucida, & vita tenebrosa, res est monstruosa. Simon Casia. libr. 10. capitul. 14. [*mittatur foras.*] Id est, extra omnem gratiam Ecclesiæ seponatur. At verò sal significat multa, primo charitatem, quia sicut iubet Dominus omnia sacrificia habere sal: ita vult omnia opera nostra in charitate fieri, & sicut pactum salis est sempiternum: ita charitas necit nos Deo & proximis fædere sempiterno. Secundò significat ordinem, iuxta Apostolum, omnia fiant honestè, & secundum ordinem, ac si diceret, omnia sacrificia sale condiantur. Tertiò significat scientiam, sine qua sacrificia nostra inutilia sunt, maxime zelus si non secundum scientiam dirigatur. Quartò significat iustitiam, sine qua etiam nihil Deo placere potest. Quintò significat sapientiam Euangelicam, qua Eliseus. 1. Christus, sanauit aquas, id est, gentes multas, quæ antea insulsæ erant, quia igitur doctor Euangelicus his virtutibus debet esse ornatus, ideo sal dicitur, at si virtus desit in doctore, fatuum sal est, & ad nihilum valens, nisi vt ab hominibus derideatur. [*estis.*] Ioannis. 1. lux.] Ipse Christus lux, fecit Apostolos suæ lucis participes, ideo & ipsi lux, illuminauerat Deus mundum luce exteriori, vult illuminare animas luce interiori, id est, veritate, ad quod faciendum, se & suos lucem esse voluit, quæ illuminaret: & quidem si Apostoli lux sunt, & lux se nulli denegat: nec Apostoli se alicui debent negare, ideo dicitur, sic luceat lux vestra, & rursum, sicut secundum mandatum Diuinum in lege mandantur ciuitates refugij fieri, in quas rei se recipiant: ita voluit Apostolos has esse ciuitates refugij, non igitur latere debent, & quidem ciuitas non suo merito omnibus patet, sed Christi, id est, montis super quo ciuitas fundata est, nec enim fundatur petra in Petro, sed Petrus in petra. Petrus autem erat Christus. Porro sicut Christus carne in terra videbatur, at

deitate erat in cælo: ita & ciuitas Apostolorum seu fidelium, carne manet in terra, sed virtute consistit in cælo. At ciuitas hæc tunc occultaretur, si non prædicaret, aut si non secundum virtutem viueret. [*neque accendunt lucernam.*] Lucerna est lex Euangelica, quæ licet in tempore promulgata sit, at ipsa est in se æterna, hæc lucerna æterna est, cum saluator prædicaturus apparuit, & eam vita, voce, & miraculis clarescere fecit, de hac dicit Salomon, quòd est sapientia, cuius est in extinguiibile lumen, hanc figurauit lucerna illa vetus quæ semper debet ardere in templo, vt mandatur Exo. 27. Hanc lucernam oculi senis Heli videre nequibant, quia videlicet carnales oculi, quos vetus habet Adam, lucernam Euangelij in timis oculis videre non potest. Hæc igitur lucerna condi non debet sub modio, vase, aut lecto, vt Marcus dicit, & Lucas, quibus verbis significatur, Euangelium nunquam debere omitti propter auaritiam rerum quæ modio mensurantur, aut propter vsum eorum quæ vase continentur, aut propter delicias & requiē, quæ per lectum significantur, & quidem antequam Constantinus Cæsar ditasset ecclesiam Euangelium super modio erat, nunc verò in plerisque Ecclesijs iam sub modio rerum temporalium latet. At iniuria fit legi & legislatori, si quæ ad æternitatem ordinata sunt, ad temporalia conuertantur, & quidem legislator non sub modio locauit Euangelium cum discipulos suos sine faculo misit, pera, & calceis, & sine omni alio fulcimine, & Apostolus ita peregit, cū sine sumptu posuit Euangelium. 1. Cor. 9. & cum in laboribus multis prædicauit, similiter & reliqui Apostoli qui euntes ibant & flebant mittentes semina sua, & forsan magis conuertit mundum paupertas prædicationum, quàm virtus miraculorum. Hugo. [*sal terræ.*] Quasi diceret, dixi vobis parari grandem persecutionū copiam, cauete ne deficiatis: esset enim defectus vester multis occasio ruine, si quidem vos estis sal qui mundum condit vniuersum. [*in quo salietur.*] Ecclesi. 12. Quis medebitur incantatori, à serpente percuso, &c. c. 34. Ab immundo quis mundabitur. [*euānerit.*] Per tribulationem. Job. 3. Venit super te plaga & defecisti. Aut per inanem gloriam. Osee. 10. Trāfire fecit Samaria Regem suum, vt spumā super faciem aquæ, quæ cito euānescit per ventum. [*vt mittatur foras.*] Isaia. 22. Expellam te de statione tua, & de ministerio

tuo deponam te. [*non potest ciuitas.*] Apostoli dicuntur ciuitas, id est, fundamentum ciuitatis. [*ponit sub modio.*] Prædicatio avarum designatur possessorem, dispersa enim crescit. [*candelabrum.*] Id est, ecclesiam. [*vt luceat omnibus.*] Sine exceptione, pauperibus & diuitibus, licet hæc lux malis sit absconsa, lux enim in tenebris lucet, sed tenebræ eam non comprehendunt. Zacharia. 4. Dicitur, vidi candelabrum aureum, id est, ecclesiam, super ipsum erat lampas, id est, Christus, & septem lucernæ, id est, omnes doctores, & 7. infusoria, quæ sunt dona Spiritus sancti. Caietanus. [*vos estis.*] Non dicit, vos stitis, sed estis, vt proprii admoneat officij. [*sal terræ.*] Omnia enim terrena, siue delicia, siue honores, siue diuitiæ indigent vestra doctrina, vt gustui bene disposito sapiant. [*conculcetur.*] A reuerentia capitum, transibunt ad pedum conculcationem mali pastores ecclesiæ. [*lux mundi.*] Vt habeat tam voluntas sale, quam intellectus lucem, quæ perficiatur. [*vt glorificentur.*] Videant, inquit, non audiant, opera, non verba, vestra non aliena, bona, non mala, & glorificent patrem vestrum, itaque redundabit gloria in vos, gloria enim patris est etiam filiorum, & sic vos cupere debetis gloriam patris, vt filij, amore filiali. Glossa interli. [*conculcetur.*] Dum eius vita contemnitur. [*sub modio.*] Timoris, vel commodo vitæ presentis. [*candelabrum.*] Id est, vitæ integritatem. [*coram hominibus.*] Ille enim verè docet, qui facit quod docet, alioqui seipsum condemnat. Glossa ordina. [*sal.*] Id est, salus à corruptione, iuxta illud, posui te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad fines terræ. [*accendunt lucernam.*] Verbum testam suæ humanitatis, diuinitatis flammis impleuit. Lyra. Apostolorum successores sunt prælati, qui & si omni virtute debeant pollere, sed in quatuor specialiter, primum in discretionem, qua dirigant plebes, sicut sale condiantur cibi, ideo dicit estis sal terræ, & ideo subdit, si sal, id est, discretio prælatorum euānerit, in quo plebs dirigetur. Secundum in sanctæ scripturæ eruditione, vt enim lux occulta reuelat: ita & prælati scripturæ arcana retexunt. Tertium in constantia laborū, bonus enim pastor animā dat pro ouibus, & ideo dicit, quod sint ciuitas, non occultans se tempore tribulationis. Quartum in euidentiā vitæ

Lucæ. 6.

1. Corin. 16.

Num. 11.

2. Regū. 3.

Capit. 4.

1. Corin. 14.

Roman. 10.

4. Regū. 1.

1. Corin. 9.

1. Corin. 10.

Ioann. 1.

Isaia. 42.

Ioannis. 10.

vitz perfectæ, quæ tantum debet excedere vitam populi, quantum pastor gregis, & ideo dicit. [Super candelabrum.] Vt excedat quantum lux ipsa excedit candelabrum.

Druthmarus: Sal dictum est, q̄ ab igne exiliat, dat saporem alimentis, excitat appetentiam, pecudes eo delectantur si semel gustarint, muscæ fugat, quæ omnia doctoribus sacris conueniunt. [Lux mundi.] Lux fures fugat, & nociuas bestias demonumque phantasmata: ita per Apostolos omnia nociua animarum detecta sunt, & reiecta.

Nota quod habetur. 2. q. 7. c. Nō omnes, non omnes (inquit ibi Hierony.) Episcopi sunt episcopi, Petrum attende, sed Iudam considera, non est facile stare in loco Petri & Pauli, iam cum Christo regnantium, infatuatum sal ad nihilum valet nisi vt conculcetur a porcis. Et. 3. q. 7. ca. ultimo. Ex illo loco si sal euauerit ad nihilum valet, colligit Gratianus malum iudicem ad nihilum valere: ita vt eius sententia censenda videatur nulla. Sed concludit quod bona sententia, licet mali iudicis, est a subditis omnino seruanda.

Lucius Episcopus, in Conci. Cartagin. tempore Cornelij Papæ ita legit, si sal in fatuatum fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihilum valet.

SECUNDA

pars. Caput. V.

Nolite putare quod veni soluere.



ACTENVS
Dominus premia vitæ Christianæ proposuit, cum beatitudines enumerauit, nunc explicat mandata, quibus beatitudinum premia comparare licebit, sunt vero mandata hæc, sex, quibus prior lex Moy si non enervatur, sed firmatur.
Hierony. [sed adimplere.] Siue quod prophetata impleuerit, siue quod quæ in lege rudia erant propter audientium infirmitatem, expolierit & perfecit, videlicet tollens talionem, compescens iram, & occultam mentis concupiscentiam. [donec transeat.]

Hic quasi promittit nouos cælos, nouamq; terram, indicans hæc omnia transitura. [iota vnum.] Quæ minima putantur in lege, sacramentis plena sunt, omnia tamen recapitulantur in Euangelio.

D. Augustin. libr. 1. de sermo. Domini in mon. c. 13. [non veni soluere.] Quasi discipuli interrogassent, Domine iubes nos lucē non abscondere, sed prædicare, num aliquid contra legem dōcturus es? Respondet, non veni soluere, sed adimplere, aut addēdo quod minus habet, aut faciendo quod habet. [iota vnum.] Nihil aliud potest intelligi, nisi vehementis expressio, ita quod minima etiam legis debent ad effectum perducī. [mandatis minimis.] Significatis per iota & apicē. [qui ergo soluerit.] Et vt soluit ita docet, minimus vocabitur, fortasse, quia nō erit in regno cælorum, vbi nisi magni esse non possunt. [nisi abundauerit.] Id est, nisi non solum illa minima præcepta impleueritis, quæ sunt tradita in lege, sed etiam ista quæ a me addūt, qui non veni soluere sed adimplere, non intrabit in regnum cælorum. Porro qui fecit & docet, erit magnus in regno, non quia custodit minima illa, sed quia fecit hæc quæ ego addo, quæ verò sunt hæc: certè vt abundet iustitia vestra plusquam scribarum. Igitur qui non facit illa minima, & docet ea non esse facienda, minimus est, at qui ea facit & docet non iam magnus est, sed non tam minimus, quàm qui non facit. Ille verò erit magnus & regno aptus, qui facit & docet, vt Christus nunc præcipit, id est, cuius iustitia abundat super iustitia scribarum. Nam iustitia Phariseorum est non occidere, iustitia tamen eorum qui intrabunt in regnum est, ne irascantur sine causa. Minimum est ergo nō occidere, & qui illud soluit minimus est in regno, sed qui implet, nō cōtinuò magnus, altior verò est quàm qui soluit, perficietur autem si non sine causa irascatur, qui remotior propterea ab homicidio erit. Qui igitur docet non irasci, profecto legem magis impleuit, quàm soluit. Idē libr. 2. de q. veter. & noui testamen. q. 69. Quærit, si lex & prophetæ vsq; ad Ioannem, quomodo dicit Dominus, se non soluere legem? Respondet, quod onera legis cessauerūt in perpetuum, vt circumcisio & sabatum. Sed vindicta legis cessauit in ijs qui in beneficio, per Christum accepto, perseuerant, non verò cessat, sed reficitur in ijs qui perseuerare nolunt. Non ergo quia misericordia præfertur, contēni debet iustitia, cui si non sua seruetur reuerētia, nec

da, nec ipsa locum habebit misericordia. Idem lib. 17. contra Faustum. c. 5. [quis fecerit & docuerit.] Phariseos cogitabat Dominus, qui dicunt, & non faciunt. Idē li. cōtra Faustum. 18. ca. Arguebat Faustus, si Christus venit non soluere, sed adimplere, cur Christiani non implent ex lege & prophetis, quib⁹ significata sunt ista quæ adimplēt. Ille quippe erant figuræ futurorum, quas necesse erat auferri, cum futura venerunt, & c. 7. Antequam gratia per Christum data esset nihil aliud quam mortificabat nos litera iubens ea quæ non possemus implere, q̄ enim impossibile erat legi, in quo infirmabat per carnē, Deus filiū suū mittens, de peccato dā nauit peccatū, vt iustitia legis impleteret in nobis, hoc igitur est, nō veni soluere, sed implere. Quia enim lex superbos multum sibi tribuentes reatu præuaricationis augendo, deuinxit, iubens, quod implere nō possunt: ipsius legis ad impletur iustitia per gratiam sancti spiritus. Iam quia etiam humilibus dū viuunt, difficile est plenē legē implere: Christus sacerdos pro nobis effectus impetrat nobis indulgentiam, etiam hic implens legem, vt quod per nostram infirmitatē minus possumus, per suam perfectionē recuperetur: Rursum prophetas impleuit, per ipsum em veritas facta est promissio dei. Quot quot. n. promissiones Dei sunt in illo, est. Lex enim per Mosem, sed gratia & veritas per Christū Cum igitur quæris, cur Christianus nō circūciditur, si Christus non venit soluere legem? plane, quia ille iam impleuit, expoliatio enim carnalis generationis, quæ per circumcisionem figurabatur, iā Christi resurrectione adimpleta est. Itē cum quæris, cur Christianus non seruat sabatum: quia certe in Christo habemus sabatum, qui dixit, venite ad me omnes qui onerati estis. Quare Christianus nō habet delectum ciborum? quia iā Christus impleuit, non admittens in trā corpus suum, quicquid per illa animalia in moribus hominū, significatū est. Idē li. de fide & operibus. ca. 20. nemo sit male securus putans sibi fidem (vt cūque viuat) posse sufficere, nisi enim abundauerit nostra iustitia plusquam scribarum, non intrabimus in regnum, at Phariseorum iustitia erat dicere & non facere, quod ad regnum assequendum non sufficit. Idē libr. 20. de ciuit. cap. 9. [minimus vocabitur in regno. &c.] Idē in ecclesiam hac, vt illud, veniut angelus & tollent de regno eius scandala, ad eum de eccle-

Rom. 8.

2. Cor. 1.
Ioanis. 1.

Matth. 11.

sia hac vbi scandala sunt & zizania. Idem tract. 6. in Epist. Ioa. [qui soluerit.] Quid est soluere, est non facere: vt enim magnus est qui docet & facit: ita minimus est in ecclesia, qui licet doceat, non facit tamē.

Diuus Chrysostomus homi. 16. [non veni soluere.] Nū poterat quispiā suspicari quod venerat soluere? non, sed antequam Iudæi sentiant vulnus, apponit medicinam, sanē Pharisei non seruabant legem, sed minime eam violari patiebantur, si quis ex sacerdotibus quicquam adderet legi, ferebāt, ac Christum qui non erat ex genere sacerdotali, nō erāt passuri, si addere aut infringere videretur. Igitur Dominus adhibet eorum morbo medellam, dicens se nosi venisse ad soluendum, sicut aliās ne Iudæi arbitrentur Christum esse purum hominē, grauiora miracula, orationem non præmittens facit, nō verò putent eū Patri suo esse aduersum, cū miratiora edidit miracula, orationem præmittit. [sed adimplere.] Ideo Marthæus, cum quidpiam a Christo factum enarrat, addit, hoc factum est, vt adimpleretur, & c. Porro legē Christi tripliciter, impleuit primo quia ipse nihil prætermisit de lege, ipse enim ait sic nos decet implere omnem iustitiam, & quis ex vobis arguet me de peccato? & venit in me princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, & Isai. dicit, qui peccatum nō fecit. Secundo impleuit per nos donans nobis spiritum quo impletemus, iuxta Apostolum ad Rom. 8. & ideo nihil dānationis est his qui sunt in Christo, qui non secundum carnem ambulant. Ideo nō destruiamus legē per fidē, sed statuimus. Tertio impleuit, addēs legi quædam præcepta, quibus Christiani vehementius ab horrent a legis violatione. Et quidē cum beatitudines proposuit semina quædam explicauit legis seruandæ, nam beati mites, tale est, ac si diceret, nolite irasci, & beati mundo corde, ac si diceret, ne concupiscite mulierem & reliqua igitur in beatitudinibus, virtuti premia collocauit, nunc vero etiam comminatur non seruanti leges quas ponit, dicens enim prius beati patris, premium explicauit, ac tūm dicit, qui irascitur fratri reus est generis, supplicium comminatur, rursum, cum dixit, beati mundo corde, premium dixit, ac tūm addit, qui viderit mulierem ad concupiscendum, iam mactatus est, iram minatur. [iota vnum.] Neminum quidem mandatum erit prætermittendum, & nota, subinde esse Dominum quod totus mundi figura mutanda sit tract-

Matth. 4.
Ioanis. 8.
Ioan. 14.
Isai. 53.
Roman. 8.
Rom. 3.

Matth. 5.

Matth. 5.

figuranda enim est omnis creatura, & hominum genus ad aliam patriam vocandum. [qui soluerit.] In honorem constituenda à se legis, poenam minatur præuaricantibus. Quod enim mandata sua, vocauerit minima subsequencia aperte demonstrant. Curigitur sua mandata, minima vocauit, cum tã sublimitate sint? Certè, quia sicut semetipsum humiliavit, ita de præceptis suis mediocriter loquutus est, nos mediocritatem ubiq; docēs, simulq; inuidiã nouę legis attenuauit. [minimus vocabitur.] Id est, in tempore resurrectionis nouissimæ, cum venerit Christus iudicatus minimus erit & abiectus at si tunc minimus ibit igitur in gehēnã siquidē nō solū soluit legem, sed & alios soluere docuit. [qui autem fecerit & docuerit.] Nemo enim sibi soli utilis esse debet, neque est merces equa ei qui se solū regit, & illi, qui alios Deo acquirit, & quia prius debes te, quã alios corrigere, ideo prius dixit, qui autem fecerit, mox subiecit, & docuerit, dictū enim est, medice cura te ipsum & qui alium doces, te ipsum non doces. [iustitia vestra.] Id est, vniuersa virtus, sicut Iob dicitur, quod fuerit vir iustus, & Paulus dicit iusto nō est lex posita. [plusquam scribarum.] Scribas hic non iniquos, commemorat alioqui, quomodo eorū diceret iustitiã? sed de iustis sermonē facit, vult ergo discipulos suos maiorem habere iustitiã, quã iusti pharisei haberent, simul docens, quod ambæ leges sibi sunt cognatæ. Dices si lex antiqua bona fuit, & vt talis à Christo laudatur, cur nō nūc inducit in regnum? Certè olim cultores suos adduxit ad requiem, vt Lazarū Isaac & Abraham, at nunc, quia ampliora sunt premia, & eminentior Sancti Spiritus gratia, consequenter requiruntur maiora certamina, & ideo nūc illa lex ad cælum aduehere nequit. Non enim in lacte & melle manans terra promittitur non senectus vberior, non numerositas filiorum, non frumenti viniq; copia, non ouium & armentorum greges, sed cælum, & quæ in cælo sunt bona, filiorum adoptio, cum vnigenito fraternitas, & societas hereditatis.

Author imper. homi. 10. [Non veni soluere.] Ac si dicat, volo vos esse legis meę obseruatores vigilantisimos, sicut & ego vigilanter exequor legem, non enim veni soluere, nobis me exemplum expono. Rursum, quia sciebat Iudæos reprehensuros, quod non implebat legem, huic calumniæ vult faristacere. [sed adimplere.] Duo tradunt lex & prophetæ, primum de Christo prophetizant,

quicquid verò de Christo prophetauerunt, Christus ad vnguem impleuit, secūdū viūgē di normam instituunt, quod Christus dupliciter impleuit, soluens, scilicet, exteriores figuras, & interiores veritates adimplens, vt putat dicit lex occidendum esse in sabato, at Christus, quietem dedit à peccato, quod verè est seruale opus, figuram igitur impleuit. [non præteribit à lege.] Ingenuus homo, si vel in vili mendacio inuentus fuerit, erubescit, quomodo Deus præteribit vel exiguū à lege sua, vir sapiens non relinquit vacuum verbum suum, quanto minus Deus? Deus punit eum qui cum alios docet, se non docet: quomodo Christus non impletur opere, quod prophetarum ore prædixerat? [mandatis istis minimis.] Certè minima vocauit, mandata quæ ipse dicturus est, vocauit verò minima, quia sicut mandata Moy si in actu facilia sunt, in peccato verò magna: ita quædam mandata Christi, actu difficilia sunt premio magna, sed peccato minima. Lex Moy si erat, non occides, id quidem factū facile, sed si violes magnum peccatum fuerit, at lex Christi est, ne irascito, factū id difficile, premio magnum, sed si violes, peccatum est minimum. Omnis enim grandis culpa voluntatem repercutit, ne eam faciat, & ideo facile est ab ea abstinere. Dum verò culpā putatur leuis, non facile seruatur à multis. Qui igitur hæc minima violarit, minimus est in regno, non enim erit in poena quia nondum grande crimen admisit nec tamen erit in gloria, quia peccati rugam contraxit, erit ergo minimus. [nisi abundauerit.] Qui legem Moy si impleuit, & hæc minima Christi præcepta violauit liber erit à poena æterna, sed non intrabit in regnum, vt potest quia peccator est, si igitur vis intrare in regnum, hæc seruabis & illa, vt abundet iustitiã plusquã scribarum. Porro quod dicit, minimus erit in regno, id est, in ecclesia, sed non intrabit in regnum, scilicet, cælorum.

Euthymius. [sed adimplere.] Lex quidem peccati fines prohibuit, at Christus etiam principia, fructus arboris est occidere radix est ira, quam nisi succidas, aliquando suum proferet fructum, manca ergo erat lex, solum occidere iubens, & Christus eam perfecit, irasci etiam vetans. Posita verò fuit lex hæc Iudæis, vt imperfectis lacte, vt entibus non solido cibo. Nobis vero iam perfectis solidum cibum appoluit. Dices, quomodo ergo iugum Christi iuauit, est. Certè iuauit

suaue facit premiorum magnitudo. Erat certè lex ad euangelium, via erat præco, umbra, & typus: cessauit igitur nox appetente die, erat lex initium: euāgelium verò perfectio. [iota.] Totalinea recta est, apex obliqua [mandatis istis minimis.] Minima vocat, ne extollantur qui ea seruauerint, docens nos nostra facta attenuare.

Diuus Hylarius cano. 4. Ultra sermonis humani eloquium est, dicere Deum ex Deo homini corporatum, morti subiectum, ne igitur putaremus, aliud esset in operibus suis quã erat dictum in lege, ideo dicit, se non venisse soluere legem. In ipso enim Christo lex & prophetia omnis impletur, ideo dixit moriens, consummatum est, quia in morte eius dicta prophetarum fidem sumebant. [minimis.] Minimum est, quo nihil est minus, at nihil minus Christi morte & passione, qui igitur hæc erubuerit minimus erit, & ferè nullus, qui verò cōfitebitur hic magnus erit. [nisi abundauerit.] Non igitur legis abolet præscripta, sed profectu ea excedit, docēs iram sine causa susceptam, ita fore ream, quã erat homicidium in lege.

Diuus Thomas. [implere.] Impleuit moralia legis præcepta, dulcedine charitatis ea cōdiendo, quia plenitudo legis est dilectio, Secundò cæremonialia, figurarum velamē detegendo, ideo enim vellū templi scitum est, & agnus aperuit librum & signacula eius. Tertio prophetias in se completas ostendendo, oportet inquit impleri quæ scripta sunt in lege & prophetis de me. Quarto promissiones confirmādo. Abrahe enim dictæ sunt promissiones. Quinto iudicialia per misericordiam temperando vt habetur apud Ioan. demeritricem, cui dixit, nec ego te condēno. Sexto consilia addendo, vt infra, vade vende omnia quæ habes. Septimò perloquendo ea quæ discipulis ipse promisit, vt hebræorum Octauo dicitur, consumabo testamentū nouū. [transcūt calum.] Irasibit enim non secūdum substantiam, sed secūdum formã, quia nunc mutantur, olim non mutabuntur. [minimus.] Minima dicuntur quædam mandata legalia & moralia, quæ minus sunt significantia. [minimus vocabitur.] Quia cum sit ipse malus doctor in inferno minimus & despectus vocabitur ab his quæ sunt in cælo. [nisi abundauerit.] Dices ergo si lex Moy si grauis fuit, dictum enim est, cur impositis super nos onus quod nec nos nec patres nostri portare potuimus? in cuius significationem manus Moy si fuerunt graues, si ergo lex no-

stra illi addit, grauior est ergo? Imo leuior est quia amor facit omnia leuia.

Chromatius episcopus. [non veni soluere legem & prophetas.] Author legis & prophetarum, qui ipsos ad prædicandum misit & mandauit, adimpleuit verò, dum omnia sacrificia legis, & omnia exempla in se præfigurata, accipiēdo corpus, veritatis ratione compleuit, & legis præcepta quæ dedit, euangelicæ gratiæ supplemento confirmat. [iota.] In iota & apice imago crucis ostenditur, igitur crux non præteribit, quin opere compleatur. [plusquam scribarum.] Pharisei non fidem diuinam, sed humanam laudē & seculi gloriã quærebāt, hortatur ergo Dominus, vt hanc famosam iustitiam laudis humanæ operibus iustitiæ cælestis, ac fidei meritis præcedam. Hugo. [adimplere.] In lege erāt moralia, quæ dulcedine charitatis velut sale erant condēda, hæc dilectionem attulit Dominus, cui respondere videtur illud, vos estis sal terræ. Erant cæremonialia, à quibus obscuritas & velamen erat auferēdum, cui respondet, vos estis lux mūdi. Erant rigores iudiciales, quibus ciues reguntur, huic respondet, vos estis ciuitas supra montem posita. Apostolorum n. consilio regi Christiani debēt. [iota mū.] Licet Matthæus scripserit hæbraicè, verbū tñ vsurpauit Græcū, quale iota est, significās denariū, & ita significatur, quod decalogus non præteribit. Nota quod moralia tenēt locū iota, sed mystica quæ sunt altiora locū habēt apicis. [minimis.] Minima dicuntur legis mandata, quia mortem & crucem Christi figurabant, quæ dicuntur in Christo minima, vel minima id est, cōtempnibilia, gētib; n. sunt stultitia, Iudæis verò scādalu, at nobis Dei virtus sunt, & sapiētia. [minimus vocabitur.] Non erit in regno, vbi oēs sunt magni, vt significatū est in Petri piscatiōe, qui eduxit. 150. magnos pisces, nō paruos. [qui fecerit & docuerit.] Prius fac, tum doce. eccle. 19. quæ in manu habes ciba cæteros, significatū hoc est in lapidibus duobus onychinis, in quibus scribebatur veritas & doctrina, & in veste sacerdotis erant etiam lex cohibebat animi malitiam, sicut & euangelium, sed nulla erat in lege poena posita pro peccato animi, eius enim latōt erat parus homo, corda videre non potens. At Christus punit cogitationes, vt quæ eas videre potest. [scribarum.] Qui erant in iustitiã rudes, velut elementarij, toti amplectebantur exteriora, sicut qui imaginem Christi venerantur, ipsum verò conculcant.

Luc. 4.
Roman. 2.
Iob. 1.

can. 19.

Rom. 13.
Matth. 27.
Apoc. 4.
Luc. vlti.
Gala. 3.
Ioanis. 8.
Matth. 19.

Acto. 15.
Exod. 17.

Matth. 5.
Ibide. n.
Eodem.

1. Cor. 1.

sicut Christiani corpus suum pascentes animam negligentes, erant ergo illi falsarii, vt falsum argentum.

Caietanus, non veni soluere, soluere dupliciter fit, aut non obseruando, aut tollendo vinculum legis, vterque sensus consonat literæ. Sed dubium, cum Dominus verè soluerit, non enim seruabat sabatum.

Ioan. 5. cur dicit non veni soluere, Respondetur non veni soluere, id est, non veni in hoc officium vt dissoluam, seruauit enim ille legem, sed non venit ad dissoluendum, sed lex ipsa sua sponte cessauit, Christo eam non soluente, & rursus si præcepit grabatū tolli, id non soluebat sabatum imo erat in sabati reuerentiam maximè quia ea ratione manifestabatur Christus Dominus etiam sabati. [quicumque ergo soluerit.] Huius enim Christus tantopere seruabat legem, vt puniret legis transgressores. [minimis.] Significatis per iota & apicem. [minimus vocabitur.] Quid si quis venialiter peccet, erit minimus? an non erit minor quam adulter? Respondet quod peccatum veniale non est contra sed præter legem, ideo nomine mandatorum non veniunt ea, quæ solauentia vetant. Est igitur sensus de solis mandatis obligantibus ad mortalia, & tunc sensus erit, inter doctores alij sunt magni, qui docent & faciunt hæc mandata, alij minimi, qui non faciunt, & nõ facere docent, alij inter hos medij, qui vel faciunt non docendo, vel docent non faciendo, &c. [nisi abundauerit.] Ne miremini inquit si grauiora præcepta tradidero, nisi enim magis iusti fueritis, quam Pharisei, qui iustiores alij videntur, non intrab. in. r. c. [plusquam scribarum.] Non dicit plusquam legis & prophetarum, nam iustitiam Christi continent lex & prophetæ, at pharisei contenti erant sola iustitia exteriori.

Druithmarus. [adimplere.] Vbi malè lex intelligebatur veni soluere: sicut est d. dimitte vxorem, vbi verò perfectio deerat, veni addere. [iota.] Iota Græcis significat decem, sed cum apice, decem milia, quo significatur nisi decalogum seruemus soluturos nos decem milia illa talenta, quæ regi eius seruus debebat. [magnus vocabitur.] Qui enim bene præsumt præbiteri, duplici honore digni sunt.

Matth. 18.
1. Timo. 5. Glosa inter li. [donec omnia fiant.] In capite vel membris. [minimis.] Quia in choant homines. [minimus vocabitur.] Despectissimus erit a cælestibus, licet prælatus sit. [magnus vocabitur.] Licet in præsentia abie-

ctus sit. [abundauerit.] Per gratiam misericordiae Dei. [iustitia vestra.] Quæ est in præceptis vitæ in choatiuis, & mysticis. Glosa ordi. [dico autem vobis.] Cum ait. dico, magnam vim, & profundam intelligentiam cogitandi inculsit, plus enim est diligere inimicos, quam non occidere, & non cupere, quæ adulterari, &c. [nisi abund.] Id est, nisi super mandatis legis, ea quæ ego addo perfeceritis. [scribarum.] Scribarum iustitia est, totum illud ad cultum Dei actualiter præceptum, si guræ etiam secundum literam intellectæ, ergo iustitia illorum sunt mandata Moy si: at iustitia Christi, est illa implere, tandem iustitia phariseorum magis est secundum opera quam secundum voluntatem, at iustitia Christi maior est in vtroque. Lyra, cõtendit probare Christum nullatenus legem violasse. Quod si sabato iussit tolli grabatum, id quidem licebat: omne enim quod ad Dei reuerentiam spectat licet in festo facere, sublatio verò lecti ad Dei illustrationem fiebat.

Quod verò in adulterio deprehensam non damnauit, id fuit temperamentum rigoris Mosaici. Quod verò antiquas ceremonias abstulit, fecit id quidem alijs melioribus sub inductis.

Rupertus. libr. 4. de glori. filij hominis. [non veni soluere.] Longe plus dicit, quam aliquis homo de se dicere poterat, valet enim ac si diceret, de me lex tota & prophetæ loquuti sunt humiliter tamen de se dixit, non enim ait, non transibit cælum donec omnia compleam, sed donec omnia fiant. [iota vnum.] Quid ergo est, quod Paulus dicit, reprobatio sit superioris mādati, propter eius infirmitatem, & inutilitatem. Respondetur, quod duplices leges dedit ludæis Deus, prior res fuerunt, antequam ludæi admitterent peccatum de vituli adoratione, posteriores verò post adorationem. Illæ priores bonæ erant, in quibus ludæi viuerent, hæc posteriores, nõ bonæ, vt Ezechiel expressè dicit. c. 20. Igitur Dominus loquitur de prioribus, è quibus non præteribit iota. Paulus de posterioribus inutilibus & infirmis, de quibus totus Leviticus. Porro Christus de prioribus speciatim intendit cū dicit. [qui soluerit vnum mandatum istis minimi.] Minima verò vocat mādata illa antiqua, quia si grandia essent & sufficientia, non esset opus ea adimplere, igitur si adimplentur, non sunt grandia. [minimus vocabitur.] Reuera minimus erit, qui de alto cadit, & cuius episcopatum accipiet alter, vt factum est in Iuda Scariot. Ita dicitur Abdic. paruu-

paruum dedi te, ecce tu contemptibilis es valde. [qui fecerit & docuerit magnus.] Planè is magnus qui plenè fecit & docuit Christus, scilicet, reliqui enim omnes declinauerunt, & si fecerunt in Christo fecerunt.

Audistis quia dictum est.

Diuus Hiero. in quibusdam codicibus dicit, qui irascitur fratri suo, sine causa, sed radenda illa particula est, sine causa, ira enim penitus tollitur, dicente scriptura qui te percussit in vnam maxillam præbe ei alteram. [raca.] Hoc verbum prophetæ hebræorum est valens apud nos, hominè sine cerebo, vacuum, & inanè. Quod si pro ociofo sermone reddenda ratio est, quanto magis pro cõtume lia, & significatè dicit, qui dixerit fratri suo raca frater enim est qui vnum nobiscum habet patrem, cū ergo similiter credat in Deū, & Christum nouerit, cur stulti nomine denotabitur? & si similiter vt nos credit in Deum cur fatuus nominabit. [si frater habet aliquid aduersum te.] Nõ dicit, si tu habes aliquid aduersum fratrem, sed si frater habet aliquid aduersum te, vt durior tibi reconciliationis imponatur necessitas, quandiu verò illum placare non possumus, nescio an consequenter munera nostra offeramus Deo. [esto consentiens.] Græcis significat, esto beneuolus, cohortatur ergo nos Dominus ad pacem, iuxta illud, si fieri potest, cū omnibus hominibus pacem habentes. Quidam dicunt nos cū diabolo in baptismo fecisse pactum, cum diximus, abrenuncio Satanæ tibi, vicij, & pompis tuis, si igitur fuerimus consentientes diabolo in hoc pacto dum sumus in via, non recludemur in carcerem, alioqui, ille coram iudice Chro accusabit nos pacti immemores ideoque non exhibimus è carcere, donec soluiamus nouiss. quadr. Quadrans nūmus est, duo habens minuta, vnde in Euāgelio vidua illa dicitur misisse quadrantem. Marci. 12. ea dem verò dicitur misisse dua minuta. Luca. 21. sensus ergo est, non egredieris è carcere donec etiam minima peccata persoluas.

Diuus August. i. de ciuita. ca. 20. vt falsum testimonium dicit, non solū qui contra proximum falsus est testis, sed etiam qui contra se: ita & homicidij reus est non solum qui aliu, sed etiam qui se occidit, licet enim præceptum non occidendi non comprehendat feras & arbores, comprehendit tñ hominè at qui se occidit hominè occidit, est ergo homicida. Idem libro de conflictu vitioru

ca. 9. Ita dicit, vindicari volo de eo qui me ledit, ne lædere pergat. Patientia respõdet omnes terræ stimuli retunduntur, si passio Domini cogitetur, si enim Christum dixerunt Beelzebub, quāto magis seruos eius, alioqui si irasceris fratri, reus eius, eris etiam, si fratri dixeris fatue, aut racha. At si oborta rixa, irasceris cū fratre, remediū tibi erit, si prius te reconciliaueris fratri: hac ratione præmissam damnationem non incurres, munus verò quod relinquere debes, est oratio tua, altare est cor tuum, ne ergo in corde tacitā precem effundas, nisi offensum tibi proximum reconciliaueris. Idem in Euāge. Ioan. tract. 51. vult, Raca esse interiectionem, quæ affectum indignantis ostendit, similiter, ofana, potius est interiectio laudantis, quam vox quidpiam significans. Idem de verbis Domini, ser. 4. [qui dixerit fratri fatue reus est gehena.] Quis hic non timeat? qui lingua dicit fatue damnatur, & linguam nullus domare potest, qui domat leonem, non domat linguam, domans leonem, se non domat: quid igitur ibimus ne omnes in gehenam? minime, si enim ego meam linguam domare non possum, quia homo sum, domandam comitam Deo, qui domare potest, quia Deus est: leonem quem nõ fecit homo domat homo nec enim leo domat se, nec vlla alia fera, domatur verò ab homine, non viribus sed arte, domare ergo poterit te Deus, qui fecit te, & fortior te est. Et sermo. 16. [qui dixerit fatue reus est.] Magnus hic fratres terror, sed en remedium, vade reconciliare fratri tuo, antequam offeras munus tuum, non irascitur tibi querenti reconciliari fratri te enim quærit magis quam munus tuum, dicit enim tibi tu peristi, quid mihi attulisti, relinque ergo munus tuum, & tūc veni cum reconciliatus fueris, ecce reatus gehenæ quān est citò solutus: at non vis petere veniam, dicens nõ me humiliabo, at qui se humiliat exaltabitur, bene diceres nolo descendere, si non iam corruisses, at cum peccasti, ruisi. Idem li. de saluta. docu. [si modo Aug. est] c. 64. Caro mala cur grauas animam, quare non consentis spiritui, qui est aduersarius tuus, citò dum es in via, ne spiritus tradat te Christo, & Christus malis angelis, qui te in gehenam mittet, vnde non exies donec minimum peccatum soluas. Idem lib. de serm. dom. in monte ca. pi. 19. [qui irascitur.] Tres sunt gradus peccati sicut & supplicij, primus gradus peccati est irasci in corde sine causa, nec tamen iram exterius proferre. Secudus est iram voce pro-

ferre, voce tamen nihil significante, nisi solum affectum indignantis, quem raca, significant. Tertio est, cum iam voce aperta conuicimur, dicendo fatue. Ita & tres sunt reatus, prior est iudicij: hic reatus est minor, nam in iudicio datur locus defensionis. Secundus est concilij, ubi iam constat delictum, sed quaeritur qua sit poena petendum. Tertius est gehennæ, ubi nec de peccato nec de eius poena dubium est. Quia igitur poena olim puniebatur inter Phariseos homicidium, ea nunc punitur inter nos, ira sine causa: & nota quæ est legendum, qui irascitur sine causa fratri suo, reus est iudicio, & qui dixerit fratri suo, sine causa, fatue, reus est gehennæ: alioqui fratribus suis dixit Paulus, o insensati galatæ. [si offers munus tuum.] Si ad literam hoc est intelligendum, fortassis accipiendum est, ubi frater præsens fuerit. At quia frater esse potest ultra mare, cogimur spiritualiter hæc intelligere, templum Dei nos sumus, altare est fides, ubi hæc non est, nihil gratum offerri Deo potest. Igitur si recordaris quod tu habes aliquid aduersum fratrem, non cogaris quarere cum fratre reconciliationem, sat est animo dimittere, sed si tu fratrem in aliquo læsisti, in animo tuo prius per fidem fratrem amare & prostratus, ab eo in corde tuo veniam require, quam offeras Deo munera tua. [esto bene uolens.] Iudex hic dicitur Christus. Patri enim omne iudicium dedit filio, ministri sunt angeli, angeli. n. ministrabat ei, nouiss. quadrans minima etiam peccata, quasi dicat, nihil erit impunitum, vel quia ex Quatuor partibus mundi, scilicet, celo, aere, aqua, terra, nouiss. ma est terra, ideo peccata terrena, p. nouiss. quadrante accipiuntur: non ergo exies donec luas terrena peccata, quæ quia semper luas ideo nunquam exibis, illud enim donec, tale est, ut illud, donec ponam inimicos tuos: & illud, oportet illum regnare, donec ponat. [aduersarius.] Loco aduersarij diabolus accipere non est æquum, quomodo enim illi iubemur consentientes esse aut concordare? aduersarium uero intelligere hominem item non placet, quomodo enim homo hominem tradit iudicio Christo, cum omnes oporteat fieri ante eius tribunal, nec placet carnem aduersarij nomine intelligere, qui enim illi consentiunt, pereunt, placet igitur aduersarij vocabulo Deum a quo recessimus intelligere, is enim qui resistit nobis, aduersarius est, at Deus superbis resistit, & peccatores inimici Deo sunt, qui ergo in via non reconciliatur

Deo, per mortem filij eius, traditur iudici, & gehennæ, sed repugnat huic intelligentiæ, quomodo impij dicantur esse cum Deo in via. huic responderi potest, Deum ubique esse etiam cum peccatoribus, licet & lux cum cæco. Quod si non placet, aduersarium præceptum Domini intellige, quod datur ut nobiscum sit in via, cui si non consentimus, ei obediendo & ubi non intelligimus, orando ut intelligamus, tradet nos iudici, &c. Eadem sententiam habet in qua est. ex nouo testamento. ca. 70.

Diuus Ambrosius in ca. 12. Lucæ. Iuxta Matthæum, inquit, aduersarius noster, est qui uis cum quo nobis in via aliqua similtas est. Est etiam aduersarius, omnis uirtutis uisus, & etiã sermo diuinus, qui nos ad asperiores uitam constringit. At iuxta Lucam aduersarius noster est, malus actus omnis, scilicet, uictorij usus, est item nostra mala conscientia, quæ in ista Paulum testimonium reddet coram iudice, cogitationibus accusantibus & defendentibus, est etiã aduersarius diabolus, cui iubemur esse beneuoli, ne propter nostram culpam maiores poenas incutrat. [nouiss. quadrante.] Id est, poenam pro peccato, ut enim peccator obnoxius es, donec omnia soluas: ita Deo donec charitate & alijs bonis operibus satisfacias, ut autem quadrantem dat, qui in balneo uult lauari: ita det qui uult criminibus elui.

Diuus Gregorius in 31. ca. Iob in illud: ipse considerat uias meas, & gressus meos dinumerat inquit, minutissimas cogitationes, & leuissima etiam uerba non finit esse sine poena, adeo ut qui iram sine uoce in corde seruat, puniatur iudicio, ubi eius causa discutitur, & qui iram uoce inarticulata produxit, reus sit concilio, ubi in causa sententia profertur, & qui iram cum uoce formata extulit gehennam patitur, recte igitur Iere. 3. dicitur fortissime, magne, potens exercituum nomen tibi, magnus consilio, in comprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt, super omnes uias filiorum Adam, ut reddas cuique secundum uias suas, & secundum fructum adinuentiuum manuum eius. Eadem homini. 8. in Ezechi. [si offers.] Perspicite quantum sit malum discordiæ, propter quod, & illud abiicitur, per quod culpa laxatur.

D. Chrysostomus. ho. 16. [dictum est.] Nunc dixit ego dixi antiquis, ne uideret in solertia, nec dixit. Pater meus dixit antiquis, ne uideretur patri suo aduersari, se igitur temperauit; & eum ait. [antiquis.] Perinde est ac iudicere, facta

Luc. 11.
Roman. 1.

Hebr. 1.

poris habuistis ad meditandum. in. 6. antiquorum præceptorum uelut rudimentis, tempus est ad altiora conscendere. [ego dico.] Vide dignitatem, non sic loquebantur sancti priores, solum dicebant, hæc dicit dominus quia erant serui, at Christus est filius [non occides.] Non iubet Dominus aduersa legis, sed potius quibus lex firmatur, longius enim abest ab homicidio qui nascitur. At dicunt Manichei, quo modo lex iusta erat, quæ oculum pro oculo eruere iussit? Respondetur, imo lex hæc iusta & misericors, non enim præcipit mihi meos me oculos eruere, sed ut metu, ne ab alio istud nobis eueniat, nos alij inferre timeamus: sicut Ninuitas nolebat. Dominus perdere poterat enim si id uoluisset: sed agere eos poenitentiam iubet, ut metu cessarent a malis: ita uult nos Dominus ab iniuria proximorum cessare, si non amorem, certe metu poenarum & quidem, crudeliter tibi uidetur lex quæ id mandauit, crudeliter sensisses, si id non mandasset, iniqui enim sine legitimo soluti, nihil non impleverunt facinoribus, & quidem etiam cum lege uictorum cohibemus manus, quid sine lege foret? [qui irascitur sine causa.] Non omnino iram extingit, nam ut regere passiones possumus, ita abique illis esse non possumus. Imo & multis est hic affectus utilis, sanè sine ira Paulus nec correxisset Corinthios, nec Galatas reformasset. Est planè utilis ira, quando uictoribus in nos iniicimus manus, & cum insolentes reprimimus, cunq; desides increpatione instimulamus, at cum uindictam uolumus cum etiam pro pecunijs litigamus, tunc non conuenit ira. Dicitur enim est, non vos defendentes chariss. sed date locum ire, Leuiter igitur & importunè irasci, malum: alioqui dictum est, irascimini & nolite peccare. [qui dixerit raca.] Leuius est conuicium, de contemptu ueniens dicentis, ut quando dicimus uade tu, dic illi: nam & raca Syris est, ru. Concilium uero, iudicium est hebræorum: quod ideo dixit Dominus, ne uiderentur illis esse contrarij. [qui dixerit fatue, reus est gehenna.] Dicis, grauis poena, exiguo uerbo, at uero etiam uerba grauem Deo faciunt offensam, ut blasphemiam, iuramentum mendax, & si tibi uerbum illud leue uidetur, uide quid parere soleat, certè unum uerbum peperit homicidia, & urbium calamitates, & quidem cum amico uerbum tale dicis, non adeo uidetur durum, at si inimico & furenti, grauissimum uidetur: ut enim cui exiguus est ignis, ligna coniecta, incendium, non excitant: at

1. Cor. 5.

Rom. 12.

Psal. 4.

si flammam sursum iam ascendat, lapides ipsos exurit, & aquam sepe absorbet, & inde magis ardescit, unde extingui solebat: ita in ira accidere solet, quicquid enim aliquis dixerit, pabulum huius peissimi efficitur incendij. Propterea à Christo reprimitur dicente, si fratri iratus es, aut racha dixisti, mediocribus te poenis puniam, quod si conuicium dixeris, gehennam expecta, nihil enim est quod magis hominis animam mordeat, quam cum illi spuis conuicium. & quidem, cum fatuum uocas, prius hominem intellectu, quo solo à brutis discrepamus, rursum pacem Christianam tuo conuicio dirupisti, qua Christo nihil est optabilius. demum uiam diabolo per conuicia amplissimam paras. Cum igitur charitas sit maxima uirtutum, quam maxime Christus amat: & per inimicitiam charitas pereat, ideo eius fontes & radices Christus intercipit. Ideo enim per se & per discipulos in ueroque testamento charitatem maxime commendat, uide enim quid fecerit Cain contra Abel, & fratres contra Ioseph, & scies, quam sit necessaria charitas. [cum offers munus.] O admirabilem benignitatem, & ineffabilem Dei erga homines amorem, honorem suum despicit, dum in proximo dilectionem requirit: interrumpatur inquit, ministerium meum, dum tua stet charitas. Igitur cum concilium & gehennam comminatur, id non ex cupiditate nocendi, sed ex amore præcipuo, nec enim dixit, postquam obtuleris, aut antequam offeras, sed ipso iam publicè sacrificio in altari posito, mittit te ut fratri reconcilieris. Quod facit ut indicet, quam honoret charitatem, sine qua nec ipsum uelit sacrificium: tum etiam ut necessitatem irrefutabilem reconciliationis nobis imponat. Igitur sanctum altare, non suscipit dissidentes, audiant hoc sacerdotes qui Deo offerunt sacrificia, audiant & reliqui, nam & ipsi orationes offerunt et eleemosinas, est enim oratio sacrificium laudis, & eleuatio manuum, sacrificium uespertinum, quæ non admittuntur nisi reconciles fratrem omnia enim reliqua charitatis causa sunt, nam & ipse Deus in mundum uenit, ut filios Dei congregaret, & attende, non dixit, si frater habet aliquid aduersum te iuste, nam nec sic oportet inimicitias extendi: nam & Christus inuictissime poterat nobis irasci, sed semetipsum nobis dedit, non nobis imputans peccata. Ideo & Paulus dicit. Sol non occidat super iracundiam uestram, uel quia in die multa causa

1. Cor. 13.

Ioan. 14.

Rom. 12.

auocant iratum: sed in nocte ipse curæ sollicitant iram & maius vulnus efficiunt. Paulus igitur non concedit nocte iræ, & Dominus nec parum temporis concedit, sed statim iubet relinquere munus, ne si oblatio eius fiat, de sidia torpeat animus, & in sua ira remaneat. Nouit enim medicus noster, quam indigens velocis curationis ira sit. [*esto consentiens.*] Diceret, num iniuriam patiar, aut fraudem? quid si mea quis eripiat, & ad iudicium pertrahat? Hoc est quod Dominus iubet, ut nec vel sic inimicitias suscipias, si enim potentior te sit, qui nocet, magis nocebit, nisi reconciliatione placatus, & sanè prius rebus exutus, corpus tuum liberum possidebas. At nisi reconcilieris, & res perdidisti, & corpus habebis reclusum in carcere, & supplicia extrema perfolues. Quod si iurgium fugis, duo bona acquiris, & quod nihil triste pateris, & quod negocij absolutio, nõ de illius pendet potentia, sed de tua virtute. [*cito dum es.*] Prosum vrget, nihil enim magis vitam nostram euertit, quam dissimulatio & desidia in bonis operibus. Igitur cum ait, cito consentiens, significat, potius rerum dispendium patere, aut certè, negocij iustitiam expendere, ac si alterius esset, non tua, ut ira meliorem feras sententiam. Quod si id durum tibi videtur, ideo Dominus beatitudines primo apposuit, ut viam tibi præmoliret. [*ne forte.*] Plerique de diabolo hæc accipiunt, at de iudicio præsentis, & aduersario in rebus humanis sermo esse videtur, solent namque præsentia crassiores animas potentius mouere quam futura. Quod si dura tibi hæc esse videntur propter Christum facta, & iucunda iudicabis.

Author innominatus, homi. ii. [*dictum est non occides.*] Ut lex vetus incepit ab hoc præcepto: ita & noua & aperta est, quod qui nouam seruat, seruat & veterem, qui non irascitur, neque occidit, at qui in corde irascitur, & odit ille homicida est, ut habetur. 1. Ioannis. 2. & 3. [*qui irascitur sine causa.*] Ergo cum causa licet irasci, nam nisi irascitur, neque doctrina proficit, nec iudicia stant nec crimina compescuntur. Igitur iusta ira mater est disciplinæ, sicut & irrationabilis patientia vitia disseminat, & iracundia cum causa magis est iudicium, quam ira, & quidem videtur Dominus de ira loqui spiritus, non carnis, nam caro legi Dei non est subiecta, irascitur enim nobis etiam non volentibus. [*dignus est.*] Concilio, id est, dignus est, qui sit vnus ex concilio eorum, qui

Roman. 8.

contra Christum fuerunt. [*fatue.*] Dubitatio est, cum idem sit hebræis racha, quod vacuus, & vacuus idem quod fatuus, & eadem iniuria est hominem in quo spiritus Dei est, vacuum vocare, sicut hominem qui Deum agnoscit fatuum nominare, quæ causa est, quod priori concilium Dominus minatur, posteriori verò gehennam? Certè, quia fatuum dicere ex odio, meatur gehennam sed racha nõ dicitur ex odio, sed ex fiducia, Dicis si non ex odio, cur meretur poenam? certè quia dicitur ex contemptu, & id dignum poena est, si enim persona contemptibilis visæ tibi est, respice non eum, sed in eo Christum & quidem si dignum erat, ut proximus tuus aliquid vanum audiret, non erat dignum, ut tu aliquid vanum diceres, si enim vanum & ociosum verbum, igitur malum. Ideo Paulus dicit, omnis sermo malus ex ore vestro non prodeat, sed bonus, & is non omnis, sed qui ad ædificationem fidei, & item nostrum, quod ad ædificationem aliorum creatum est, adhibebimus in ministerium vanitatis: nam quod vanum est, a diabolo est, nõ ergo locum dabimus diabolo, ut vana dicat in nobis: egregiè igitur Salomon, duo inquit postulo a te, ne auferas gratiam tuam a me, antequam moriar, & vanum verbum non exeat ex ore meo, vasa enim sacra, in vanos vsus & prophanos conuertit non debent, ut Balsazar in vasis templi sacris bibens in se expertus est. [*qui dixerit fatue.*] Intellige sine causa, nam aliquando castigatio fieri debet verbis duris, imò & verberibus, ut illud Domini, o stulti & tardi corde, & Paulus, o insensati galatæ. [*si frater habet aliquid aduersum te.*] Vtpote quia ei dixisti racha, aut fatue, quod si offenso fratre & non placato in leuibus his, non suscipitur offerentis munus, quanto minus cum quis prædatur: cum vulnerat fratres, non suscipientur eius dona? Et nota, si duo fideles esse sibi volunt inimici, Deus nullius esse vult amicus, ne si sit amicus vnus, alterius inimicus esse videatur. [*relinque munus.*] Quia munus nullum deo parit lucrum: sed fratrum concordia gloriam Dei operatur.

Quod si pro gloria Dei relinquis munus, magis cum læsus es, debes querere reconciliationem, quam si ipse læsisti, si enim tu rogas cum læsus es duplicem gloriam acquirere, & quia læsus es, & quia prior rogas, si vero cogas quia læsisti, nulla tibi gloria, quia reus rogasti, festina igitur præueni inimicum

tuum, ne fortè ille præueniens te, gloriam tuam tibi præripiat, si rogatus placaris, infructuosa est tua amicitia. Igitur non quia vult Dominus te humiliari sub pedibus inimici, vult quod roges: sed id vult, ut gloriam humilitatis assequaris. Dices, quo modo reconciliabor? Sanè, si cogitatu læsisti, cogitatu reconciliare, poenitens, quod malè cogitaueris, iuxta Dauidem, quæ dicitis in cordibus vestris, compungimini, si verbis offendisti, verbis satisfacito, sicut de Aaron legitur, cum Mosem offendit. At si operibus læsisti, operibus compensa, ut fecit Zachæus, qui dixit, quencunque fraude abstuli, reddo quadruplum. Quod si non reconciliaris, eleemosina tua, & oratio tua nihil valent, quo modo enim valebit, si hinc oratio tua Deum interpellat: offensa vero proximo facta, contra te clamat. [*cito dum es in via.*] Id est, dum viuis, alioqui si moreris irreconciliatus, inimicus tuus conuincet te reum coram Christi tribunali, & plerumque pro hisce peccatis in tribulationem carcerem a Deo conijciatur.

D. Basilius in regulis breuioribus. respon. 221. [*esto consentiens aduersario.*] Is aduersarius noster est, qui aliquid nobis adimit, eorum quæ iure possidemus, tunc vero illi consentimus, cum volenti auferre tunicam, & pallium exhibemus.

Euthymius. [*fratri suo sine causa.*] Dicitio Græca *συνεχρη*, significat incassum, & non congruo tempore, & id significat, sine causa. Non igitur hic damnatur ira congrua, ea vero congrua est, qua non ad vindicandum nos, sed ad vtilitatem eorum qui male viuunt, ex dilectione & amore fraterno irascimur, cum congrua honestate, & fratres nos vocauit, habentes eundem patrem, Deum, scilicet, & eundem primum parentem, naturam, fidem, præcepta, & præmia. [*racha.*] Id est, qui ex abominatione, non vult fratrem suo nomine vocare, sed eum dicit, tu. hunc igitur dicit reum, quem seniorum concilium obiurgat & reprehendat. [*fatue.*] Dignus hic gehenna, si enim frater fatuus est, fatuam dicis eius fidem. [*reconciliari fratri tuo.*] Nam ipsa reconciliatio sacrificium est, sine quo reliqua non suscipiuntur. Porro hic sermo vtrumque respicit, & eum qui læsit, ut medeatur iniuriæ, & eum qui læsus est, ut iniuriam remittat. [*esto consentiens.*] Id est cura ut sis amicus aduersarij tui, cum is cum eo, ad iudicem.

Psal. 4.

Nume. 12.
Lucæ. 19.

Ephes. 4.

Prouer. 30.

Dan. 5.
Luc. 14.
Galat. 3.

Matth. 5.

Malach. 1.

D. Hilarius. Can. 4. [*qui irascitur.*] Ex præcepto fidei, non minus rea est ira sine ratione suscepta, quam in operibus legis homicidium. [*reus est concilio.*] Qui Sancto Spiritu plenus, vacuitatis (i. racha) cõuitio insimulat, sit reus Concilio sanctorum cõtumeliã Spiritus sancti, sanctorum animaduersione in iudicio habiturus. [*fatue.*] Piaculum magnum est, quem Deus sal terræ dixit, & aliorum intelligentiam salientem, a te infatuatum nuncupari. [*si offers.*] Reconciliata humana pace, in diuinam pacem transire iubet, & de charitate hominũ, in charitatem Dei. [*cito dum es in via.*] Dum viuimus, planè in oratione dominica, remitti nobis peccata rogamus, & data aduersarijs cõditione veniẽ, ipsi nobis veniã precamur. Quæ nobis negabitur, si nos eã negamus, nostroq; iudicio rei sumus, quia manens in nobis simultatis ira, nos arguit. Quia enim charitas ambitiosa est errorum nostrorum patrona, nouissimum quadrantem soluemus, nisi eius precio sint redempta crimina nostra.

Venerab. Beda in cap. 10. Lucæ. [*aduersario tuo.*] Aduersarius est sermo Dei, contrarius nostris carnalibus desiderijs, in vita præsentis.

D. Thomas. Cur Christus non incepit ordinare intellectum circa Diuinum honorẽ, sed incepit ab eruditione partis irascibilis, & concupiscibilis? ratio quia concupiscentia destruit amorem Dei, & ira amorem proximi. Porro licet concupiscentia sit grandis affectus, quia tamen ordinatur ad multiplicationem naturæ ira vero ordinatur ad conseruationem personæ: ideo prius incipit ab ira. [*qui occiderit reus est iudicio.*] i. Poena taliõis, ut occidatur. [*qui irascitur.*] Id est, qui malum motum habet ad nocendum, reus est in iudicio legis cælestis. Dices an non sancti irascebantur? ita per zelum, sed non per consensum. [*fratri suo.*] Per fidem, ut sunt fratres Christiani: aut per naturæ communionem, & possibilitatem ad fidem, & ita etiam gẽtiles sunt fratres nostri. [*concilio.*] Id est dignus est in quẽ sententia cõcilij proferatur, vel secundũ aliã glosam, dignus est accusatione, ut supra de homicidio, dices ergo erit semper ira mortalis. R. venialis est, si sit subita, sed si consensus accedit efficitur mortalis. [*gehenna.*] Hebræis est terra Hinõ, est enim locus quo conijciabantur cadauera mortuorum, & ideo illi comparauit Dominus locum inferni. Dices, si dicere fatue meretur gehennam, merebitur eam Paulus, qui Gala

Pri. Tho. G 5 tas

Galat. 3. tas fatuos nominauit, Repon. quod Paulus id cum causa fecit, at Dominus, iubet in gehennam eum qui sine causa fatuum nominauit. Replicas, quia ex Diuo Hieronymo, illa dictio sine causa radenda est. Respondetur, illa contumelia hic prohibetur, quæ est ordinatus motus ad nocendum cum consensu. Nota quod iudicium, concilium, gehennam, pœnam inferni indicant, maiorem tamen gehenna; minorem vero iudicium: sed concilium mediam. [si ergo offers.] Id est, offerre proponis. [ad altare.] Materialiter intelligendo, vel ad altare, id est, Christum, vel altare cordis, in quo hymni & orationes Deo offeruntur. [habet aliquid aduersum te.] Vel quia eum in aliquo læsisti, vel quia ipse habet causam quare læsit te. [relinquit.] Si presens est, illi reconciliare quem læsisti, si absens satis est animo reconciliari, si vero ipse te læsit, satis est rancorem contra eum ex animo pellere. Nota quid requiratur, vt munus placeat. Primum, mentis hilaritas, ideo dicit, si offers. Secundò, vt res sit tua, ideo dicit, munus tuum. Tertio, vt in loco opportuno offeras, ideo dicit ad altare. Quarto, quod in proximorum charitate offeras, ideo ait, vade reconciliare, si enim charitatem non habuero, nihil sum. [dum es in via.] Igitur non iubet nos reconciliari diabolo, qui non est in via, sed in deuo eterno, igitur dum es in via, id est, in statu merendi, veniet enim tempus cum operari non licet. Ioan. 9. Potest ergo intelligi litera hæc, de aduersario ad literam. Secundò de Deo, qui dicit, ego Dominus, qui aduersor impium. Exod. 23. cui consentiendum est, in spe promissi, in timore supplicij, in opere præcepti, in declinatione prohibiti. [ne tradat te.] Occasio sit tibi vt tradaris, & dicit, ne forte tradat te, videlicet, ne auferat pœnitentię tempus, quod auferret si dixisset, alioqui tradet te. [quadrantem.] Id est, peccata terrena, quia enim noluisti esse igneus per charitatem, æreus per boni operis strenuitatē, nec aqueus per baptisimū sanctificationem, sed esse voluisti ex terra quæ nouissimum est elementum, nūquam persoluet peccata quæ ex terra traxisti.

Simon Casia. lib. 10. de glorifi. si. ho. cap. 17. & 18. [raca.] Ira concepta in corde tripliciter ostenditur, signo quodam, vt cum naso, oculis, aut ore indignamur, id est racha, verbo, cum dicimus fatue, facto, cum lædimus & ideo frater habet aliquid aduersum nos, hæc tria prohibet Dominus. Sed in ter-

tio iubet relinqui munus, quomodo enim proximum diligit, qui quem turbauit, omnibus modis non contendit pacare? at sine dilectione, quæcunq; facta, non placent, Porro si læsus placari nō vult, is qui læsit, paratus semper læso recōciliari, securus vadat, Deo munus suum oblaturus. Aliter hæc etiam exponi possunt. Vt ira latens in corde, hoc solò puniatur, vt videlicet diuino iudicio subdatur, sed ira quæ iam per signa erupit, & ab hominibus visa est: consilio hominum subiiciatur qualiter sit illi satisfaciendum, qui læsus est. At si fatuum dixisti, id adeo graue est, vt nisi corrigas, gehennam sis passurus. [esto consentiens aduersario.] Illi scilicet, qui te læsit, nam supra iuberis reconciliari ei quem læsisti: ideo reconciliandus est quem læsisti, consentiendum ei qui te læsit. Sed literalis sensus potius esse videtur, de eo qui rem suam à te repetit in iudicio, ante quod vult Dominus vt reddas quod debes, ne venias ad iudicium, ex quo mendacia, discordia, & expensæ oriuntur. Consentit igitur ante litigium, alioqui, cum veneris, aut negaturus es quod debes: aut confessurus, si secundum præueni igitur, & solue, si primum, ea summa nequitia fuerit.

Chromatius in capit. 5. Matthæi. [qui irascitur.] Ideo Iob dicit, stultum interficit iracundia, & seductum occidit amulatio. [qui dixit fatue.] Ideo dictum est, beatus, qui non est lapsus verbo oris sui, & non est stimulatus tristitia delicti, & item, fac ori tuo seras, & linguæ tuæ & verbis tuis fac stateram: & item, circuncide à te os prauum, & iniqua labia longe expelle à te & rursus indisciplinatæ loquellæ non assuescat os tuum, est enim in illa tristitia delicti & Dauid, pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis & item, dixi, Domine custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea labia enim imprudentum, stulta narrabunt, at verbum prudentis statera appenditur, rectè ergo Dominus dicit, quod de ocioso sermone reddetur ratio, & Paulus omnis sermo malus non exeat de ore vestro, & rursus, sermo vester sit semper gratia conditus. [offers munus.] Ideo mœnera Cain non placuerunt, quia contra fratrem iram corde retinebat. Mandatum enim nouum est, vt diligamus inuicem, & in hoc cognoscent omnes, quod discip. & vnde apud Zachariam dicitur, nolite

Zacha. nolite retinere maliciam fratris vestri in cordibus vestris, & Dauid, desine ab ira, & relinque furorē, & Salomon, homo homini referuat irā & à Deo, quarit medellam. [aduersario tuo.] Quidam intelligunt, eum esse aduersarium qui nobis contradicit, sed non est id plenum, alioqui iuberet nos Dominus consentire ijs, qui ad malum nos prouocant, cum quibus sancta est discordia, alij diabolus intelligunt, sed neq; id plenum, nisi forsan, cum diabolus causa confessionis Christi, vult nobis mortem tractare, tunc enim consentiendum illi est, vt si vult ille quod moriamur, moriamur, ne nos diabolus accuset qui accusator est fratrum. Igitur aduersarius est Spiritus sanctus, qui carni nostræ aduersatur. Spiritus enim concupiscit aduersus carnem, huic consentiendum est. Dicitur enim nolite contristare Spiritum sanctum, de quo dicitur, vā soli, quia cum ceciderit non habet qui eum subleuet, vñ, scilicet, carni, quæ non habet spiritum sibi consentientem.

Rupertus libr. 4. de glori. [qui irascitur.] Non leui ira, sed illa, quæ occidere cogitat, quali iratus est Cain. [rens est iudicio.] Scilicet, diuino solum, non humano. [concilio.] Quia. n. certis testibus argui pot, quod oderis fratrem tuum, legitimum super hac re fiet hominum concilium, vt etiam ab altari Domini semouearis, & Deo & fratri reconcilieris. [fatue fratri suo.] Nam hosti Christianitatis fatue dicere malum non est, sic enim cum Iulianus Cæsar obiit, ei ecclesiæ, insultabant, maxime fatue, vicit te Christus. At fratri fidei (fides enim fraternitatem facit) fatue dicere, peccatum est grande, tale fuit Semei cōtra Dauidem, & Phariseorum contra Christum, contra quem iram habuerunt in corde, & in verbo, & in opere. Sed quid, num sine remedio est, qui fratri suo, fatue, dixerit? non, sed remedium est, reconciliare fratri, & offerre munus, & placebit Deo. Phariseis ergo dicitur, o Pharisei, frater vester Christus habet multa aduersum vos, reconciliamini ergo illi, & tunc venite offerentes non sanguinem taurorum, sed ipsius Christi carnem. Estote consentientes aduersario vestro, scilicet, prædicatoribus euangelicis, alioqui hi prædicatores tradent vos Christo, & Christus tradet Satanę, nam Apostolus tradit Satanę non sibi consentientes. 1. Corint. 5. & 1. Timo. 1. Quod si non confiteritis, non exhibitis donec soluat quadrantem minimum, ex 30. argentiis, quibus

Christum vendidistis. [ne tradat te.] Forte sermo est de fratre qui corripit te, inter te & ipsum solum, & quia non audis eum, aduocat alios duos fratres, quos quia dedignaris, tradunt te iudici ecclesiæ, à quo excommunicaris, & reputat te sicut ethnicum.

Hugo. [non occides.] Est multiplex homicidium. Odij, qui enim odit fratrem, homicida est. 1. Ioannis. 3. Oris, quia lingua maledicorū est acuta vt gladius biceps. prouerb. 5. & etiam dicitur prouerb. 30. est generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & Iob. 5. habetur. Saluum faciet Dominus egenum de gladio oris eorum. Operis, vt 3. Onam, qui fundebat semen ne nasceretur infantes. Genes. 38. Mali, exempli Osee. 5. dicitur ad malos sacerdotes, laqueus facti estis speculationi, & quasi rete expansum super Thabor. Scandali, peribit in tua conscientia frater propter quem Christus mortuus est, sic autem peccantes in fratres percutitis conscientiam eorum infirmam. Negligentiæ, vt illa quæ noctu occidit infantem suum. 3. Reg. 3. Silentij. Ezechi. 33. Si me dicente ad impium, morieris, non fueris loquutus vt custodiat se impius a via sua: ipse impius in sua impietate morietur, & sanguinem eius de manu tua requiram. 8. Fraudis, sicut noxius est, qui mittit lanceas suas in mortem: ita vir qui nocet fraudulenter amico suo, prouerb. 26. Auaritiæ, Ambro. pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti. [ego autem dico.] Ex hoc arguunt quidam, quod manus Christi grauiores sint, quàm Moyse. Sed non est ita, quia charitas adiuuat, & sacramenta, & doctrina aperta, magna promissa, & magna etiam dona. [qui irascitur dignus est iudicio.] Id est, accusatione, non loquitur de ira zeli, qua Phinees perfodit coeuntes, & Christus eiecit ementes, nec de ira veniali, quæ velut spūma transit. Ira zeli est sicut mare, quod cadauera non suffert. Ira venialis vt spūma. Sed mortalis; ventus turbidus, & tempestas maris, hæc ira hominem excecet, dicitur enim non occidat sol (rationis,) super iracundiam vestram, hominem infatuat; iuxta illud, ira in sinu stulti requiescit, exsiccat ossa; iuxta illud, spiritus tristis exsiccat ossa, societas eorum conuellit, dicit enim ne sis amicus homini iracundo, spiritum extinguit, quia factus est in pace locus eius. [fatue.] Vir contumeliosus similis est oilæ ebullienti.

Numer. 25.

Ioan. 12.

Eccle. 74.

Prouer. 17.

Prouer. 22.

Psal. 75.

Prouer. 15. ti, (dicitur enim os fatuorum ebullit stultitiam) apostemati saniem mananti, & etiam multo feruenti. [*si offers.*] Inueteratam prohibet iram, & tractat de fratre quem læsimus, postea de eo à quo læsi sumus, & nota, prius debes offerre te, quam tua, alioqui irrisio est. [*tradat te iudici.*] Vt videlicet de causa suæ ratione confusus. [*dum es in via.*] De qua dicitur, beati immaculati in via, & ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat, & prouerb. 3. via illius puchre. Est etiam via poenitentiae, de qua dicitur, in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos, & item viam trium dierum pergemus per solitudinem. Est via sanctæ scripturæ, errare feci eos in inuio, non in via & viam ciuitatis habitaculi non inueniunt. Est via quæ est Christus, ego sum via. Est via mundi, scilicet, via quæ videtur homini recta, sed nouissima eius ducunt in perditionem, & item sapiam spinis viam tuam, & item via peccatorum complantata est lapidibus, idest, vicijs. Est demum via inferni, ambulauimus vias difficiles, lassati sumus ni via iniquitatis & perdi. [*ne forte tradat.*] Ponitur fortè, ne quis putet, quod postquam peccauit, remedio careat. [*in carcerem.*] Idest, in infernum, qui carcer est, quia ibi inclusi ligantur, in tenebris sunt, in faetore, in vermium corrosione & poenarum angustia.

Caietanus. [*non occides.*] Intellige hominem, nam bruta concessa sunt homini. **Gene. 9.** & ideo potest illa occidere, & item intellige priuata auctoritate, nam publica, licet iudici occidere. [*reus erit iudicio.*] Idest, iudicijs & legibus, quæ contra homicidas scribuntur, **Exod. 21.** [*ego autem dico.*] Velut legislator non minor illo qui legem antiquis tulit. [*qui irascitur fratri.*] Licet enim irasci vitio fratris, sed non fratri, irasci vero est plenè & deliberatè, quæ ira plena est. [*raca.*] Coniurium est, quo hebetem hominem dicimus, sine intellectu esse, est igitur maius peccatum quam ira, & minus quam dicere fatue. [*consilio.*] Non vnus tantum iudicis sententia. Sed plurium, vt quod grauius est, & maiore indigens examine. [*fatue.*] Maior est hæc iniuria, nam prior est naturæ, posterior personæ, quod verò Paulus dicit in sententijs, & Dominus, ostultus, non fratri, sed erranti dicitur. [*si ergo offers.*] Igitur necessitas tibi incumbit reconciliationis non solum propter fratrem sed etiam propter Deum offensum, &

propter te, qui impeditis ne offeras, donec placaueris fratrem. [*vade prius.*] Etiam si iter tibi assumendum sit ad reconciliationem faciendam, sed si prudentiæ ratio (cui non obstat spiritus Christi) dictauerit non esse iter illud assumendum, vt quod longè distet frater tunc offerri munus potest. Itaque executio reconciliationis distertur, quantum temporis ratio permittit, quantum vero ad animum intelligitur absolute nisi ratio scandali exigeret, ne oblatio fiat, sine publicatione, licet patri iam sis animo reconciliatus. Ex quo precepto habetur, quod satisfactio fratri debita, si fieri potest, præcedere debet communionem. Et hæc tenus Dñs tulit leges ne animo, aut opere ledamus proximum, & etiam si iam læsisse contingat, dixit enim quærendam eius reconciliationem ante oblationem. Nunc reliquum erat legem condere, si quis mihi aduersatur, si quis ledit, quid facturum sum. Dicit igitur esto beneuolus aduersario tuo, vt nec verbo nec opere, nec animo ei male velis. [*cito dum es in via.*] Ante quam ad tribunal peruenias. [*ne fortè.*] Periculum est, si benignus non fueris, quod aduersarius tradet te iudici Deo, & Deus ministro diabolo, &c. Si enim peccasti mortaliter, quia in animo non fuisti beneuolus tuo aduersario: aut in loquutione, aut in opere non exhibuisti debitam beneuolentiam, non exibis ex inferno, aut ex purgatorio, donec soluas poenā peccato debitam.

Glosa interli. [*qui occiderit reus est iudicio.*] Idest, accusatione, qua etiam reus est, qui fratri irascitur. [*qui dixerit raca.*] (Quæ est interiectio indignantis) reus est concessu eorum qui in eum dent sententiam. [*offers munus.*] Idest, boni operis sacrificium. [*altare.*] Idest ad fidem, sine qua nemo dignè offert. [*frater habet aduersum te.*] Quem læsisti. [*reconciliare.*] Quantum in te est emendans quod fecisti, & hæc tenus de proximo nunc de aduersario. [*cito.*] Quia nemo nouit quantum victurus sit. [*carcerem.*] Tenebras exteriores.

Glosa ordi. [*qui irascitur.*] Nesciebant homines homicidium esse nisi interemptio-nem. At Dominus aperit omnem animi motum ad nocendum in homicidium computari. [*iudicio.*] Minus est iudicium, quando videlicet datur defensionis locus, plus est conciliū, quia in eo iam agitur de poena quæ reus meret, sed plus oib' gehēna, sed licet diuersa hæc

hæc sint, damnationem tamen significant æternam, secundum maiores aut minores in ea gradus. [*fatue.*] Non modicus est furor, quem Deus sale condidit sapientiæ, fatuum appellare, & salienti Deo derogare. [*ante altare.*] Idest in fide. [*habet aduersum te.*] Quia si tu habes aduersus eum, quia ipse te læsit, tunc non te oportet veniam petere, sed dare, sicut vis tibi dimitti. [*relinque ibi.*] Non dicit refer, quia quod rectè Deo offertur, immutari non licet. [*vade.*] Non pedibus, sed animo, sed si præsens est, pete ab eo veniam. [*cito dum es in via.*] Idest, dum operari licet. [*ministro.*] Idest, angelo, qui colligit zizania.

Lyra. Dixit Dominus si vis ad vitam ingredi serua mæ. igitur obseruatio mandatorum Dei fat est ad salutem, ideo Dominus noua mandata non dedit, sed antiqua genuinè explicauit. Iudæorum errores eradicando. Putabant Iudæi quod peccatum voluntatis non merebatur poenam, adeo vt Iosephus. 12. antiquitatum reprehendat Polibiū historicum, quia dixit Antiochum miserè mortuum, eo quod voluerit templum Dianæ expoliare. Dicit Iosephus voluntas mala non est peccatum, nisi in actum exeat. Similiter igitur dicebant quod voluntas occidendi nisi occisio fiat, peccatum non est. [*irascitur.*] Supple iniuste, idest, cum iniusta vindicta requiritur est autem vindicta iniusta, vel quia appetitur vindicta eius qui eam nõ meruit, aut min' meruit, vel ordine debito prætermisso, vel non propter debitum finem, sed propter vindictam. [*vade prius.*] Si id cōmodè fieri possit, sed si absens est frater, satis est propositum satisfaciendi tempore conuenienti. Et ita ecclesia Romana seruat, quæ reum confitentem absoluit, & imponit vt satisfaciat læso. [*aduersario.*] Scilicet, a te læso. **Bürgensis** in annot. super **Lyra.** præsupponit quod, raca, significet inopem, & etiam vanum, siue vanum. Tunc dicit, quod qui in corde concipit odium, & proponit occidere, equalis est in reatu ei qui occidit, ideo dicitur, qui occiderit, & qui irascitur reus est iudicio equaliter. Sed qui dicit raca reus est cōcilio, quo ex circumstantijs, iudicent iudices, an qui ita dixerit, significare voluerit inopem, vbi contumelia non est: an vero, vanum, vbi contumelia est, at qui aperte contumeliam expone, dignus est gehēna.

Gelasius papa vt refertur. 55. d. cap. vlt. dicit ex euāgelio haberi, quod qui fratri dixerit raca, reus sit gehēna, fortasse pro raca læ-

gi debet, fatue. Innocentius in capit. cum ex iniusto. de hæreticis, damnat quosdam, qui temerè rudes sacerdotes de incititia reprehendebant, & dicit, quod occultè corripere fratrem, secundum euangelium, quis potest, sed publicè quempiam reprehendere nemo potest, alioqui, qui fratri dicit fatue reus est gehēna.

Audistis quia dictum est.

D. Hierony. in hunc locum. [*ad concup.*] Differentia est inter passionem, & propassioem, quia passio reputatur in vicium: pro passio, licet vicij culpam habeat, non tamen tenetur in crimine, ergo qui videt mulierè, & eius anima titillatur, hic propassione percussus est, si vero consenserit, & de cogitatione affectum fecerit, vt dicit **Dauid** (transierunt in affectum cordis) hic iam transit ad passionem, & voluntas peccandi non deest, sed occasio. Qui igitur aspexit vt concupiscat, vt facere disponat, rectè dicitur, iam mox chari in corde suo. [*si oculus tuus.*] Idest, cogitatio in diuersa volitans. [*dexteratua.*] Voluntas est & affectus. Cauendum igitur ne quod in nobis est optimum labatur in vicium. Iam si oculus & manus dextri nos scandalizant, quid facient oculus sinister & manus si enim anima labitur, quanto plus corpus quod ad peccandum procliuus est. Aliter exponitur: oculus & manus intelliguntur affectus vxoris, patrum, liberorum, qui si ad contemplandam veram lucem, nobis sunt impedimento, truncandæ sunt hæc portiones, ne dum alios lucri facere volumus, ipsi in æternum pereamus. Vnde sacerdos magnus, cuius anima Diuino cultui dicata est, dicitur, super patre, matre, & filijs non polluetur, idest, nullum affectum sciet, nisi eius, cuius cultui dicatus est. [*libellum repudij.*] Dabatur libellus propter duritiam maritorum, non disidium concedens Dominus, sed auferens homicidium, melius enim est (licet lugubrem) venire discordiam, quam sanguinem fundi.

Diuis Augustin. libr. de honestate mulier. capit. 4. & 5. [*qui viderit.*] Cauenda ergo est cum foeminis secreta familiaritas, & oculorum incauta fragilitas, ne mors intret per fenestras, rectè ergo dicitur, omni custodia serua cor tuum: **Iere. 9.** quia ex iplo vita procedit, & illud, a-

Psal. 72.

Leuiti. 17.

Prouer. 4.

ecm,

Psal. 116. tem, vchabetur in ipsa. Vt igitur qui carbones quos accepit, deicit cito, non leditur, at si diu retinere voluerit, non erit sine vulnere, ita qui libidinis malum cito ex corde reijcit, erit sine noxa, at si vult retinere, peribit. ¶ Idem libr. 1. de Sermo Domini in monte cap. 23. & 24. [videtur ad concup.] Non dixit qui compierit, sed qui viderit, hoc animo vt concupiscat, id enim iam non est titillari delectatione, sed plenè consentire libidini, vt si facultas appetitui detur, satietur. Tria sunt quibus peccatum impletur, suggestio, delectatio, consensus, at peccatum non est, si consensus non est, suggestio est serpens ille qui Euam decepit, & per se sus nostros lubricè se ingerit, delectatio in appetitu est Eua pomum degustans. In ratione vero, vt in viro, est consensus, ratione vero consentiente de paradiso, idest, de exactissima luce in mortem homo expellitur. Quia omnes naturæ in suo ordine pulchræ sunt, sed de superioribus (vbi ratio est) ad inferiores non est declinandum. Porro cum peccatum est in corde, mors prima est intus, cum vero ad factum peruenitur, peior est mors secunda, si vero sit in consuetudine multo est ista mors peior, prior mors est velut in domo. Secunda velut extra portas, tertia, quando consuetudine velut lapide premitur animus, mors est qua velut in sepulchro iam fueret, ab his tribus mortibus Christus mortuum resuscitat, à prima cum dixit, Puella tibi dico, surge. A secunda cum dixit, Iuuenis surge. A tertia, cum fremuit spiritu & dixit Lazare veni foras, & prodijt Lazarus foras ligatus tamen. Hanc libidinis concupiscentiam, fornicationem, scriptura nominat, quando anima neglecta superiori lege qua regitur, inferiorum naturarum turpi voluptate quasi mercede proficitur corrumpitur. Iam qui indomita violentia foedæ consuetudinis se captiuari sentit, clamat cum Apostolo, infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? gratia Dei, ideo enim dicitur Beati qui lugent. [si oculus tuus.] Hic magna est opus fortitudine ad ea membra præscindenda. Quicquid enim significat oculus, sine dubio vehementer diligitur, oculus, sine diligo te, vt oculos meos, & quod additur dexter, fortasse, ad augendam vim delectationis valet, nam vehementius oculum dextrum amittere timemus. Est ergo sensus, si quid diligit vt oculum dextrum, & id tibi est impedimento vt saluèis, projice.

Sed quia additur si dextra manus, vbi ab oculo ponitur differentia, ideo per oculum amicum dilectissimum intelligo, qui si consiliarius sit in diuinis, rectè dexter oculus dicitur, si vero in terrenis, rectè sinister nominabitur: si igitur consiliarius tuus in errorem te conetur abducere, projice abs te. Dextera vero manus dilectus est adiutor in diuinis operibus, vt enim in oculo contemplatio, ita in manu operatio monstratur. [qui dimiserit.] Ita Paulus tandiu ligatur vxor viro, quandiu viuit. Illo mortuo dat nubendi licentia, & alibi, præcipio non ego sed Dominus, vxorem à viro non discedere, & si dimiserit, aliam non ducat, fieri enim potest, vt dimittat causa fornicationis, si igitur non licet dimittere, & aliam ducere, multo minus licet reliqua supra committere. Imo beatiora coniugia sunt vbi non carnalis est commixtio, iuxta illud reliquum est vt qui habet vxores, sint vt non habentes. ¶ Dices, si vir non potest dimittere vxorem, quo modo dicitur, si quis non odit Patrem & matrem & vxorem, non potest esse meus discipulus, planè fortis esse debet, qui diligit inimicos, patrem vero & matrem odit & vxorem. Non ergo contrarium est odire, & non dimittere vxorem, si quid in vxore est creatura Dei, est etià carnalis illa commissio qua necessaria est ad filiorum generationem. Christianus igitur diligit in Patre, & matre, & vxore creaturam Dei, & quicquid ad calum ex eis commode esse sibi potest. Odit tamen in eis eas necessitates, qua in vita hac sunt, non erunt tamen in futura, siquidem in cælo licet erunt viri & vxores, non nubent tamen neq; nubentur. Porro odimus quod vt non sit aliquando optamus. At Christianus optat esse sine commisionibus huius. Et ita Dominus addit, qui non odit animam suam, idest, qui non odit vitam hanc temporalem, vt habeat æternam non potest esse meus discipulus. ¶ Est etiam altera quaestio. Cum par sit vir & vxor, ita quod propter fornicationem vterque alterum potest dimittere (licet etiam possit secum retinere), dubium est de qua fornicatione, hic sermo sit, an de sola carnali, an de spiritualli, etiam, qua animus corrumpitur. An ergo propter animi corruptionem licebit coniugi coniugem relinquere? Respondet, quod cum Dominus solam fornicationem exceperit, ob qua licet coniugem relinquere, & Paulus dicit, quod si vir fidelis habet vxorem infide-

infidelem qua cum fideli viro non vult habitare, relinquat inquit fidelis infidelem. Clarum hinc est, quod propter infidelitatem vxor relinquatur, & ita patet quod infidelitas, fornicatio sit, propter quam licet infidelem dimittere. ¶ Clam si avaritia est idolatria ex Apostolo, & idolatria est infidelitas, qua vt dictum est, fornicationis nomine intelligitur, igitur & avaritia est fornicatio, ob quam licet coniugem relinquere, omne igitur vitium, quod animam corpore malè vtentem aberrare facit, & perniciosè turpiterque corrumpit, fornicatio erit, ob quam relinquere coniugem licebit, & sic fornicatio generaliter venit intelligenda. ¶ Porro iniquum esset fornicatorem dimittere vxorem fornicariam, is enim qui causa fornicationis, fornicantem dimittit, liber esse debet à fornicatione, alioqui, in quo iudicio iudicatur, se ipsum condemnat. ¶ Et quia Dominus dicit, qui dimissam duxerit mox chatur, quaeritur potest, an si illa non dimiserit virum, sed à viro dimissa sit, si forsan alij nupserit an moecha sit? & planè est, si enim moechus est illam ducens, moecha est & ipsa qua ducitur. ¶ Porro nec foemina consensu vir potest alteri concumbere, licet Abraham & Iacob de consensu vxorum alteri foemina se copulauerint, sed in lege noua strictiora sunt præcepta. Narrat historia vxorem pulcherrimam Accindini, corpus suum dedisse de viri licentia diuiti cuidam, vt tantum auri pro concubitu daret, quanto erat Accindinus morte multandus nisi aurum illud solueret, sed hoc factum non disputo: licet de hoc cuiquam estimare quod velit. Ex hoc tamen capitulo nil fortius considerandum est, quam tantum malum esse fornicationis, vt cum tanto vinculo connubia coniugantur, hæc vna causa solutionis excepta sit. ¶ Idem libr. 83. quaest. quaest. vltim. Iterum disputat an infidelitas sit fornicatio, & concludit, quod si fornicatio ea sola intelligatur qua carnalis est, Dominus non est loquutus de coniugio infidelium, sed de fidelibus. Ne videlicet Apostolus Christo contrarius videatur. ¶ Idem libr. de bono coniugio. cap. 7. dicit quod non licet dimittere vxorem, aut si dimiserit, aliam nubere, quod sacramentum connubi delectatur, quod de serentibus christiugium, in cœlum maneat ad pœnam. ¶ D. Gregor. libr. 21. moralium. in illud

Iob, pepigi foedus cum oculis meis, quia Iob. 31. inquit peccatum etiam in corde est, ideo addit, vt ne cogitarem quidem de virgine, vnde & Petrus dicit succincti lumbos, 1. Petri. 1. non solum carnis, sed etiam mentis vestra, sobrii sperate in eam, qua vobis offertur, gratiam, lumbos enim carnis frænare, est, carnem ab effectu luxuriæ cohibere, sed succingere lumbos mentis, est etiam cogitationem ab hoc effectu restringere, vnde in Apoca. angelus ille qui cum Ioane loquitur, Apocal. 4. zona aurea super mamillas præcinctus habetur, quasi qui corde & cogitatione cinctus esset. Et rectè zona aurea, idest, charitatis cingitur, siquidem non timore supplicij, sed patriæ amore supernæ, cogitationes carnales sunt cohibendæ. Porro carnales homines, in quibus serpens antiquus locum habet, Gene. 3. immunda sunt prius corde, postea opere, quia dictum est, quod serpens repit pectore, & ventre, pectore cum cogitationes prauas instigat, ventre, cum ad effectum luxuriam perducit.

D. Christo. homi. 17. Dixit Dominus de iracundia, nunc de concupiscentia, hæc enim sunt, qua tyrannidem in pectoribus hominum exercet. Igitur quia Spiritus sancti gratiam mente concipimus, hanc primam Dominus purificat. [qui viderit.] Non inquit qui concupierit, potest enim homo inter creta montium concupiscere: sed qui concupiscentiam, videdi curiositate collegerit, quicquid nullo cogente bestia concupiscentia, quiescenti animæ immiserit. Hoc enim non natura est, sed propriae desidij, vnde & in lege veteri prohibetur, noli inquit addiscere pulchritudinem alienam. Quid, inquis, si aspiciam, & non me capiat? cohibuit Dominus aspectum hunc, ne hac licentia sisus, in peccatum corrueres, semel enim ac bis, videri poteris illesus, at si frequenter videas, corrues, neq; enim extra humanam aleam es. Ideo enim nos cum puerum tenere gladium conspicimus, verberamus, committimus, ne iterum gladium sumiat, ne foriatur. Ita & Christus hanc animam cohibet, ne nos adurat. Quid respondebunt, qui virginibus audere cohabitare cum enim eas quotidie ad concupiscentiam vident, mille adulescentium rei sunt. Profecto post aspectum, fortiores facimus hostem, amplioreque locum diabolo præparamus, vt nequaquam ultra illum pulsare valeamus, quem semel in intima cordis admisimus, & temerè mentis ianuam referauimus. Rectè

Galat. 5.

Rom. 7.

1. Corint. 7.

Matth. 19.

Rom. 2.

1. Corint. 7.

Lucæ. 14.

Genesis. 16

Matth. 11.

1. Corint. 7.

Recte igitur Dominus, qui viderit iniquitatem, videlicet, ad hoc aspiciens ut suum oblectet aspectum, hic iam machatus est, nec enim finxit tibi Dominus oculos, ut per illos in cor adulteria transfundens, sed ut per illos aspiciens mireris authorem: si enim alienam non attrectasti manum, sed oculis & voluntate, adulterium est, quod etiam nunc voluiter punitur, si quidem cor est tuum, per turbationibus & dolore repletur, nec minus tunc homo dolet & affligitur, quam qui captiuitate tenetur, & vinculis. Similiter extrema supplicia dabit foemina, quæ ideo se comit & ornat, ut oculos aliorum in se irriter, poculum enim propinauit, venenum temperauit, quo occideret, licet ex eo nullus ebibat, ut est apud Isaiam. cap. 3. & Paulum. 1. Timote. 2. In quies, quid si mihi confanguinea est, aut utilis quæ me afficit: ideo Dominus oculum etiam dextrum iubet erui, non de membro intelligens, si quidem si id velet, vtrumque oculum erui iuberet, etenim cum dexter scandalizat, sine dubio scandalizat & sinister, sed de ijs quæ amamus intelligit, à quibus non simpliciter separari iubet, sed ea eruere & projicere, quæ quia dura sunt, ideo magnam illis mercedem pollicetur. [melius est tibi.] Profecto si membrum quod mihi est causa perditionis, mecum perire debet, quæ humanitas est, vtrumque demergi, si vel vnum liceat separatione saluare. Nam & Paulus cupit anathema esse, & diuidi, non simpliciter, sed ut alij saluetur. Igitur si foemina tibi noceat amando, & incurabilis perseueret, proijce abs te, nunquam resumpturus: ita enim te omnipotente liberaisti, & ipsa à maioribus est erepta peccatis. [libellum repudij.] Ne occiderent mariti quas odibant vxores, natio enim Iudæorum facilis erat ad effundendum sanguinem, nec suis parcebant prophetis, imo nec filiis. [qui dimissam duxerit.] Ut vel sic vxor virum suum amare cogatur, sciens quod si eiicitur à viro, alteri copulari nequiuit. Cur verò non dixit, si dimissa aliu duxerit, moecha est: certe quia virum flagellando, etiam flagellatur & mulier, sicut qui filium habet quem sui corumpunt serui, seruos flagellans, flagellatur & filius. [fornicationis causa.] Hanc excepit, ne licentia pateret adulterijs.

Author in nomi. homi. 12. [qui viderit.] Deus enim magis considerat voluntatem quàm opus, & dum Christus amputat concupiscentiam, amputat & adulterium, quod ex illa, ut ex mare procedit. Porro sicut in nobis dux sunt naturæ & animæ & carnis: ita & dux vo-

luntates, dux iræ, & dux concupiscentiæ, iræ sanè carnis, & carnis concupiscentiam nemo est qui non habeat, nec hanc damnat Dominus, alioqui nos omnes reos efficeret: dānat igitur concupiscentiam animæ, quæ tūc est, quando complacet sibi in delectatione, & opere decernit implere. [si dexter oculus.] Hic nostra merces est, si quidem continua pugna est cum carne quæ semper concupiscit aduersus spiritum, unde dicitur, quotidie contristatus ingrediebar, quia renes mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea, sed si in carne nostra non est sanitas, vbi sunt oculi, & dextræ eruendæ: ut secunda maliciam carnis sufficiat poena membrorum: Sed non de membris corporis loquitur, sed animæ, habet igitur anima oculos duos, mentem, scilicet, animæ, & mentem carnis (oculus enim corporis, non oculus est, sed interioris oculi speculū,) de oculo vero animæ prior habet Apostolus, mente quidem seruo legi Dei, de oculo posteriore dicit Apostolus, in flatu mente carnis suæ. Oculus igitur mentis in anima dexter est, sicut & in anima oculus carnis est sinister, nam pij ad dexteram sunt, impij ad sinistram, & mens in suo arbitrio est, ut legi Dei subdatur, sed caro legi Dei subiecta non est, neque potest. Cum igitur anima concupiscit, (quia homines sumus) si oculo carnis anima concupiscit, & mente resistimus, tunc oculus sinister scandalizat; non verò dexter, & ita si voluntas carnis vult, sed voluntas animæ non vult, dextra manus non scandalizat, sed carnis, nam dextra corporis rea (non est manus, sed organum interioris.) Igitur Dominus non iubet erui mentem carnis, aut voluntatem carnis: neque fieri potest, ut caro cesset à desiderio suo. At si animæ ex proposito vult & cogitat malum, tūc dextra manus & oculus dexter scandalizat, hos verò (quia in nostra potestate & arbitrio sunt) iubet Dominus erui, & proijci: Est alius sensus visitas foemina, ut in religione eam instruas, bonus est huius respectus, oculus dexter est: Sed si ex consuetudine incidisti in laqueum desiderij eius, erue oculus hunc & proijce: Responsum fratrum adiutricem orphanæ mulieri porrigit manus hæc dextera est, sed si illa scandalum est tibi, manum hanc dextram absconde. Tertius sensus est, ut omne opus bonum quod nos, vel alium scandalizat proijciamus, quia enim bonum est, ex quo nascitur malum, melius est siue illo bono saluari, quam cum illo perire. Quartus sensus est, vult Dominus, ut si filij aut consanguinei nostri

Psal. 37.

Rom. 3.

stri turpe aliquid agant etiam si oculi nostri sint, qui res nostras melius, quàm nos prospiciunt, & si manus nostræ sint, quæ melius res nostras, quàm nostræ procurant, proijcere tamen eos debemus ab anima nostra nec enim solum pro peccato nostro, sed etiā pro alieno, si potuimus & non prohibuimus rationem reddere, debemus, & licet membra nostra sint, omnes enim sumus vnum corpus in Christo: melius est sine illis saluari, quàm perdi cum illis. [repudij.] Iudæi egressi de Aegypto, moribus erant Aegyptij, odiebant ergo vxores, & quia erant crudeles occidere cogitabant, iam igitur mentem occidebant, lex verò ne occideret, permittēbat repudiare. At verò dato repudio, licet coniugium publicaretur dissolui, non tamen dissoluebatur, sed peccatum dissolutionis exaggerabatur. Quod si vir debet aliorum onera supportare, quāto magis culpas vxoris?

Euthymius. [qui viderit.] Etiam ad faminas sermo est, vir enim est caput mulieris, caput vero & membra vnita sunt.

Psal. 118. Chromatius. [qui viderit.] Recte dictum est, tu mandasti mandata tua custodiri nimis, verè nimis, vbi non solum opus sed concupiscentia fit rea, recte & Salomon; auerte faciem tuam à muliere compra, & ne aspexeris speciem alienam, & alibi, ne te vincat formæ desiderium, nec capiaris oculis tuis, & Iob dicit. Si deflexit pes meus de via, & sequutum est cor meum oculum meum, quia commulare mulierem viri, ignis est ardens, si igitur adulterium est grande peccatum, Dominus eius radices eneruat, quia concupiscentia parit peccatum, & David, beatus qui allicit paruos ad petram, id est, qui has enecat concupiscentias antequam crescant. [si oculus.] De sensu cordis intelligit, multi enim sunt cæci, & claudi, qui peccant sicut & sani, vel oculum intellige Episcopum, qui si prauam docet fidem, aut turpem ostendit conuersationem, abijci debet à corpore Ecclesiæ, similiter manus, id est, sacerdos. [fornicationis causa.] Licet adulteram dimittere, quæ se viri confortio fecit indignam, & quæ in corpus suum peccando, Dei templum ausa est violare.

Rupertus, libr. 5. de glorificatione. [videre ad concupiscendum est.] Videre habendo voluntatem adulterandi eam. [oculus dexter.] Si vis in castitate permanere, fuge non solum adulteria, verum etiam licitum amorem, licitam coniugij copulam solue: si mulier non consentit tecum habitare, aut si pro-

Iacobi. 2.

Psal. 136.

pter eius cohabitationem subeundum est tibi periculum vitæ, vel salutis æternæ. Si enim non patitur coniux coniugem in fide permanere, dexter oculus te scandalizat, & nota, non dicit, erue oculus ne scandalizet te, forte enim si nondum scandalizat, tua conuersatione conuertetur ut nunquam scandalizet, & ideo Paulus vult, quod si infidelis vult habitare cum fidele, fidelis non recedat, quid enim scis si infidelem saluum facies. Nam Rachel infidelis erat, idola enim Laban patris sui futura est, sed per Iacob virum suum salua facta est. At si fornicata est vxor tua, etiam si fidelis sit, & tecum habitare desiderans, licebit illam tibi dimittere.

D. Thomas. [qui viderit.] Cur Dominus tacuit de alijs sensibus? Responso. quod visus est magis in promptu, aut secundum Bedam, quia in visu omnis motus animi ad delectationem intelligitur. Cur non dixit, qui concupierit? quia potest concupiscentia esse subita & indeliberata, & tunc non est mortalis. Cur non dixit qui viderit ad moechandum? ut notaret quod non solum consensus in opus est mortalis sed etiam consensus in delectationem. [si oculus.] Non solum Dominus prohibet opus & voluntatem, sed etiam occasiones, quæ maximæ sunt in visu, & tactu, ideo & oculos prohibet, & manus, sicut

1. Corin. 7.

Genesi. 31.

Isidorus.

tamen qui oculum dextrum intelligant vitam contemplatiuam quæ si in tedium, aut arrogantiam prouocat, proijcienda est, & transeundum ad actiuam. At nullum membrum præcipitur erui, nam qui erueret esset irregularis. Quod si aliquis ex sanctis membrum sibi eruit, excusatur, quia Spiritu sancto inditus iubente, peregit. [repudij.] Marci. 10. habetur, quod Moses permisit libellum, vbi nota quod est multiplex permissio, concessionis licitæ, ut cum concedit prior ut monachus suos parentes visitet. Secunda dispensationis, ut cum concedit prior monacho comedere carnes. Tertia indulgentiæ, cuius scilicet, oppositum melius est, ut conceduntur secundæ nuptiæ. 1. Corin. 7. Quarta sustinentiæ, ut Deus permittit peccata. Quinta tolerantiam, ut cum permittimus minus malum, ne maius contingat, & ita permisit Moses repudium, ne contingeret homicidium. [causa fornicationis.] Corporalis, viri, aut vxoris. At spiritualis fornicatio tunc solum rumpit coniugium, cum coniux pertrahit coniugem ad crimen, alioqui non soluit. Porro & ipsa carnalis fornicatio non soluit, si coniux etiam fornicetur, aut si vir

coniungem prostituat, aut si fœmina violentia absoluta corrupta est, aut si probabiliter credebatur iam virum defunctum, aut si admisit alienum putans probabiliter esse suum, aut si fœmina infidelis fornicata, ad fidem conuertatur, aut si maritus post fornicationem, eam cognouit. Par vero in hoc negotio est, viri & vxoris causa.

Simon Casien. libr. 10. capit. 19. [qui videtur.] Cohibendus est visus, non ut non videat, sed ne mala concupiscentia generetur, qua moechus homo fiat. Itaque bona mulier, bonus visus, bona est cogitatio, sed si accessit concupiscentia, hæc cor & visum maculauit. [oculus.] Est intellectus interior, qui tunc eruitur, cum a concupiscentia diuellitur, tunc proijcitur, cum nihil inquirimus propter sensualem delectationem. [manus tua.] Est potentia effectiua eorum quæ cogitamus. [melius est igitur perire unum membrum.] Quid potest ne unum membrum peccare, quin peccet omnia membra? Igitur ad tempus id referri debet, ut sit sensus, melius est in parte temporis hac delectatione priuari, quam in gehenna ignis æternitate damnari. [libellus repudij.] Certè non erat honestum ut mulier vna duobus viris, iisque viuis subiaceret, honestius erat unum virum duas aut tres habere fœminas, hanc igitur indecentiam Dominus reiecit ut nulla fœmina repellere a viro posset, nisi ob fornicationem, sed dicit vir cui adultera contigit vxor. Si hanc repello, cur mihi non datur facultas alij nubendi? continere nequeo, reconciliari adulteræ est nefas, alij sine nuptijs iungi est mortale, quid faciam? Respondet, hæc sunt iudicia Domini, qui tibi copulauit eam quæ futura erat adultera, noli rationes Diuinæ voluntatis inquirere.

Hugo. [qui videtur.] Ut si facultas detur, in ea satiatur. [iam machatus.] Oculus meus deprædatus est animam meam. Thren. 3. Et vidit mulier quod bonum esset signum ad vescendum, & tulit, & comedit. [si oculus.] Per oculos omnem malam voluntatem intendit, & per manum actionem. [totum corpus.] Moses penè occidebatur, quia secum afferebat vxorem & filios incircuncisos, verè dictum est inimici hominis domestici eius. Michæ. vltim. [repudij.] Dicitur, quod in repudio scribebatur causa diuortij, & dos quæ ei dabatur, & licentia nubendi alij, porro sicut crudele est dimittere castam, ita stultum retinere meretricem. Prouerbio. 18. qui expellit mulierem bonam, expellit bonum,

qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens. Peccata verò quæ adultera committit habetur. Ecclesiasti. 23. Adultera in lege altissimi incredibilis fuit, virum dereliquit, adulterio fornicata est, filios ex alio statuit sibi.

Caetan. [qui videtur.] Lex vetus prohibuit adulterij opus, & concupiscentiam alienæ vxoris, at Christus vniuersaliter prohibet fœminam non suam concupiscere, & dicit, qui videtur ad concupiscendum, ut simul damnatur concupiscentia & visus libidinosus. [si oculus & si manus.] Id est, si negocia, officia, commercia tam nobis chara, ut oculus & manus nobis sunt impedimento ad vitam, reijciantur, & non dixit si oculus & manus, non enim fieri potest, ut illud sit abscondendum, quod necessarium est ad vitam, sed euenire potest, ut multa vitia, delectabilia, & sancta negocia sint nobis causa ruinæ, quæ abscondenda sunt, quia melius est, sine his vitibus & sanctis operibus saluari, quàm cum tot bonis damnari. Porro meminit oculi & manus, per quæ omnia vitia intelliguntur: omnia enim profuat vel ad notitiam, id est, ad oculos, & ad manus, id est, actionem. [dimissam duxerit.] Ex hoc textu non habetur aliud, quàm quod impune vir potest dimittere vxorem fornicariam: non verò quod licitè id possit, ut lex quæ permittit occidere vxorem in adulterio deprehensam, permittit quidem impune sed non licitè. Similiter & hac lege Christi nihil disponitur de vxore dimissa, an possit alij nubere, an non.

Glossa interli. [manus dext.] Id est, operatio prospera, & infra, oculus vita contemplatiua. [det illi libellum.] Permissio fuit, non præceptum.

Glossa ordinar. Hic nomine moechantium omnem carnalem delectationem accipe, & visus, pro omni motu qui est ad delectationem, non ergo solum visus corporalis, sed illi oculi interiores, qui pro peccata peccati primis parentibus male aperti leguntur, non enim ex eo quod quisque voluit & non potuit, sed ex eo, quod proposuit conscientia accusatur, aut defenditur. [si dextera.] Cum oculus sit contemplatio, & dextera sit actio, vult Dominus, ne in illa pro desidia & torporis ocio, in hac verò pro frequentia, & seculi occupationibus tedio illa queamur.

Lyra. Iudæi illud præceptum non concupiscentes intelligebant, id est, non ostendes

exteriora signa concupiscentiæ, id est, non osculaberis, aut contrectabis aliena, nam latentem in corde concupiscentiam, nullum putabant esse peccatum. [qui videtur.] Aspectus, peccatum nondum est, ex eo fit in appetitu concupiscentia, quæ nullum adhuc peccatum est. Si autem illa concupiscentia tenetur per delectationem morosam, absque consensu, veniale est, sed si consensus fuerit est mortalis, ex quo inferitur, quod si hic oculus facit te in mortale ruere sollicitè caue, & vita ne videat, ille enim plene oculus sibi eruit, qui a visu arcet impudico. [totum corpus.] Id est, tota cogeris operum. [repudij.] Libellus hic non erat licitus sed permissus.

32. quæstio. 5. cano. si Paulus. [qui videtur.] Igitur perit corde virginitas, & hæc sunt virgines malæ, virgines carne, non spiritu, quæ quia oleum non habent, excluduntur, & Cano. qui videtur. Grego. affirmat, quod secundum Euangelium concupiscere in nuptiam sit adulterium, nam moechia adulterium significat. Rarsum. 24. quæstio. 3. Cano. illud. Leo papa accipit oculos aut manus, pro clericis qui consenserant prauitati, quos dicit abscondendos, superfluo enim extra ecclesiam positus resistimus, si ab ijs qui intus sunt, vulneramur.

Iterum audistis quia.

Hoc ex Hieronymo de sumptum & caute legendum.

Diuus Hierony. Hanc per elementa iurandi pessimam consuetudinem habuere Iudæi, iurabant per Angelos, Hierosolymam, templum, & carnales creaturas, eas honore & obsequio Dei venerantes, qui enim iurat, aut diligit aut veneratur eum per quem iurat. Saluator igitur per Deum iurare non prohibet, sed per creaturas, & quidem si Iudæis concedebatur iurare per Deum, id erat tanquam paruulis concessum, ut per Deum iurarent, & non per dæmones. Euangelica autem veritas non recipit iuramentum, cum omnis sermo fidelis pro iureiurando sit.

D. Augustin. libr. de mendacio ad Consentium capitul. 15. [ego dico vobis non iurare.] Ne ex facilitate iurandi veniatur ad consuetudinem, & inde ad periurium. Porro quod Dominus dicit, non iurare omnino, id est, quantum in nobis fuerit, ne amemus iurandi opus, si quando verò fuerit iurandum, id aliorum incredulitas exposcat, & hoc est quod Dominus dicit, quod amplius est, a malo est, non a malo iurantis, sed eo-

rum quibus iuramento fidem facere conamur, qua ratione Paulus iurauit. ¶ Idem de sermo. Domini in monte. libr. 1. capitul. 30. Intelligendum non in bonis, sed in necessarijs iurationem habendam, id est, propter eorum infirmitatem, qui non credunt sine iureiurando, & ita dicit, quod amplius est, a malo est, non dicit, malum est, sed a malo auditorum. [neque per celum.] Putabant enim Iudæi si per hæc iurassent, iuramento non adstringi. At contra, Dominus dicit nihil esse tam vile in creaturis Dei, ut per hoc quisque peierandum arbitretur, quando a summis ad ima omnia reguntur Diuina providentia, incipiens a throno Dei vsque ad capillum album & nigrum. Si igitur per celum, id est, thronum Dei iuras, & si per caput tuum, (quod non est tuum, cum nequeas vnum capillum album facere) iuramentum Deo reddere debes. Non verò accipias Deum ita sedere in celo, ut pedes habeat in terra sed dicitur sedere in celo, tanquam præsentior celo sit, at terram calcare, quia etiam infima ordinat & extrema, spiritualiter verò animæ sanctæ celum dicuntur, peccatores verò terra.

Diuus Ambrosi. In illud Psalm. 118. Iuravi & statui: dicit quod Dominus loquens turbis infirmis, in quibus ex iuramento periculum non seruandi, aut implendi contingere potest, vetuit iurare. At ille iurare potest, qui implendi habet potestatem, vnde Deus iurauit, & non poenitebit eum, quia implere potest, & Dauid iurauit & statuit custodire iudicia Dei, quia iam perfectus erat, & perficere poterat omnia iudicia quæ Dominus super eum venire disponeret.

D. Basilius in illud Psalm. 14. Qui iurat proximo suo, inquit cur Dauid dicit eum esse virum perfectum qui iurat, Dominus autem vetat omnino iurare? & respondet. Primò quidem, quod utique eadem legis est ratio, olim conceditur iurare viro perfecto, nunc negatur iuramentum, ne sit occasio periurij. Secundò respondet, quod iuramentum dicitur firma & constans rei confirmatio, & ita cum Dauid dicit, iuravi & statui, sensus est, non quod adhiberit Deum in dicti sui testem, sed quod erat illi decretum & firmum custodire iudicia Dei, & ita etiam intellige illud, iuravit Dominus, & non poenitebit eum. Tertiò respondet, quod sunt quidam sermones figuram iuramenti habentes, cum tamen iuramenta

non sint sed remedia persuadendi, ut cum
 Genesi. 42. Ioseph iurat per salutem Pharaonis, & Pau-
 1. Corin. 15. lus, cum dicit, per vestram gloriam fratres,
 hic sermo licet figuram habeat iuramenti,
 accipiendus est tamen, ut simplex sermo.
 Alioqui iurans, ipse se prodit indignum cui
 sine iuramento credatur.

Diuus Chrysostomus. Homil. 16. [*neque
 per cælum quia thronus Dei est.*] Considera
 unde Dominus extollat elementa, non qui-
 dem ex ipsis, ne idolatriæ ansam præberet,
 sed extulit ex subiectione quam habent ad
 Deum, ideo dicit, neque per terram quia
 scabellum Dei est, &c. Vult ergo Domi-
 nus ut per creaturas, quia nostræ non sunt,
 non iuremus. Dices, quid si aliquis à me exi-
 gat iuramentum, & necessitatem iuratio-
 nis imponat? certe sit tibi timor Dei om-
 ni necessitate violentior, si enim has occa-
 siones quæris, nullam legem seruabis. Ut
 enim leges humanas velis nolis, obseruas:
 ita & Diuinam obseruare debebis. [*quod
 his amplius est à malo est.*] Quia superfluum,
 Cur igitur iubeatur in lege? certe sicut
 & repudium, erant ista infirmorum, nunc
 iam sua receperunt incrementa virtutes. Nu-
 triebant Iudæos leges illæ, sicut mamillæ
 pueros, at cum puer grandior est, reuoca-
 tur à mamilla, cui fel oblitur, ut puer
 videat iam sibi mammam esse vilem, ita Do-
 minus à malo dicit illam legem, non ut à dia-
 bolo esse diceret, sed ut legis vilitatem de-
 monstraret. Est igitur in iuramento nunc plu-
 rimum mali, olim non erat, sic enim quic-
 quid in rebus est, nunc bonum est, quod nō
 erat bonum prius, ut portari collo, lactari,
 pane præmanso uti, puero bonum, viro non
 bonum.

Autor in nomi. homil. 12. [*non iurare.*]
 Omnino, ne enim assuecat os tuum iura-
 Ecclési. 23. tionem, sunt enim multi casus in illa. Por-
 eodem. rō Dei sententia est contra eum qui iurare
 assuerunt, vir multum iurans inquit, non
 exiet plaga de domo eius, si à iurantibus
 plaga non recedet, quomodo recedet à pe-
 ierantibus? Dices, quid faciam, non credar,
 nisi iurem? imo acquiesce magis perdere pe-
 cuniam, quam animam. Si enim amittis
 rem tuam propter Dei timorem, maiorem
 mercedem habes quam si eleemosynam de-
 distes. Tu verò cur ad iurandum tuum adi-
 gis fratrem? si mentiri audet, periurare au-
 debit. Si bene ergo credis eum iuraturū, cur
 iuramentum exigis? si male iurabit, tu eius
 periurij causa es, & tu sine lucro & periur-

rio relinqueris, ille verò sui periurij aliquod
 lucrum reportat. Igitur si frater tuus Deum
 timet, sine iuramento vera dicit, si Deum
 non timet, etiam cum iuramento proferet
 falsum. Fit iam, ut iurare per Deum bo-
 num non sit, maius verò peccatum est, iu-
 rare per elementa, quæ Deus ad suum crea-
 uit ministerium, non verò ad humanum
 iuramentum, nam qui per elementa iu-
 rat, illa deificat, qui igitur ita iurat idola-
 tra est: & peccat peccato duplici: quia Deo
 non reddit iuramenta, & creature diuinum
 exhibet honorem. Ergo qui per filios suos
 iurat, siue per se, siue per alium, meliores il-
 los facit quam Deum.

Euthymius. [*neque per caput.*] Id est, ne-
 que vilissimum & paratissimum iuramen-
 tum iuraueris, ne ad maiora procedas. Ma-
 ximè, cum caput creatura Dei sit, per quem
 iurat, qui per caput iurat. Hoc loco anno-
 tatur, quod eadem lege & iuramentum in-
 hibetur, & ne quis ad iurandum inducat,
 admonetur. Adnotatur secundo quòd Chri-
 stus veritatem iurare, non existente aliqua ra-
 tionabili causa.

Diuus Hilarius cano. 4. Permissum est
 Iudæis iurare per Deum, ut vel hac ratio-
 ne Dei sui mentionem haberent, familia-
 ritate iurandi. At fides nostra omnia nego-
 cia in veritate constituit, & abiecto fallendi
 affectu simplicitatem sequitur.

D. Thomas. [*non iurare omnino.*] Id est,
 assidue, vel omnino, id est, in omni casu, vel
 cum dixit non iurare omnino, Apostolis id
 solum dixit, ne iurantes viderentur imper-
 fecti, vel omnino, id est, ne habeatis affectū
 iurandi, iuxta Iacobum, ante omnia fra-
 tres nolite iurare, ne, scilicet, id velitis. [*ne-
 que per cælum.*] Vbi prohibetur iuratio per
 omnem naturam superiorem. [*neque per ter-
 ram.*] Vbi intelligitur omnis natura infe-
 rior. [*non potes vnum capillum facere album.*]
 Naturaliter. Igitur iurare per creaturas est
 earum creatorem testem adhibere. [*est est.*]
 Vt quod ore dicis, factis confirmes. [*non
 non.*] Vt quod negas, factis ne probes. Sunt
 verò multæ causæ propter quas iurare licet,
 sed comprehenduntur duabus, scilicet, ut
 bonum habeas, & ut malum vites, nam pro
 veritate confirmanda, pro pacè, pro amici-
 tia, &c. iurare licet.

Rupertus. libr. 5. de gloria filij hominis.
 [*non iurare.*] Quid si iurare compellar? cer-
 tē sensus est, ut nihil in mundo possideas,
 cuius causa iurare compellaris, sic enim non
 iurabis

Matth. 19. iurabis omnino, vade igitur & vende om-
 nia quæ habes. Itaque non iurare omnino
 consilium est, sed non iurare per creaturas
 est præceptum, per eas enim iurare, illas ut
 Deum venerari est. Porro quod dicit, non
 iurare per cælum, quia thronus Dei est, hūc
 habet sensum, tātō est minus cælum quam
 Deus, quanto est minor sedente sedes. Si
 ergo tam est infima res cælum, indignum
 est, ut per illud quis iuret, & ita, si Hieroso-
 lyma est ciuitas Davidis regis magni qui
 eam ædificauit, propterea multo est Da-
 uide inferior, cur ergo per eam iurabis? Ar-
 guit igitur Iudæos, qui per hæc, ut per
 res diuinas iurabant. [*amplius est, à malo est.*]
 Id est, ab eius infirmitate, qui iurare cogit,
 sicut Rex ille iurare coegit Abrahamum.
 Genesi. 21.

Simon Cassien. libro. 10. capitul. 21. Do-
 minus in Euangelio suo eam vult seruari iu-
 stitiam, quæ in originali seruabatur lege.
 In qua sine fraude loquebantur homines, ve-
 lut ad suæ naturæ consortes. Quod si in no-
 stra lege iurare cōpellimur, vult Dominus
 ut solum per Deum homo iuret, non verò
 per aliquam creaturam, quia qui iurat per
 maiorem se iurat, at nihil est maius homi-
 ne, Deo & Angelo excepto.

Chromatius: prorsus iurare nos conue-
 nit, quid enim iurare necesse est cum men-
 tiri omnino non liceat? quorum verba ita
 fidelissima sunt, ut pro iuramento habeantur,
 prohibet igitur Dominus iuramentum,
 ne tunc veritatem dicere putemur, solum
 cum iuramus, neue putarem sine iuramē-
 to licitum esse mentiri, vult igitur inter iu-
 ramentum & assertionem, nullam esse di-
 stantiam, & quidem inuenitur Deus ali-
 quando iurasse, sed id erat, quia Iudæi
 nisi iuranti non credebant. [*neque per cæ-
 lum.*] Nemo igitur credat, impunitatem
 periurij se habiturum, si per mundi elemen-
 ta iurauerit. [*quod his amplius est.*] Men-
 dacium est, siquidem Christiani nihil ni-
 si verum dicturi sunt, porro mendacium
 à malo est, id est, à diabolo, qui est pater
 mendacij.

Caietanus. [*reddes Deo iuramenta tua.*]
 Id est, non per creaturas sed per creatorem
 iurabis, ita habetur Deuterono. 32. Per no-
 men Dei tui iurabis. [*non iurare omnino.*]
 Id est, nullo modo, quod explicatur, cum
 addit, neque per cælum, &c. Porro verum iu-
 rare per creaturas summas, cælum namq;
 & terra sunt prima omnium corpora. Genesi.

Iam Hierosolyma erat summa ciuitas, re-
 gia enim erat & Diuina, caput verò huma-
 num summum est inter animalium mem-
 bra. Iam indicatur quod Deus est in cælo
 & terra per essentiam, utpote qui in cælo
 fedeat, in Hierosolyma per præsentiam,
 qua specialiter eam gubernabat, in capite
 verò per potentiam, extendentem se ad mi-
 nima, id est, ad capillos etiam. Cum ergo
 Deus sit vbique, qui per creaturas iurat, per
 Deum iurat. Dices is qui per creaturam iu-
 rat, per eam solam & non per Deum iura-
 re contendit. Responde. quod iurare est ve-
 ritatem infallibilem in testimonium voca-
 re, & ita iurare intendit per Deum. [*album
 facere.*] Intellige ab intrinseco. Dices ite-
 rum. Cur Dominus iurare prohibet, cum
 iurare non sit malum? Respon. Quòd sicut
 Dominus prohibens occisionem, non pro-
 hibuit occisionem vestitam suis circumstan-
 tijs, ita prohibens iuramentum nudum, non
 prohibuit ornatum suis appendicibus, sci-
 licet, iudicio, iustitia & veritate. Sicut san-
 cti viri ornare solēt. [*quod amplius est.*] Cum
 additur sermoni nostro, vere, certò, amen,
 non est additio illa addens aliam veritatem,
 qua propter additio illa licebit.

Glossa interli. [*est est.*] De re quæ est.]
 [*non non.*] De re quæ non est.

Glossa ordina. [*per cælum.*] A summo ad
 imum, id est, à cælo, ad capillum iurare ve-
 rat, quia nihil tam est vile in creaturis, quod
 peierare liceat, ne igitur iuremus per creatu-
 ras, ut eas venerari videamur, aut ut viles
 existimemus.

Lyranus, Iudæi ex illo præcepto, per
 Deum tuum iurabis, putabant iuramen-
 tum sine necessitate licere, at Dominus di-
 cit, non iurare omnino, id est, quauis causa,
 sed solum tunc, cum necessitas id suadeat,
 & hoc notat cū dicit, sit sermo vester, id est,
 loquendi consuetudo sit, est, est, iurare ve-
 rò licebit in necessitate. Paschalis papa, ut
 haberetur de electione capit. significasti, di-
 cit, licitum esse recipere iuramentum, pro
 obedientia & vnitatem seruanda, quia enim
 multi non seruauerunt obedientiam, hoc
 malum coegit iuramentum recipere, ut obe-
 dirent, & ita exponit locum, quod amplius
 est, à malo est, id est, malum non obedi-
 entium coegit.

Innocen. 3. Ut habetur in cap. & si Chri-
 stus, de iure iurando, exponit illud. [*est est.*]
 Id est, sicut exiit ex ore, procedat ex corde.
 [*à malo est.*] A malo poenæ, non culpæ, in-
 Pri. Tho. H 3 cre-

credulitas enim potius est poena quam culpa. Vbi Dominus non per creatorē, sed per creaturas iurare prohibuit. Vnde cum dixisset non iurare omnino, explicat se, id est, non iurare per cœlum & terram, ne detur creaturæ honor creatoris. Cum autem Iacobus dicit, ante omnia nolite iurare, id est, ne cupiatis iurare. Apostolus verò cum dixit, homines per maiorem se iurant, ostendit, per quem iurare liceat, & cum addit, omnis controuersie finis est iuramentum, docet causam propter quam sit iurandum. Igitur iurare per se malum non est, sed prohibetur ex causa, id est, ne ex facilitate peieremus, sicut vinum prohibetur cum dicitur, nolite inebriari vino: & tamen in necessitate Timotheo concessum est.

Audistis quia dictum est.

D. Hieronymus. Qui dicit oculum pro oculo, non alterum vult auferre, sed vtrūq; seruare. Dominus noster vicissitudinem tollens, truncat initia peccatorum. Etenim lege retributio est, in Euangelio gratia. Ibi culpa emendatur, hic peccatorum auferuntur exordia. [*si quis te percussit.*] Ecclesiasticus vir describitur, eius imitator qui dicit, discite a me, quia humilis sum, & qui percussus alapa, comprobatur. Tale quid in Psal. si reddidi retribuētibus mihi mala decidam merito, & Hieremias bonum est viro, si portauerit iugum ab adolescentia, dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Misticē, percussus ferus Christi non iubetur sinistram maxillam præbere, iustus enim sinistram non habet. Si hæreticus dextrum dogma nostrum vulnerarit, offeramus ei aliud dextrum dogma, donec vincatur. [*qui petit a te.*] Non solum de elemosyna hoc intelligitur: alioqui pauperes non habēt quod dent. Intelligitur ergo de doctrina, quæ quia gratis accepta est, gratis detur, & licet detur, dando duplicatur.

D. Augustin. libr. 1. de sermo. Domini in monte. cap. 33. Phariseorum iustitia minor, est, non excedere vindictæ modū, nec plus rependere quam accepit. Cum enim qui ius læsus putet iustum esse, plus lædere, quam læsus sit, hunc animum refrenauit lex dicēs, tantum læde quantum læsus es, & hæc est pacis inchoatio, estque locus medius inter illud quod querit vindicta, scilicet, plus malū inferre quam acceperis, & illud quod iubet Dominus, scilicet, nō malum pro malo, sed

bonum esse rependendum. Sunt igitur multi in hoc negotio gradus. Primus nolle lædere, sed si lædar, velle grauius lædere quā læsus sum. Secundus est, tantum velle lædere quantum læsus sum. Tertius minus velle lædere quam læsus sum. Quartus nihil velle lædere, etiam si læsus sim. Quintus si læsus sim, paratus sum vt amplius lædar. Ideo Dominus nō solum dixit, non rependere malum pro malo, sed non resistere malo, id est, ne resistas quo minus aliud irrogetur. Vt enim ferimus patienter improbitates paruulorum, aut phræneticorum qui nobis dilectissimi sunt: ita vult Dominus feramus infirmitates proximorum nostrorum, omnis enim improbitas, ab infirmitate animi procedit, nihil enim innocētius virtute. [*in dexteram maxillam.*] Maxilla facies est, facies verò hominis est id vnde honoratur, honor verò non ster, dexter est quod Christiani sumus, reliqui honores seculi læui sunt, est ergo sensus. Si quis contemnit in te quod Christianus es, paratus esto contemni & in reliquis seculi honoribus, ita enim paratum cor habere necesse est, vt canamus illud paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Ita paratus fuit Dominus corde, cum percussus alapa, non exprobrat, paratus alteram præbere maxillam, vt qui totum corpus percutiendum offerebat. Referenda ergo sunt hæc ad præparationem animi, licet non præstentur in opere. [*tunicam tollere.*] Non de tunica solum intellige, sed de omni eo, quod in iudicium venire potest. Si enim necessaria contemni iubentur, vt vestis qua tegimur, quanto potius superflua: vt domus vel fundus. Verum si seruum habeas, qui sanctus apud te nutritur, quā apud eum qui tibi auferre conatur, tūc planè non debes cōtēnere seruum. [*qui te angaria.*] Nō de pedibus intelligas, sed de præparatione animi, siquidem nullus sanctus nec Christus inuenitur angariatus, duo aut tria millia passuum ambulasse. Quod autem dicit, vade cum eo tria millia, (quia tria est numerus perfectionis) significat, perfectus esto, ferens aliorum infirmitates. His tribus generibus iniuriarum, scilicet, alapæ & ablatæ vestis, & angariationis, omnia iniuriarum genera comprehensa videntur. Et quidem non prohibet Dominus vindictam, in correctionem, vult enim vt sicut ipse corripit filium quem recipit: ita & nos corripiamus eos qui egent correptione, hæc tamen lege: vt ita corripiamus, & castigemus, sicut pater qui corripere filium solet.

solet. Vnde patet, posse peccatum amore potius vindicari, quam impunitum relinqui, vt illum in quem vindicat, non poena miserum: sed correctio beatum faciat. Digne quidem Elias igne de cælo multos occidit, & eius exemplo optabant etiam Apostoli ignem de cælo aduersus eos qui Christum non recipiebant. At Dominus quia videbat eos non amore, sed odio velle vindicari, prohibuit eos dicens, nescitis cuius Spiritus sitis. At qui idem Dominus per Petrum, Ananiam occidit & Saphiram. Igitur Christianus accepta iniuria non surgat in odium, sed infirmitatis misericordia, plura perpeti paratus sit. Ita verò, vt nec correctionem negligat, qua vel consilio vel potestate uti potest. [*omni petenti.*] Parum est Christiano non nocere nisi & beneficia præstet, ideo Dominus dicit, omni petenti da, sed significat non dicit, omnia petenti, da. Sed omni petenti, vt id des, quod dare iuste & honestè potes, id enim dandum, quod nec tibi nec alteri noceat, quantum sciri ab homine potest, & vbi negaueris aliquid iuste, ipsam iustitiam negandi dicere debes, vt sic des aliquid petenti. Ita enim omni petenti dabis, & aliquando melius aliquid dabis, quam petentem iniuste, correxeris. [*qui vult a te mutuari.*] Ad animum referendum est, hilarem enim datorē diligit Deus, mutuaberis ergo fratri, licet non sit soluturus, & intellige te mutuatum, quia Deus misericorditer reddet, plusquam dedisti. Quod si non placet mutuatum accipere, nisi eum qui est redditurus, tunc intelligendum est, Christum duo genera præstandi esse complexum, dandi, & mutuandi. Sunt pij homines, qui dare prompti sunt, sciētes Deum fore redditorem, sed mutuari recusant, quasi nihil à Deo recepturi, siquidem, qui mutuo accepit, soluturus est. At Dominus vult nos dare petenti donum, & mutuari mutuum petenti. Quod quia ex præcepto Domini facis, infructuosum tibi esse non potest.

D. Ambrosius, in capit. 6. lucæ. In tres partes Philosophia diuisit omnem iustitiam. In Deum. In parentes & reliquos homines. In mortuos. At Christus legē & Philosophiā excedens, in eos quoq; qui læserint pietatis porrexit beneficium. Si enim parcimus hosti subiecto, naturæ contemplatione, quanto magis religionis nostræ contuitu deferendum est. Rectè igitur Apostolus, charitas patiens est. Si patiens, debet patientiam

verberanti. Si benigna, non respondebit maledictis. Si non querit quæ sua sunt, non resistet diripienti. Si non æmulatur, non debet odisse inimicum. Sed his maiora præcipit, & præstitit Dominus. Cum enim malediceretur non maledicebat. Cum percuteretur non repercussit, cum spoliaretur, non restitit. Cum crucifigeretur, pro persecutoribus orauit. Illi crucem parabant, ipse salutem donabat & gratiam.

Diuus Gregorius, 3. parte Pastoralis, admonitione. 10. ad patientiam prouocat multis rationibus. Prima quod sæpe impatientes plura irati faciunt, quorum post iram poenitet vehementer. Secunda, quod charitatem (quæ patiens est) amittunt. Tertia indocti redduntur, quia doctrina viri patientiam noscitur. Prouer. 12. Quis enim bona docebit, qui mala tolerare nescit. Quarta arrogantes se esse demonstrant, melior enim est patiens arrogante. Ecclesiasti. 8. Et quidem Ezechieli iubet Dominus vt altare faciat cum fossa, ne sacrificium leuis aura dispelleret. Quo significatur, quod si sacrificium celebrandum est, patientiæ fossa est habenda, ne arrogantia vetus bona quæ facimus dispergat. Quinta impatiens magna se victoria defraudat, melior enim est patiens expugnatore urbium. Prouerbi. 16. Sexta, sicut patiens in patientia sua possidet animam suam. Lucæ. 16. Ita impatiens se totum amittit. Iam qui patiens fuit, & dolet postea se tolerasse, similis ei est, qui ex acie exijt illæsus, occiditur tamen in vrbe, & qui magnam passus febrem, ab exigua extinguitur.

D. Chrysostomus. Homi. 18. [*oculum pro oculo.*] Non solum in noua lege, sed in veteri etiam, seruatur misericordia, alioquin, qui intulit iniuriam, maiori erat supplicio dignus, quam erat ab ipso illata. [*non resistere malo.*] Id est, diabolo, vt iam minus tibi videatur crimen, intelligenti quod à diabolo instigetur. [*in vnā maxillam.*] Summū iniuriæ genus posuit, vt reliqua intelligantur comprehensa. Hoc verò præceptum vtile est percipienti, & etiam percusso, nam cum percussus optare & procurare debeat percipientis salutem, nullā id ratione commodius perficiet, quam patientia. Quæ enim fera nō cadat ad pedes tam patientis hominis, vt percipienti se, maxillā alterā obuerfet? [*daci pallium.*] Non dicit da cuiuis pallium, sed ei qui super tunica tecum in iudicio cōtendit. Supra enim dixerat, esto consentiens aduer-

fario tuo, nunc addit, esto liberalis cum illo, da illi pallium. Dices, quid nudus ne incedam? Profecto cum inimicus tuus, ita te viderit liberalem, cessabit ab oppressione. Quod si adhuc ferrox est, multi tibi compatiuntur, & pallium aliud dabunt. Quod si non dederint, volueritq; Dominus te nudum esse, gloriosius equidem est, ita nudum esse, quam veste vestiri pretiosa, gloriosior erat nudus Adam, quam vestitus, & gloriosior Ioseph sine veste, quam in manibus Domine suæ reliquit, quam cum ea, & nudus Esaias gloriosus. Esaiæ. 20. ¶ Nō sunt verò hæc præcepta difficilia, si attendamus non esse nos nobis solis natos, alijs etiam sumus profuturi. Si igitur contendenti tunicam auferre pallium donaueris, inimicum tuum demereberis, si oculus es, vide ut non tibi tantum luceas, sed alijs. ¶ Scito Dominum velle te esse perfectum, ideo dicit, etiā si alapa fueris percussus, etiam si te nudaerit aduersarius tuus, & ita nudum trahere cupit te ad duo milliaria, nec sic succumbe, sed eius iniquitatem, tua viceris patientia. Nec hic te vult Dominus cessare, sed iubet ut pro inimicis ores. Quod verò huius operis erit præmium? ut sitis inquit filij patris vestri, qui solem suum oriri facit, &c. Summum sanè præmium. Quod si Deus offensus, beneficus est, quāto magis tu: ille offenditur à seruo, tu verò à fratre, & tu tantum iuberis orare, id est, verba fundere, Deus tamen non verba modo sed multa largitur beneficia. Sed age fac te Deum esse, & nec sic inimicum oderis tuum, si quidem ille te ad magnam vocat coronam, alioqui & læsus eris, & mercede carebis. Si clamas impossibile esse præceptum, attende ad Christum & Apostolos. Si nimis læsus es, coronam tuam & fratris salutem procura: medicus manum porrigit egroto, etiam si pollui se intelligat, & scemine quæ assistunt parturienti mulieri, patiuntur ab ea morderi & laniari, nec ira scuntur tamen aut feriunt, imo potius compatiuntur. Si in te ardet ira, libera te à tam sauo dæmone, excute furentem viperam, scito quod te Dominus oprat, gloria mundi vacuum, terrenorum contemptorem, ab ira & concupiscentia liberum, ideo vult ne videas mulierem ad concup. & nūc tam minutim à te excutit iram, vult Dominus aliū hominem te facere, vitæ naturalis erat vim vi repellere, sed si hæc facimus, non merebimur præmia æterna, si cœlum vis, cœlestem amplectere vitam. Si vitam viuus publicano

rum & gētium, cur expectes gloriam cœli? Si hanc vis, esto perfectus sicut pater. Vide quam sit frequens Dominus in mentione regni & patris. Dices, læsus ille me, humilietur ille prior. Cur ergo tu perdes tuæ humilitatis coronam, cur doles quod nō te prior salutat? cur non facis, quod illum non facere doles?

Author in nomi. Homi. 13. Sciunt Christiani, si reddiderint retribuentibus sibi mala, passuros se ea omnia damna quæ Psal. 7. dicuntur, decident enim merito ab inimicis suis inanes, persequetur inimicus animā eorum, & conculcabit, &c. Lex proposito talione, mala cupiebat arcere, at si repercute re lex sinebat licentiam malorum indulgebant. Dominus verò repercute non sinit, sed si membrum perdidisti, patientiam ne amittas, at si repercutis, tu membrum in corpore & patientiam amisisti in corde. Excitavit diabolus contra te fratrem tuum, vindictam de eo sumens putasti te fatiatum de illo, & tu de te diabolus fatiasti, vulnus corporis sanatur facile, cordis rarò, aut nūquā, si repercussisti, num illum compescuisti, ut non te amplius percussit? imò verò potius irritasti ad repercute relinque igitur tuam Deo vindictā, maiorē ille accipiet de hoste tuo, quā tu eras accepturus. [relinque ei pallium.] Nam si in iudicium intraueris, vix sine peccato exhibis. Si propter Christū rem perdis, Christus potest rem restituere. Si propter rem Christū perdis, num poterit res tibi reddere Christū? At Ioseph pallium reliquit, ne castitatem relinqueret. Iam quo modo infideles putabunt nos amare cœlestia, si vident ita ardere terrena? & quomodo ostendis te Deum amare, qui ita hæc vilia quæris? [qui te angariauerit.] Ut maior appareat virtus Dei in sanctis, quam violentia diaboli in malis, vade ergo vnum miliare propter coactionem, alterum propter Christum, tertium ut vehementius confundas diabolus. [omni petenti te.] Quia diuites nō tentantur per patientiam, nemo enim eos percussit: nec per violentiā, nemo enim eos angariat, vult Dominus quod tētetur per largitatem. Posuit enim eos Dñs ut dispensatores. D. Basilii, quærit quando angarianti est obediendū? & respondet responsione. 114. Dicens non est attendendum quis tibi imperet. Sed tunc obedi, quando quod tibi imperatur non repugnat his, quæ à Domino imperantur, & responsione. 101. Dicit omni petenti te tribue, si tibi inquit dare liberum est.

Euthy-

Euthymius. Lex arcebat homines ne iniuriam facerent, vel hoc metu, ne reciperent malum confectionem, at Christus non timore similis poenæ arcebat ab iniuria, sed gehennæ timore. [nō resistere malo.] Quid diabolus nō est resistendum: ita planè, sed non vltiscendo, imò contra, patiendo: nō enim ignis igne extinguitur sed augetur, ita nec ira, extinguatur ira: sed suo contrariò, sicut & reliqui morbi qui contrarijs curantur. [in dextera max.] Sicut lex loquitur de oculo & dente, quæ in pugna solent facilius vulnerari: ita & de maxilla dextera loquitur Christus, ut quæ facilius percucientis dextera pulsatur. Pallium est, quod super alias vestes gestamus, tunica verò quam interius, tunica igitur & pallio nudus incedat: An tibi magnum videtur ob fratris vtilitatem, nudum incedere. [vade cū eo alia duo.] Agnouisti in corpore patibilibi in fertam immobilitatem? Considerasti in homine, disseminatam angelicam politiam? nō concupiscere enim nec irasci, angelicæ sunt politicæ. [petenti abste tribue.] Non dijudicās dignum ab indigno.

D. Hilarius can. 4. [non resistere malo] Dominus ipsis rebus vult probari extensam spem nostrā in æterna, ut ipsa tollerandæ iniuriæ patientiæ testis sit futuri iudicij. Lex suos intra metū vicissitudinis continebat: at Christus nullum patitur esse suæ vindicem contumeliæ. Si quidem in iudicio Dei, iniuriā perpessus plus est consolationis. [relinque & pallium.] Ut per spem bonā, secularem suppellectilem contemnentem, gentium inanem cupiditatem arguamus. [petenti à te.] Ut bonorum quibus a Deo indigemus, digni reperiamur, cum obtinendi meritum, indulgenti consuetudo conciliat. Iubet ergo Dominus ut boni gratuiti sit dispensatio gratuita, mutuarivolenti, non negemus quod mutua mur à Deo, semper sine habendi damno, impertiendi ministerio functuri. Venera. Beda nihil dicit præterea quæ August. dixerat.

Rupertus lib. 5. de gloria & hono. filij hominis. [oculum pro oculo.] Non iubentis hoc sed permittentis fuit, sicut de libello repudiij dictum est. [præbe ei alteram.] Verè dictū est, Venite ad me omnes qui laboratis & inuenietis requiē: planè enim laborat qui vindictam accipere vult, sed planè requiescit, qui alteram obuertit percussus maxillam. [omni petenti tribue.] Si non habes, dic argentum & aurum non est mihi, sermonem bonum da, nam dictum est, sermo bonus, super datum optimum, & quidē Dominus omni

petenti tribuit, imò plus tribuit quā petenti. Prouer. 15 2. Cor. 8. tur, & prius quā ab eo petamus: nam cum diues esset, egenus propter nos factus est. [qui te angariat.] Christus angariatus à dæmone in prima tentatione permisit se secundo & tertio tētari & angariari, & nota quod mille passus sunt iter sabbati. Dominus igitur cum esset in sabbato suæ contemplationis in deserto, angariatus fuit, permisit se ad duas alias tentationes abduci. Item anima viri sancti fortè sabbatizat, lauit enim pedes suos & requiescit. Si verò Dominus vult eam angariare, & in hoc sabbato facit eam laborare, ut in vnam regionem eam ad prædicandam, ut in Asiam, respondeat anima, se paratam esse ad laborem non solum in Asiam, sed Africam, & Europam, & ita angariatur se patitur ad tria millia passuum. [omni petenti te tribue.] Nemo igitur conquærat quod petat a Deo & nō accipiat. Si tu non das petenti, quid mirum si tibi petenti Deus non det? Si placet illud, petite & accipietis, placeat reliquum, date, & dabitur vobis. Dicit Dominus, subuenite oppresso, iudicate pupillo, tunc venite & arguite me.

Chromatius, [præbe ei alteram.] Hæc enim meditatio tolerantia, ducit ad passionem martyrij, facile enim tempore persecutionis poenas corporis sustinebit, si in pace ante exercitatus, huiusmodi iniurias libenter suscipiat, toleret igitur iniuriam, ne similis videatur ei qui intulit, quomodo enim bonus apparebit qui vindicari vult? [relinque pallium.] Si ad probandam fidem nostram litem contra te quis moueat ablata tunica, pallium etiam relinque, & hæc erit perfecta victoria si iniuriam facienti etiam quæ non petit offeramus. [Alia duo mille.] Integre enim charitatis, & perfectæ deuotionis est plus præstare quā petatur. [omni petenti.] Ne plus facultatem quā fratrem faciamus. [mutuare volenti.] Iucundus enim qui miseretur & comodat. Et Iob sui exemplum plenissimū nobis super hac rem monstrauit. Iob. 31.

Diuus Thomas. [oculum.] Contra Leuitici. 19. dicitur, Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ inimicorum tuorum: quomodo ergo præcipitur erui oculus? respondetur quod lex Talionis præcipiebatur non cuius offensa, sed iudici soli: offensus verò dicebatur ne propria autoritate quærent vltionem. [Non resistere malo.] Poenæ, nam malo culpæ vsque ad mortem est resistendū. To. primus. H 5 dū.

Genesi. 3.

Genesi. 39.

Genesi. 39.

Matth. 13

Actor. 5

Matth. 4

Cant. 1. 11

Psal. 111

dum. Dubium est, an semper non sit malo resistendum. Respon. Si malum est publicum necessario ei debet princeps cum subditis resistere, est enim Dei minister in iram ei qui male agit. Si verò malum particulare est, pollumus impedire resistere ut Paulus, qui per milites insidias Iudæorum cohibuit, possumus etiam arguendo resistere, sicut Dominus reprehendit militem, qui cum a lapide percussus sit. Clerici tamen non possunt armis resistere malo, sed fuga, aut alia ratione. Laicis tamen licet etiam armis malo resistere, in sui defensionem, cum moderamine inculpatae tutelæ. Quomodo igitur præcepit Dominus non resistere malo? intellige animo viciscendi, & vindictæ libidine. [*præbe ei alteram.*] Id congruebat Apostolis pro tempore illo, quia fundaturi erant Ecclesiam Dei. [*relinque pallium.*] Num ergo cessabimus ab omni lite? Imperfectis concessum est ut res suas litibus repetant, modo sine fraude repetant. Perfectis verò non licet nisi ad refrenandis impios, qui aliena inuadunt, aut ad alios pauperes. [*omni petenti da.*] De corde, cõpationem. Isa. 58. cum effuderis esurienti animam tuam, & quidem qui compatitur de se ipso dat, qui verò pecuniã dat, de alieno dat. De ore consolationem. Eccle. 18. Verbũ melius quã datum. De manu substantiam. Deuter. 15. Præcipio tibi ut aperias manum tuã egeno. ¶ Quæritur an sit præceptum dare omni petenti? Respon. Si quod peti est obsequium operis nostri, dare tenemur indigenti. Si enim videris a sinu iacere sub onere, non pertansibis. Exod. 23. Si verò petunt res clerici tenentur dare de superfluis. Omnes tamen tenentur dare ei qui est in extrema necessitate. Si autem dare non possumus temporalia, tenemur ad affectum præstandum. Si autem quod petitur, spirituale est, dare tenemur indigenti. [*mutuum petenti.*] aufert vsuras.

Simon Casiensis lib. 10. c. 22. [*non resistere malo.*] Remota iustitia, introducitur patientia, quæ opus perfectum habet. Igitur omnia contemnuntur, ne discordia inter fratres nascatur, & non solum res, sed & persona in Christi obsequium aptatur. [*omni petenti.*] Sicut Dominus vult personam non solum sibi esse, sed & aliorum, faciamusque ut vellemus nobis fieri. Hæc est originalis iustitia, si dari tibi vis, da. Et Luc. 6. dicit, qui aufert tua, ne repetas, induxit animi nostri libertatem, ne rebus corruptilibus subiaceremus.

Hugo. [*non resistere.*] Iudici quia locum Dei habet, vindictam accipere licet, non odio, sed zelo iustitiæ, cæteris vindicta prohibetur, maxime læsis, qui non amore iustitiæ, sed liuore vindictæ vlcisci cupiunt. [*præbe ei alteram.*] Ad perfectos illius temporis loquitur, nostris temporibus non congruit hoc præceptum, alioquin pagani abuterentur patientia nostra, & ita cederet in nostrum detrimentum. ¶ Dices dignus est ille qui percutiatur. Ita, sed tu dignus non es qui percutias, ut qui seruus es illius, qui cum maledicebatur, non comminabatur. [*mille passus.*] Mille passus ambulare non erat contra legem de obseruatione sabbati. Tu igitur angarias eas sustine, quæ non sunt contra sabbatum, quod in pectore seruas. [*omni petenti da.*] Non vende. Ne igitur expectes ut multis precibus a te emat, quod daturus es egenti, manus eius inquit tornatiles, id est, faciles, & leues ad dandum. Item vendit, qui procrastinat, ne protrahas datum angustiati. Eccle. 4. Item vendit, qui improperat, Eccle. 20. Exigua dabit, & multa improperabit, a pertio oris eius inflammatio est. Item vendit qui tristi dat vultu. Eccle. 31. Splendidum in epulis benedicet labia multorum. Item vendit, qui aliud beneficiũ expectat. [*mutuum.*] Nã vsura totam facultatem, (ut fermentum) conuertit ad se.

Caietanus. [*non resistere malo.*] Licet præceptum hoc negatiuum videatur, & ita videri poterat, nunquam esse malo resistendum, tamen quia contrarium est nature suadenti, ut malo resistamus, ideo præceptum ut affirmatiuum intelligendum est, ut habeat hanc vim, ego dico vobis sustinete malum, tunc, scilicet, quando tempus & locus sustinere præcipiunt. Sic & præceptum de obuertenda altera maxilla affirmatiuum est, quod obligat, quando omnes circumstantiæ obuertere iubent. Ex his patet, quam sit longè præstantior animus noua quàm veteri lege instructus, in noua enim præcipitur non solum mala sustinere, sed etiam offerre non ad alia sustinenda. [*omni petenti tribue.*] Præceptum affirmatiuum est, obligat igitur quando recta id ratio poscit pensatis omnibus circumstantiis. [*volenti a te mutuum.*] Non solum cum proximus petit, sed etiam cum vult petere, & forsan præverecundia non audet, mutuari debemus, ideo non dicit petenti, sed volenti, quod autem dicit, ne auertaris, sensus est, ne ostendas inhumanitatis signa. ¶ Quæres

res quando præcepta hæc obligent ad mortale? Tunc quando professio fidei poscit ut opere compleantur, aut quando aliorum fides periclitatur nisi ego res meas contempsero, & quando petens caret aliunde subsidio, teneat dare aut mutuari.

Glossa interlinia. [*si quis te percussit, in dextrâ maxilli.*] Conscientiam tuam culpando, offer ei, corpus ad affligendum, id est, ne resistas si affligere vult. [*angaria.*] Non solum tua, sed te etiam præbe.

Glossa ordinaria. [*præbe ei alteram.*] De necessarijs si perdidistis vñũ, sine tolli & reliquum, quid ergo de superfluis? [*angaria.*] Si quis cogit te tibi seruire, & solatium impendere, compassionis affectu, paratus esto plura impendere. [*et pallium.*] Id est, qui animam tuam perdere vult, dimitte ei potius corpus ad martyrium. Item cum confessor peccata tua interna a te extorquet, tu etiam externa peccata manifesta, qualia sunt fornicatio furtum, &c.

Lyra. Errabant Iudæi credentes vindictam posse propter se appeti, ac cum vindicta sit illatio mali, hoc non potest alicui appeti, nisi propter aliquid bonum, scilicet iustitiæ, ne malum in exemplum trahatur aliorum, quando igitur ex vindicta nullum bonum speratur, tunc non est resistendum malo, quando verò speratur, tunc non resistere, consilij est, non præcepti.

Gratianus. 23. quæstio. 1. capit. 1. Arguit quod bella sint iniusta, quia non est resistendum malo, & quia non est neganda maxilla percutienti, & Paulus dicit, Non vos defendentes charissimi, & Petro dicit, Conuerte gladium, & Dominus mihi vindictam. Sed respondetur, quod hæc omnia ad præparationem animi referenda sunt. At. 23. quæstio. 4. tota in hoc argumento versatur, an liceat resistere malo? & eleganter concluditur quod licet, per iudicem tamen. Ita dicitur eadẽ causa & quæstione cap. qui peccat exemplo ad dũsto ex Apostolo, qui fornicarium tradit Satane, de quo habetur. 1. Corinthio. 5. & ex Petro qui Ananiam & Saphiram occidit & ex Domino, qui flagello expulit videntes, & in cap. quid crudele affertur exemplũ de Mose occidente idololatras.

Audistis quia dictum est.

D. Hierony. multi dicunt præcepta hæc esse impossibilia, & plus præcipi, quam humana natura patiatur. Sed Christus non im-

possibilia præcipit, sed perfecta, quæ David 1. Reg. 1 in Saulem & Absalonem, Stephanus in sui occisores, fecit, & Paulus optat anathema esse pro fratribus, & Christus quod præcepit efficit. Dum pro persecutoribus orauit. [*ut sitis filij.*] Igitur non sumus natura filij, sed arbitrio nostro.

D. Leo, in sermo. de martyribus. Duo præcipua sunt in quibus imitari Dominum debemus, ut mites simus, & ut inimicos diligamus. De diligendis inimicis nullus potest excusari, excusatur si non ieiunat, si non dat elemosynam, sed nulla est excusatio, si inimicum non diligo, quod non de cellario, sed de corde iubeor implere. Iam verò elige, si vis Dei filius esse, dilige inimicum, si vis odire, homicida es, & in tenebris ambulas, Rursum si diligis inimicum, ei remittens offensam, peccata tua a Deo dimittentur. Si non dimittis, veniam non inuenies. Igitur in potestate nostra est, qualiter in die iudicij iudicemur, non sunt longe vulneribus meis medicamenta requirenda. Dices, nocuit mihi ille multum, plus tu offendisti Deum, dimitte proximo tuo parum, ut tibi Deus multum remittat.

D. Augusti. lib. 1. de sermo. Domini in morte. ca. 41. [*diligite inimi.*] Sine dilectione inimicorum, superiora implere quis potest? vltra verò dilectionem inimici, perfectio misericordiae extendi non potest, & ideo dicit, perfecti estote sicut Pater, intellige, Deum perfectum ut Deus, animam vero ut animã. [*Quod verò dicit, odio habebis inimicum.*] Nõ vox est iusto iubentis, sed infirmo præmittentis. ¶ Sed dices, Prophetę imprecati sunt mala hostibus suis. David dixit, fiant filij eius orphani, &c. Et fiat mensa eorum in lapideum. Apostolus dicit, Percutiat te Deus paries dealbate. Sed hæc sanctorum voces, non erant optantiũ, sed præuidentiũ, quæ hostibus futura erant: sicut illud Domini, vã tibi Corozain non est optantis mala, sed prophetantis ventura.

¶ At qui grauius dubium vrget, Ioannes dicit, est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis, igitur non est verum, quod orandum est pro his qui nos oderunt, si hi peccauerint ad mortem. Responso est, quod illud dicitur peccatum ad mortem, cum quis post agnitionem Dei, oppugnat fratritatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitatur. Iudæi pro quibus orauit Christus in cruce, gratiam nondum nouerant, dicit enim Dominus, nesciunt quid faciunt

Luce. 23. faciunt, itidem ignorabant Iudæi pro qui-
 Actorum. 7. bus Stephanus rogabat, sed Alexander era-
 rius, & Pharisei gratiam Domini impugnã-
 tes peccabant ad mortem. Cum igitur Do-
 minus iubet orare pro inimicis, ab his sunt
 excipiendi: illi inimici qui peccauerunt ad
 mortem, ne scripturæ sibi dissentiant.

Apoca. 19. ¶ Obijcis ulterius martyres in Apocalypsi
 rogasse contra inimicos suos, dicentes, Vin-
 dica Domine sanguinem nostrum. Respon-
 sio est, non rogasse contra inimicos, sed vt se-
 culum finiretur, quo sancti laborum suorum
 præmium, & finem peccandi mali, recipe-
 rent. [qui solem suum.] Intelligi potest Sol
 iustitiæ Christus, & pluuia, doctrina potest
 accipi. Sed quadrat magis de Sole corpora-
 li intelligi. [solem suum.] Suum dicit, quia
 ipse eum fecit, & a nullo accepit vt faceret.

¶ Idem in sermo. 62. de tempore. [vt sitis fi-
 ly Patris vestri.] Quomodo igitur dicere po-
 terit, pater noster qui fratrem odit? Si enim
 odimus filij Dei non sumus, igitur quomo-
 do vocabimus patrem. Aut qua conscientia
 dicere possumus, dimitte nobis, sicut & nos:
 planè si amas amantes te, nihil facis supra
 bruta animantia: vt igitur superior sis brutis
 dilige inimicos tuos, alioqui audies illud Do-
 mini, qui seruo malo dimisit omne debitum
 at quia noluit remittere conseruo, dicit Do-
 minus, tradite eum tortoribus, & addit: sic fa-
 ciet Deus si non dimiseritis de cordibus ve-
 stris. Certè qui offendit in vno factus est om-
 nium reus, illud verò vnum, est, mandatū
 meum est vt diligatis inuicem: nam omnis
 lex in vno sermone completur, diliges pro-
 ximum. Si enim tradidero corpus meum
 ita vt ardeat, & non habuero charitatem ni-
 hil mihi prodest, at charitas ad inimicos sese
 extendit, sicut charitas Dei, quæ ad omnes
 se extendit bonos & malos.

¶ Idem in sermone. 168. Exemplū dilectio-
 nis inimicorum fuit Ioseph amans fratres à
 quibus venditus est. Moses rogans deleri se
 de libro vitæ pro Iudæis. Iob, si gauisus sum
 inquit ad ruinam inimici mei. Dauid ab ini-
 mico Iesus non vult vindicari, Deus dicit, Si
 videris asinum inimici tui iacere sub onere,
 non præteribis, & alibi dicitur, ne memor sis
 iniuriæ proximi tui. Et alibi, cum ceciderit
 inimicus tuus ne gaudeas, ne forte videat &
 displiceat illi, & rursus, homo homini re-
 seruat iram & à Deo quærit medellam?

¶ Sed ita diligas proximum tuum malum,
 vt hominem diligas, eius peccatum odio
 habeas, dilige hominem, & odio habeto ini-

micum tibi, quia ipse est inimicus sibi es-
 to sicut medicus, diligens hominem, o-
 dio habens morbum. Memor esto quòd Hie-
 rusalem habet muros, pacem. Qui ergo
 pacem cum omnibus seruare non vult, lo-
 cum intrandi non habebit, siquidem muri
 illius ciuitatis sunt pax. Item memor esto,
 quòd sponsus sine oleo charitatis non vult
 sponsus apertire. Sanè Paulus dicit, certus
 sum quòd nec mors, neque vita, neque al-
 lia creatura poterit nos separare à charitate
 Dei: tur igitur conuictiolum quòd à fratre
 audisti, separat te à charitate, à qua nec tor-
 mentis & persecutionibus, sancti separaban-
 tur. Tandem Deus charitas est, quomodo
 sine charitate, ad charitatis Dominum ac-
 cedere vis.

¶ Idem libro. 50. Homili. homili. sexta. Di-
 cis quis potest diligere inimicos? Prius te di-
 lexit impium pius Deus. Si non es impius,
 fuisti impius, non enim dicit beati qui non
 peccauerunt: sed Beati quorum remisse sunt
 iniquitates. Tu ergo dicis, quomodo Deus
 iniquitates illius patitur? & non es memor
 tuarum iniquitatum? volebas quòd te tran-
 seunte pontem misericordiæ Dei sub-
 duceretur pons ne transire alij possent?
 volebas vt vsque ad te solum, Deus es-
 set patiens? quid scis an qui nunc iustus
 & amicus est, inimicus postea fiet? &
 contra qui malus & inimicus est, sanctus
 fiet, cælumque possidebit, te fortasse ex-
 cellior? Saulus postea Paulus huius rei
 exemplum est. Diligamus ergo inimicos,
 nullum enim sacrificium maius est, quòd
 Deo debeamus, nisi quicquid boni est, ma-
 lis hominibus, si tamen hominibus, feceri-
 mus. Eleemosyna cordis multo est maior,
 quàm corporis, est autem cordis eleemo-
 syna dimittere quæ alij, contra nos pecca-
 uerunt: sine eleemosyna cordis, eleemosyna
 corporis omnino non sufficit, at illa sine
 hac satis est.

¶ Idem in sermo. 170. de tempore. Intendite
 ad charitatem fratres, quam sic laudat scri-
 ptura diuina, vt nihil illi coequet. Sanè iu-
 dex noster. Christus est, tu debitor illi es,
 si debitor est tibi proximus, dimitte il-
 li, & dimittetur tibi, rogas pro misericor-
 dia: quia nullum sacrificium sine mi-
 sericordia placet: dicit enim misericor-
 diam volo magis quam sacrificium, con-
 cede ergo veniam oranti, & securus pète
 tibi veniam, & gaude quòd habeas, in-
 quòd facias, quòd Deus faciat in te.

Dices,

Dices, peccauit ille in me, nec veniam exigit
 a me, sed adhuc irascitur. Si tu non dimi-
 sisti, quia ille non petiuit, securus esto, dice-
 re orationē Dominicam potes, roga tamen
 pro non rogante, sicut Dominus in cruce di-
 cebat ignosce illis, &c.

D. Ambrosius in cap. 6. Luc. [diligite ini-
 micos.] Vt impleatur quòd dicit sponsa, or-
 dinate in me charitatem, quæ tunc ordinatur
 cum præcepta charitatis formantur. Tu igitur
 incipe beneficus esse: nam in beneficio
 pari, prior est qui coepit, beneficus enim est,
 qui gratiam coeperit, debitor qui retulerit.
 Sanè commune omnibus est, amare qui nos
 amant, ergo Christianus, cui professio excel-
 sior est, amet odientes.

D. Grego. Dialog. lib. 4. c. 44. pro inimi-
 cis orandum, vt Deus det illis poenitentiam,
 qua respiciant à diabolo laqueis, à quo capti
 ui tenentur. Pro damnatis igitur non oran-
 dum, quia non possunt habere poenitentiam.
 ¶ Idem in. 30. cap. Iob. Tunc verè inimicum
 diligimus, cum de eius profectu non trista-
 mur, nec de ruina lætamur, dilectionis quip-
 pe vim, inimici casus interrogat. At verò quã-
 do casus inimici, est multorum erectio, gau-
 dere oportet, dictum enim est, lætabitur ius-
 tus, cum viderit vindictã. Sed subtiliter est
 aduertendum, cum Deus ferit impium, con-
 dolendum nobis est, miseræ pereuntis, sed
 congaudendum iustitiæ iudicis.

D. Chryosto. homi. 18. [diligite inimi.]
 Non sat fuit Christo præcipere, vt percuti-
 tem pateremur, nudanti daremus pallium,
 aliud maius requirit à nobis, quid nam? vt di-
 ligamus eum qui ita nos læsit vt percuteret
 & nudaret, nec enim dicit, ne odio habeatis,
 sed diligite, nec dicit, ne male faciatis, sed &
 benefacite, nec his cõtentus addit, orate pro
 inimicis grande hoc planè præceptum: ita &
 est eius grande præmium, nec enim terram
 proponit dilectioni præmium, nec regnum
 cælorum, nec magnam in cælo mercedem,
 sicut supra in beatitudinibus proposuerat.
 Sed proponit, si diligimus erimus similes
 Deo, qui solem suum, oriri facit, &c. id est,
 qui non solum non odit suos contemptores
 seruos, sed & beneficijs onerat, tu verò con-
 serua donare iuberis. Noli ergo odisse malū
 tibi inferentem, sed magis ama, quasi multo-
 rum tibi conciliatorem bonorum, teq; læ-
 dendo, ad amplissimum honorem ducentē:
 alioqui & passus es, & futura mercede nuda-
 tus. Dicit læsit me plurimum, nū læsit te,
 quantum Christus à Iudæis læsus est: at læ-

sus in cruce rogat pro hostibus, & in cælo
 gloriosus interpellat pro omnibus. Læsus es?
 refer gratiam, vt tibi maiorem addas co-
 ronam, & fratrem grauissimo eripias languo-
 re, imò libera te a sæuissimo dæmone, pro-
 priæ scilicet, mentis furore, furent quidem
 acti à dæmone, sed iracundi peiores sunt,
 quia scienter insaniunt. Noli tu foeminis es-
 se mollior, at foeminæ non grauatè ferunt si
 à parientibus mordeantur. Tu igitur ne gra-
 ueris irati fratris morsus sustinere. Quod si
 adhuc grauiã tibi præcepta videntur, sanè
 ad hoc venit Christus, vt hæc mentibus no-
 stris infereret, vtilia non amicis solum, sed
 & inimicis, quos si amicos solos diligis, in
 numero es publicanorum, qui faciunt quòd
 tu facis. At quonam supplicio digni sumus
 qui cum ad similitudinem Dei vitam no-
 stram informare iubeamur, forsitan negen-
 tibus quidem inueniamur æquales? imò
 ipsis inferiores iacemus: quomodo igitur in
 regnum illud admittemur, quòd gentes non
 intrant? Et aduerte multus est quidem Do-
 minus, cum loquitur de præmijs, strictus
 est cum loquitur de poenis, semel enim hoc
 sermone meminit gehennæ. Tum memi-
 nit alterius poenæ, dicens, minimus voca-
 bitur, item alterius, iam mœchatus est in-
 quit. Nunc etiam poena est, similes esse
 publicanis & peccatoribus, tanta verò est
 magnitudo peccati, vt similes esse pecca-
 toribus, ad virtutem pudore succendat. Iam
 ne expectes, vt te tuus saluet inimicus, imò
 tu præcurre, ne ille humilitatis præripiat co-
 ronam. Si reprehendis quòd te non salutat,
 cur facis quòd reprehendis? Dices si saluta-
 uero, despiciar, quid offendis Deum, ne de-
 spiciaris? Si indignum putas te ab æqua-
 li despici, quanto indignius creaturam de-
 spicere suum creatorem? mihi verò prius
 proueniat inimicitias sustinere propter Chri-
 stum, & contemni, quàm à regibus ho-
 norari.

Author innominatus, homili. 13. Si iu-
 stum esset inimicos odire, nunquam te
 Deus ad suam dilectionem traxisset, ille
 pro te filium suum tradidit opprobrijs &
 morti, & tu vel nudam dilectionem ne-
 gas inimico? Sed quid mirum si graue
 hoc videatur præceptum de diligendis ini-
 micis, si quidem nec amicos satis sincerè
 diligimus. Id verò sit compertum, si sta-
 tuis amicos, diligere solum, necesse est vt
 odias omnes, & odiaris ab omnibus, ne-
 cesse enim est, vt veniant scandala, &
 quod

Math. 18

quod hic te lædat hodie, cras alter, &c. Puto verò quòd non solum in gratiam inimicorum hoc Christus mandauit (quia videlicet, illi essent amore digni) sed in gratiam nostrà quia non est dignum vt nos odiamus, odiū enim est spiritus tenebrarum, & totam maculat sanctitatem, repellamus ergo odium à nobis, forsàn enim inimicum odiens, nihil illum lædis, te autem in anima multum læstis, & si illi benefeceris, plus tibi benefecisti. Planè caro sentit iniuriam, nec dimittere potest. Sed anima cui hoc præceptum ponitur libera est remittere, si vult potest. Potest verò si spectet nunc patientiæ lucrum, & gloriæ premiū, & quod inimicus à diabolo exagitur. [*benefacite*] Quia ex beneficijs amor nutritur, odium compescitur. [*orate pro persequentibus.*] Pro quibus orantes magis exaudimur, quàm cū oramus pro nobis: hoc enim est opus naturæ, illud gratiæ. [*vt sitis filij.*] Filij carnis simulantur parentibus in facie, risu, vel signo, filij Dei, simulantur ei in dilectione. [*quam mercedem?*] Si quidem qui diligit amicum, propter se diligit, qui verò inimicū propter Deū diligit, ideo mercedem habet à Deo. [*estote perfecti.*] Qui diligit amicum, discedit à malo, habet igitur dimidiam sanctitatem, reliquū est, vt diligit inimicum, & ita faciat bonū sicq; sit perfectus, illud enim à pœna liberat, hoc ducit ad gloriam. [*super bonos & malos.*] Prius ponuntur boni, propter quos, vt fruantur bonis, Deus mittit bona, & sinit eis malos frui. At contra si Deus castigat, proptet peccatores castigat bonos, quibus castigatio ad lucrum prouenit.

D. Basilius respō. 176. Sine dubio nō præcepisset nobis Dominus diligere inimicos, nisi etiam facultatem qua id faceremus esset largitus. Quam quidem & in natuas insitam videri voluit, si quidem, bene merētes de se etiam bestia diligunt, & quis est amicus, à quo eam mercedem sperem, quā speramus ab inimico, à quo speramus id quod dicit Dominus, gaudete cum vobis maledixerint homines, & persecu. vo. f. quia merces vestra co. est in cæ.

Euthymius. [*qui solem suum.*] Per solem & pluuiam reliqua omnia naturæ humanæ cōuenientia intellige, quæ per solem & pluuiā & generantur, & nutriuntur, & augentur & perficiuntur. [*vt sitis filij.*] Id est, similes filio Dei, qui innumeris ab inimicis passus iniurias, ipsos amabat. [*publicani.*] Erāt hi omnium maximè infames.

Rupertus libro quinto, de gloria & hono

re filij hominis. [*odio habe.*] Cur Dominus distulit legem de dilectione vsque ad tempus gratiæ? quia lex infirmabatur per carnē, erant enim homines illius temporis carnalēs. At cum etiam sint nunc carnalēs, cur eis ponitur lex? quia iam exemplum Christi amantis amicos adiuuat nos, quod olim nō erat. [*solem suum.*] Grandis benignitas, quòd solem corporalem oriri faciat super bonos & malos, sed maior est, quod Christum oriri fecerit Iudæis & Gentilibus, quibus etiā pluuiam Euāgelicæ doctrinæ cōmunicauit. [*sitis filij*] Serpens persuasit hominibus odire Deum amicum, hoc præmio, quia critis (inquit) sicut dii. At Christus contraria via per dilectionem inimicorum ad cælum vocat, proposito præmio, vt sitis inquit filij Dei, Patris vestri, illa via iniqua dispulit hominem à diuina similitudine, hæc via qua inducet in similitudinem. Dicit Ioannes, in hoc manifesti sunt filij Dei, & diaboli, quia filij diaboli, nec amicos diligunt, sicut diabolus suum factorem non dilexit, & non diligere persuasit. Sed filij Dei etiam inimicos diligunt.

Diuus Thomas. [*odio habeatis.*] Id non inuenitur in lege, sed erat Iudæorum additio, putantium id licere, quia erat concessum odium cum Amalechitis, &c. [*diligite inimicos.*] Præceptum hoc ligat omnes, vt diligamus inimicos affectu, & si necessitas fuerit, etiam effectu, perfecti verò debent diligere, etiam effectu extra necessitatem. [*benefacite vs.*] Isaias. 58. Carnem tuam ne despexeris.

Simon de Cassia libro decimo, de gestis Domi. Saluato. capit. 23. Licet qui peccat vitium habeat in sua natura, non est tamen derogandum naturæ propter vitium. Si quidem propter vitium non desijt esse homo, qui vitium habet, nec imaginem Dei quam à Deo accepit amisit. Si vitium esset à natura inseparabile, iure posset odiri natura vbi vitium est: at separari vitium & natura possunt. Quò circa si odis naturam vitiosam, prius quidem cum non oderas, vnum vitium erat: nunc verò cum odis, duo sunt vitia, scilicet, in illo, & in te. At verò non debueras vitium vitio repellere, vitia enim non nisi virtutibus sunt repellenda. At dilectio est secundum naturā, quam omnia cupiunt, ex diuersis vnum facit in conuiuendo est necessaria, auget rem publicam conferuat omnia, sola est benefica, ideo eam Dominus præcepit.

Quod

Quod verò dicit, odio habeatis inimicum, non inuenitur, nisi forsàn colligere potuerunt Iudæi ex Deuteronom. vbi cum Ammonitis & Moabitibus pugna perpetua præcipitur, aut certè erat scribarum adiectio, aut forsàn erat illatio, si enim amicus diligipræcipitur, videtur odiendus inimicus. [*diligite inimicos*] Statim hoc refugit auditus ad dire, id verò est, quia non distinguimus naturam à vicio, illi enim dilectio, huius odium debemus. Iubetur ergo in primis dilectio cordis, tanquam radix & principium omnium ramorum & riuulorum sequentium, frustra enim dares beneficia inimicis, si eos odio haberes. Iam dilectio ociari non potest, quærit cui beneficiat, & eo ipso validior fit, quo inimicum diligere potest. Porrò dilectio, cum ex Deo sit, Deum respicit, vt iuxta eius voluntatem amet: amat ergo quem Deus amare iubet, non attendens quem diligit, sed quem diligere iubeatur. Tum dilectio respiciet suum possessorem, & quia ipsa est pura, fugabit odium, quod animam maculat atque foedat. Demum beneficentiæ cupida, non quæret in qualem benefica sit, dum in hominem benefica esse possit. [*orate.*] Quia iussa dilectio maximè bona spiritualia quærit, ijs quos diligit, & nulla victoria maior, quàm tuis precibus, tuum inimicum conuertisse. [*qui solem suum.*] Poterat quidem Deus solo nutu de omnibus inimicis vicisci, non vult tamen, sed hunc solem totius mundi lætitiā, & quæ impertit malis ac bonis [*quæ vobis est gratia.*] Non est vsus eandem rem duobus vendere emptoribus, ergo dilectio propter Deum non quærat ab homine mercedem, Deus sui præcepti merces est, derogat virtuti, derogat, & sibi, qui alium quàm Deum querit habere in premium.

Hugo. [*diligite inimicos.*] Quia omnia dilecti diligenda sunt, non solum agri & segetes, sed etiam spinæ & sarpes. Item quia Deus faber est, inimici verò sunt lima & mallei, quibus nos ille expurgat, & quia filij Dei sunt, licet insani. Fratres nostri sunt, licet infirmi, deducunt nos ad portum, soluunt debita nostra, rubignem tollunt. [*Pater vester qui in cælis est.*] Ibi enim relucet eius potentia in tam vasto corpore: eius sapiētia, in tanta pulchritudine eius bonitas, in motus vniformitate. [*estote perfecti.*] Num tenentur omnes esse perfecti? Respon. est perfectio poenitentia, ad quam tenentur omnes, secunda est comparationis, quam debent clerici habere, tertia ordinis: continentēs hanc

habeant, quarta professionis, hæc est monachorum; quinta prælationis, est hæc prælatorum, sexta tranquillitatis, de qua dicitur cupio dissolui, & perfecta charitas for. m. ti. 1. Ioan. 4

Cætera. [*odio habe.*] Ita colligebant Iudæi ex Deuteronom. 26. Dabit Dominus inimicos tuos corruentes in conspectu tuo, at corruere effectus est odij. [*diligite inimicos.*] Sicut Deus dans solem & pluuiam, nullum excludit à sole & pluuiā ita nos cogimur, à dilectione, beneficentiā, & oratione, qua prosequimur omnes, inimicos nostros non excludere, & nihilominus, etiam beneficentiā specialem debemus cum necessitas ingruerit: dictū enim est, si esurierit inimicus tuus ciba illum. Prouerb. 25. [*si diligitis.*] Consilium est, non præceptum, si quidem dicit, estote perfecti, perfectio verò est consilij, consilium ergo est, diligite inimicos in speciali [*quam merce.*] Potius enim diligere diligētem est rependere vicem, quàm mereri. [*sicut pater.*] Qui tot peccatores in speciali conuertit.

Glossa interli. [*sitis filij.*] Dignitatem suā hæredes intelligant. [*publicani.*] Qui publicā victigalia exigunt, vel publica negocia & lucra sectantur.

Glossa ordina. [*odio hab.*] Forsitan iuxta superius dicta, oculū eruēdo pro oculo, &c. [*benefacite.*] Ministrantes cibum mentis & corporis, quod facit ille qui dixit, cum eis nec cibum sumere, spectabat enim ad fratrum concordiam. 1. Cor. 13

Lyra. Diligendi inimici, quia vnam nobiscum imaginem Dei ferunt, & vnam nobiscum gloriam possunt participare. [*diligite inimi.*] Bona gratiæ & gloriæ eis optando, bona verò temporalia, sub quadam generalitate, scilicet, si eis profunt ad vitam æternam. [*benefacite.*] tenemur enim eorum salutem æternam vt possumus procurare, alia bona optare aut procurare non est necessitatis.

Nicolaus Papa, dist. 28. capit. finali, dicit quod laici non debent suum presbyterum quanuis concubinarium reijcere, sed sustentare, sicut Deus, qui solem suum oriri facit super malos, & sicut Christus qui Iudam nō reiecit.

Cyprianus, cuius dictum refertur de consecratio. dist. in. 4. cap. nec quemquam, dicit Christus sol iustitiæ per omnes diffunditur, sicut olim māna diffundebatur capientibus suum gomor cunctis sine ætatis, sexus, aut conditionis discrimine. Exo. 16

CAPVT

CAPVT. VI.

Attendite ne iustitiam
vestram.

HIERONYMUS. Hypocritæ sunt, qui quodlibet faciunt ut ab hominibus glorificentur, qui igitur tuba canit cum facit elemosynam, & qui in synagogis orat, & qui dicit, sine frater eij-
ciam festucam ab oculo tuo, hypocrita est: non iraq; virtus sed causa virtutis habet mercedem apud Deum. [*nesciat sinistra.*] Non solum nesciat in elemosyna, sed etiam in quouis alio opere: nam si illa scierit, statim dextera opera commaculat. [*repperunt mercedem suam.*] Suam, non Dei. [*clauso ostio.*] Et si simpliciter erudiat auditorem ut vanam gloriam fugiat, mihi tamen videtur, hoc magis esse præceptum, ut inclusa pectoris cogitatione, labijsq; cõpresis oremus Dominum, ut orauit Anna, cuius labia mouebantur, sed vox non audiebatur. [*nolite multum loqui.*] Deus enim non verborum, sed cordis est auditor. [*scit pater vester, quid sit opus vobis.*] Dubium confurgit Philolophorum & Hæreticorum si Deus scit, frustra igitur scienti loquimur. Quibus respondetur, nos non narratores esse, sed rogatores: aliud enim est narrare ignorantia, aliud a sciente petere: illic enim fideliter indicamus, hic miserabiliter petimus.

1. Reg. 1

D. August. lib. 2. de serm. Domini in mō. Tractat Dominus de cordis munditia, est enim cor mundum, tanquam oculus, quo videtur Deus. Huic verò oculo mundato surrepunt sordes laudis humanæ. Et quidem si ij inter quos recte viuus, te nō laudant, illi in errore sunt, at si laudant, tu in periculo, nisi tam tibi simplex est cor, ut quæ recte facis, non propter laudes facis, magisq; gratularis illis recta laudatibus, quam tibi: & nisi quia recte viuus, etiā si nemo laudaret, & illas laudes viles esse laudantibus intelligis, si nō te, sed Deum in tua bona vita honorant. Pertinet igitur ad oculos mundum, ut bonū facias, non tamē propterea, ut hominibus placeas. Non enim habet mundum cor nisi qui transcendit humanas laudes, & illum solum instituetur, qui cor inspicere potest. [*cauete igitur ne iustitiam faciatis.*] Ibi constituentur bonum veltrum, ut vos videant homines. Vos

Matth. 5

enim estis lux mundi, lucere debet lumē vestrum ut videant homines opera vestra bona, sed non ibi finem statuit, addit enim ut glorificent Patrem vestrum. Ita Paulus dicit. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem, at alio loco dicit, Placete omnibus per omnia, sicut ego omnibus per omnia placeo. Non enim placebat hominibus, volēs id esse suorum operum mercedē, sed placebat proponens se hominibus imitandum, quod nisi faceret, Deo placere nō posset. Ita Paulus alibi, non quæro datū, sed fructum vestrum, id est, non quæro munera vestra, sed fructum vos habere volo de bono opere vestro. Summa ergo est. Cauete ne in humana laude mercedem statutis, id est, ea vos bñoseffici arbitremini. [*hypocrita.*] Sūt simulatores, pronūciatores alienorū gestorū quisquis ergo in omni vita se vult videri quā non est, hypocrita est, hī mercedē recipiunt non a Deo, a quo suæ fallaciæ recipient supplicium. [*nesciat sinistra.*] Quidam per sinistram infideles intelligūt, quidam nostros inimicos, sed falso. Si quidē infidelibus etiā & inimicis debemus nos imitando exhibere. Alij dicunt, sinistram esse vxorem, quæ si tenacior est, scire non debet viri elemosinā ne eam impediatur. Quasi verò foemina, Christianæ non essent! Si enim Christiana est, a qua sinistra suam debet elemosinā occultare, Igitur sinistra est ipsa delectatio laudis humanæ, sicut dextera est, intentio implendi præcepta diuina. Præcipit ergo Dominus ne intentioni implendi præcepta Dei, laudis se appetitio commisceatur, sed sit in abscondito nostra elemosyna, id est, in bona conscientia, vbi multi elemosynam faciunt in bona voluntate, licet opere non faciant, quia non habent. Sicut contra multi exterius dāt, qui sunt vacui interius. Quod si Dominus prohibet, ne bonæ intentioni laudis cupiditas inhæreat, magis prohibebit, ne propter laudē solam quicquam faciamus, [*intra cubiculum tuum.*] Id est, cor tuum, iuxta illud, in cordibus vestris, & in cubilib⁹ vestris. [*clauso ostio.*] Frustra enim intras cor tuum, si per carnalē sensum sicut per ostium, temporalium intrāt phantasmata. [*nolite multum loqui.*] Ethnici enim magis exercendæ linguæ quàm mūdando cordi operam dant. Dices, cur ergo Dominus hæc ipsa verba orationis Domini cæ docuit, si iā Deus nouit quid nobis opus sit? docuit verbis illis, quas res petere debeamus. Dices, nec id erat faciendum, si quidē Deus

Gala. 1

1. Cor. 11

Philip. 4

Matth. 5.

Luc. 8.
Matth. 5.

Psal. 77.

Ioel. 1.

Psal. 44.
2. Corint. 1.

Matth. 5.

Iob. 3.

In Euangel. Matthæi. Cap. V.

65

Deus scit quæ necessaria nobis sint? certe ipsa oratio animum serenat, & capaciorem donorum Dei efficit, sit enim oratione conuersio cordis ad Deum, qui dare paratus est: & purgatio, ut animus nolter manere possit intuens lucem diuinam, non solum sine molestia, sed cum gaudio. Idem Sermo. 182. de tempore. [*nesciat sinistra.*] Id est, non venando laudes, sed propter intentionem vitæ æternæ quæ per dextrā significatur, facere adiuuamur. [*intra cubiculum.*] Id est, habet cor quietū, ab omni tumultu exteriorum. Idem Sermo. 17. in dedicatione Ecclesiæ, quæstio est quomodo Christus iubeat, ne faciamus opera coram hominibus cum supra dicat, sic luceat lux vestra coram hominibus, & respondet, non iubet Dominus ut opera nostra abscondamus, sed in bonis operibus laudem humanam non cogitare. Iubet vero videri opera nostra, cum dicit, nemo accedit lacernam & ponit sub modio, & item sic luceant opera vestra ut videant. &c.

D. Grego. libr. 8. in oral. cap. 37. contra arrogantes pulchrè inuehitur, primū, quia tradūt in captiuitate virtutes suas, & pulchritudinem suam in manus inimici. Tum, quia dum ostendunt in itinere huius vitæ bona quæ faciunt, a latronibus vanæ gloriæ spoliuntur. Nam quia faciunt, quod per Ioelem dicitur, posuit vineam meam in desertum, decorticauit ficum meam, nudans expoliamit eam, alibi facti sunt rami eius, quia videlicet vinea animæ, virtutibus plena, humanæ laudis cupiditate dissipatur, & cortice humilitatis detecta, licet albi videantur eius rami, inde tamen vnde albescunt, siccantur, recte ergo dicitur, nesciat sinistra tua, & iterū, omnis gloria filia regis ab intus, Paulus gloria nostra, est testimoniū conscientia nostræ. Sed quid est, quod Dominus dicit, sic luceat lux vestra? Certe cum gloriam quærimus Dei, etiā si publica sint, occulta tamen in pectore seruamus. Sed valde perfectorum est, ostenso opere, sic gloriam Dei quærere, ut de illata laude priuata, nesciamus gaudere, & tunc solum innoxie, hominibus laudabile opus ostenditur, cum per despectum mentis, veraciter laus impensa calcatur. Quam quia infirmi non superat, reliquum est, ut bonū quod operantur abscondant. Ideo sanctus Iob dicit. Scirpus (id est, hypocrita) inter lapides (id est, homines) commorabitur, sed si absorberit eum de loco suo (id est, cum moritur) negabit eum (scilicet, Deus) & dicet, non noui te. Idem. lib. 4. cap. 14. declarat illud Iob,

expectet lucem & non videat, dicens, quod qui propter humanas laudes operantur, expectant lucem gloriæ æternæ, sed non eam videbunt, quia iam receperunt mercedem suam. Idem lib. 8. cap. 28. in illud spes hypocritæ peribit, dicit, peribit, quia cum in res mobiles, scilicet, laudes humanas, animum habuit fixum, cum re mobili mouetur, & recte Iob ait, tunc non placebit ei vcordia sua, quia magna vcordia est, vili precio suum opus vendere, magna, scilicet, impendere, & modicum recipere.

D. Chriftost. homi. 19. Impotentissimam hic Dominus, hominum eliminat passionē rabiem, scilicet, quandam, quam ab alijs vicij emendati, de inanis gloriæ amore patiuntur. Incipit igitur ab elemosyna ieiunio & oratione, in his enim vicium hoc solet inhabitare, ut in Pharisæo monstratur, qui dixit. Ieiuno bis in sabato. &c. [*attendite.*] Clam quippe ingreditur hæc bestia, cunctaq; benè intus orientia, quietem & sine sensu perdenis exportat, admonet igitur Christus ineffabili erga homines prouidentia, ne mercede suæ elemosynæ quam faciunt, priuentur, [*ut videamini.*] Non enim vult omnes vbiq; elemosynam facere latenter, sed ne eam faciant ad ostentationem, non enim operi, sed voluntati operantis præmiū statuit, aut poenam. [*nō habebitis mercedem apud Patrem, qui est in celis.*] Igitur coerceat nos ab ostentatione, mercedis priuatio. Pater noster, & regnū cæleste, & quod hypocritæ ostentationem affectant, recte vero nominat hypocritas, horum enim facies erat miserantium, cor vero crudelium, non enim dabat ex affectu compassionis. Porro canebant hī tuba, quia stipem ad signum tubarum erogabant. [*nesciat sinistra.*] Exageratio est, si fieri potest, te ipsum ignorare quod facis, sit hoc tibi in studio. [*Pater qui vidit in abscondito.*] Admonuit Patrem esse vbiq; præsentem, & quod bona aut mala nostra, non vsque ad hanc tantum vitam perueniunt, sed iudicium nos expectat terribile, vbi nihil latebit, etiam si nunc interim aliquid occultetur. [*reddet tibi.*] Quid optabas? videri? ecce spectator tibi est, non angeli solum sed & ipse Deus. Quod si spectatores homines cupis, id cumulatissimè reperies, non nunc, sed cum mercedem laborum percepturus es. Et nunc si spectari cupis ab hominibus, spectabunt te quidem, sed culpabunt, ut laudis audium, at si tunc viderint a Deo coronari, administrabuntur. Quæ vero stoliditas est velle spectari a misere Pri. Tho. I ris

ris & egenis, & non potius ab ipso rege? Ergo vetat ostentationem, imo & aliquid maius indicit, scilicet, velle latere, plus enim est velle latere, quam non optare videri. *[cum oratis non eritis vt hypocrita.]* Qui faciē habent orantium, sed corde ridiculorum hominum personam gerunt. Quid enim ridiculosius, quam orans coram illo qui habet donandi potestatem, ab illo faciem auertere, & ad alios huc atque illuc vagos oculos conuertere? plane cum sic verba profuderis, vacuus redibis eo quod postulasti. Interim cogita misericordiam Dei, qui mercedem pollicetur, pro his bonis, quæ nos ab illo petimus. *[in cubiculum.]* An non in ecclesia? ibi valde quidem, sed hoc animo, latere, scilicet, volens. Nam si in cubiculum tuum intraueris, ibi cupiens, vt te alij videant, iam non in cubiculum intraſti. Et quidem cum vbique oporteat animum habere à vana gloria alienum, maxime vero cum oramus, alioqui orantes, nec nos ipsi intelligemus, & quomodo volumus ab eo audiri quem rogamus? Non igitur gestibus corporis, neque clamoribus vocis, sed intentione optimæ voluntatis, orationis vota reddamus. *[Dices, doleo, nec possum à clamore temperare.]* Imò vero maxime dolentis est, corde sine voce clamare, ita enim clamabat sine voce Moyses. Ita & Ana. Imo & Abel clamabat defunctus, sine voce, & Dauid de profundis inquit, (scilicet, pectoris) clamauit ad te. Imo certè cum regis aulam ingrederis, silenter petis, quanto magis cælestē tu aulam ingressus, vbi vnum te Angelorum esse, putato, vt cum timore & tremore multo, coram Deo assistas. *[pater tuus reddet tibi.]* Non, inquit, donabit, sed reddet, quia debitorem eum tibi fecisti. *[nolite multum loqui, sicut ethnici.]* Pudore suffunditur, qui desperatis & vilibus hominibus comparatur. Multum vero loquitur, qui non vtilia petit à Deo, vt potentiam, aut honorem, super hæc vetat longas orationes facere, longas vero, non tempore, sed prolixitate verborum, alioquin Paulus dicit, orationi instate, & Dominus iubet cum vidua frequenter rogare. *[scit pater vester.]* Si scit, cur orem? vt inſectas, vt familiaris illi reddaris, vt humiliaris, vt peccatorum recorderis.

Author in nomi. homi. 13. Carnis natura nostræ difficilis est ab beneficiendum, at vbi benefecerit, facilis est ad iactantiam, ab hac Dominus cauere iubet, quia omnia ma-

la seruos diaboli vexant, at vana gloria seruos etiam Dei impugnat, imo magis seruos Dei. *[attendite.]* Ad quid? non tantum ad homines, sed ad cor nostrum, an vitio vanæ gloriæ pulsetur. Plane si stercoreis non nihil sit in loco mundo, facile conspicit. Sed si in loco sit stercore pleno, non facile dignoscitur. Ita si anima munda sit, & à Dæmone per vanam gloriam teneatur facile eius impugnatione discernitur, sed si immunda sit anima, serpentis suasio non facile intelligitur, in veste candida citò macula apparet: at non ita in nigra. *[vt videamini.]* Qui enim dat coram hominibus: sed non ideo dat, vt videatur ab eis, non videtur coram hominibus fecisse, vt enim qui scribit epistolam, dum scribit, putat se illum habere præsentem, cui scribit: ita & tu cum elemosynam facis, puta Deum te habere præsentem, cuius gratia facis, & licet te alij videant, putabis non te videri, sicut qui iter facit, cogitans aliquid, à multis quidem videtur, ipse ferè nullum videt, intentus in id quod cogitabat. *[mercedem non habe.]* Ne vel hoc timore desistamus à malo. Porro Dominus nos admonens, ne vanam gloriam quæramus, vanitatis nos esse amatores ostendit, quis enim iubet, ne sis lasciuus, nisi quia crederis esse lasciuus? vani igitur sumus, quia de vanitate nati. Sed huic vanitati caro subiecta est, anima non ita, nam si cum bonum facio, vanitatis irumpit cogitatio, & anima contradicit, vincit anima carnem, nec coram hominibus facere videbitur. Nec enim ille facit elemosynam propter Deum, qui non concupiscit, sed qui concupiscentiam gloriæ infringit. In omni enim opere bono scandalum positum est, dicente psalte, iuxta iter scandalum posuerunt mihi, non longe, sed prope scandalum est, vt bonum sit semper tentatum & probatum. Sanè Dominus dicit, quod in tritico superseminantur zizania, & iubentur vtraque crescere vsque ad messem, vbi innuitur: quod si te faciente bonum super seminetur vanæ laudis cupiditas, quasi zizania, non ideo deferas bonum, crescat vtrumque, id est, crescat opustum, nam zizania siccanbuntur. *[non habebis mercedem.]* Quid enim Deo dedisti, vt mercedem ab eo recipias? Quod enim propter Deum facis, illi donas: quod vero propter homines, effunditur in ventum quia quid aliud est laus hominum, quam ventus? Quæ vero sapientia est res dare,

& ver-

& verba vacua recipere? certè melius est non facere, quam propter homines facere, qui enim non facit, nihil amittit, qui vero propter homines id amittit, quod fecit. Et quidem si laudari vis, ille non te laudat, nisi quia credit te propter Deum fecisse, fac ergo quod ille credit de te, alioquin si contrarium intelligeret, non laudaret, sed derideret. *[turba canere.]* Tuba est, omne id, per quod operis iactantia monstratur. Si enim cum te vident homines facis elemosynam, hoc tuba est, per quam iactantia tua prædicatur. *[nesciat sinistra.]* Non de dextra carnis est sermo, quo modo enim latebit dextra sinistram, cum sit in eius adiutorium creata. Sensus ergo est nesciat carnis voluntas (quæ ad gloriam vanam intenta est) mentis seu animæ bonam voluntatem, quæ dextra est. Si enim cum benefacimus, tentationi laudis ambiendæ consentimus, dextram sinistræ coniunximus. *[Deus qui est in absconso.]* Cordis, non loci. *[Dices, si iubet facere in absconso, quo modo dicit, vt videant opera vestra bona?] Certè tu bonum absconde, & Deus ostendet, nec enim bona absconsa Deus patitur non reuelari. Vt enim diabolus, quod tibi malum suggessit, reuelat, quia in gloriam suam est: ita & Deus bonum quod fecisti, in publicum profert, quia gloria sua est. *[in manifesto.]* Id est, in seculo futuro, hic enim merces manifesta esse nequit, vbi bona temporalia æquè imò magis, obueniunt malis, quam bonis, at in seculo futuro si Deus alicui benefacit, manifestum est, quod pro mercede iustitiæ facit. *[cum oratis.]* De oratione sermo nobis est, quam solam, quasi spirituale talentum, anima Deo offert de visceribus suis. Et quidem nulla iustitia nostra thimiamati comparatur, nisi oratio. Teste Apocalip. vbi dicitur habens turibulum incensi odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Oratio enim iusti Deo suavis est. Oratio, simul ac ore processit, ab Angelis suscipitur, & Deo offertur, vt Raphael Tobie dixit, ego sum, qui orationem tuam obtuli ante Deum. Potens est oratio, vt quæ ardentem caminum tepescit, orantibus tribus pueris. Quanto ergo est oratio gloriosa, tanto cautius à vanitate seruanda. *[amant in synagogis.]* Quid? non est orandum in templo? Ita nam dicitur, in ecclesijs benedicite Dominum, sed ita orandum, vt mensni-*

hil orando habeat coram se, nisi Deum tunc enim secreto orat. Iam nihil debet facere, quo notari possit, nec enim voce clamare, aut percutere pectus grauitè. &c. *[in angulis platearum.]* Non orabant in platea. Sed scientes, laudabilibus esse absconso orare, angulos captabant oraturi, vt laudabiliores essent. *[repperunt mercedem.]* Vbi enim seminasti, metes. *[intra in cubiculum.]* Vbi nemo sit extraneus propter Deum & te. Quod si multi sunt vnus cordis, iam non multi sed vnus sunt, quia credentium est cor vnum, vel spiritualiter cubiculum est intellectus, vt cum oras intelligas quem oras. *[clauso ostio.]* Intelligi potest, clauso ore, vt non clamorosa voce oretur Deus, sed desiderio tacito, alioqui vox clamorosa, alios orare non sinit. *[in multiloquio.]* Clamabant ethnici, quia muta idola rogabant, quod si nos putamus Deum clamore pulsandum, profiteremur Deum nos habere aut mortuum, aut dormientem, qui sit clamore vocandus.

Diuus Basilus, responsione. 197. Cum artifex alicui operi vnice intentus est, id solum instrumentum spectat, quod est sibi vile. Ita cum anima vnice cupit Deo gratificari, dextram spectat, nihil curans de sinistra. Idem responsione. 277. Cubiculum siue cellarium locus est à celebritate & frequentia remotus. Igitur qui animum nec dum liberum habet à vanæ gloriæ cupiditate, locum remotum sibi quærat. Si iam liber est ab hoc affectu, non oportet occultare bonum quod habet.

Euthimius. *[nesciat sinistra.]* Id est familiares tui, qui proximi tibi sunt, sicut manus manus. *[pater tuus qui vidit.]* Et more patris gaudet bona filiorum videns. *[scit enim pater.]* Sed orari vult, vt iudicemus nos ab eo pendere, vt à Patre, & educatore. &c.

Diuus Hilarius. Omnem curam rerum præsentium amouet, & attentos tantum, in spem futuri iubet, tanquam expectatio nostra, sit acceptura præmium longæ patientiæ. *[clauso ostio.]* Docemur in omni loco precem fundere, etiam inter feras & flammam, nam & de ventre cæti oratio suscepta est, non ergo occulta domus, sed cordis nostri secretum ingredi, & hoc clauso secreto ad Deum orare mouemur.

Chromatius. *[noli tuba.]* Id est noli Pri. Tho. I 2 pro-

Exo. 14.
1. Reg. 1.
Gene. 4.
Psal. 129.

Coloss. 4.
Lucæ. 11.

Romæ.

Psalm.

Matthæi.

Matth. 5.

Oratio.

Apoc. 8.

Thobie. 12.
Danie. 3.

Psal. 28.

Acto. 7.

1. Thoe. 2.

Matth. 25. promulgare quod facis. [*nesciat sinistra.*] peccatores sunt à sinistris. Igitur cum bona facimus, coram peccatoribus ea non iactemus. Iusti enim non iactantia nos iudicabunt esse obnoxios. [*in cubiculum.*]
 Act. 10. Nan in secreto Daniel orans auditur, & Cornelius, & Ionas. [*in multiloquio.*] Quantum distet oratio multiloqua, à simplici, docemur in oratione Pharisæi, & Publicani.

Rupertus lib. 5. de gloria filij ho. [*attendite.*] Temperantiam docere incipit quam philosophi ignorauerunt, sicut & reliquas virtutes, nomina quidem earum declamantes, earum tamē dignitatem & fundamentum nescientes, & quidem supra posuit fundamentum operum, cum dixit, diligite inimicos. Si ergo fixa est in corde radix dilectionis, bona & eleemosyna, oratio, & ieiunium sunt, quæ vero radice dilectionis caret, aurum videtur, sed aurum non est, sed potius hypocrisis auri, habet vero eleemosyna sex opera, velut sex dies, quibus ad sabbatum cæleste venit, scilicet, sex opera misericordiae de quibus meminit Dominus dicens, esuriui & dedistis mihi manducare. &c. [*nesciat sinistra.*] Ut tubam tangas, corpus flectis, veramque manum admoues, at ut eleemosynam tribuas, fat est, si dexteram extendas, quid igitur sinistra opus est, vbi satis est dextra? [*ut sit eleemosyna tua in abscondito.*] Iuxta illud, munus absconditum, extinguet iram.

Matth. 25. [*et pater tuus.*] Inde est pater tuus, quia eleemosynam infers inimicis tuis. [*in multiloquio.*] Fuit ethnicis summa ornandæ orationis cura, & terrenæ res, verbis grandibus ornabantur apud illos, apud nos tamen, non res verbis, sed verba summis rebus ornantur. [*scilicet pater.*] Cur igitur oramus? ut datori Deo dignè occurramus, sicut cum venit princeps, exitur ei obuiam, non ut veniat, sed quia venit, ut dignè recipiatur. Sic virgo sacra, venienti Verbo Dei, exit illa obuiam, dicens, ecce ancilla Domini. Sic David, mane oratio, inquit, præueniet te. Sed nunquid Psalmos prolixos dānat hoc loco Christus? at profecto, hos Spiritus sanctus composuit. Respondi debet, quod Dominus non dicit, nolite multum loqui, sed addidit, sicut ethnici, id est, nolite multum loqui, nisi affluant multa verba ex affectu Spiritus sancti. Exemplum accipe. Apostolus dicit, scientia inflat, num damnat scientiam? minime,

nam & ipsa est donum spiritus, sed damnat eam cum sine charitate est. Ita & oratio longa rejicitur, sine desiderio sancto, qualis ethnicorum est. Et quia ad acendum hoc desiderium multum valet modulatio musicæ, ideo & hæc amplectenda, licet prolixiorē orationem faciat. Tres sunt igitur orandi modi, scilicet, verbis à spiritu profectis. Secundus labijs solum, non verbis, ut orauit Anna. Tertius, nec verbis, nec labijs, sed solo desiderio, ut Moses, & Psaltes dicit, desiderium pauperum audiuit Dominus. Orationem vero longam sine affectu, omnino despicit Dominus.

Diuus Thomas. Iustitia est totum, cuius partes sunt eleemosyna, oratio, ieiunium. Eleemosyna est contra concupiscentiam oculorum, oratio contra superbiam, & ieiunium contra concupiscentiam carnis. Eleemosyna ordinat nos ad proximum, oratio ad Deum, ieiunium ad nos.

[*quod dicit in abscondito.*] Id est, qui est discretus & secretum. Hebre. 4. & 1. Reg. 16. homo videt quæ foris patent, Deus autem intuetur cor. [*cum oratis.*] Cur non dixit in singulari, cum oras sicut supra dixit, te faciente eleemosynam? Quia eleemosynam facere non est omnium, sed eorum qui habent, at orare omnium est. Secundo etiam, quia oratio in communi fieri potest, scilicet, in choro. [*stantes orare.*] Erat mos Iudæorum stantes orare, quia stantes legem acceperunt. [*in cubiculum tuum.*] Ad literam, quia toto die mille te circumdederunt curæ, quæ non siuerunt te esse orationi secretum. Cum igitur ad lectum peruenieris, dic animæ tuæ, quo modo expendimus diem, quid boni aut mali fecimus, roga Deum prius. Exemplum habes, Iudith. capit. 8. Petrum, Act. 10. Tobia. capit. 3. [*clauso ostio.*] Isa. 26. vade popule meus in cubilia tua, claude ostia super te.

[*multum loqui.*] Contrarium videtur haberi. 1. Theff. vltim. sine intermissione orate, & Dominus etiam multum stetit in oratione, infra. 26. Lucæ. 6. Responsio, damnatur multiloquium, eorum qui credunt Deum non intelligere nisi multis verbis doceatur. Gentes enim multa dicebant ut ab Idolis intelligerentur. [*Pater vester.*] Hoc verbo complexus est, veniam peccatorum, poenarum interitum, sanctificationem, adoptionem, hæreditatem Dei, fraternitatem cum vnigenito, & Sancti Spiritus

tus dona largissima. [*opus sit vobis.*] Cur ergo oramus? ut profiteamur nos à Deo habere quod habemus, ut exemplum præbeamus populis petendi à Deo, ut mens nostra excitetur, purgetur & occupata in æternis retrahatur à temporalibus.

Simon Calsien. libr. 10. capit. 24. Nimis deiecit virtutem, qui laudem hominum, sibi voluit in premium, & quidem dementia est, tantum operis velle iudicem habere, qui veram non potest proferre sententiam, nam homines non vident cor, vbi virtus est, quò modo ergo de virtute iudicium proferent. Fallebantur homines nimis estimantes, eos qui munerata magna mittebant in gozophilacium, at Dominus virtutis conspexor duo æramittentem viduam, magis estimavit. [*repperunt mercedem.*] Quia Diuina iustitia non patitur diuinum premium & humanum nostram optare iustitiam, licet multi qui honores rejiciebant, eosdem Deo volente inuenerint. [*sit eleemosyna tua in abscondito.*] Non ita abscondita esse potest, quin vel ijs videantur, quibus datur. Intentio ergo absconsa esse debet. [*repperunt mercedem.*]

Lucæ. 21.

Si non opere, sua saltem intentione. Et nota, quod Deus eleemosynam purificans, vitam purgavit actiuam, contemplatiuam vero, cum orationem purificauit. Idem capit. 26. Incideramus omnes propter peccatum in Diuinam iram, ac ideo in supplicia extrema, non erat alius modus euadendi, nisi per orationem, iudicem nobis reconciliaremus. At in lege naturæ aut veteri, licet esset oratio, non tamen posita erat manifesta orandi scientia. Et licet Christus sit interpellator pro nobis, vult tamen nostris orationibus excitari, nemo igitur sit, qui orandi fugiat necessitatem. Nam prædestinatio orationibus nostris vult iuari, aut alienis, & Diuina misericordia, causam vult sibi subijci, saltem in adultis. Est autem oratio: in corpore, incorporea operatio: Aspectus immotus animæ, in fide Deum aspiciens: Ordo tationalis animæ ad Deum, cui se studio subdit: consistentia animæ ante Deum: Alloquutio Diuinas aures pulsans: Suaui clamor in sensu cordis: Negatio omnium (dum agitur) actionum corporalium: Restrictio sensuum: Oblitio sui, & omnis creaturæ: Portus vago spiritui: Presentatio sui coram iudice: Deijudicatio sui ad mortem æternam;

In confidentia suarum actionum: Preuentio ante aduentum, id est, iudicium ante diuinum iudicium: Verum animæ speculum: Luminare splendidissimum: Lux inuisibilis ad actionem inuisibilem: Umbra estuante refrigerans. Iactatio sui in Deum: nihil volendo nisi quod illi fuerit gratum. [*nolite multum loqui.*] Quia cum anima tota effunditur coram Domino, non expedit in oratione, multis verbis aerem verberare, & licet quidam putent non esse lingua orandum, aduertant tamen Deum ab omnibus membris nostris esse glorificandum, & quod Christus lingua orauit & lachrymis. At debemus nos ambulare, sicut ille ambulauit.

Hugo. [*attendite.*] Job dicit, verebar omnia opera mea. [*ut videamini.*] Tales fuerunt virgines fatuæ. Nota: in Eleemosyna debent inueniri octo, compassio cordis, cum effuderis esurienti animam tuam, orietur in tenebris lux tua. Ita. 58. dulcedo sermonis, verbum refrigerat melius quam datum. Eccle. 18. facultas dantis, si multum fuerit tibi, abundanter tribue. Tob. 4. hilaritas dantis. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Eccle. 35. Humilitas dantis, oculos tuos ne transfueras à paupere. Eccle. 4. Discretio dantis. Si benefeceris scito cui feceris. Eccle. 12. Velocitas dantis, ne dicas amico tuo vade. Prouerb. 3. Intentio recta, nesciat sinistra. Duodecim sunt eleemosynæ fructus, peccatorum veniam impetrat. Eccle. 3. sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Secundo presentia peccata purgat. Tob. 4. eleemosyna ab omni peccato purgat. 3. Aeter num supplicium vitat. Tobie. 4. Eleemosyna non patitur animam ire in tenebras. 4. fomitis ardorem mitigat. Eccle. 3. ignem ardentem extinguit aqua. 5. 6. Animam reficit, & gratiam conseruat. Eccle. 17. eleemosyna viri, quasi facculus cum ipso, & gratiam hominis, quasi pupillam conseruabit. 7. impugnat diabolum, super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Eccle. 29. 8. absoluit à poena peccati. Danie. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Lucæ. 11. date eleemosyna. & ecce omnia vobis munda. 9. intercessores multiplicat. Act. 9. circumsteterunt illum omnes viduæ. &c. 10. 11. prolongat vitam presentem, & moeretur æternam. 1. Timo. 4. pietas ad omnia valet, promissio nem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. 12. Inimicos mitigat, si esurierit inimicus.

Pri. Tho. I 3 Rom.

Rom. 12. [cum oratis.] ponit eleemosynam & ieiunium extrema, mediam vero orationem, sunt enim alæ orationis eleemosyna & ieiunium. Tob. 12. bona est oratio, cum Eleemosyna & ieiunio. Porro sunt multi orationis fructus

1. Desiderium accendit. 3. Reg. 18. ad orationem Eliæ, descendit ignis.
2. Cor. serenat. 1. Reg. 17. pulsante David citaram bene erat Sauli.
3. Casum vitat. Isai. 48. laude mea infrenabo te ne intereas.
4. Diabolum fugat. 1. Mach. 4. cecinerunt, & contritæ sunt gentes.
5. Veniam peccati impetrat. 2. Reg. 12. orante David translatum est eius peccatum.
6. Vitam ad poenitentiam prolongat, vt Ezechie. adduntur. 15. anni. 4. Reg. 20.
7. Sanitatem corporis impetrat. Eccle. 38. ora Deum, & ipse curabit te.
8. Deum mitigat. Tob. 3. Deum oratio lenit.
9. Gratiâ impetrat. Lucæ. 1. Zacharias orando accipit Ioannem.
10. Sapientiam impetrat, vt Salomon accipit. 3. Reg. 3. & Iacobi. 1.
11. Temporalia dat & aufert. 3. Reg. 17. orauit Elias, & clausit cælum.
13. Audaces facit, vt Iudith. cap. 9.
14. Opprobria tollit, vt Annam filiam Raguelis liberauit. Tob. 3.
15. Pacem cõcedit. 1. Timo. 4. fieri orationes, vt quietam vitam agamus. [Receperunt mercedem suam.] Recipient meam, scilicet pœnam inferni. [ora patrem.] Qui vult adorari in spiritu & veritate. [putant quod in multis.] Putant Deum esse vt hominem, qui composito sermone fluctatur.

Caetan. duo sunt quæ maximè cupiunt homines, honorem inter spiritualia: diuitias inter temporalia: quæ cauere præcipit Dominus, quia periculum habent, gloriam enim cupiunt homines vt premium bonorum operum, ideo id Dominus cauet. Incipit vero ab eleemosyna, vt à præcipuo opere. [mercedem non habebitis.] Non dixit dâna bimini. Sed carebitis illius operis mercede, fieri enim potest, vt qui dat eleemosynam laudari vellit, cauens ne aliundè peccatum mortale committat, tunc vero venialiter solum peccat, nec ideo damnatur, sed opus suum priuatur sua mercede. [tuba canere.] Erat mos prudentum tuba pauperes conuocare, ne vel pauperes quærendo vagarentur, vel diuites continuis petitionibus grauarentur. At hypocritæ caneabant

tuba, vt viderentur. Dominus vero non vetat tuba canere, sed canere tuba vt videantur, & honorentur. [nesciat sinistra.] Id est, cum cuique particulari das eleemosynam, secretissimè da. hoc significat verbum, nesciat sinistra. [tu autem cum oraueris.] Non est sermo de publicis orationibus, quales sunt missæ, sed de priuatis spontaneis, quod notatur, cum dicit, tu cum oraueris, priuatè, scilicet, sicut & hypocritæ in angulis, spontaneè & priuatim orabant. [multum loqui.] Non dixit, multum orare, aut prolixè orare, si quidem ipse prolixius orauit, & in oratione pernoctauit. Nec dixit, nolite loqui nec enim vetauit orationem vocalem, sed vetat multum loqui sicut gentiles putantes necessariam esse orationem rhetoricam, vt audiantur. Multum vero loqui in oratione tunc bonum est, cum per eam aut excitatur, continuatur, aut augetur deuotio eius qui orat.

Glosa interli. [mercedem.] Id enim reputatur merces, cuius amore facimus. [nesciat sinistra.] Non se immisceat appetitus laudis, vel aliud vicium. [in abscondito.] Nihil extra te quæras, vt vita tua sit cum Christo abscondita. [stantes.] Orare, non humiliati. [in cubiculum.] Non extra quærendo Deum quem diligis, fide teneas. [ora patrem.] Vt filius renatus, & ad quod renatus, vult vero Deus orari, vt desideranti det, ne vilescat quod dederit.

Glosa ordina. [apud patrem vestrum.] Cuius gloriam filij quærare debent, & omnia bona, vt illi placeant, referre. [in abscondito.] Fit eleemosyna in abscondito, quæ nullis miscetur tenebris, lux enim intus est, tenebræ extra. [qui videt.] Id est, qui approbat, non probat Deus quæ extra sunt, sed absconsa. [anguli platearum.] Sunt vbi via viam secat, & quadriuium facit. [clauso ostio.] Id est amore, vel timore mundi hi enim malorum ianux sunt.

Lyranus. [coram hominibus.] hoc imperfectis dicitur, nam perfectis dictum est, sic luceat lux vestra, hi enim sunt Prælati, illi subiecti. [tuba canere.] Erat Iudæis tubarum vsus, sicut nobis campanarum, vt ergo apud nos, cum conuocandi sunt pauperes, campana conuocamus: ita illi tubæ non propter pauperes tamen, sed propter laudem. [nesciat sinistra.] Phrasis est loquendi, cum quid secreto iubemus fieri. [cum oratis.] de oratione priuata loquitur, quæ melius in occulto fit, facilius enim in occulto

mens eleuatur in Deum, & certis vanagloria vitatur. [angulis platearum.] Id est, in atrijs illis, quæ erant iuxta templum, quomodo conueniebant ad orationem & prædicationem. [multum loqui.] Sed id solum quod ad deuotionem magis facit, & loquendum est in oratione, iuxta illud cor meum & caro mea exultaueunt. [scit enim Pater.] Dices, quid igitur orationem sine orandū, quia Deus prædestinans suæ, prædestinat etiam media ad finem, media vero sunt opera bona & orationes nostræ, & istæ orandum.

Dionysius. Cartusius. [stantes orare.] Pharisæi orabant stantes vt remotius viderentur. [in angulis platearum.] Tales sunt multi, qui fingunt se honores fugere, vt magis honorentur. [receperunt mercedem suam.] A Deo receperunt pœnam, quia re sacra abutuntur in vanitatem, id est, oratione ad vanam gloriam. Porro non prohibet Dominus orare: publicè, alioqui quomodo possem sine intermissione orare, si non orauerimus vbi cūq; fuerimus, sed prohibet orare gr̃a boni temporalis.

De poenitentia. d. 3. c. cauendum, dicitur, cauendum nobis est ne bonum quoddam agimus in hoc seculo remunerationem accipiat, dictum enim est diuiti in inferno, receperunt bona in vita tua, & Dominus, receperunt mercedem suam.

Sic ergo vos orabitis. Pater noster, qui es.

Victor Papa. Epi. 2. decretali. [sanctificetur nomen tuum.] Quia in bonis sanctificatur, in malis vero blasphematur, propter vos enim blasphematur nomen meum inter gentes.

D. Hier. [Pater noster.] Filios se confitentur, qui hæc orant. [sanctificetur.] Non in te sed in nobis, ne propter nos malos, nomen tuum blasphemetur. [adueniat.] Cesset regnum diaboli, veniſte in iudicio, vel regnet Deus in mortali corpore nostro. Simul autem, grandis audaciæ, & puræ conscientie est, regnum Dei postulare, & iudicium non timere. [sicut in celo.] Vt in celo Angeli Deo seruiunt inculpatè, ita nos in terra. Nullum ergo peccatum in celo. [panem nostrum.] pro quo nos habemus super substantialem, Græcis est, epeusion, Pro quo Septuaginta dixerunt nepisioy. Hebræis est לחם. Apud Simachum, est egregium vel præcipuum. Sæsus ergo est, da nobis illum panem egregium, de quo, scilicet, dictum est, panis quem ego dabo, ca-

ro mea est, & ego sum panis vitæ. Porro in Euangelio quod dicitur secundum Hebræos habetur לחם, id est, panem crastinum, vel futurum da nobis hodie. Potest etiam exponi panem nostrum super substantialem, id est, illum panem qui est super omnes substantias & creaturas. Alij simpliciter putant dictum, panem, id est, victum, de quo. i. ad Timo. 6. habentes victum. Vt intelligamus sanctos posse de presenti curam habere, non vero de futuro debere esse sollicitos. [amen.] Signaculum est orationis dominicæ, & significat, si deliter, aut verè. [si enim dimiseritis hominibus peccata eorum.] Rectè ij qui peccant homines dicuntur, sicut qui non peccant Deo, dicitur enim in Psalmo, ego dixi. Dirastis, vos autè sicut homines moriemini. Idem li. 3. aduersus Pelagianos, qui se non posse peccare affirmabāt, eos confutat. Primo, sancti orant, sanctificetur nomen tuum, id est, vt nos sanctificemus, quomodo tu aude dicere iam sanctus sum? Secundo, si sancti orant adueniat regnum tuum, ne peccatum regnet in nobis, quo modo tu dicis, iam in me peccatum non regnat? Tertio, si orant fiat voluntas tua, vt nos angelos imitemur, quo modo dicis, iam te angelum esse? Quarto, desiderant a Deo puritatem qua panem coelestem accipiant, & tu iam dicis purus sum. & c. O homo in lauacro baptismi purus factus, de te dicitur, quæ est ista quæ ascendit dealbata, innitens super dilectum, videlicet, quia licet lota sit anima, sed mundiciem seruare ipsa non potest, nisi suo dilecto innixa. O Pelagiane, qui dicis te nunquam peccare, Publicani orationem damnasti, Pharisæi superbiam vicisti.

D. August. li. 2. de Serm. D. in monte. c. 8. dicit, quod qui orat prius captare debet eius beneuolentiam ad quem orationem dirigit. Porro beneuolentia laudando conciliatur. Dei vero laudes sunt infinitæ, ex omnibus tamen hæc vna sumpta est. Pater noster, qui es in coelis. Planè Iudæi dicebantur filij Dei, filij excelsi omnes, & filios enutriui. Item Deus dicebatur eorum pater, dicitur enim si ego pater vester, vbi honor meus. At licet hi filij Dei dicti sint, nunquam tamen inuenies Deum voluisse, & præcepisse, vt Pater ab eis nominaretur. Christus ergo primus iubet nos Deum, Patrem compellere, videlicet quia iam sumus filij liberæ, & quia non accepimus spiritum in timore, sed in quo clamamus abba. & quia hunc spiritum accepimus, non ex meritis nostris, sed ex gratia, huius gratiæ vult initio orationis mentionem fieri. [Pater noster.]

Pri. Tho. I 4 Hac

Ioan. 5.

Psal. 83.

Psal. 81.

Luc. 16.

Cant. 8.

Lucæ. 18.

Isai. 4.

Malach. 1.

Galat. 4.

Rom. 8.

Ioan. 5.

mens

Hac ratione charitas excitatur. [qui es in cœlis.] Nos supplices facit, utrumque vero impetrandi fiduciam prebet, quid enim non dabit, qui dedit ut filij esse simus? Magnam vero curam animo iniecit Christus, ne qui orat, inueniatur tanto indignus Patre. Admonetur etiam diuites, ne despiciant pauperes, quorum est communis Pater Deus. Utatur igitur populus nouus, voce noua, dicens. Pater noster. [in cœlis.] Id est, sanctis, sancti, enim sunt cœli, sicut peccatores, terra. [sanctificetur.] Sanctum habeatur, notum enim in Israel est magnum nomen Dei, quia ibi colitur, adoratur, & sanctum habetur, & ibi sanctificatur, ubi cum reuerentia, & timore nominatur. [adueniat.] Regnat etiam nunc Deus: sed non videtur impijs regnare: sicut lux ubique lucet, at non ita videtur cœcis. In die vero iudicij omnes intellegant regnum Christi, veniet enim Christus visibiliter regnurus. [fiat voluntas.] Ut angelorum sollicitatem nulla turbat miseria: ita nec postquam turbet. 2. fiat voluntas tua ut in cœlo, id est, in iustis: ita in peccatoribus. 3. fiat voluntas tua, & in cœlo: ut bonis premia, & in terra, ut malis poenae proveniant. 4. fiat vol. sicut in spiritu: ita & in carne. Nunc enim spiritus propius est, sed caro infirma, & nunc mente obedimus legi Dei: sed carne legi peccati, oramus ergo, ut veniat cœlestis immutatio, & ut mentes & carne Deo pareamus. 5. fiat vol. ut in Christo: ita & in ecclesia. Ut in viro: ita & in femina, vit enim velut cœlū est, cœlum siquidem foecundat terrā. [panem nostrum.] Hunc quē edimus, da hodie, siquidem de crastino vetuit cogitare. 2. Panem, id est, Eucharistiam, quā quotidie accipimus. 3. Panem, id est, cibum spiritualem, de quo dictum est, operamini non cibum qui perit. Quæris quæ harum expositionum sit melior. Et quidem prima non est accommodata, nam dictum est primum querite regnū Dei, & hæc omnia adiucientur, non querite primum panem. Secunda item non est accommodata, si quidem multi non comunicassent, non posset eo die orationem hæc dicere, rectior ergo tertia est, ut enim calore absumente humidum nostrū, egemus cibo: ita calore & amore temporalium robur animæ absumente, egemus cibo. [hodie.] Id est, dū hodie nominatur, ut habetur ad Heb. 3. [debita nostra], i. peccata quæ magna debita sunt de quibus habetur Matth. 5. non exies inde, donec reddas novis. quadrātem, non ergo de pecunia debita loquitur: licet & hanc dimittere debeamus, quando si-

ne litibus non vult debitor solvere, seruum enim Dei, non oportet litigare licet etiā per litem exigi pecunia potest, ne frater in peccato maneat, modo animus paratus sit remittere offensam & pecuniam. Inopi enim dimittis. Si enim ille non habet quod reddat, inops rerum est: si vero habet, sed auarus est, inops animi est. [nos inducas.] Non dicit, ne nos tentes, nemo enim sine tentatione probatus esse potest. Qui enim tentatus non est, qualia scit, ut Eccle. 34. dicitur, & Deuteronomiū. 13. dicit. Tentat vos Deus, ut sciat, si diligatis eum, oramus ergo ne in tentatione vincamur. Permittit vero nos Domihus tentari, occultissimè causis & meritis. Igitur tentatur Ioseph, Susanna, Iob sed non inducuntur in tentationem. Tentat etiam Satanas non potest: sed Dei permittit, ut liberet nos a malo. Quod per peccatum incarrimus. Id vero non erit in hoc, sed in futuro seculo. Nota, quod tres priores petitiones ad futurum etiam seculum spectant. Quarto, vero posteriores, ad hoc tantum, nam panis non editur nisi labore frangendi, & manducandi, qui labor est in via, at in patria torrente voluptatis potabimur in potu siquidem, nulla est difficultas. Hic igitur panis, illic vero potus. Idem epistol. 57. quæ est ad Dardanum. [es in cœlis.] Cur non dixit, qui est ubique respondet, ut memores essemus templi Dei, quod nos sumus. [dimitte.] Cur ergo dicit Apostolus, Christum passum, ut exhiberet sibi sponsam, carentem macula, si habet quod ei dimitendum sit? Respondet, dimissio culpæ pertinet ad hoc seculum, non habere maculam, ad futurum. Idem epistol. 121. quæ est ad Probā. [fiat voluntas.] præcamur ab eo obedientiam. [panem nostrum.] præcamur ab eo sufficientiam. [ne nos.] præcamur adiutorium ne tentationi cedamus aut decepti, aut impugnati. [libera nos a malo.] Non enim sumus in eo bono, ubi nullum est malum. Quisquis ergo rectè orat, aliquam harum petitionum orat, quod si non aliquam harum orat illicite, aut carnaliter orat. Idem de verbis Domini. Ser. 28. [Pater noster.] ne præsumas de opere tuo, sed de gratia Dei, quæ ex malo seruo factus es fidelis filius, Pater est, qui te lauacro mundauit, per filium vero, redemit. Pater est Christi specialis, noster communis. [qui es in cœlis.] An non est super omnes cœlos Dominus? an

2. Timo. 1.

Phil. 3.

1. Corin. 1.

Ephes. 4.

Phil. 7.

Luc. 11.

Rom. 7.

Ioan. 5.

Matth. 7.

Heb. 3.

non & angeli sunt in cœlis? Ita sed loquitur Dominus de his cœlis qui enarrant gloriam Dei, id est de iustis. [sanctificetur.] Ut eius sanctificatio ad nos perueniat. [regnum tuum.] Tunc sumus regnum cum sumus in grā. [panem nostrum.] Num post consecrationem, panis manet? Certè panis qui manet non hic vualis est, sed ille super substantialis. [da nobis hodie.] Cur igitur ad anū sumas? accipe quoti die, quod quotidie tibi proficit, nam Iob pro filijs quotidie sacrificat. Nostrum verò sacrificiū, hic panis est. [debita nostra.] Id est, peccata quæ diabolo debemus & quæ cruci affixit Christus. Idem lib. 50. homi. ho. 41. [pater noster.] Sic ergo vive, ut hanc patris hereditatem merearis accipere. [adueniat.] Veniet certè, sed non omnibus, oramus ergo ut veniat nobis, ut audiamus, venite benedicti. [sicut in cœlo.] Id est, in ecclesia: ita & in terra, id est, in infidelibus, ita & in inimicis nostris. [debita] Ergo habemus omnes debita, & si Apostoli rogant pro debitis suis, quanto potius nos? At dices minima sunt hæc debita, ita sed per panem impleretur flumina, & per paruas stimulas intrat aqua in nauem, & mergitur. [a malo.] Igitur in malo sumus, quia dies mali sunt. Idem in serm. 126. de tempore. [sanctificetur.] Gratiarū actio est, si filius nos fecit, benedictum sit nomen eius, id significat sanctificet. [da] An non regnū Dei est regnū omnium seculorū? ita sed indicamus, quod in futuro est vita, substantia nostra & regnū nrm [fiat vol.] Igitur aliquid in nobis est, quod voluntati Dei resistit, & præcamur ab eo, vim mēti nostræ, ne offendamus. [panem, & quotidianum.] Cum solum panem petis, auiditatem temporalium abiecasti: cum quotidianum, indicas vitam esse incertam, nec te audere petere panem in crastinum, cum nescias an sis in crastinum victurus. Et ser. 135. [qui es in cœlis.] Nolite hæere terrenis qui talem patrem habetis in cœlis, ad magnum enim genus pertinere coepistis. [qui es in cœlis.] Ergo in cœlo paratur nobis hereditas. Et ser. 182. [qui es in cœlis.] Id est, in his quorum conuersatio est in cœlis. [sanctificetur.] Ut omnes timeant offendere nomen tuum, en primus gradus beatitudinis, timor Dni paupertas spiritus. [regnum tuum.] Ut nostibi mites simus. [fiat voluntas.] Ut hic lugentes, postea cōsolemur. [panem nostrū.] Quem esuriamus ut satiemur. [sicut & nos.] Beati enim misericordes. [ne nos inducas.] Ut mundi corde sumus. [a malo.] Ut sumus

Psalm. 118.

Isai. 1.

Colosca. 2.

Matth. 5.

Ephes. 4.

Rom. 7.

1. Peti. 1.

pacifici filij Dei. Consonant igitur petitiones hæc, cum beatitudinibus, & etiā cum donis Spiritus Sancti. Idem lib. 4. contra duas epi. Pelagia. ca. 9. [panem nostrum.] Ne grauari aliquo crimine a pane sacro prohibeamur, & a Christi corpore separemur. [ne nos.] Ad mouemur imbecillitatis nostræ, ideo enim dicit vigilate ne in tressis in tent. Idem lib. de bono perseue. ca. 6. [ne nos.] Duplex est tentatio, noxia & utilis, noxia est, ne tentet vos is qui tentat, utilis, proba me Domine & tenta me oramus ergo ne in noxiam tentationem inducamur. Idem li. 50. homi. ho. 14. [panem nostrum.] Si noster est, quid ergo, da nobis? certe noster est, quia ille donauit, ut illud, ab eo est ipatētia mea, mea quia ille dedit, ne ergo superbus sis, agnoice largitorem, & si mendicans, adhuc superbis, quid si non mendicares? Igitur panis noster æternus, Christus Deus est, at panis quotidianus, Christus in carne, hic enim est panis de cœlo descendens, qui cor hominis confirmat. [dimitte.] Non peccata in baptismo dimissa, sed quæ ex luxuria vitæ a maiore contrahimus. Idem lib. 2. contra epi. Parme. c. 10. [libera nos a malo.] Non enim manet bonum in carne tua, hoc igitur non regnet quod si aliquādo vicerit, dimitte nobis. Idem de utilitate poenitentia. [dimitte nobis.] Si in baptismo omnia crimina sunt dimissa, si in hoc mari, Aegiptij iam mortui sunt, quid ergo nunc oramus dimitti? certe si Moyfi manus essent semper extentæ, nunquam vinceretur Israel ab Amalech. si nostræ manus per orationem, & elemosynam semper extenderetur, nunquam vinceret dæmon. at quia aliquando languemus, vincimur, & victi rogamus veniam. Ex Diuo Ambrosio, & Gregor. parum aut nihil habemus, quod dictum iam non sit. Diuo Chrysoft. ho. 20. [pater noster.] Beneficij memores nos fecit, veniā peccatorū, poenarū interitum, iustificationē, liberationē filiorū adoptionē, hereditatē Dei fratritatē cū Christo, Sancti Spiritus dona largiss. vno sermone cōplexus est impossibile. n. est patrē nominari, nisi ab eo, quæ hæc dona consequutus duplici ergo nomine accendit animos nostros, & Patris diuinitate, & beneficiorum magnitudine. [qui es in cœlis.] Ut orans abducatur a terra, affigaturque cœlo. Cum igitur dicit Pater noster, do-

1. Theff. 3. Psalm. 25.

Psalm. 61.

Exo. 14. Exo. 17.

cet generaliter rogare pro omnibus vt nõ tã propria, quã comũia comoda petamus. Igitur in inicitias interemit, superbiam repressit, inuidiã expõsit, omnium bonorum matrem charitatem induxit. Iam, quid times terrenã ignobilitatẽ, quãdo cœlesti omnes nobilitate coniungimur? Item, qui talẽ patrem nominat, videre debet, ne ipso indignus sit. [*sanctifi.*] Digna filio postulatio, vt laus pris primo loco statuatur, reliqua, loco posteriore est verò, sanctificetur, id est, glorificet, dixerat enim supra luceat lux vestra, vt glorificent Patrem vestrum. Hãc voce Seraphini clamant, Sanctus Sanctus. *Vita* igitur petitur à Deo, quã cum cuncti mirãtib; glorificent Deum. [*adueniat.*] Gratissimũ serui est, nihil præsensium magnum estimare, sed ad Patrẽ semper suspirare, quòd de optima nascitur conscientia, mente à terrenis exuta vt Paulus gemens ad optionem filiorum expectat. [*fiat.*] Iam quòd in cœlum non imus petimus conuersationem cum cœlestibus habere comunẽ, cœlumque fieri in terra; vt in omnia faciam, ac si in cœlo habitarem quò docuit, posse in terris ad cœlestẽ conuersationem veniri erunt igitur & in terra Angeli, ex hominibus [*panem nostrum.*] Cibum quo egemus petimus, non verò diuitias aut delicias. [*dimitte nobis.*] Ineffabilis est dignatio, quã post tot peccata in baptismo dimissa, etiam post peccantibus ignoscit. Sequitur ergo post baptismum pœnitentia. [*sicut et nos.*] Viam facilem ad peccatorum veniã ostendit, à te ergo incipitur iudicium, & si iniuste lesum te quæreris à proximo memento idem te fecisse Deo. [*libera nos à malo.*] Non dixit à malis, sed à malo; id est, à nostro aduersario cum quo nec volumus in certamen descendere aut certe nolimus vinci. [*si dimiseritis.*] Ostendit nihil à se adeò odiri, ac vitium, nihil ita diligi, ac virtutem, ne ergo serues cum fratre feritatem, quã Deus tecum non seruat, nihil est quòd adeò nos Deo similes faciat quã bene velle ledentibus. Vide verò quòd in tota oratione verbis pluralibus vsus est: noster nobis, nostra, vt nihil simultatis sit in nobis aut odij.

Author in nomi. hom. 14. [*pater noster.*] Vt fiduciam habeas petendi, & spem largam impetrandi filius enim petit, quòd se deceat habere, & patrem dare. [*noster.*] Grata oratio quã charitas commendat, per se enim petere naturã est, pro alijs, gratia. [*qui es in caelis.*] Vt pudeat nos terrenos esse, ge-

nerosi enim patris, degener filius opprobrium est. [*sanctificetur.*] Vt vestis præclara, quã nobis dedisti, immaculata permaneat. [*regnum.*] Regnum primo dicitur, maiorum & bonorum retributio. Secundo ipse sancti, vt ibi, colligent zizania de regno Tertio dicitur iustitia, vt auferetur à vobis regnum Dei. At nos oramus vt de truso diabolo, qui nunc regnat in malis, Deus regnet solus. [*fiat voluntas.*] Semper fit voluntas Dei, sed non sicut in cœlo. Aduerte non dici, sanctifica, aut sanctificemus, nec fac, aut faciamus, sed fiat vt intelligamus, ad actiones iustorum concurrere. Deum & nos etiam, sicut terra requirit semen. nec enim aut semen solum, aut terra sola fructificata. [*panem nostrum.*] Si panis tuus, cur petis? respondet, petit vt panis quem habet, cum gratia & iustitia percipiat: videlicet vt panis quẽ nos habemus, ipse deus, & in eius gloriã edatur, qui enim cum peccato præparat quòd edat, non Deus ei, sed diabolus panem dat vel Secundo sicut nos offerimus sacerdoti panes quos ipse sanctificet: ita petimus vt Deus panem nostrum sanctificet, sanctumque nobis porrigat. [*quotidianum.*] Id est, quantum vni dici sufficit, vbi luxuriosos comprehensum, qui si vno die, cibum decem dierum obligant, iam non panem comedunt quotidiana, sed dierum decem, vel Secundo vellet Dominus si fragilitas nostra permitteret, vt panem nostrum quotidianum, vnius, scilicet, diei curaremur. [*nostrum.*] Non enim Deus dat panem, vt tu tantum tibi sumas: sed etiam vt ex eo alijs communices. & Secundo panem nostrum, ne alienus sit, aut malè partus, iam enim non esset noster. [*dimitte nobis.*] Quã igitur spe orat, quã non dimittit. [*ne nos.*] Hactenus petimus res illustres, videlicet vt veniat regnum & nunc nostrã humilitatis admonemur, si ergo Dñs voluerit in gloriã nos suã tentare, petimus vt nõ sit in magno iudicio & rigore.

Euthymius. [*Pater noster.*] Ne contra fratres nostros quicquam faciamus aut cogitemus. [*qui es in caelis.*] Vt perspiciamus semper cœlum, audito, quòd ibi sit Pater noster. [*adueniat.*] Vt quòd petimus agnoscentes, præparati ad eius occursum, per omnia simus, vel aliter impera tu nobis, non diabolus. [*panem nostrum.*] Propter nos scilicet formatum. [*super substantialem.*] Id est, ad vitam & constitutionem nostram conueniẽs. Eget etiam anima suo super substantiali cibo, id est, illuminatione cœlesti.

[*ne nos.*]

[*ne nos.*] Ne nos de nobis confidamus, ne uel in tentationes nos ingeramus. [*in ducas.*] Id est, permittas induci, Deus enim neminẽ tentat, sed permittit nos tentari, rogamus ergo vt si permiserit, ne permittat cadere. [*à malo.*] Id est, à demone, quem ideo malum dicit quia in extremo maliciã est, & optamus liberari: quia cum eo bellum irreconciliabile gerimus, non verò rogamus liberari ab hominibus, quia forsam per inconsiderantiã nocuerunt. Aliter exponi potest, sanctificetur nomen tuum, id est, filius tuus. [*adueniat regnum tuum.*] Scilicet, spiritus. s. vt in nobis filius, sanctus appareat, & spiritus. s. regnet. Diuus Basilus, responsione. 206. vult qd secundum præceptum Pauli, laboremus, vt necessitatem patientibus tribuamus, sensus ergo est, panem nostrum da, id est, fac, vt panis, quem labore meo acquisiui, in aliorum commodum vertatur.

Ex Diuo Hilario nihil habemus, satis enim sibi visa est expositio Diui Cypriani & Tertulliani, quas libuit subijcere.

Cyprianus ser. 6. Orare aliter quam Christus docuit, non solum est ignorantia sed culpa, oremus ergo vt magister ille docuit. Amica & grata oratio Deo, Deum de suo præcari. Quòd si efficax est oratio in nomine Christi, efficacior erit etiam in verbis eiusdem.

[*Pater noster.*] Vnitatis magister, non dixit pater mi, aut panem meum, sed noster, & nostrum, sed quia vnitatem docuit, sic orare vnum pro omnibus voluit, quomodo in se vno, nos ipse omnes portauit. Ita tres pueri in camino, vno ore clamabant, & discipulorũ Christi erat cor vnum & anima vna, Deus qui facit habitare vnanimis in domo, non admittit in domum æternam, nisi quorum est oratio vna. [*qui es in caelis.*] Vt renuncies Patri qui est in terris, qui dicit Patri, & nostri, non noui te. Ita enim Dominus iubet, ne agnoscamus patrem in terra si quidem pater est vnus nobis in cœlo, & iuuenis volens patrem sepelire, audit, sine, mortui sepeliãt mortuos suos. Rursum cũ dicimus pater noster perstringimus Iudæos qui iam ex patre diabolo sunt perstringimus etiam & peccatores, qui diabolum patrem habent vide verò quantã sit dignationis Deum in suo conspectu Patrem nominare. [*sanctificetur.*] Vt nos qui quotidie delinquimus, quotidiana sanctificatione purgemur. [*regnum tuum.*] Regnum etiam terreste est, sed nos in maius regnum nati, illud venire desideramus. [*fiat.*] Si Christus orat, non vt sua sed Partis

voluntas fiat, quanto magis nos id orare conuenit, est autem voluntas Dei, obseruatio mandatorum eius. [*sicut in cœlo.*] Id est, sicut in spiritu: ita & in carne, optamus igitur, vt in lacta carnis & spiritus, spiritus præualeat, vel etiã, in cœlo. i. in pijs, qui sunt de cœlo cœlestes, sicut Christus est cœlestis, impij verò sunt de terra terreni. [*panem.*] Non dicitur aliqua alia, qui enim alijs non dicitur enim non occidet Deus famã animam iusti, & itẽ non vidi iustum derelictum, nec semen eius &c. Et Dominus hæc omnia adijciuntur vobis, & quidem Daniel accipit à Deo panem in lacu. Elias in deserto, & qui Deum habet, certẽ omnia habet. [*dimitte.*] Si quotidie oramus, quotidie peccatores sumus, & Deus benignus est, qui quotidie parcere paratus est. [*sicut et.*] Placuit Abel Deo quia pacificus; qui pacificus non est, etiam si pro Deo occidatur, non placet. [*ne nos.*] Igitur caro nostra infirma, præcedat humilis confessio: nõstra, & assequamur, quòd sequitur, scilicet [*libera nos.*] Collecta breuitate præces omnes cõclusit quis enim metus erit, vbi Deus tutor est? Verbum igitur abbreviatum Christus vt breuiff. definiuit felicitatem, dicens hæc est vita æterna vt cog. & breuiffimẽ comprehendit mandata, dicens diliges Deum & proxima breuiff. docuit orare.

Tertullianus libello de oratione, Christus noui testamenti discipulis, nouam orãdi tradidit formulam, vt vinum nouum, non nisi in vtres novos conderetur. Docuit Baptista suos discipulos orare, sed non extat eius oratio, quia terrena cesserunt cœlestibus. In hac verò oratione totius euangelij breuiarium comprehenditur. [*pater noster.*] Incipit à testimonio Dei, & merito fidei, meritum est si dei patrem habere: nam ijs qui credũt dedit potestatem filios Dei fieri. Iam sic orantes præceptum implemus Christi, iubentes vt Deum patrem nostrum nominaremus. Cũ etiam patrem dicimus, Deum esse fatemur, est enim pater nomen pietatis, & potestatis, est enim filius cõprehenditur. Imo quia filius est ex Patre & matre, quã est ecclesia. Patrẽ dicẽdo, etiã ecclesiã nominamus. Vno igitur vocabulo Deum cũ suis honoramus. Et quidem nomen Patris nondum erat notum, si quidem. Mosi interroganti, quòd est nomen tuum, aliud nomen responsum est, at filius nomen Patris manifestaui hominibus. [*sanctificetur.*] Angeli non cessant clamare Sanctus Sanctus, nos quoque angelorum candidati iam hinc cœlestem illam in Deum

Matth. 5.
Isai. 6.

Roma. 8.

Matth. 23.
Luc. 11.

Matth. 13.
Matth. 11.

Danic. 3.
Acto. 4.

Deut. 33.
Matth. 25
Luc. 9.
Ioan. 8.

Matth. 26.

1. Cor. 15.
Ioanis. 3.
Luc. 14.
Psal. 10.
Psal. 36.
Dan. 14.

Ioanis. 1.

Exo. 3.
Ioanis. 17.
Isai. 6.

Deum vocem ediscimus, simul etiam rogamus pro inimicis, cupientes nomen Dei etiam in ipsis sanctificari. [sicut in celo.] Ut fiat voluntas Dei à nobis in terris, vt postea fiat in caelis, vel etiam, quia voluntas Dei est, vt omnes salui fiant: oramus vt hæc voluntas in nobis impleatur, vt salui simus, vel voluntas Patris est vt Christus patiatur & sustineat: ita enim dicit non mea voluntas sed tua, oramus ergo, vt nos iuxta exemplar Christi vsque ad mortem patiamur, vel preamur nobis bene, cum rogamus, vt si quid mali nos in Dei voluntate meremur, id ipse auertat à nobis. [adueniat.] Optamus maturis regnare, & non diutius seruire. Id vero clamant animæ, quæ sub altari postulant, vindica Domine sanguinem nostrum. Votum hoc Christianorum, confusio est nationum, & exultatio angelorū. [panem nostrū.] perpetuitatem postulamus in Christo, & in diuinitatem à corpore eius, potest etiam carnaliter hæc vox intelligi, vt panem petant Christiani cæteræ enim nationes requirunt. Quod Dominus exemplis inculcat, dicens, nunquid panem filijs auferet, aut filio panem poscenti lapidem dabit? sed & noturnus ille pulsator panem poscebat. Porro quia alimenta non profunt, si illis dedicamur, sicut tauri ad victimam, ideo poscimus vt post datum panem debita dimittat. [dimitte.] Ergo fatemur nos deliquisse. Est ergo in hac oratione, honor in patre, filij testimonium in nomine, oblatio obsequij in voluntate. Commemoratio spei in regno, petitio vitæ in pane, confessio delicti deprecatione, sollicitudo tentationis in petitione tutelæ. Quid mirum, Deus solus docere potuit, vt se vellet orari, suo ergo animata priuilegio in coelum ascendit.

Diuus Bernar. in natali Beate Mariæ. [pater noster.] Vt memores nostræ adoptionis & peregrinationis gemamus, adoptionem filiorum expectantes, sumus enim sub vmbra sponsi, & non insplendoribus sanctorum dicitur enim threnorum. 4. sub vmbra tua viuemus, & sponsa, sub vmbra eius quem dilexi, sedi, &c. [sanctificetur nomen tuum.] Per quod vtcunque in nobis habitat Deus dicitur enim nomen tuum inuocatum est super nos. [adue.] Vt euacuetur quod ex parte est. i. Cor. 15.

Idem in dedicatione Ecclesiæ. sermo. 6. [qui es in caelis.] Vbique est Deus, in malis persans & dissimulans, in electis operans & seruans, in sanctis pacens, & cubans, in dā

natis, arguens & damnans. Idem serm. 15. Qui nouit nomen Domini, & cuius est nomen Domini spes eius, & super quo inuocatum est nomen Domini nihil magis cupit, quam nomen Domini sanctificari.

Idem serm. 15. super cantica, vt nomē Abrā, versum est in Abraham & Sarai, in Sarā: ita nomen Domini terribile versum est in hoc nomen Pater noster. Pater futuri sæculi.

Idem serm. 6. de oratione Dominica nomen Dei est gloria Dei, optamus ergo vt sicut gloria Dei est in se sanctissima, ita sit & in nobis. [adueniat.] Optamus regni securitatem. [fiat.] Vt sicut voluntas Dei facta ab angelis eos beatificauit, ita nos beatificet, facientes eam. At quia plenum labore est facere diuinam voluntatem, ideo panem laborantibus petimus, & quia laborantes aliquando erramus, petimus veniam.

Ruper. li. 5. de gloria. & ho. [pater.] Chrs pater noster, docuit nos ipso ingressu orationis magnificare gratiam Patris nostri, quam admirantur angeli, quod cum in caelis inuisibilibus habitat, nos in terra positos voluntarie genuerit vt essemus eius filij. [qui es in caelis.] Laudamus eum, qui est in caelis vbi nulla mutatio est, aut miseria, sed gloria plena. [noster.] Nam dicere pater mi, est filij natura filij Christi. [sanctificetur.] Ezechie. 36. dicitur sanctificabo nomen meum, ac si aliquis quæreret, quomodo sanctificabis? respondet, effundam super vos aquam mundam, & dabo vobis spiritum nouū. Igitur mūdare à peccatis, & dare spiritum nouum est sanctificare nomen Dei. Ergo cum ecclesia orat pro cōuersione infidelium, orat vt sanctificetur nomē Dei, & cum Christus dicit, pro eis sanctifico me ipsum, sensus est, deleo peccata omnium quæ tu Pater, super me posuisti. [regnum.] Quando Dominus hanc orationem docuit, nondum venerat regnum Dei, nec enim princeps mundi erat eiectus foras, quod in passione & resurrectione factum est, eijcitur vero plenius foras in die iudicij, quod nos in hac oratione petimus. [fiat vo.] Regnum quidem tunc extendetur ad bonos & malos, sed nos rogamus vt simus ex illis de quibus dicitur. Isai. 62. vocabitur voluntas Domini in eis, & non ex illis de quibus Mala. 1. dicitur non est voluntas mea in vobis voluntas enim Patris maxima hæc est, vt omne quod dedit Christo non sperdat, sed resuscitet ad gloriam. [panem nostrum da.] Quia nisi Deus dederit, neque

Ioanis. 17.
Isai. 54.
Ioanis. 17.

reges habent, dicit enim Dauid, ego autem mendicus sum: licet rex esset. [sicut & nos dimittimus.] Dimittimus debitoribus quia nesciunt quid faciunt, sicut Christus nescienti bus dimisit. [ne nos.] Non loquitur de tentatione peccati, non enim Deus ad peccatum tentat. Sed de tentatione tribulationis, sci- mus enim quā simus infirmi. [à malo.] Mor- te, diabolo, inferno.

Diuus Thomas. [pater noster.] Remouet duos errores, priorem, quod Deus curam nostri non habeat, vt ezech. 9. dicitur. Deus terram non videt. At verò si Pater noster est, curam nostri gerit. Alterum, quod licet curam habeat, eueniunt omnia tamen ex necessitate. At si pater noster est, liberi sumus, non serui, libertas, filiorum conditio est. Porro hæc oratio inuitat ad spem, nam si nos mali nouimus bona dare filijs nostris, quanto magis pater noster. Ad charitatem, quia mutua esse debet inter Patrem & filios. Ad humilitatem, filij enim parentes suos honorant. Ad fidem, quia aliter Christus est filius quam nos. Ad amorem proximi, cui communis nobiscum est. Pater. [adue.] Fac nos in regnum tuum peruenire. [panem.] Id est Christum. [nostrum.] Ex quo quis est baptizatus ius habet in hunc panem. [dimitte.] Excluditur error Pelagianorum asserentium vitam hanc transigi posse sine peccato, & dicentium quod post peccatum non est poenitentia.

Simō Casia. lib. 10. ca. 27. [qui es in caelis.] Non quod loco situetur, sed quod non sit locus caelo celsior. [sanctificetur nomen tuum.] Hoc, scilicet, nomen Pater noster, vt perpetuo tu pater noster sis, nosque tui filij. [adueni.] Dupliciter est in Euangelio regnum, prius in exercitio sanctitatis, de quo dicitur, regnum Dei intra vos est, posterius est regnum omnium seculorū, rogamus ergo vt veniat in nos prius regnum, cui posterius succedat. [fiat.] Voluntas Dei est, vt qui uis neget se ipsum, & totū quod per naturā habet Dei præcepto subdatur. Id vero quomodo fiet? sicut in celo, vt enim. Intellectus à carne & materia abstractus, longissimè absunt à Diuina offensione: ita simus & nos. [panem nostrum.] Licet panis hic detur etiam non potentibus, imo etiam brutis: at nostra subiectio ad Deum in hoc ostenditur. [sicut & nos.] Non nobis durum videatur dimittere, nam si omnes offensæ quæ contra homines factæ sunt in vnum colligerentur, ad offensam Dei collata, nihil sunt, igitur nos obli-

guit ad dimittendum, si dimitti volumus. Nec tamen obligaris dimittere, ijs qui soluere possunt, sed ijs qui soluere nequeunt. At dimittere omnino, perfectionis est. [ne nos.] Ne permitas nos in eum finem tentari, in quem Satanas tentat. [à malo.] Quartum est malum, primum est voluntas mala quæ mala facit, à quo malo si liberamur, nihil est quod timeamus. Secundum est peccatum iam commissum, à quo petimus liberari, ne cōsuetudine firmetur. Tertium est, poena peccati, petimusque vt mitior sit, quam meritū est peccati. Quartū, Diabolus, qui implicabili in nos seruit ira.

Hugo. [Pater.] Qui amari vult potius quam timeri, iam enim non dicam vos seruos, sed amicos. A quo etiam degenerare nefas sit, attendite enim ad petram vnde excisi estis. Isai. 51. Iam si Pater est, (vt Malach. 2. dicitur nunquid non vnus est pater omnium nostrum vnus qui creauit nos) cur vnusquisque despicit proximum suum? vbi verò dicimus pater noster, rogamus alij pro alijs, orate pro inuicem vt saluemini, vbi indicatur, quod oratio, quod communior est, eò est fructuosior. [qui es in caelis.] Quasi in diuite poenu, vbi omnia sunt, vnus enim Dominus, diues in omnes qui inuocant illum. Roman. 10. [qui es in caelis.] Vt adores eum in spiritu & veritate, vt ad caelestia tendas, vt caelestia petas, vt caelestis sis, & caelestium imitator. Reliquæ petitiones ab vltima inchoantur. Primum enim est vt liberet nos à malo, id est, peccato & mala voluntate, vt pauperes simus spiritu, habentes donum timoris. At vbi stamus in timore. Pharaō quærit occasiones subuertendi pueros recensatos, id est, qui Deo seruire volunt, necesse enim est vt scandala sint, petimus ergo spiritum pietatis, ne tentationi succumbamus. Sed quia in multis offendimus omnes, ideo spiritum scientiæ, & vt lugeamus, petimus, vt videlicet lugentes, dimitti nobis peccata mereamur. Iam petimus panem, quem integrum mandunt angeli, nos vero non nisi præmansum, & in molliem humanitatis conuersum, vt esurientes, mox fatiati, per spiritum fortitudinis ascendamus in montem Dei Horeb. Vbi verò experti sumus dulcedinem huius panis, spiritu misericordiae mouemur, vt Deus sicut fecit in nobis misericordiam, & voluntas eius facta in nobis est: ita faciat & in alijs omnibus, qui est spiritus consilij: misericordes enim misericordiam consequuntur.

Ioanis. 15.
Iacob. 5.
Ioan. 4.
Exod. 1.
Matth. 19.
Iacob. 3.
3. Re. 19.

Luc. 19.

Apoc. 19.

Matth. 7.
Luc. 11.

Rom. 8.
Psalm. 109.
Cant. 2.

Psaln. 39.

Luc. 17.

quantur. Hoc statu incipit homo cœleste regnum auhelare, & spiritum intellectus habens, corde mundo quærit Deum in regno suo intueri. Tandem optamus frui pace sempiterna, qua filij Dei simus pacifici, & Deus fit pater noster, quod nomen rogamus sanctificati, id est, perpetuo stabiliri.

Caietanus. [*Pater.*] Vt filiali affectu, reuerentia, fiducia, & securitate accedas. [*noster.*] Vt ipso ingressu orationis recolas te fratres literæ. [*qui es.*] designauit amorem & curam Dei erga nos cum dixit. [*pater noster.*] Modo designat eius excellentiam, quia in cœlis est. [*sanctificetur.*] Amor amicitia quærit bonum amico. At deo nullum bonum aduenire potest, nisi in exterioribus, scilicet, in gloria nominis sui in regno, in obedientia, hæc igitur optamus, illi peruenire in terra sicut perueniunt in cœlo, vbi nota, non dixit in terra, & in cœlo, sed sicut in cœlo, vt enim in cœlo ex charitate sancti seruant nomen Dei sanctum & illibatū: ita fiat in terra. [*adue.*]

Non regnet auaritia, non superbia, non demum alia vitia, sed tu regna in terra, sicut in cœlo. [*fiat voluntas.*] Hæc semper fit sed optamus vt sicut in cœlo fit ex charitate: ita fiat in terra. [*panem.*] Non videtur de pane corporali mentio, sed de eo quod animam vegetat, quod est verbum Dei, operatio bona, sacramentum gloriæ. [*noster.*] Nihil deperit orationi, quia pro multis petitur.

[*da nobis.*] Qui sumus vnum, & qui filijs tuis dari debet. [*quotidianum.*] Quo quotidie egemus. [*da.*] Non vende, nec accomoda. [*dimitte.*] Gratis condona. [*nobis.*] Qui sumus filii. [*debita nostra.*] Quæ tibi ex Dei tatis natura debentur, ex collatis beneficijs, ex nostris offensis. [*sicut & nos.*] Modum nobis præfigimus, si enim nos tardè aut vix dimittimus: ita Deus. [*ne nos.*] Permissio est quod tentemur, nostrum si cadimus, Dei si stamus, ego enim indurabo cor Pharaonis. [*malo.*] Quod vere malum est, scilicet, inferno. [*si dimiseritis.*] Multas habet prerogatiuas hæc dominica oratio, scilicet, fidei, spei, religionis, charitatis, sed totum pōdus orationis in misericordia collocat. ¶ **D**ubitas, si dimittitur dimittenti, ergo fornicario dimittenti, dimittet Deus. Ita credendum est, quod si fornicarius dimiserit, Deus aliquando fornicarium conuertet.

Chromatius. [*fiat vol.*] Voluntas Dei est, vt toto corde in eum credentes quæ præcipit impleamus, hæc enim est voluntas Dei sanctificatio vestra, & rursus, hæc est autē

voluntas Patris, vt omnis qui credit in filiū, habeat vitam æternam. [*panem.*] Rogamus vt Eucharistiam quotidie mereamur accipere, id est, vt nullum in nobis peccatum sit quod sumptionē impediatur. [*sicut & nos.*] De hoc extat parabola Luca. 6. de debitore, qui conseruo dimittere noluit. [*ne nos.*] Non rogamus ne tentemur: nam David dicit, proba me Domine, & tenta me, & Abraham & Paulus tentantur, sed rogamus, ne supra fidei meritum tentemur, id est, vt non patiamur nos tentari supra id quod possumus. 1. Corint. 10.

Glosa inter. [*sanctificetur nomen.*] Quo filij sumus, vt tales esse perseueremus quales in baptismo incepimus. [*debitoribus nostris.*] Veniam petentibus. [*ne nos.*] In tentationē inducitur, qui tentatione frangitur. [*si enim dimiseritis.*] (Vos qui estis dii.) [*hominibus.*] In hoc enim quod peccant, homines sunt, iudicium enim sine misericordia fiet, ei qui nō fecit misericordiam.

Glosa ordin. [*Pater.*] Non quærit Deus quibus verbis oretur, possunt enim hæc quæ in hac oratione continentur alijs verbis orari. Nulla tamen oratio magis spiritualis est, quam hæc, quæ à filio Dei processit. [*Pater.*] Antiquis (vt seruis) nominatur Dominus, nobis (vt filijs) dicitur Pater quid verò negabit filijs, qui iam dedit, quod Pater est. [*adue.*] Iustè qui filij sunt regnum quærunt. [*veniat.*] Id est, manifestetur. [*fiat.*] semper voluntas Dei fit, sed optamus vt libertas arbitrij nostri, gratiæ Dei copuletur, vt viuamus Deo, non nobis. [*dimitte.*] pecuniam repetere licet, sed peccati veniam postulanti, iustè negari non potest. [*libera.*] Hæc vna petitio continet omnes superiores. [*à malo.*] Animæ & corporis, sine quo in hac vita non viuatur. [*si enim dimiseritis.*] Deus magis vult parcere, quam punire: ideo in nostra potestate constituit, ne puniamur si dimittimus, & qui non dimittit, peccat, quia & ipse debet, & quia admonitus à Iudice, fratri non indulget.

Lyra. [*Pater.*] Generaliter omnium, quia creator est. [*noster.*] Specialiter quia nos adoptauit. [*in cœlis.*] In omnibus est presentiam, specialiter in iustis per gratiā, sed specialissimè in beatis per gloriam, ideo in cœlis. [*adueniat.*] Non possumus ad eum ire, nisi per gratiam, & gloriam ipse prior veniat ad nos. [*regnum.*] Beatifica visio vbi sunt omnia bona. [*fiat vo.*] Quia frequenter

quenter eius nobis voluntas incognita est & vbi cognoscimus pigritamur eā adimplere. [*panē.*] Id est, sacramenta ecclesiæ, quæ omnia quia ordinantur ad Eucharistiam, sub pane Eucharistiæ cōprehenduntur, dicitur autē super substantialis, quia transcendit vitam corporalē, & dat eternā, & dicitur quotidianus, quia quotidie eū sumimus, per ministros Ecclesiæ, qui hoc sacramentum pro se & Ecclesiā sumunt licet etiam per panē intelligi possint omnia ad vitam necessaria. [*dimitte.*] Quo ad culpam & poenam, ne impedimentum sit ad gloriā ingressum. [*sicut & nos.*] Offensam tenemur cuius dimittere, porro iniuriam non tenemur. [*à malo.*] Id est, a fomite, qui ad peccatum inclinatur.

D. Ambrosius, cuius sententia refertur de consecr. d. 2. c. in calice. Dixi, inquit, vobis, quæ ante verba, panis est. Post verba, non iam panis, sed corpus Christi dicitur. Quare ergo in oratione dominica, dicitur panem nostrum. Panem sanè dixit, sed super substantialem.

D. August. qui refertur de consec. d. 2. c. panē dicit, panem spiritualiter manducare, est innocentiā ad altare portare. Peccata dimittite, vt dimittatur etiā tibi. Panis est, & non venenū: securus accede.

D. Chrisost. vt habetur de poeni. d. 3. c. de quotidianis, dicit. De quotidianis leuibusque peccatis, quotidiana oratio fidelium satisfaciat. Eorū est dicere. Pater noster qui es. Delet omnino hæc oratio minima quotidiana peccata. Delet etiam illa, à quibus vita fidelium, & sceleratè gesta, sed in melius commutata, discedit. Modo nos dimittamus. Quia & ipsa elemosyna est, veniam petentibus, omnino ignoscere.

D. August. vt recensetur de poeniten. d. 4. c. dixit Dominus, si non dimiseris aliena peccata, reuocabo te, & quicquid dimiseram replicabo tibi. Eiusdem verba habentur de poeni. d. 3. c. adhuc, vbi reprehendit negantes quod, lapsi post baptismum, nō possint per poenitentiam reparari, at Aug. quia Deo vehementer peccata displicent, ideo quotidie parcat. Quia enim quotidiana est offensio, quotidiana sit remissio: alioqui non doceret vt dimitteremus, nisi & ipse esset misericors, qui dimittit.

Cum autem ieiunatis.

Diuus Hieroni. [*exterminant facies suas.*] Id est, demoliuntur, vt tristes videantur. [*cū ieiunas vnge.*] Ritus erat Palestinis, festis

diebus vngere capita, præcipit ergo, vt lætos nos & festiuos, quando ieiunamus demonestremus. Iam cū sit oleum peccatoris, quod psalm. 140. psalm. 44. & cum sit oleum letitiæ, sensus erit, vt oleo spirituali, principale cordis nostri vngamus. [*sibi & cor tuum.*] Non solum id de pecunia intellige, sed de cunctis passionibus. Gulosi enim Deus venter est, & ibi habet cor. Amatoris Deus est libido, ibi habet cor, &c. [*sifoculus tuus.*] Lippientes solent lucernas videre numerosas: simplex oculus & purus, simplicitate videt & pura. Quæ ad sensum transferuntur, si enim anima principalem fulgorē suum perdidit, vniuersus sensus in caligine commorabitur.

Diuus Augusti. libro. 2. de serm. Domini cap. 19. 20. [*vnge caput.*] Quia etiam in fordidis vestibus potest esse iactantia. Qui enim pretiosis vestibus ornatur, facile ab omnibus ambitiosus habetur. At fordidus, ex alijs operibus suis cognoscetur, an ouis sit an verolupus. Porro præceptum hoc, vnge caput tuum, si ad corpus referatur turpe est. Igitur ad animum referri debet, vt sit sensus: Laua faciem animæ à sordibus vitiorum, vnge caput, id est, spiritum tuum, qui est caput carnis, vnge, scilicet, lætus sis, quia carnem subiectam habes, & hoc facit, qui foris non quærit lætitiā, vt de laudibus hominum gaudeat. Quod autem dicit, faciem tuam laua, explicatur ab Esaia, lauamini, mūdi esto te: auferte malum cogitationum vestrarum ab his ergo sordibus mundandus est oculus qui Deum visurus est, nos enim reuelata facie, gloriam Domini speculamur. Interdum etiam, & cognitio rerum necessariorum, ad vitam istam pertinentium, sordidat animam vt non corde simplici opera sua faciat, nam corde duplici facit, qui cum bene facit, non propter Deum facit, sed propter suum emolumentum. At finis præcepti est charitas de corde puro. Qui autem propter suam necessitatem, fratri consultit, non vtique charitati consultit, sed sibi: imo nec sibi, cum id non valeat ad operandam foelicitatem æternam.

[*nolite thesaurizare.*] Si in terra fuerit cor, id est, si terrenum aliquid venari cupit, cum bene operatur, quomodo mundum erit, quod in terra volutatur? si autem cor in cœlo fuerit, mundum erit, quia omnia cælestia, munda. Sordescit verò quod inferiori miscetur naturæ, vt aurum si argento miscetur, ita & animus noster sordescit, rerum terrenarum cupiditate, etiam si terra

terra ex sua natura, munda sit. Cœlum autem hic accipe, non hoc quod videmus: nam omne corpus pro terra habendum est. Sed spirituale, scilicet, cœlum cœli Domino. [foculustus.] Tunc enim sunt omnia nostra opera munda, cum fiunt oculo, id est, intentione superna, id est, sine charitatis, finis enim præcepti est charitas. Igitur totum corpus sunt omnia opera nostra, hæc verò opera, quia incertum habet exitum, an foeliciter succedat an fecus, ideo tenebræ vocantur. Rectè ergo dicit, si lumen quod in te, id est, si tua intentio fordidã est, ipse tenebræ, i. ipsa opera quanto erunt fordidiora? Idem serm. 2. in die cinerum. Iubemur primitus ieiunare, à malis. f. operibus, dictum enim est, declinã à malo, secundo ut faciem lauemus, bonis operibus, vt, scilicet, faciamus bonum, tertio vt caput vngamus: totum tribuentes Deo. Maria enim primò lachrymis pedes Domini, & suam faciem lauat, postea ad vngendum caput Christi accedit.

D. Gregor. in. 8. caput Job. [exterminant facies.] Similes sunt hi hypocritæ Simoni Cireneo, qui crucem Domini angariatus, & non ex charitate portat: ita & hi, crucis mortificationem non ex charitate ferunt. Idem in. 38. caput Job. [si lumen quod in te est.] Tenebræ sunt, si hoc quod bene nos agere credimus ex mala intentione fuscamus: quanta ipsa mala sunt, quæ mala esse, etiam cum agimus, non ignoramus? & si tibi nihil cernimus vbi quasi discretionis lumen tenemus, quæ cæcitate illa perpetramus, quæ sine discretionem operamur?

D. Chrost. homi. 21. Reprehendit primo Christianos, qui cum nõ ieiunent habitum tamen ieiunantium ferunt, peiores hypocritis, nam hi si videri ieiunantes volebant, etiã ieiunabant. Reprehendit secundo foeminas quæ exterminant facies suas fucis, hypocritis peiores illi enim sibi solis mali sunt, at foemina se & miseros corrumpunt iuuenes. [vnge caput.] Non ita ad literam intelligendum est, neque Christus post ieiunium vngit caput suum, neque monachorum populi ieiunantes vngunt caput, sed sensus est, exhibete vos lætos sicut olim in fellis diebus Iudæi cum lætabantur vngentur, vt habetur. i. reg. 16. & 2. reg. 2. & 5. & vt tantum thesaurum summo studio occultare cõtendatis. [vt appareant hominibus.] Breuis planè & læuis tanti laboris merces, ergo theatro dissoluto vacuus es. [Pater tuus reddet.] Si igitur gloria hominum queris, parumper expecta, & Pa-

ter tuus coram hominibus & angelis glorificabit te. Interim libera te à grauisimo onere placendi omnibus, etiã vilissimis hominibus. Vtque te mali laudent, à malis laudari, malum est. Idem homi. 10. ex varijs locis Matthæi dicit antiquum morem fuisse pijs, vt cum ieiunarent vngerent caput & faciem lauarēt, vt patet Luc. 9. Hester. 4. Danielis. i. Ad secundum spiritum, caput vnge. i. Christum id facies, si misericordiam egeno præstiteris, quod enim huic, etiam illi præstiteris. [nolite thesaurizare.] Hactenus Dominus vanam gloriam fugauerat. Inde facile iam contemptum terrenorum inducit supra enim dixerat, beati misericordes: rursus, relinque pallium te cum iudicio contendenti: nunc multo maiora præcipit, scilicet, terrena contemne. [nolite thesaurizare.] Sed si times dare eleemosynam tibi pecunia pereat: imo certè peribit, nisi dederis. Dices seruo eã filijs. Imo non seruas sed tuncis & furibus. Dices, non omnes à furibus sunt expoliati, certè plurimi. Et vt nullus fur te expoliet, quod maius esse potest incõmodum, quam cor habere thesauro tuo innoxium? vbi. n. est thesaurus tuus, ibi & cor tuum habes ergo cor seruũ factũ ex libero: nõ quã de cœlestibus, semper de pecunia cogitã: nõ quã credens his qui veritatẽ tibi dicunt: velut canis seruando thesauro reuinctus, omnibus tibi poscẽtib9 oblatrã. [Lucerna corpus.] Quod est oculus corpori, est intellectus animæ. Vt igitur parũ curares vestẽ fericã, aut aureã, si esset tibi oculis carendũ (oculos. n. alijs omnibus præferimus) ita curanda nobis est oculorũ animę sanitas, etiã alijs omnibus pereuntibus. Planè fonte obcæcato, fluuius exsiccatur, ita si oculũ animę terrenis affectibus obcæcaueris, quãtã inde prodibunt tenebræ. Quãdo lux extinguit, gubernator submergitur, dux capitur, qui est alijs reliquis salus? Sapiẽter verò nõ dixit mala quæ ex diuitijs veniũt: f. odia lites, & alia. Sed limum cõemorauit, egritudinẽ. f. mētis quę cũ pecunia indiuisibile cõfortiũ habet. Igitur, quid valet miles armis splendens, si duce priuat? quid valet aurata nauis, sine gubernatore? quid valet corpus exornatũ, sine oculis? quid curas aureũ lectum, si ibi sit tibi languendũ, talis est cõditio tua, si aurum cupidẽ possides. Quid cupis, cũ thesaurizas, delectari? ne ergo thesaurizes & liberior tibi delectatio erit. Cur defodis thesaurũ: vt securus sit? recõde in cœlo, & tutissimus erit. Hic aduerte, quod infra, possidere diuitias, dixit esse, spinarum la cerationem, hic verò mentis obtenebratio-

Matth. 1.

Psal. 50

Matth. 1.

Genes. 32

nem, vt enim qui in tenebris ambulat, funes purat esse serpentes, & vmbas, latrones: ita diuites, quid nõ timet? ad omnem iniuriam efficiuntur molles, ad solam diuitiarum curam ferendam, fortes: quid enim non ferunt, vt ditescant? Velut qui supra funem excelsum, forti animo ludunt, ad cætera inutiles. Obcæcat igitur animum diuitiarum amor, sicut humor oculi pupillam. Et profectò si tibi quis demonstraret locum inuium, vbi recõderes thesauros, ibi absconderes: monstrat Christus cœlum, tutiorem locum, ibi recõde: vbi nõ solum aurum erit sine fructu, sed tibi certissimos fructus, velut semẽ, producat. Quod si oram times: at quam multa facis, & plantas, quorum fructum nõ in proximo, sed de longè expectas? At filijs seruas, nos te admonemus, vt tibi serues: quid enim si dies iudicij cito venerit: vbi nemo sanctorum rogabit pro te?

Author imper. homi. 15. Omnium bonorum fortiora sunt eleemosyna, oratio, ieiunium. Eleemosyna contra auaritiam. Contra gloriam vanam oratio. Contra gulam ieiunium. Porro oratio socianda est eleemosynæ: non enim (inquit) apparebis in conspectu meo vacuus, id est, sine eleemosyna, & ante orationem præpara animam tuam: preparatur autem per eleemosynã, sicut per oleũ accenditur lucerna. Præparatur etiã per ieiunium: nam cor contritum Deus non despicies: conteritur autem ieiunio, licet pane cõfirmatur, vino lætificatur. Rectè igitur sancti in opere, & Dominus in hoc Euangelio orationem, ieiunio & eleemosynæ copulat, quasi militem armans. [ieiunantes nolite esse sicut hypo.] Quia peccatorum opera Deo non placent. [tristes.] Ieiunium necessariò facit tristitiam. Sed Dominus vult ne fucõ ostendamus tristitiam. Ieiunium ostendat te, nõ verò tu ieiunium. Quam verò peccat, quia nõ ieiunans exterminat faciem, vt videatur ieiunans? castigat ille faciem, quia fraudi non consentit, & naturam: quia non est ad illum dolum composita. [faciem tuam laua.] Facies est conscientia, iuxta illud, exquisiuit te facies mea, & Vidi Dominũ facie ad faciem, vt enim facies pulchra grata est intuentibus: ita conscientia munda Deo. Vt igitur facies risu hilarescit: ita & conscientia, spe. Sensus ergo est, cum ieiunatis spe æternorum exhibetis. Nam qui propter homines ieiunat (vt qui sine spe sunt) necessariò tristitiã præse ferunt. Sed nota, cum ieiunas, prius mente à vicijs, quam corpore ab escis. Caro enim

delectatur mäducãdo, anima peccando, cũ igitur ieiunas, si sic oporteret, potius signa tibi essent ostendenda luxus, quàm tristitiã. Vbi aduerte quam cupiat Dñs opera nostra in affectu fieri. Lex enim vetus in opere est, nostra verò in affectu. [nolite thesaurizare in terra.] Quia non estis de terra, nec de terrã venistis, nec terram in æternũ recepistis: sed ad tempus, vt eã vinceretis, estis de cœlo, de cœlo venistis, in cœlũ redibitis, ibi ergo, id est in patria tua, substantiam tuã colloca. Cur verò vis in terra aliena seruire diabolo, cũ possis in tua regnare cum Christo? & cur thesaurizas vbi aurum tuũ damnũ pati potest: non verò vbi non potest? Quæ stultitia est ibi relinquare, vnde exiturus es: non verò premittere quo iturus es? Fac rectè cõgregatũ esse, quid prodest, si tibi dispersum est? si recõdis in terra, quid speres in cœlo? quid enim speret in cœlo, qui nihil habet in cœlo. [Lucerna corp.] Non de oculo corporis loquitur, dicit enim si oculus tuus simplex, aut nequã fuerit, quæ corporali oculo non cõueniunt. Iã si oculus tuus quærat cælestia, mūdus est, beati verò mūdus oculis, quia Deũ videbũt, sed si terrenis offuscatur, quibus nõ sordibus cõspurcatur? totum corpus tenebrosum est.

D. Basi. hom. de lau. ieu. [hypocritatri.] Nullustristis coronatur, noli tristis esse dum curaris: imò contra ob mentis sanitatem gaude, vt enim vermes qui in puerorum intestinis gignuntur, acerbis sanatur: ita peccata in testina, ieiunio curantur. [vnge caput] Vnge te vnguento sancto, vt consortiũ cũ Christo vncto possis habere. Porro ieiunij canicies à Paradiso ortũ habet, vbi Dñs ab arbore abstineri iussit, at abstinentia ieiunij nomen est. Ieiuna igitur ne terra tua maledicta, spinasti bi proferat & tribulos. In tristitia & dolore viuere iussus es, cur ergo delicijs indulges? si à ieiunio te excusas, quia infirmus es, cur ergo te escis impleas? si quidẽ infirmi inedia curantur? & nauis magnitudine sarcinarum, facile summergit. Moses ieiunus per. 40. dies tabulas accipit, quas luxus populi confringit, in monte Moses ieiunat: at in valle populus manducat, & ideo idola colit. Ieiuniũ dat matri Samuelẽ, Sãsonẽ, cui vehemẽter precipitur vt à vino & lycera caueat. Ieiuniũ sacerdotis sacrat, Nazereos sanctificat, Pueros in fornace custodit illefos. Danielis ieiunium etiam Leones ieiunare docuit. Ieiuniũ mater est sanitatis, iuuentutis pedagogus, senectutis ornamentum, pax cõiugum, nec de ieiunante foemina suspicatur maritus. Dñs To. prius. K iubebat

Geno. 30

Genes. 19

Exo. 32

1. Reg. 1

Iudic. 13

Danic. 6

iubebat fabatum seruari, vt daretur requies iumentis, & tu ieiunium serua, vt requiem des famulis, totos dies ventri tuo in seruiensibus. Omnibus rebus sua visitudo est, tu ergo post gulâ ieiuna. Baptista ieiunium laudat, vt internatos mulierum maior sit. Paulum triduanum ieiunium subuehit in cælum, & Dominus non prius vincit, quam ieiunet, in deserto. Niniuitas ieiunantes cum beftijs suis ieiunium Deo reconciliauit. Tandem genus est demoniorum, quod non nisi ieiunio pellitur.

Idem ho. 2. Qui pugnaturi sunt cum hoste corporali, manducant vt vincant, at qui cum hoste spirituali, faginent spiritum, attenuent carnem.

Euthymius. [vng cap.] Lætus sis, vt ipsa lætitia ieiunij laborem faciat leuiore. [tinea & fures] Appetitus laudis, laudatq; ipse sunt quæ bona nostra furantur. [si oculus tuus fuerit simplex.] Id est sanus, totum corpus erit illuminatum, sed si egrotus fuerit, tenebrosus erit, non habens ab ipso lucem: ita & mens obscurata cupiditate diuitiarum egrota est, tota ergo animam obscurat.

Hilarius ca. 5. [vng caput.] Id est, oleo misericordie animam tuam exorna, alioquin si fugientes agnosci, vngitur: magis cognoscemur, & rediculi erimus. [nolite thesa.] Vt omnis cura sit placendi Deo. [totum corpus.] Si lumen cordis purum manet, claritatem æterni luminis corpori tribuet, & splendorem originis suæ, corruptioni carnis infundet. Si autem obscurum peccatis sit, vitijs mentis natura corporis subiacebit, & tunc periculosè, generositate mentis, terrenè carnis vitio sa origo dominabitur.

D. Thomas ex Isidoro super Amos. Qui à cibus abstinet, & est malus, similis est diabolo, qui non edit & malus est. [vng caput tuum] Id est, mentem olio nitoris conscientie, ne diabolus per capillos, id est, cogitationes, teneat te, secundo oleo charitatis, prudentes enim virgines accipiunt oleum, tertio oleo compassionis, secundum illud. Eccle. 9. Oleum de capite tuo non deficiat, quarto oleo lætitiæ, quo reges & sacerdotes vngentur ac si dicat, hilarem & festiuum te exhibe. [faciè laua.] per contritionem confessionem, patientiam (lauerunt enim stollas suas in sang.) & etiam per orationem, iuxta illud, afferam pusillum aquæ, & lauentur pedes vestri. [patri tuo.] Per creationem recreationem, & conseruationem. [thesaurizare] Nunc prohibet, reges habere thesauros: non quia quod priuato superfluit, regi

est necessarium. Secundo prohibetur ne confidant in pecunie thesauris. Baruch. 3. vbi est aurum in quo confidunt homines. [tinea & orugo.] Nam diuitias peccata consumunt, que per tineam si latent, per eruginem si patet significancur. [thesa. vobis.] Quia Deo quid donabis si iuste egeris aut quid de manu tua accipiet? Iob. 35. [oculus tuus simplex.] Ad literam si oculus fortis est, totum corpus dirigitur ad rectè agendum, secundo exponitur. Si oculus mentis in terrâ inclinatur, etiâ inclinabuntur omnes alij sensus, tertio si oculus anime reclusus est, omnia membra corporis tuiseruantur à peccato, quarto si intentio, recta omnia etiâ opera tua erunt recta, quinta si prælatus qui est oculus gregis sanctus est, talis erit, & corpus gregis.

Simon de Cas. li. 10. c. 36. Ieiunium nature humanæ insitum est, quia quoties Deum nobis placere volumus, ieiunamus: quoties etiam aliquid à Deo impetrare cupimus. Ieiunium est imitatio Angelorum, initium beatæ vite pars glorificati corporis nature libertas. Domini in ventre: subtrahit arma diabolo, vetat ne animus qui Dominus est, sui corporis, id est, serui curam habeat, facit vigilem & paratum. At non ita ieiunandum, vt melioribus sit impedimento. [cum ieiunatis.] Supponit ergo ieiunium fieri ex naturali, & diuino ductu. [sicut hypocrita.] Hi, sunt similes pictoribus, qui nullam de interiori curam habent, modo quæ exteriora sunt, pulchra videantur. [repperunt.] Ideo Iob. 20. dicitur gaudium hypocritarum ad instar puncti. [vng caput.] Quam Deus horret hypocritam vt velit potius in aliud extremum, id est, in nitorum corporis indicere, quam in hypocritis specie. [thesaurizare.] Docet non querere nostram felicitatem in terra perditionis. Sed in locis tutis. [in terra.] Quia terra

maledicta est in opere tuo, dicit Deus, & ita dicitur, Ve ve habitantibus in terra. Terra si quidem data est in cibum serpentis. Gen. 2. Ergo omnes qui colunt terram, ipsam tormetis deputabuntur, quibus & serpens. Terra fundata est super aquas, refluxa, vt nullam terram firmitatem habere possit. [in celo.] Decem filij Nathanae occisi fuissent, nisi thesaurum reconditum (scilicet in celo) se habere ostendissent. [si oculus] Est oculus sicut auriga corporis. Oculus vero exterior lumen accipit ab interiori hic si nulla rerum compositione vitietur, sed simplex maneat, sine alicuius rei terrenæ admixtione, sed vnice agens propter Deum, omnia recta sunt, vnde Iob. 16. ad Deum stillat oculus meus, & in psal. oculi mei semper ad Dominum.

At oculi

Matth. 11
Act. 9

Matth. 4

Marci. 9

Isa. 58

Daniel. 10.

3. Reg. 19

Matth. 3

Ion. 3.

Marci. 9

Judith. 13

Hester. 9

Act. 13

Matth. 25

Apoca. 22

Genes. 12

Psal. 75

At oculus malus deprederis est anima in eâ. [si ergo lumen.] Si caligat in nostro hemisphærio sol, quantum essent tenebræ? Hugo Card. [aristot.] Non remouet Dominus à ieiunio omnem trinitatem, sed trinitatem. Est vero ieiunium spirituale, de quo Ias. 8. di soluit vincula impietatis, hoc est ieiunium quod elegi. Ieiunium corporale multa habet, scilicet pauperes reficit, frangit esurienti panem tuum. Intellectum subleuat. Daniel. Mala facie ieiunare cogebat pueros vt essent subleuati, & capere rebelles non facit. Daniel post ieiunium sunt reuelationes. Deum videre facit. Ieiunium Elias & peruenit ad montem Dei Oreb. Autoritate coram hominibus conciliat: quia ad Baptista ieiunantem conuebat omnis populus. Poenam euitat, vt constat in Ninuitis. Lasciuia mitigat: hoc enim genus demoniorum non eicitur nisi ieiunio & oratione. Sanitatem præstat. Somnus enim sanctus in homine parto. Eccle. 31. Da monem superat, quia Iudith post ieiunium amputauit Holopherni caput. Liberationem per alium impetrat. Vt Hester quæ ieiunans impetrauit Iudæis securitatem, Spiritum sanctum adducit. Nam ieiunantibus Apostolis Spiritus sanctus datus est. [sicut hypocrita.] Sicut enim delicia, ita neque affectatæ sordes decent Christianum. [appareant.] Non est totum gloriam labijs hominum committere, videlicet arcæ sine clauis, & sera. [laua.] Non dixit laua caput, quia caput nostrum Christus sordes non habet, à quibus lauetur. [pater tuus qui est in abscondito] Id est, humili & pura conscientia. [nolite thesa.] Id est nullum opus facite pro comodo terre non. [fures effodiunt.] Quidam sub lapide abscondit thesaurum, & in lapide scripsit, hic sunt, aliter effodit, & rapiunt, super scribens, hic non sunt. Prior mortuus præ dolore est. Porro thesaurus scientiæ, non est absconditus, nec thesaurus culpæ, iuxta illud thesaurizas tibi iram. Rom. 2. [thesaurizate vobis] Non Deo, Iob 22. Quid prodest Deo si iustus fueris, aut quid conferes ei, si fuerit immaculata vita tua. Rectè igitur, quid mihi est in celo, & ate quid volui super terram. [vbi fures] Nau. 1. Celebra Iuda festiuitates tuas, quia non adijciat, vt pertrahat per te Belial, vniuersus interiit. [vbi est thesaurus.] Oculi stultorum in finibus terræ. Prouer. 17. Sunt enim in terra, sed cor sapientis in dextra eius, id est, in eternis. Cor vero stulti in sinistra, id est, terra. Eccle. 10. Oculi Iacob in terra frumenti, id est, in celo. Deute. 33. [si oculus tuus.] Non dicit oculi, quia intentio debet esse ad vnum. Cant. 4. Vul-

nerasti me in vno oculo tuo. [si oculus tuus fuerit nequam.] Oculus infirmus in tenebris videt rectè, in sole nihil: ita viri mundani in mundanis prudentes sunt, in celestibus cæci. Caietanus. [exterminant.] Obscurant, vt foeminae artificio lucere faciunt facies: ita & hypocrite artificio obscurant. [vng caput] Non iubet vngere sed ita occultè facere, vt vana gloria non superepat. [pater tuus.] Ergo de eumonia, oratio, & ieiunium sunt opera Deo gratia & meritoria. [nolite thesa.] Non prohibet ne filijs thesaurizent parietes, nec reges sibi, vt ubi grauent populum, nec quis tibi, vt organa necessaria ad vitam habeat: vetat igitur ne thesaurizemus habentes cor in terra, cælum obliti: qui enim in terra vitam cælestis, filijs sibi, aut Reipublicæ necesse dicit videtur dare in terra, sed potius in celo dicit in celo: valde verò degeneras, si animam in modum talem, cuius est de vita futura cogitare in terra figis, in terra tantum thesaurizando. [si oculus tuus fuerit purus.] Sine alicuius humoris admixtione, omnia officia corporalia erunt lucida, quantum est ex oculorum fulgore: sed si oculus fuerit impurus velut in tenebris fumus: nihil clarè exercet. Sic si ratio tua fuerit obscurata, vniuersa opera tua, erunt tenebris peccatorum inuoluta. [si ergo lumen.] Si ipsa ratio quæ luminis vice fungitur, quia in terra fixa est, obscuratur, ipsa opera tua, non solùm tenebræ, sed immensæ tenebræ erunt. Chromatius. [vng ca.] Vt si fieri possit, corporis ieiunantis afflictionem vultus hilaritate velemus. Iam si vis vinctum caput habere perpetuo, & faciem loram, insiste operibus misericordie, & ieiunij. [nolite thesa.] Contrarium est saluti, diuitias sectari, & querere quam enim difficile diues regnum Dei possidebit: nam qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum diaboli, & diues sepultus est in inferno. [thesaurizate in celo.] Si queris quomodo Dominus docuit iuuenem, dices. Vt de omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in celo, & ad Timo. 6. diuites facile tribuant, & communicent, thesaurizent sibi thesauros in celo. [est oculus tuus.] Oculus noster est fides quæ in huius seculi nocte, suo splendore, ne infoueas cadamus peccatorum illustrat, hæc fides si vicij aut hæresi deprauetur, in tenebris fumus. Glossa interli. [vng cap.] Caput vngit, qui spirituali lætitia interius pinguescit. [pater qui est in abscon.] Per fidem in corde. [thesauros in terra.] Id est, in transitorijs. [erugo & tinea.] Superbia & inuidia.

ca. 10

Matth. 19

Luce. 16

Matth. 19

Glossa ordinata. [vngue cap] Christus est vnguentum, effusum per mortem, non ergo alterius causa quam eius ieiunemus, sed hoc vnguento vngamur. [Lucerna.] Lucerna est lux in testa, id est, charitas in fide, cum fides cessabit, sola charitas lucebit.

1. Cor. 13

Lyra. [nolite thesau.] Thesauri reconduntur, vt vitæ sufficiat, at contra fit, quia thesaurizates vt non audet pecunijs, tam enim deest auro quod habet, quam quod non habet. Quod si vt Christus non impedit thesaurizare ex causis honestis, sed solū ex auaritia. [Vbi thesau.] Vt oculus mentis per conjunctionem ad Deū illuminatur, ita per auersionem ab eo, & conjunctionem ad temporalia obtenebratur. [si ergo lumen.] Si ipse bona actio, quæ de se bona est, ex intentione mala obtenebratur, quantæ erunt tenebræ malorum actionum.

Nemo potest duobus.

Victor Papa, in 3. Decretali Epist. exponit locum illum. [nemo potest duobus.] Duo inquit regna statuit Dominus ab initio, deditq; homini potestatem vt alterius regni portio fiat, diffinitum enim est apud Deum, non posse hominem vnum, vtriusq; regni esse seruum.

Ex hoc loco septima generalis synodus (vt habetur. ar. q. i. c. 1.) collegit, quod nullus clericus debeat duabus Ecclesijs annumerari: nemo enim potest duobus dñis seruire. In qua ergo vocatione vocatus est maneat.

D. Hieronymus. [mamone.] Mammona syriacū est, & significat diuitias: nemo igitur Christo & diuitijs seruire potest: seruire quis Christo, & diuitias habere potest, sed eis & Christo seruire non potest: ille enim seruit, qui eas custodit, vt seruus, at qui seruitutis iugum excussit, eas distribuit, vt Dñs. [ne solliciti sitis.] Non liberamur ab ea cura, quæ etiam bestijs natura tribuit, sed sollicitudo prohibetur. In sudore enim vultus tui, vesteris pane. Et non est sermo de cibo spirituali, de hoc enim debemus semper esse solliciti. [nonne anima.] Id est, nonne qui maiora prestavit, præstabat & minora? [volatilia.] Non debent accipi volatilia pro angelis: sequitur enim nonne magis pluri estis vos: sed accipiuntur pro auibus, quæ si pascuntur à Deo, quanto potius ij, quibus æternitas est promissa: [nolite ergo solliciti esse.] De futuro vetat esse sollicitos, non de presenti. Cras enim futurum tempus significat, iuxta illud, respon-

Genes. 3.

debit mihi cras iustitia mea. Gene. 30. [dicit malitia sua.] Non vitium, sed labor, vt illud Gene. 16. Sara dicit Agar, id est, afflixit. Idem in Epist. ad Amandū dicit, quod si malitia sumatur pro vitio, exponi hic locus debet eo sensu, quo illud in maligno posuit: & ille, libera nos à malo. In Epist. ad Edibā. Quicquid presentibus alimentis satisficit, vnius diei victus appellandum est, si quid ultra habes, eroga. Ananias & Saphira meruerunt sententiam, quia sua timide referarunt, maxime quia mendacio vanam gloriam quærebant.

1. Ioan. 1
Matth. 6

Actorum 1

Ioan. 11

Sapient. 1
Rom. 1

Roman. 1

Sapient

Gala. 6

D. August. li. 2. de serm. Dñi. c. 22. Ille seruit diuitijs, qui seruit illi, qui mundi huius princeps dicitur. [vnum patietur.] Durū scilicet, diabolus: nemo enim est, qui diaboli diligit aut eligat: est tamen qui eū sustineat [alterum contemnet.] Scilicet Deū: Deū enim nemo est qui odiat, est tamen qui contemnat, ille scilicet, qui est de eius bonitate securus. A qua perniciofa securitate auocamur, cū dicitur, fili, ne addas peccatū ad peccatū. Patietia enim Dei ad poenitentiam te adducit magna fuit eius bonitas quod te oleastrū oliuæ inseruit, caue ne ab ea discerparis. Nemo igitur putet duobus dñis se seruire posse, imò in simplicitate cordis quærite illū. Rectè ergo Dñs addit. [ideo ne solliciti sitis.] Ne dum necessaria te quærere putas, cor tibi duplex fiat: quærens terrena & cælestia, sed cōfide, à quo accepisti plura, & minora recipies. [ad saturaam suam] Cui ergo relinquis corpus augendum, relinque tegendum. [primum quærite regnum.] Regnum est quod propter te est appetendum, reliqua omnia necessaria apponentur: illud finis, hæc media. Cum ergo dicit primum, significat & hæc esse quærenda sed illud primum: primum non tempore sed dignitate. Rectè ergo Paulus, manducamus, vt euangelizemus, illud propter hoc. Quærere igitur regnum, est regnum priore loco ponere, quod si facimus, nouit Pater quæ necessaria sunt nobis, apponet ergo illa: Sicut enim militantes accipiunt stipendiū, & etiam annonā: ita & qui regnum primo quærunt. Operamini igitur simplici oculo quod bonum est, ad omnes. Propter Deum scilicet. [crastinus dies.] Temporalia enim dicuntur crastinum, vt sentus sit, tunc sumite, cum vrgere necessitas ipsa coeperit, quæ ideo malitia dicitur, quia necessitas illa poenam habet. Sed nemo scandalizetur videns seruos Dei necessaria sibi & suis providere. Dominus enim cui Angeli necessaria ministrabant,

Ioan. 12
1. Cor. 16.

Acto: 28

Ephe. 4.
1. Thess. 2

1. Cor. 11

bant, locus habebat vbi portabat, quæ dabantur, & Paulus de collectis satis sollicitus est. Et Actorum. 11. Congregantur numi in imminentem famē, & alibi nauigaturo Paulo dantur necessaria, & alibi Paulus vult vt quisque laboret manibus proprijs, & ipse met Apostolus, ne quem grauet sibi & suis manibus victum quærit. Non ergo vult Dominus vt Christiani ociosi panem miraculo sum expectent. Solum vult ne quis Deo propter hæc temporalia militet. Sed contra cū hæc quærimus, propter Deum quæramus. Sed dices, si Deus omnia necessaria apponet, cur passus est Apostolum habere famē, frigus nuditatem? Profecto si Deus corpori Pauli cibum detraxit & vestes, id non negligentia, sed maiori cura fecit.

1. Cor. 11

D. Ambrosi. in cap. 16. Luca. [nemo potest duobus dominis.] Vnus solum est Dominus, nam mammona, iura dominatus non habet: sed eius sibi homines iugum imposuerunt. [Pater pascit illa] Si igitur auibus nihil deest certissime scimus causam inopiæ nostræ esse auaritiam. Illæ enim abundant quia nihil sibi proprium vendicant, nos communia amittimus, cū propria vendicamus. At nihil est propriū, vbi nihil est perpetuū, nec vlli bi certa copia, vbi est incertus euētus. Cur ergo tibi approprias, quod Deus voluit tibi cum cæteris esse commune, vide aues quæ semper habent, quia nesciunt alijs inuidere. [lilia agri] Bonus sermo. Si lilia, quæ nullius egent, huc ad gratiam siue ad ornatū, Deus sic vestit, multo magis homo, si omnem suum in Deo collocet.

Canti. 5

2. Cor. 12

1. Cor. 13

Sed altius ista expende, nec enim sine causa flores campi præferuntur Salomoni. Igitur flores veri, Angeli sunt, quorum claritate mundus ornatur, hi nullo labore, diuinæ liberalitatis, & cælestis seruant dona naturæ rectè ergo Salomoni glorioso comparantur hic enim infirmitatem naturæ vestium gloria cooperiebat: illi verò expertes sunt oīs corporalis iniuriæ. Nos ergo qui in resurrectione erimus, sicut angeli Dei, augmenta gloriæ nostræ à Domino sperare debemus. Interim aduerte quod lilia non nisi in hortis nascuntur, at hortus conclusus, & fons signatus est, vix integritas, ibi confessorum viola: lilia virginum, martyrum rosæ nascuntur, habent suas rosas spinas: habent & sua tormenta martyres, in diuinitate nil est asperum. [quærite primum.] Non est quod angat nos hæc cura, cum quali corpore surgemus: nec enim in hoc seculo, nec in futuro,

Dei cura nobis deerit, & indecorum est de cibo curare, qui militat pro regno rex nouit quomodo familiam suam pascat, alat, & vestiat, iactu cogitatum in Dominum, ipse te nutrit.

D. Gregorius. 3. parte Pastoralis cap. 21. [nonne anima plus est.] Igitur male facit qui cum sua dat in escam pauperibus, se vitijs polluit: dat enim quod minus est Deo, scilicet, escam, quod verò maius est, diabolo, scilicet animam. Idem libro. 5. Moral. cap. 22. [nemo potest duobus.] Nemo igitur ad contemplanda interna perducitur, nisi ab hisque exterius implicat, studiose subtrahatur, nemo enim militans Deo, implicat se negocijs secularibus, rectè igitur dictum est, Vacate & videte, quia ego sum Deus, & rectè Iob dicit Deum se cognouisse in horrore visionis nocturnæ, quia mens nostra, nullo modo ad contemplationem rapitur, nisi à terrenorū tumultu sopiatur, & tunc arripit nos tremor: tunc enim ossa, id est, benefacta nostra tremunt, cum intimè contemplamur. [primum quærite regnum.] Vult enim Dominus se magis amari, quam sua.

1. Timo: 2

Psal. 45

Iob. 4.

D. Chrysto. homi. 22. [seruire Deo.] Non solum diuitiarum ambitio nocet, quia latro num contra nos manus armat: nec etiā quia solum mentem obtenebrat: sed etiam, quia à Dei seruitio nos excludit: & rei mortuæ, id est, pecuniæ seruituti subigit, nemo enim duobus dominis seruire potest. Imò addit quod non solum Deum colit avarus, sed etiam odio habebit. Vnum inquit diligit, alium odio habebit. Quod verò sequitur. [vnum contemnet.] Indicat non esse impossibile, eum qui semel amauit diuitias, eas postea contemnere, & Dei iugum accipere. [non potestis Deo.] Horribile est, quod aurum Deo aduersetur. Sed horribilius est, quod avarus avarum Deo præponat. Sed dices, an non Abraham, Isaac, & Iacob diuites fuerunt: ne mihi diuites obijcias: sed diuitijs seruientes, esto diues, dum putes te esse alieni dispensatorem: sicut Iob, qui se execrabatur, si lætatus fuisset in multis diuitijs. Ideo enim non doluit amittens, quia non lætabatur habens. At quomodo conueniet Deus, & diuitiarum amor? Deus inuitat ad eas distribuendas, cupiditas ad seruandas, illæ ad castitatem humilitatem, hæc ad contraria. Profecto diuitiæ dignæ non sunt, quibus seruiamus, sicut nec venter. Ex amore diuitiarum littes, curæ & multa mala proueniunt. [ne solliciti sitis quid manducetis.] In

Philip. 3

To. primus. K 3 credi

credibilem noxam ostendit nasci ex amore diuitiarum: siquidem dicit, vt de necessario etiam cibo non cogitemus. [ad staturam.] Non loquitur de anima: quia hæc augeri nequit, sed de corpore loquitur, quod non tam alimonia crescit, quam prouidentia creatoris, quia secundum Paulum, neque qui plantat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus [respicite volatilia.] Vbi vetuit Dominus curam tibi & vestitus: reliquorum quæ minora sunt, etiam curam vetat, auium exemplo, quas Deus tanta prouidentia pascit. Sed attende, Dominus hæc vulgo dicit: at diabolo dicit. Non in solo pane viuit homo. Item licet potuisset Dominus Moysen, & Eliam, & Ioannem afferre, qui de victu non fuerunt solliciti, noluit tamen, sed irrationalium attulit securitatem: ne quis se excusaret, quod nondum ad Patrum illorum sanctitatem accessisset, at qui adductis exemplis de irrationalibus, tollitur omnis contradictio. Imitaturque est legem, quæ ad apes aliquando remittit, aliquando ad formicam. Aliquando ad turcurem. Ecclesi. 11. 30. Aliquando ad hircinam. Et magnum est assequi nos posse voluntate, quod bruta assequuntur natura. [qua non seminant.] Non dixit, quæ non caponatur, hoc enim præditorum professio est, sed qui non seminant. Quid ergo non est seminandum? est sane, sed sine sollicitudine, si ne pusillanimitate. Nam nec de cibo oportet angore distendi, dicente Dauid: Aperis tu manum tuam: & item, Qui dat iumentis escam ipsorum.

¶ Dices, quis fiunt sine cura? certe sancti supra adducti: & Iacob nudus dicebat, Si Dominus dederit mihi panem, igitur à Deo expectabat. Apostoli sine cura dicunt, Ecce nos reliquimus omnia, & tria millia credentium, qui vdebant possessiones suas. Quod si hæc non mouent te, certe moueat, quod nihil tibi tua cura præstat. Si quidem, per curam non poteris tibi adijcere cubitum vnu.

¶ Quod si necdum credis posse te abijcere curam, similis es homini qui semper cum meretricibus voluptuatur, & ideo non credit, fieri posse, vt castus quis sit, & similis est Eli qui non credebat, aliquem esse, qui Deo seruiret, cum tamen residua essent septem millia seruorum Dei. Nos tamen qui multos monachos sine cura videmus, credimus præcepta Dei esse facilia. Interim dilectissimi, nihil vos iniustum possidete: vestra egentibus erogate: ita fiet vt paulatim ad maiora proficiatis. Scimus enim quosdam gentiles

nihil mundi fuisse sollicitos, at nos iussi sanctos antiquos transcendere, infra gentiles iacemus, qui dicam? Angeli esse iubemur, & nec homines sumus: nam rapere aliena, beluinum est, non humanum. [Lilia.] Poterat adducere exemplum de pauone, de cigno: noluit verò, sed de lilijs, herbulis, scilicet, & nec isto contentus, adducit fenum & nec hoc sat fuit, sed ad duxit fenum: quod hodie est, & cras in clibanum mittitur & non dixit solum, Deum habere curam illorum: sed quod Deus sic vestit, & demum addit, quanto magis vos, vos scilicet quibus Deus animam dedit: corpus tale, propter quos fecit mundum, &c. propter quos filium suum misit, &c.

¶ Iam quid de prætiosa veste superbimus? in qua de nobis lilius habet victoriam. Vocat nos igitur Dominus ad quietem. Si quidem labor est curam habere. [non laborant.] Non aufert quin laboremus: sed sollicitudine nos exonerat. [nec salomon.] Qui tantum distat ab herba quantum mendacium à veritate, & tamen superabat Salomon omnes reges in gloria sua, si igitur effudit Deus opes suas in herbulam, quæ cras non erit, qui effundet in te?

¶ Quod si de necessarijs curare prohibemur, qua poena dignus est, qui superflua curat? & qua, qui ad aliena suspiriat. [hæc gentes inquirunt.] Pudorem nobis incutit, quod sub gentium vilitate iacemus. [scit pater vester.] Addit spem, & solatium, nec enim dixit scit Deus, sed scit pater vester, at neque alij patres suos filios despiciunt [quod his indigetis.] Non despexit Deus herbas, etiam superfluo eas amiciens ornatu, & tibi deerit necessarium? [primum querite.] Exolutos à cura terrenorum, id est, ad altiora prouocat, non sumus nati ad esum, aut vestem: sed ad regnum, regnum quæramus. [adijcientur.] Inter temporalia nil magnum est, si ad æterna conferantur. Quære igitur futura, & sic optime consequeris presentia. Igitur non vult nos Dominus nudos, aut famelicos, sed vt abundantius donaret, iussit terrenorum curam deponere: si curas temporalia, nec temporalia assequeris nec æterna: cura æterna, vt vtraque assequeris. [sufficit diei.] Sat est maledictio illa, in sudore vultus tui: cur tu sudori curam adiungis? sat sit diei sua afflictio: id enim valet malitia, vt si est malum in platea, quod non fecerit Dominus: & ego Dominus faciens pacem, & creans mala. Isaias 45. & Philistinorum

1. Cor. 3
 Match. 4
 Iudic. 14
 Prouer. 6
 Jeremi. 8
 Isaias 38
 Psal. 83
 Psal. 144
 Psal. 146
 Genes. 28
 Matth. 19
 Actor. 2
 1. Reg. 19

1. Cor. 7
 Lucæ 9
 Actor. 3
 Lucæ 12
 Psal. 36
 2. Cor. 6

Amor. 3
 1. Para. 19
 noru

norum Satrapæ, afflictionem suam, malum vocabant. Ab hoc malo Dominus liberare nos cupit, nihil enim est quod ex cruciet, nisi cura: & ideo Paulus vult virgines sine sollicitudine esse. Hæc omnia Dominus suo confirmauit exemplo, qui nec vbi caput reclinaret habebat: & Apostoli non habuerunt argentum aut aurum in zona, & tamen, inquit, nunc aliquid defuit vobis?

¶ Author innominatus, Si habens diuitias, non illæ te superbum faciunt, aut violentum, aut non distribuentem pauperibus, nõ seruis illis, sed Dominus es earum. [nolite solliciti esse.] Quia sollicitudo est filia desperationis, ideo enim sollicitus es: quia non habes spem in Deo, & ideo non habes spem, quia non bene operaris, bonum enim opus sperare facit: spera, inquit, in Domino, & fac bonitatem, & pascere in diuitias eius: & nota quod Dominus non dixit Ade in sollicitudine vesceris, sed in sudore vultus tui, laboranti enim in diligentia suæ præmium panis subministratur: sicut desididi, in poenam desidie, subducitur. [anima plus est.] Nisi animam esse voluisset, non creasset, & quandiu esse voluerit, escam, quæ sit, præstabit. [volatilia.] Dedit non laborantibus, & non dabit ijs, quibus laborandi dedit scientiam, & fructificandi spem? animalibus dedit propter hominem, & homini non dabit? Animalibus dedit, quæ tunc sunt, cum viuunt, homini non dabit, qui tunc maximè est, cum vita defunctus est? [cubitum.] Si cogitans, nec minimum efficere potes, quomodo te totum seruabis? nescientem Deus te in vtero seruauit, & auxit: auget & nescientia lilia: sic & te nescientem augebit. [non seminant, neque vent.] Docet, quod exercitium viri est seminare: foemine vere. [quanto magis vos.] qui intelligit quid est homo, non desperat de Deo: ad cuius imaginem factus est homo. Cur de Dei sapientia vis esse sollicitus, de qua si sollicitus non esses, haberes: de iustitia potius sollicitus sis, de qua quia sollicitus non es, non habes. [hæc gentes inquirunt.] Qui credunt se fortunâ gubernari, nos vero credimus quod prouidentia Dei gubernamur. [sufficit diei.] Diem vocat necessitatem præsentem, cras verò futuram.

¶ Diuus Basilius Regula secunda, capi primo. [nemo potest.] Explicatur hic locus per illum, quæ participatio est iustitiæ cum

iniquitate, lucis ad tenebras, Christi ad Belial?

¶ Idem in Responsione. 206. [nolite solliciti esse.] Qui habet vehemens in exequendis mandatis Dei studium, & in explebilis eorum cupiditatem, spacium non habet, vt ad sollicitudinem temporalium dilatatur.

¶ Et Responsione. 207. Dominus iubet alii famelicos, vestiri nudos, & Paulus inquit, Omnia ostendi vobis, quod sic laborantes oportet suscipere infirmos, & alibi, Laboret potius manibus quod bonum est vt habeat, vnde tribuat necessitatem patienti. Ex his perspicuum est, laborare pro se, & sollicitum esse pro se, interdicit, at pro vtilitate proximi mandari.

¶ Et Responsione. 272. Qui certissimè nouit Christum vera dicere, cū dixit, hæc omnia adijcientur, nequaquam in curis vitæ huius, quæ verbum suffocant, occupatur, sed certans bonum certamen in Domino confidit, qui dixit, Dignus est operarius mercede, & cibo suo, laborat tamen propter mandatum Domini, propter quod laborare & sollicitum esse, hominis est Christum amantis & frater nam charitatem diligentis.

¶ Euthymius. Mammona Dominus dicitur, propter imbecillitatem eorum qui eius dominium sustinent. [anima vestra quid.] Aliquando sola mens curis angitur, aliquando anima & corpus: vtrumque Dominus vetat. [volatilia.] Aues quæ ab initio in eodem statu permanent, pascuntur à Deo, homo verò à Deo aduersus cibo priuatur, qui ei restituetur, si reuertatur ad Deum. Aues verò nutrit Deus imittens eis naturalem instinctum, vnde cibum colligant. [quid manducabimus.] Iterum aufert sollicitudinem, quæ adeo violenta est, vt vix abijci possit. [scit enim pater.] Qui magis curabit de cibo vestro & potu, quo hæc magis necessaria sunt. [sufficit diei.] Igitur non amputauit poenitus curam, sed diei præsentis curam, vt necessariam concessit, crastinam verò, vt superflua denegat: licet quidam dicant, quod supra omnem curam vetauit, propter perfectiores: nunc verò diei præsentis curam concessit propter imbecilles.

¶ Diuus Hilarius Cano. 5. Par esse non potest ad seculum, & ad Deum cura: siquidem vnum opus vtriq; placere non potest, amat Deus paupertatem, seculum diuitias, &c. Vnicè enim rerum æternarum curæ nos vult esse intentos. [animal plus.] Multi im-

To. primus K 4 mor

Match. 25
 Actor. 20
 Ephe. 4
 Luca. 8
 1. Timo. 3
 Matth. 10

mortalitatem animorum negantes, similiter & corporum resurrectionem, dicunt: quomodo corpus esse poterit sine cibo? ex qua diffidentia in delicias labuntur, ideo Dominus iubet, ne solliciti de cibo corporis nostri futuri simus: qui enim animæ verbo dedit esse, eodem verbo dabit corpori conseruationem. [Volatilia celi.] Id est demones, quibus si Deus dat esse, quanto potius nobis: [cubitus unum.] Infidelitas est dubitare, quo habitu corpus nostrum surget. Deus enim dabit vni corpori cubitus unum, alij duos, &c. [lilia.] Id est, Angelos quos si sine suo labore Dominus gloriæ claritate vestiuit, cur non etiam nos? qui futuri sumus in resurrectione, sicut Angeli. [fennum.] Id est, infideles: quibus si Deus dat æternitatem ad pœnam (nec enim in illo inferni cibano, mors requies est) cur non potius Christianis dabitur æternitas ad gloriam? [crassinus dies.] Cum dies non possit esse sollicitus, reliquum est vt intelligamus præcipi nobis, vt in seculo præsentis curam habeamus, (hic enim dies noster est, quem mortis finis nox) quod si hic curam habemus, non est quod de futuræ diei mercede ambigamus. Sat sunt peccata nostra seculo nostro, ad quæ purganda dies hic nobis concessus est, alioqui futura secula ex se sollicita sunt dare præmium & pœnam etiam non sollicitis.

Rupertus libro sexto, de glorific. Docet Dominus, vt qui spiritualibus studijs idonei sunt, à curarum secularium turbæ liberent, dicit enim Martha cur sollicita es, & turbaris erga plurima. [duobus dominis.] Non dixit, duobus regibus: nam idem artifex Salomoni seruebat & Hiras. Sed duobus dominis: quia dominatio superbæ factus est, quæ cum sit in factiones diuisa, duos admittere nequit. Neque enim quis Dauidi & Absalonis herere poterat, illi adherebat bonus Chusi: hunc non diligebat sed sustinebat malus Achitophel. Mammon princeps est seculi: qui dixit, hæc omnia mihi tradita sunt, & cui volo do ea. Sed mentitur, quia solus excelsus dominatur in regno hominum. [unum diligit, alium contemnet.] Dauid non diligebat diabolum: sed despexit Deum in negotio Vriæ: ideo sustinuit diabolum. Nec ergo aliquando liceat vobis Deum cõtinerere fugite à sollicitudine māducandi & bibēdi. Hæc enim multis causa fuerunt vt Deum contemnerent, vt Saali. Licitum est sollicitum esse de filijs &

familia: sed vide nedum à necessitate coarperis, per amorem seruias Satanae, id est, dum putaste ire contra impetum fluminis, ab eodem rapiaris.

At si hæc non curauero, vnde esca & vestis? huic respondet, nonne anima plus est quam esca. Saturabuntur ligna campi: illic passeret nidificabunt. Herodij domus, dux est eorum. Christus herodius est, & hic est dux passerum eorum, qui nihil congregant. Domus herodij vita Apostolica est, ad quam si confugitis, ligna campi, & cedri Libani, id est, diuites extendent ramos suos, vt in eis ædificetis nidos, id est, construent vobis monasteria, in quibus sicut in nidis, vespere & mane clamare & narrare Dei laudes licebit. Igitur pauperes Christi, ijdem dicuntur passeres: ijdem & lilia, vt Ecclesiast. 39. dicitur, Florete flores quasi lilia. [quanto magis vos.] Vestiemini in cælo: nam hic ita vestiri, stultitiæ esset. [modica fidei.] Fides magna fuit in pueris, qui dixerunt. Potens est Deus eripere nos de igne, quod si non fecerit, notum sit tibi Rex, quod Deum tuum non adoramus: ita magna fides est, cum dicit. Potens est Deus pascere nos sicut volatilia pascit: quod si non fecerit, notum sit tibi Mammon, quod te non colimus. Parua fides est eorum, qui dicunt. Si est Deus in cælo, aut si est scientia in excelso: & qui quærunt Deum, quia saturati sunt, & non quia viderunt signa: quod si non saturantur, murmurabunt. [ne solliciti sitis.] Quia vult docere Sabbatum in Dei contemplatione, ideo rationibus multis id persuadere conatur. Prima quia id gentes inquirunt: quæ cum habeant præptuaria plena, beati dicuntur: quia aliam beatitudinem non sperant. Secunda, Pater vester pascit, tunc maximè, cum res videntur magis desperatæ, Vt Elias per Angelos pascitur, & per viduam, & per coruos, vide per quos? [Quarite regnum Dei.] Id est, verbum qui est thesaurus in agro Ecclesiæ perabolicè absconditus, quem qui inuenit vendit omnia quæ habet, id est, omnem à se ablegat curam, vt cum Maria sedeat ad pedes Domini. [Adjicientur.] Si super salutem & speciem eam dilexeris, venient tibi omnia bona pariter cum illa. [Nolite solliciti esse.] Ecce tertio eundem sermonem repetit: quia grande negotium est, radicem cupiditatis

piditatis amaram, è fundo cordis euellere. [crassinus dies.] Id est, seculum futurum quo properant impij, ibi nõ est sollicitudo, sed stultitia, quia apud inferos non est ratio, neq; sciētia, vel dies est, cui cras opponitur, diei benedixit Deus, & licet ingredi requiē de die, dies etiam per Christum appropinquauit, igitur in hoc die operandum, nocti enim Iob maledixit.

D. Thomas, recondere, nõ solū distrahit à Deo, sed etiam alienat, seruus enim quod est, Domini sui est, at impossibile est, simul duorum contrariorū dominorū esse, & quidem seruire diuitijs, est illud malum sub sole de quo Eccle. 5. vidi malum, diuitias congregatas in malum Domini sui, & nota: id dicit Deum alicuius in quo quis finem suum statuit. Philippen. 3. Quorū Deus vter est. Nota. 2. Mammō posse intelligi Dæmonē, qui diuitijs præest, sicut est spiritus fornicationis, qui præest libidini. Quomodo igitur seruias Deo & diabolo, quousq; claudicatis in duas partes? Dices non pono finem in superfluis diuitijs, sed in necessarijs. Et hoc etiam prohibet Dominus dicens, nolite solliciti esse. Eutiches dicebat, quod viri Apostolici, non debent laborare. At si non laborant, nec manducant. Sanè quilibet obligatur vitam seruare, si igitur aliunde non habet, vnde conseruet, obligatur laborare. Nota verò q̄ hic prohibetur sollicitudo, id est, vehemens animi applicatio ad temporalia, maximè ad superflua, expectatio enim sollicitorum peribit. Nam sollicitudo de necessarijs conceditur. 1. ad Corinthio. 2. Illa vero quæ cum quadam desperatione est prohibetur. [Volatilia.] Qui dat iumentis escam ipso rum, habet igitur iumentorum prouidentiam, quāto verius hominum. [considerate.] Ad laudem Dei, meditabor in omnibus operibus tuis. [neque Salomon.] Ars imitari naturam potest, non vero assequi. [fennum.] At fennum & herba producuntur in montibus seruituti hominum. [quarite regnum Dei.] Vt finem, & iustitiam eius, vt mediū ad finem. Dicit iustitiam eius, quia per iustitiam hominum, homines seruari non possunt. [adjicientur.] Quia non affliget Dominus fame animam iusti, sed contra, Paulus esurit & sitit? Responde. Dominus tollit à te cibum, vt te curet, vel vt alijs det. [nolite solliciti esse.] Ne omitatis serere, desperatēs pluuiā. Sed de ea consili scribite. [crassinus dies.] Curam futurā, ne ex nunc accipiatis, equidē nõ decet tempore messis habere curā de vindemijs.

Simon de Cassia. lib. 10. c. 39. 40. Deus cui vnus sit, vnūq; filium habeat, vnum mūdū creauit, vnūq; animam dedit, & vnū corpus, & licet duos homini oculos, aures & nares dederit, vnū tamē visum in duobus oculis, vnū auditū fecit in auribus: ideo vnitate vehementer amat, eamq; diuidi cauet, igitur nemo potest duobus dominis seruire. Domini verò dicuntur duo, cum diuersa præcipiunt, nam si vnū multi præcipiant, vnus dominus censi potest, at Deus & diabolus cõtaria habēt præcepta, & cõsilia. [ne solliciti sitis.] Nõ tollit sollicitudinem, si modo propter eā, nihil virtuti depereat, & solū ea curemus, quæ per nos sunt cõplēda: nõ verò illa quæ pater posuit in sua potestate. [anima quid man.] Arte vel studio, quære quod edas, nõ sollicitudine, omnē sollicitudinem igitur proijciētes in eū, ipsi enim cura est de vobis. [iustitiā eius.] Iustitiaregni est fides scripta ceteris virtutibus: sacramētis ecclesiæ: & operibus bonis, quæ est iustitia, abūdas iustitiæ Scribarū & Phariseorum, seu iustitiæ Dei, est cõuersatio in terra facta cælestis. De mū ipse Christus est iustitia, sanctificatio & redēptio. [in castrinum.] Nescit quid patiat dies crassina, vitam ne, an mortem.

Hugo. [nemo potest.] Nemo potest thesaurizare in cælo, & in terra, simplici oculum, & nequā habere. [alterū continet.] Deus in omni peccato mortali cõtēnitur, adde quod licet Deus à peccatoribus nõ odiatur affectu, oditur tñ effectu. Igitur diabolo seruit malus, vt Pharaoni, qui iubet suos laborare in operibus luti, id est, sordidis, ad edificandas tres ciuitates. s. Pithon, per quā auaricia Ramessem, luxuriā, Hieropoli, id est, superbiā. Est verò diabolus dñs exactor, præfecti enim operū instabāt. Exo. 5. Est iurgiosus: semper iurgia quærit malus. Pro. 17. Est crudelis, ne tradas annos tuos crudeli. Pro. 5. Est infidelis quia mēdax, & pater mendacij. Ioan. 8. [solliciti.] De curiosa & superflua sollicitudine sermo est. De qua Bernar. circuit sedulus explorator, sequitur, obsequitur, simulat, dissimulat, pedibus & manibus repit, si quomodo se possit ingerere in patrimonium crucifixi. [quid mādū.] Taxatur gulosi, diues, scilicet, ille sollicitus de cibo, & veste epulabatur em quotidie splendide & induebat purpura, &c. [anima vestra.] Ad literā adimplēt multi, nihil curātes de anima, sed de corpore tantū, præcipue superbi Theologi. [pascit illa.] Qui præparat coruo escā. [sic pater vester.] Nolite ergo eum exacerbare, de talibus cu-

Pri. To. K 5 ram

Lucæ. 10
2. Reg. 5
Lucæ. 3
Daniel. 4
2. Reg. 11

Eccle. 9.
Iob. 3.
5. Reg. 18.
2. Thess. 3.
Prover. 11.
Psal. 146.
Psal. 142.
Psal. 146.
3. Reg. 17.
Matth. 13
Lucæ. 10
Prover. 12.

1. Petri. 5.
Matthæ. 5.
Philip. 3.
1. Corin. 1.

Lucæ. 15.
Iob. 38.

ram habentes. [volatilia.] Intelligi possunt religiosi, qui sine suo labore pascuntur à Deo hi enim sicut nubes volant, & sicut columbæ ad fenestras. [salomō.] Vestiebatur enim hic alienis, lilia verò proprijs. [dicentes quid manducabi.] Mulcæ sollicitudinis iudicium est, cum non solum mente cura geritur, sed etiam ore profertur, cum dicitur, vbi est triticum, vbi vinum, & etiam, quis dabit nobis carnes ad vescendū. [gentes inquit.] Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Igitur Dominus cōmendat auellere sollicitudines. Primò quia suffocant verbum Dei infra. 13. Secundò quia impediunt bonorum operum fructum, nolite serere super spinas. Hieremi. 3. Tertio quia illaqueant laqueis diaboli, incidunt enim in laqueos diaboli. 1. Timò. 6. Quarto, à spiritualibus retrahunt, spoliati me tunica mea, quomodo rursum. Cantic. 5. Amariudine inebriant, inebriauit me absynthio. Threno. 3. Afiligunt spiritū, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem spiritus. Eccl. 1. Non permittunt dormire, vigilia & tortura viro infrunito, id est, cupido. Eccl. 31. Execant, Sedechias execatur in reblata, Sedechias significat sufficientiam, & reblata, significat multitudine. Eneruant penitentiam, Cain occidit Habel, id est, possessio luctum. [querite primum.] Quia tēpus breue est, adesse enim festinant tempora. Deute. 32. [regnum Dei.] Quia longeuum, quia regnum tuum regnū omnium secu. Item quia iucundum, quam magna multitudo dulcedinis tuæ. Itē quia gloriosum & diues, mecum sunt diuitiæ & gloria. [nolite solliciti esse in cra.] Abstulit curā præsentium: nūc futurorū, qui enim vadit è fonte bibiturus, nō curat quid in fonte bibet, largior verò est fonte prouidentia Dei. Caietanus. [vnum diliger.] Si sponte seruit: reliquò odio habito, aut si cogitur seruire, vnum sustinebit, reliquo contempto, nō faciendo quæ præcipit, is vero seruit diuitijs, qui fixit cor in eis. [nolite solliciti.] Quia sollicitudo habet non nihil seruitutis, & quidem qui fecit quod in se est, & adhuc est anxius, timēs sibi necessaria de futura, aut Dei prouidentiam non credit, aut modicè credit. [anima vestra quid manduce.] Non dicit, quid māducat, nō enim anima māducat, sed anima sollicita est, quid totus homo māducat & significantissimè dixit, animæ vestre: vt tollat sollicitudinem eorum quæ ad vitā nedum ad pertonam necessaria sunt. Sed caue intelligas hominem non debere labora-

re, serere, aut nere: minimè, sed quod ita se habeat homo, vt aues, quæ cum faciāt quod in se est, non ociantes in caueis suis, nō inantes quæ sibi sunt noxia, pascuntur à Deo. Igitur prouidere magna cura de futuris, Dei est non hominis, ideo illi relinquendū. [cubitum vnum.] Statuta tibi statuta est, cogitare nihil proderit, vt eam augeas: ita & vita statuta est, cogitando, non eā augebis. [quid manduc.] Cura timida prohibetur. [querite.] Hæc est ratio ad inueniendū quæ quaritis, victum, scilicet, & vestitum, & non dixit solliciti estote, quia neq; circa regnū habenda est cura timida, dubia: imo verò securavt quæ fidei & spei innixa sit. Cum verò dicit primum, ne intelligas, quod regno quæsito, quærere alia possis. Sicut cum dicit, primo-genitum peperit, ne credas aliam postea peperisse, sed intellige: quod ante regnum, nihil aliud quæras, quære ergo quomodo regnum Dei extendetur, & quomodo te, regnum Dei efficietis. [adjicientur.] Non computata in præmium, sed adiecta. At si hæc liceret inquirere, non essent adiecta, sed quæsita. Hæc verò promissio fit his qui quærent regnum, non gratia sui, sed gratia regni. [intrastrinum.] Vetat omnem curam, quæ præfenti temporari non congruit. Cura ergo Iosephi congregandi in septem annos, non erat cura crastini, sed præsentis, eo enim tempore illud curandum erat, sensus ergo est, ne præoccupetis curam, futuram temporari suam curam reseruate.

Chromatius, Deus verè est Dominus omnium, sed nominari spiritualiter vult Dominus eorum qui ei seruiunt. Cum igitur nos iam crepti simus ab infidelitate, indignum est Mamonz velle seruire.

Druthmarus. [nemo potest.] Imò Domine Paulus iubet, vt per charitatē spiritus seruiamus inuicem? Ita est quod seruire possimus dñis, humano seruitio quod graui dñiā vocant. At Deo soli debetur seruitiū, & adoratio quæ latria dici solet. [volatilia.] Nō prohibet serere & metere, sed prohibet, ne timore indigentia thesauros recōdamus, & pauperibus negemus elemosinas. [adjicientur.] Ad necessitatem, non ad superfluitatē.

Glossa interlinea. [dominis seruire.] Bonus dispensator, non seruit diuitijs. [ne solliciti sitis.] Vt eorum cura retrahantur ab æternis, temporalia enim nihil sunt. [pater vester celestis.] Igitur celestis, coelestia, vobis celestib; prouidebit. [plures estis vos.] Adoptati in filios. [pater vester.] Si pater ne du-

ne dubita de eius bona voluntate, quia bonis filijs, quomodo sua viscera claudet? [scit quod indigetis.] Et dat, nisi vestra auertat infidelitas. [primum regnum.] Summa sit hæc vestra intentio. [iustitiam eius.] Vt propter eum iusti sitis, nō propter vos. [hæc omnia.] Quæ vtenda sunt non propter se, sed propter regnum. [nolite solliciti esse.] Non labor damnatur, sed sollicitudo mentē suffocans. [malicia sua.] Quia in eo fiunt mala.

Glossa ordi. [duobus dominis.] Ideo in baptismo renūciamus diabolo. [anima vestra.] Si cibus creatus est propter animam, ne curet anima, quod propterea creatum est. [ad staturam.] Illi ergo corporis curam dimittite, qui ad hanc staturam perduxit. [gentes quarunt.] Agentibus quid distat, is cuius animam hæc frangunt & fatigant, at gentes hæc quærunt vt serui: nos regnum vt filij. [adjicientur.] Nec enim nostra sunt, & adjicientur, quia si filij sumus, iam nostra esse ceperunt, licet subtrahantur aliquādo ad probationem. [malicia.] Quia ex die, mortalitatem, & curam ex peccato incurrimus. Ideo maledicitur à Hieremia. c. 20.

Lyra. Non aufert Christus moderatā sollicitudinem. Siquidē natura quæ ad vnū de terminata est, prouidere potuit auib; & herbis, quæ ad vnum etiam ordinantur. At cū homo sit liber, & ad varia se inclinare possit, non potuit ei natura prouidere, nisi dando rationem, per quam de cibo & veste sibi esset sollicitus, quam curam si homo à se abijceret quærens cibum à Deo, esset Deū tentare. Igitur vt pascit Deus aues moderatē sollicitas: ita & homines. [pluris estis.] Vt præcellit finis, ijs quæ ad finem sunt. [primum ergo querite.] Deinde quærere temporalia, quæ adjicientur vobis moderate sollicitis. [intrastrinum.] Quæuis cura suo tempore bona est, extra tempus mala, male curatur mensis, tempore seminis. In decretis de pœnit. d. 5. ca. 2. §. animaduerte. D. Augustinus colligit ex illo loco, nemo potest, quod omnia opera bona quæ in mortali facta sunt, pereunt, quia qui seruit diabolo, Deo non seruit, dicit tamen esse pium credere, quod si peccator ad gratiam redeat, Deus remuneret bona, quæ in malo statu fecerat. Quæ sententia refertur, de pœnit. distin. 3. capi. pium est: Eandem visus est tenere Hierony. & refertur eadem capitul. si quando. Verum Scholasticus, imo & Canonista, in eare nec Gratianum, nec Augusti. nec Hierony. audiunt vt glossa eiusdem capitul. dicit. Secundo Au-

gustinus, (vt refertur de pœni. d. 1. cap. resuscitatus) colligit ante confessionem, per contritionem peccatum remitti. Cum enim contritus desinat esse filius diaboli, necessario fit filius Dei, nemo enim potest duobus dominis seruire.

CAPVT. VII.

Nolite iudicare est non iudica.



Iuus Hierony. [nolite iudicare.] Quomodo ergo Paulus 1. Corin. 5. fornicariū: Petrus vero Ananiam & Saphiram iudicauerunt? Responso est, nō prohibet Dominus iudicare, sed docet quomodo sit iudicandum, dicēs, quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur vobis. [nolite sanctum dare.] Sanctum, est panis filiorū, non mittendus canibus. [neque mittatis.] Porcus non recipit ornatum. Prouer. 11. Si porcus habuerit circulum aureum, fædior inuenitur. Quidam per canes intelligūt eos, qui post fidem acceptam reuertuntur ad vomitum peccatorum: per porcos verò, eos qui adhuc in infidelitatis volutabro versantur. His non est facilè credendum Euangelium, ne dissipent nos.

D. August. libr. 2. de serm. Domini. ca. 28. 29. 30. &c. [nolite iudicare.] Præcipit Dominus, vt ea facta quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Ea verò quæ bono animo fieri nequæunt, & sunt manifesta, fructus sunt, per quos peccatores iudicantur. Vnde Apostolus repræhēdit fideles, qui manducatem iudicabāt, si qui dem poterat bono animo manducare. Ideo dicit, non iudicare de his quæ foris sunt, & alibi dicit. Tu quid iudicas alienū seruum? Domino suo stat aut cadit, & alibi, nolite an. Roma. 14. te tēpus iudicare: quousq; veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarū, & alibi. Quorundam hominū peccata sunt præcedentia iudiciū, quæ dā sequuntur. Sanè peccata manifesta præcedūt iudiciū, de quibus, si iudices non peccas. Quæ verò nescimus, ea sequuntur: hæc enim illuminabuntur aliquādo. Duo igitur hic cauenda, alterum, ne damnes, quod bono animo fieri potest. Alterū, iam quod lapsum vides, ne iudices, nūquam resurrectorum. [quo enim iudicio iud.] Num si iniquè

si iniquè & temerè iudicamus, iniquè & temerè à Deo iudicabimur? minimè, sed si temerè & iniquè iudicamus, ipsa nos nostra iniquitas condemnat. Omnis enim qui gladio occiderit, gladio peribit, quia ipse gladius animam occidentis necat. *[Quid vides festucam.]* Quia iudicare alium, est superbi hominis, aut inuidi, ideo dicit, si frater quadam leuitate peccauit, festucam habet, si tu eum iudicas superbia & odio, trabem habes in oculo. Hipocryta es, nam corrigere officium est beneuoli, tu autem cum beneuolus non sis, videri vis beneuolus esse. Cum ergo vis corrigere, cogita te in eodem vicio esse, aut esse potuisse, & ita misericordia iudicium temperabit. Habet enim Apostolus, infirmis factus sum infirmus, vt omnes lucrifacerem, non id simulatè dicebat: sed ita ex charitate faciebat, eius infirmitatem quam corrigebat, suam esse putans, hanc charitatem præstruxerat, dicès, cum ex omnibus liber essem, omnium seruum me feci, & alibi, vos in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus, seruire inuicem, raro igitur & in magna necessitate obiurgationes faciendæ sunt, & cum fiunt, oculo simplicis columbæ fiant, trabe ab oculis nostris proiecta. *[nolite sanctum.]* Crederent, enim nonnulli simplices, nunquam esse tacenda ea quæ vera sunt, ideo dicit ne dicatis vera, ijs qui suslinere nequæunt, Dominus enim licet nullum falsum dixerit, multa tamen vera tacuit. Dicit enim multa habeo vobis dicere, quæ non potèstis portare modo, & Paulus, lac vobis dedi, non escam, neq; enim poteratis, sed neq; nunc potèstis. Iam Sanctum est, quod est violare nephas, Margaritæ sunt quædam pretiosa, sub tegumentis allegoriarum, quasi sub quibusdam conchis absconsa: Canes sunt impugnatores veritatis. Porci sunt contemptores. Canes vero dilacerant, nec patiuntur integrum esse, quod integrum est: ita hi non patiuntur vt nos integri sumus, sed faciunt nos difrumpi. Iubet ergo Dominus, ne his qui odiunt veritatem, aut contempnunt, vera prædicemus: nec enim ea recipient. Cur vero Dominus multa prædicauit canibus & porcis? quia si illis non proficeret, essent nobis profutura. Quis enim interrogatus, respondere debet, si alicui credit utile futurum. Sed si interrogetur de rebus curiosis taceat, sicut tacuit Dominus ab Herode interrogatus. *[Idem in Epistol. 49. [qua mensura.]]*

Obijcit cur ergo damnatio est æterna, cum peccata sint temporalia? Respondet. Non debere intelligi, nisi in proportione, iuxta Galat. 6. illud, quæ seminauerit homo, metet planè feminat granum, non idem granum metit, sed proportionaliter sicut seminasti, metes: ita si in mala mensura, id est, in mala voluntate, alijs mensus es mala, in eadem mala voluntate, mala recipies. Iudicium enim sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. Demum, quia æternam habuisti mali fruitionem, æternam patieris eiusdem punitionem. *[Idem libr. de verbis Domini sermo. 16. festuca est ira: trabe est odium.]* Si igitur tu habens odium iram fratris corrigas, festucam eijs, trabem habens. Porro festuca trabe sit, si alatur: ita ira odium sit, si suspicionibus augeatur. Multum verò interest inter iram & odium, irascuntur bestiæ, & parentes, cum filijs: non odiunt tamen, multum interest inter, turbatus est in ira oculus meus, & qui odit fratrem suum homicida est, multum differunt turbatus oculus, & extinctus. *[Idem serm. 202. de tempore.]* nolite iudicare. Cur ita? si quidem Dominus dicit, rectum iudicium iudicate, & alibi verum iudiciu iudicate, & Aposto. argue obsecra increpa? Respondeo, peccata manifesta arguenda sunt, sed ex charitate, quæ vero bono animo fieri possunt, non sunt iudicanda, prius enim quam interroges, ne vituperes quæquam, & cum interrogaueris corripe iussè. Proni sunt homines ad vituperandum, fac ergo, quod tibi vis. Tu enim prius vis interrogari, rogatus verò, si reus es, patenter obiurgatione toleras: ita igitur facito. *[D. Ambro. in Lucæ. c. 6. [nolite iudicare.]]* Silicet temerè. *[D. Grego. 3. par. Pastoralis, festucam dicit impatientiam esse exteriorem, tentationis auræ exagitatam. Trabem verò, nequitiam cordis, vsu firmatam. ne igitur alienam impatientiam arguas, donec nequitiam cieceris ex corde.]* *[D. Chrysolto. homi. 24. [nolite iudicare.]]* Cur ergo Dominus constituit suos Apostolos vt iudices essent, & potestatem haberent ligandi, & soluendi? & si iudicandum non est, immunitas peccandi erit, & omnia peccantur, quæ in domibus in verbis & populis erunt. Respondetur, prudètibz omnia sunt licitissima: ex his quæ sequitur. Illis em aucturitas iudicandi potestas, qui cū ipsi vitijs abulent, alios de leuissimis quibusq; tota temeritate condemnant, vt huiusmodi qui accusabant Christi

Matthæ. 26

1. Corin. 9.

1. Cor. 9. Galat. 5.

Ioanis. 16.

1. Corin. 3.

Lucæ. 23.

Galat. 6.

Iacob. 11.

Psalms. 11.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

Zachæ. 1.

1. Timo. 4.

Ecclesi. 11.

Matthæ. 11.

Matthæ. 23.

Matthæ. 18.

Lucæ. 23.

Matthæ. 10.

2. Corint. 2.

2. Timo. 4.

2. Timo. 3.

Matthæ. 13.

Coloss. 4.

Christi discipulos, quia sabbato vellebāt spicas, alligabant importabilia onera quæ nec digito mouere volebant. *[condemnare.]* Nō tu illum condemnas, sed te: cogis enim de leuissimis etiam, grauem fieri vltionem. Igitur non oportet in solenter peccantem persequi, exprobare, & obiurgare: sed cum dilectione, clementer, consilio iuare. Lene sane præceptum, qui enim proximo remisit, se primitus à reatu liberauit, magnumq; sibi indulgentiæ recondit thesaurum. Nolite ergo iudicare, ne sitis iudices amari, & non intelligit de peccatis grauioribus (dicit enim quid vides festucam) sed de his quæ videntur esse peccata, non sunt tamen. Quid igitur reprehendis monachum, largiori vtentem cibo, ipse crapulatus? *[hypocrita eijce.]* Grauis reprehensio, cum enim graue peccatum est; à reprehensione Dominus incipit, vt ibi, serue nequam: ita & hoc loco, hypocritam dicit, qui officium dilectionis assumit, qui tamen non diligit. Si enim diligeret, à se primo trabem eijceret. Non igitur prohibet iudicare, sed trabem ad iudicandum eijcere. Si alterum vis curare, te ipsum prius vide, & te ipsum prius cura. Ita Dominus nullius criminis reus, alios reprehendit, & lege de sanctitate constituta, de iudicio tractat. Egregiè pius latro in cruce pēdens accusabat trabem alterius latronis, qui eam quæ festuca in Christo videbatur accusabat. Quod ergo Dominus vetat est, si tua negligas & alios impudenter accuses. Id enim duri cordis est, & viri cum omnibus inimicitias gerere volentis. *[sanctum dare canibus.]* Non enim omnibus Euangelium prædicandum est, & ita intelligendus est locus ille, quod dico vobis in aures in testis prædicare. Si quidem animalis homo non percipit quæ Dei sunt. Canes sunt infideles, porci luxuriosi. Merito igitur Paulus dicit. Quem tu deuita, valde enim resistit verbis nostris. Et, hæreticum hominem, post primam & secundam correctionem deuita. Siquidem nec hi cum audiunt edificantur, & prædicatoribus mille suscitant pericula. Hęc causa est, quod mysteria nostra cœlamus, non quia infirma, sed quia qui audiunt, sunt infirmi, & ideo Dominus loquebatur in parabolis, vt videntes non videant, & Paulus iubet scire nos, quomodo cuiq; oporteat respondere.

Author in nomi. Homi. 17. *[nolite iudicare.]* Quidam exponunt, ne iudicemus ex iactantia, propriū odium sub specie correctio-

nis exequentes. Sed expositio non cōgruit, Dominus enim addit, & non iudicabimini. At profectò non euadet iudicium, qui fratrem quem odit, non iudicat, nō enim ideo consequitur veniam prioris delicti, quia postèrius non addit. Sensus igitur est, qualis illius clausulæ, dimitte nobis debita nostra, nec enim est sermo de peccatis contra Deū: sed contra nos. Si igitur in peccato contrate facto proximum nō iudicas, nec Deus te in tuo iudicabit. Et licet hoc præceptum generale sit, maximè tamen ad doctores spectat, quorum est festucam ex aliorum oculis pel- lere, & quorum est, sanctum non dare canibus. His ergo dicitur, si vis euellere festucam, projice abs te prius trabem. Quis enim audiat eum, qui non se audit? Qui alium iudicat, sit prius sal & lux, sit igitur in memor iniuriæ suæ. Euangelicus doctor, cum enim diabolus inter doctores, & laicos multas disseminat discordias, si earum doctores memores sint, non prædicabunt: & ita Ecclesia peribit. Quod verò quadret hæc expositio colligi pot ex Luce. c. 6. Vbi post verba quæ explicamus, addit Dominus, mensuram bonam, confertam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum, bona mensura datur dimittenti iniuriam suam, commota datur nō condemnanti, supereffluens datur nec iudicanti. *[qua mensura.]* Id est, si iudicatis, ne cōdēnetis, aut si cōdēnatis, rogati dimittite, sic enim Deus aut nō iudicabit vestra crimina: aut si iudicauerit, nō dānabit, aut si dānauerit, rogatus dimittet. *[quid autē vides.]* Sēsus est, melius nō docere, nec reprehēdere, si in reprehensione doctor iueniendus est, eius enim doctrina non est audibilis, sed derisibilis. Iam enim quod in iudicium Dei incidit, fugiat certè hominum reprehensione: qui dicent, medice cura te ipsum. Medicus enim si eger est, testē habet suæ imperitiæ. Cum tum sanare se, non sit in sua facultate, medicus verò animarum, in sua facultate habet se sanare. Vel sic, quomodo tu dicis? quo affectu? nū charitate, an hypochrisi? Si charitate, nū quis tibi beneuolētior est quā tibi tu? cura te. Si hypochrisi, igitur hypocrita es. *[festuca.]* Peccatū laici festuca est, idē in doctore, trabes est. *[nolite sanctū dare.]* Quasi dicit, iubeo vos non iudicare, sed remittere: imò & bona malis dare, bona in quā vestra non mea, bona secularia malis date. Euangelium verò meum ne detis canibus. In vestris temporalibus estote simplices vt colūbæ, in meis spiritualibus, prudentes vt serpentes. Siqui-

Lucæ: 9.

Matthæ. 7. Si quidem pater vester pluuiam dat etiam malis, sed gratiam nõ dat nisi bonis. Quiuis querit sibi prudentem dispensatorem, multo vero magis Deus. Qui vero mittit canibus aut porcis margaritas, illi non commodantur: hæc vero in commodantur. Canes hæretici sunt, non enim habent vngulam figam. Porci mali Christiani, qui licet vngulam per fidem findant: non tamen ruminant. Canis nunquam non latrat, ita & hæretici, mali Christiani, luxurijs se volutant, nunquam e cæno faciem attollunt, nisi cum necessitate præmuntur, egerunt stercora sua eum poenitent: sed ad illa redeunt. Sanctum ergo est baptismus, & Eucharistia, Margaritæ sunt mysteria veritatis, quæ non nisi desiderantibus communicanda sunt, reliqui enim contemnent.

Diuus Basilius, ad interro. 164. [*nolite iudicare.*] Illa peccata quæ non sunt à scriptura explicata. Ea vero quæ manifestè Deo displicent, qui non damnauerit, in poenam dissimulantium incidet, nisi sitis, qui videns se in crimine, liberè arguere non audet.

Euthymius. [*nolite iudicare.*] Id est, condemnare, non loquitur ad prælatos, dominos, aut patres, si enim hi non corrigant, implebuntur omnia vicijs, loquitur ergo ad subditos, quibus præcipitur vt iudicent sua, relinquunt aliena. Si enim nos diiudicemus, non utiq; iudicemur. Loqui etiam potest ad eos qui cum in maioribus offendant, condemnant eos, qui in paruis labuntur. [*quo iudicio.*] Si leuia errata aliorum damnas, tua leuia anxie exquirentur, & in die iudicij condemnabuntur. [*qua mensura.*] Si dimittis, tibi dimittetur. O admiranda præceptorũ virtus. Quæ sunt facilia ad exequendũ, & exequenti salutẽ conciliant. Quid igitur si frater fornicator sit, nõ corrigẽ? Imò corrige, vt medicus, non vt damnator, si quidem non subditum damnare, animæ est Pharisæicæ, & se ipsum iustificatis. [*festuca.*] Peccatum paruum, trabs, magnum, vide ergo quæ tua sunt, & quæ maiora sunt. Quomodo ergo te tabis fratrem curare, cum tu maximè indigeas salute. [*canibus.*] Canes dicit & porcos, qui immedicabili tenentur impietate, horum pes est infidelitas, qua ad perditionem gradiuntur.

D. Hilarius, Cano. 5.6. [*nolite iudicare.*] De promissis Dei, & de iudicijs, si enim de patris potestate, aut de filij æternitate iudicaueris, trabẽ habes in oculo, & ita idoneus nõ es vt aliorum doctor sis. [*sanctum dare.*]

Nihil sanctius promissis Dei, quæ nobis satisfactis thesaurum immortalitatis largiuntur, hæc promissiones cum infidelibus & hæreticis tractandę non sunt. Diuina enim mysteria non nisi præcibus sentiuntur.

Diuus Bernar. De gradibus humilitatis cap. 2. spiritualis inquit instruat alios in spiritu humilitatis, te ipsum considerans, ne & tu teneris. Apostolus igitur iubet prius veritatem requiri in se, quã in alijs. Te ipsum considera, quam sis facilis ad peccandum, pronus ad iudicandum, hoc considerato, mitescēs & indulgētior eris, alioqui audies, hypocrita eijce grossam superbiani à te, postea videbis eijcere aliorum festucas. Tua superbia trabs est, cuius vmbra non sinit vt te cognoscas, amor enim iudicium veritatis nescit.

Beda in cap. 6. Lucæ. Duo sunt in quibus tamerarium iudicium cauere debemus, vel cum incertum est, quo animo quis fecerit, vel cum incertum est, qualis futurus sit, qui nunc vel malus vel bonus apparet. [*qua mensura*] Qui enim parcẽ feminat, parcẽ & metet, reddet igitur Deus cuiq; iuxta opera sua. [*festucam.*] Alioquin cæcus cæcum ducet, igitur qui in eodem vitio est, non reprehendat, sed gemat, & fratrem ad pariter conandum inuitet.

Rupertus, in fine libr. 6. de gloria & ho. [*nolite iudicare.*] Mādatur vetus est, ne oderis fratrem tuum, sed publicè argue, ne habeas super illo peccatum. Iubet ergo Dominus, ne oderis fratrem: ita & nunc, ne iudices cum odio, alioqui & tu à Deo cum odio iudicaberis, odit enim Deus operantes iniquitatem. [*festucam.*] Pharisæi trabem habentes, festucam quæ videbatur, euellere curabant à Christo. At Abigail, & Natham, quia carebant trabe, eiecerunt festucam ex Dauide. [*canibus.*] Doctõr Euangelicus attendere debet, tempus, personas ad prædicandum, idè Dominus obscure prædicauit, ne à canibus & porcis intelligeretur.

D. Thomas. [*nolite iudicare.*] Iudicio amaritudinẽ, vel nolite iudicare de interioribus, prauum enim est cor hominis, & quis cognoscet illud? Iere. 17. Vel nolite iudicare si in eodem aut maiori peccato existis, quo enim iudicio iudicas, te condemnas. Rom. 2. Vel nolite iudicare ad non remittendum, quia conuertetur dolor vester, in caput vestrũ, vt enim qui prædatis, nam prædaberis. Iai. 33. [*in qua mensura.*] Cõtra quia culpa finita punitur.

ta punitur poena infinita. Responderet, quod etiam auersio fuit infinita, & macula culpæ infinita. Nota quod Petrus permittus fuit forte cadere, vt lenius iudicaret, & si iudex est in peccato quod sibi placet: ne iudicet, iudicet vero si peccatum quod fecit displicet.

Prouer. 25. [*canibus.*] Anima enim satiata conculcat fauorem.

Simon de Cassia, libr. 10. cap. 43. Iudicare alium temerè natura non suggerit, ratio dissuadet, repugnat virtus, mos hominum nõ consentit, poena deterret. Vnde enim tibi iudicandi alium auctoritas, vnde certa de alie no crimine notitia? Quod si vtrumque tibi adest, irreprehensibile iudicium est, sed nota aliud esse iudicare de facto, aliud de faciente, aliud iudicium suspicionis, aliud veritatis: aliud amoris, aliud odij, aliud de culpa, aliud de poena culpæ: aliud cordis, aliud oris. [*nolite sanctum.*] Mundamini enim qui fertis vasa Domini, & panes propositionis non comedebant immundi, igitur immundi tractare verba Dei, in quibus est filius Dei non debent.

Hugo. Iudicium est multiplex, discretionis. 1. Corinthio. 12. Si nos diiudicemus, nõ utiq; iudi. Comparisonis infra. 12. Regina Austri surget in iudicio, & condemnabit. Approbationis, se debitis vos indicantes infra. 19. Certitudinis, ego enim iudicauĩ eum qui eiusmodi est. 1. Corinth. 5. Suspicionis, tu quis es, qui iudicas seruum alienum. Roma. 14. Temeritatis, & hoc multiplex, primo enim iudicium fit de persona vt. Hic homo non est à Deo, dicunt Pharisæi. Ioan. 9. Secundò fit de re. Tertiò fit arguẽdo, quem arguere non licebat. Quartò allerẽdo in certa. Id vero est quod Dominus prohibet, nolite iudicare de incertis reb; aut personis. [*quo iudicio.*] Suspenditur Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo, & Canes lingunt sanguinem lezabel in loco, quo sanguinem Nabot, quem illa fundi iussit, linxerunt, & rursus dicitur, quia dormisti cum vxore proximi tui, proximus dormiet cum vxore tua, & Zachar. 4. Dicitur exequabit gratiam gratiæ. [*qua mensura.*] Si multum peccasti iudicando, multum punieris, si multum meruisti non iudicando, multum glorificaberis. Iai. 27. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabit eam. Prouerbio. 11. Statera dolosa abominatio apud Deum. Apoca. 18. Quantum glorificauit se in delictis, &c. [*quid autem vides.*] Erubescet Sidon ait mare. Iai. 23. & Leui. 1.

Hester. 7. Suspenditur Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo, & Canes lingunt sanguinem lezabel in loco, quo sanguinem Nabot, quem illa fundi iussit, linxerunt, & rursus dicitur, quia dormisti cum vxore proximi tui, proximus dormiet cum vxore tua, & Zachar. 4. Dicitur exequabit gratiam gratiæ. [*qua mensura.*] Si multum peccasti iudicando, multum punieris, si multum meruisti non iudicando, multum glorificaberis. Iai. 27. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabit eam. Prouerbio. 11. Statera dolosa abominatio apud Deum. Apoca. 18. Quantum glorificauit se in delictis, &c. [*quid autem vides.*] Erubescet Sidon ait mare. Iai. 23. & Leui. 1.

3. Reg. 21. 2. Reg. 12.

Os debet conuerti ad ascellas. Qui sine peccato est, primus in eam lapidẽ mittat. Ioã. 8. Et qui alios doces, te ipsum non doces. Romano. 2. Et sacerdotes primum se purificet. 1. Machab. 20. 4. & 1. Paralippo. 22. Non edificabis mihi domum, quia vir sanguinum es, & Elifeus ad sanandas aquas vas nouum quaerit. 4. Reg. 2. Lucæ. 4. Medice cura te. [*canibus.*] Canes sunt hæretici, de quibus dicitur. Sagitta in femore carnis, sic verbum in ore stulti, aut sunt infideles, porci sunt iij de qui canes, & Prouerbio. 23. dicitur. In auribus insipientium ne loquaris, quia despiciet doctrinã eloquij tui. [*disrumpant vos.*] Nam verbum Dei disrumpi nequit, quia manet in æternum.

Ecclesi. 19.

Caietanus. [*nolite iudicare.*] Non loquitur ad iudices, nec vetat iudicium de rebus, quæ euidenti experientia cõstant, loquitur de personis: quarum iudicium si occultum est, seruatur Deo: si publicum, iudici, non enim licet priuato iudicium ferre de adultæris aut blasphemis, &c. [*in quo enim iudicio.*] Id est, illud iudiciũ vestrũ, erit vobis ratio vel præmij vel poenæ, imo erit mensura vel præmij vel poenæ, quia iuxta mēsurã meriti, aut culpæ in iudicio, erit vel præmium vel poena in futuro, non enim dixit in mēsurã temporis. Sed quod iuxta mēsuram meriti, aut demeriti, erit gloria vel poena. [*quid autem vides.*] Prohibet ne malus homo iudicet, dicit enim hypocrita, &c. Cur enim nõ vides tua mala maiora, & cur manus admoues malo minori, qui malum manum habes? [*eijce primum.*] Volo quod eijcias, sed primum à te, alioqui indignè iudicabis. [*sanctũ.*] Id est, mysteria Trinitatis, Eucharistiæ, &c. Hæc non sunt danda impugnatõribus veritatis, quantum ex prædicatoris voluntate fieri possit, nisi forsan distribuẽdo Ecclesiæ, etiam canes sibi partem præripiant, & Planè Arrius accepit panem, & dirupit Ecclesiam. [*margaritas.*] Id est, prætiosa vestra, quæ sunt sacramentum ordinis, religionis habitus, beneficiorum redditus, testantur mala quæ sunt in Ecclesia, quam noxium fuerit, hæc sacra cænosis hominibus tradidisse.

Glossa interli. [*nolite condemnare.*] Nolite habere voluntatem condemnandi, si quãdo necesse fuerit cõdemnare, [*porcos.*] Non facile inuenias quid plateat, ijs quibus margaritæ non placent.

Glossa ordi. Iudicibus datũ est iudicare de cõfessis & cõuictis, nõ vero de incertis. [*quid autem vides.*] Ade oculi sunt referati vt videant non

1. Corin. 11

Galat. 6

2. Corin. 11

Matthæ. 18

Liu. 19

Psalmo. 11

Roman. 2

non quod proficiat, sed unde deterius cadat, & vix inuenitur homo, ab hoc vitio alienus, quia vnusquisq; facile suis fauens, aliena reprehendit, & quidem, saltem hoc quod aliena reprehendit, trabem habet. [*quomodo dicitur.*] Non poteris à fratre minus eicere, nisi à te maius eieceris. [*nolite sanctum.*] Purgato oculo dispensatores ecclesiæ, poterunt quidem alios castigare, sed non prodigè sancti canibus dare.

Lyra. Iudicare fratrem ex euidencia facti, vel euidenticibus facti signis non est peccatum. Sed iudicare certò & firmiter, ex leuibus signis, quod frater peccauit mortaliter, mortale est: peiusque fit si ad punitionem proceditur. [*quomodo.*] Si iudex sit in peccato publico, scandalum dat iudicās.

Euaristus Papa vt habetur. 2. quæst. 1. ca. Deus, inquit, Deus cui nihil occultum est, noluit iudicare Sodomitas, donec videret an clamor ille esset opere consummatus. Docens nos, ne mala de proximis, prius credere præsumamus quam probentur, ne ad iudicandum præcipite. simus: quiuis enim præsumitur bonus, nondum probatus malus. Vide. 30. q. 5. ca. si quis diuinis ex Sixto, & ca. incerta, ex victore, & can. nullum, ex Euaristo, vbi decernitur, non esse iudicandum de incertis. ¶ Ex illo loco, quid vides festucam probat Grego. laicos qui oculos habet magnis peccatorum trabibus offuscatos, de Religiosis iudicare non posse. Quod si ex contemptu ministrorum procedat ad contemnenda diuina sacramenta, id iam ne phas esse. Rursus ex eodem probatur, infames non esse ad iudicium idoneos, vt qui trabem in oculo gerant, vide. 3. q. 7. c. infames. ¶ Addit eleganter Grego. ca. c. in gradibus, quod sicut Dominus adulteram non damnauit, nisi inclinatus: ita nemo damnet aut iudicet alium, nisi prius in se reuersus videat maculas suas, nam Paulus inquit, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis corripite, quasi dicat, ne corripiat, qui spiritualis non est. ¶ Eleganter August. eo. c. vltimo. Si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet, ne ergo iudicet. Si arguas de Saule inobediente, de Dauid adultero, de Salomone idololatra, qui iudicabāt, respondetur interim quod tolerantur iniqui, eorum iudicium non est fugiendum. ¶ Quo iudicio iudica. ex hoc loco infertur, quod adulter coniuu adulteram expellere non potest, habetur. 32. q. 6. ca. c. 1. 2. ¶ Nolite sanctum dare cani. Clemens Epist. 3. decre-

ta. Si iubemur, cum intramus in ciuitatem quærere quis dignus sit, vt apud eum hospitemur, quanto potius, vt illi diuina verba committamus? Origenes. 43. d. c. in mandatis, secretiora, inquit, mysteria, non sunt dicenda nisi his de quibus fama est, quod sancti sint. Hierony. 11. q. 3. c. quando, quando vir Ecclesiasticus viderit, iniquitates fortes opprimere iustitiam, taceat, iunietur Hieroniam, qui solus tacebat. August. inquit. 23. quæst. 4. ca. quædam. Canes tolerandi sunt propter Ecclesiæ pacem, at si pax tuta est, & potestas adest, coercendi sunt. Gregorius inquit. 24. q. 1. c. quia ex sola. Si sanctum non datur canibus ergo extra Ecclesiam vbi sunt canes, non est salus. Ex carnibus enim agni nihil foras debet abduci. Exo. 12. Diuus Ambrosius. Si sanctum non est dandum canibus ergo peccatoribus non est danda Eucharistia: nihil diu pœniteant, de pœnitent. d. 1. capitul. nonnulli.

Petite & accipietis.

D. Hierony. [*quærite.*] Qui igitur quærens non inuenit, ostendit, quod male quæserit. Pulsamus ergo ianuam Christi, de qua dicitur, hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam. Si intrauerimus, aperietur nobis thesauri, quos esse in Christo Paulus docet. Colo. 2. [*cum sitis mali.*] In comparatione, scilicet, ad Diuinam clemenciam, & quidem ab infantia cor hominis ad malum pronus est. Genesi. 8. Nec mirum quod homines huius, seculi mali sint, cum dies etiā mali sint. Ephe. 5. Idem Episto. ad Celantiā. [*omnia qua vultis vt faciant.*] Illa tibi eligenda via est, quæ ad totius iustitiæ breuiarium dominico ore profertur, scilicet, quæ vultis, vt faciant vobis vos illis facite. Cuius præcepti vim Dominus ostendit, dicens, hinc vniuersa lex pendet & prophetiæ. Infinitæ sunt species iustitiæ, quas nec animo comprehendere possis, sed eas hæc sententia complectitur. Cum igitur erga aliquem talem geris animum, qualem erga te nullum gerere velles, æquitatis viam reliquisti. En totum legis arduum & difficile, sola est utilitas hominum, & o miram Dei clementiam, premium pollicetur, si nos inuicem diligamus: id est si nos ea præstemus inuicem, quorum inuicem indigemus. Nos vero ingrato animo eius retinimur voluntati, & præcepti conquærimur impossibilitatē, cum etiam imperium beneficium sit. [*lata via.*] Lata via est seculi voluptas: angusta

contra sunt labores & ieiunia. Hanc Apostolus ingressus est. 2. Cor. 11. & hortatur vt per eam Timotheus ingrediatur. 1. ad timo. 5. Aduerte per latam viam multi ambulant, angustam pauci inueniunt. Latam enim non querimus, ipsa. n. se sponte omnibus offert. Augustam vero non omnes inueniunt, nec omnes qui inueniunt, per eam ingredi volunt, & multi ingressi, capti voluptatibus, ex itinere reuertuntur. Illa via lata per consuetudinem velut mollior videtur: hæc insueto calle virtutum, tristis & horridior, quæ ab his tantum eligitur quibus non tam via cordis est, quam viæ finis & mansio. Sed si in consuetudinem, viam virtutis verteremus, via leuis & blanda videtur, vt prouer. 4. dicitur via iusti leuis. Idem Isai. 26.

D. August. lib. 2. de ser. d. in mon. c. 33. Potest aliquis sentire non se accepisse à Deo sanctum, & Margaritas: dicit ei Deus, vt petat & quærat. Vita enim nostra actione & cognitione proficitur, quæritur igitur veritas ad cognitionem sanitas vero firmitas, & vires petuntur ad actionem. Vbi vero via veritatis inuenta est, peruenire cupimus ad possessionem, quæ pulsanti aperietur: igitur qui fractos pedes habet, petat vt sanetur: sanus factus doctorem quærat qui viam ostendat, vbi perueniret ad domum, pulset. Valentia enim ad ambulandum, & sapientiæ vis perducant ad mundiciam cordis, quæ videtur Deus. [*qui vultis vt faciant.*] Quid ergo si quis si velit multum sibi vini dari, libidinis, &c. num hæc illi donanda sunt? Non plane, quia mali cupiunt: boni volunt, & Dominus non dicit quæ cupiunt vt faciant sibi, sed quæ volunt. [*angusta porta.*] Non ideo hoc dicit, quia iugum Christi sit à spiritu, & sarcina grauis: sed quia labores finire pauci volunt, minus credentes ei qui dicit, venite ad me omnes qui lab.

Matth. 11.
Iacobi. 1.

Idem lib. 12. confess. ca. 1. [*petite.*] Quis saltem timeat, cum promittat veritas.

Idem lib. de spiritu & litera. [*petite.*] Sapientiam, de qua Iacobus ait, si quis indiget sapientia, &c.

Idem de verbis Domini. ser. 5. miranda res nomen nostrum audiuius ab eo qui dixit, vos cum sitis mali: & tamen pater noster est, qui solus bonus est. Ideo ergo nos mali, bonum patrem habemus, ne semper mali remaneamus. Ipse enim nos fecit bonos, ergo nunc ex malis reddere poterit bonos, homo enim cum malus sit, quomodo se sanare poterit? Sana igitur me Domine. Ideo admoemur

vt medici simus, petamus, quæremus & pulsemus: si quidem iustitiam non habemus, licet autem habeamus. At cum ipse diues hortatur vt petas, quomodo negabit quod petis? quod si aliquando tardat, commendat dona, non negat, pete, quia petendo, crescis vt capias, magna magnè desiderada sunt. Itene nega fratri petenti, impium enim est rogare patrem, & non agnoscere fratrem & certe patrem, nihil enim intulimus in hunc mundum, &c.

D. Ambro. in. c. 11. Luca. [*omnis qui petit.*] Importune, si quidem oratio importuna esse debet, si enim Christus amicus noster est, qui posuit animam suam pro nobis, & ipse vult vt media nocte ab eo postulemus tres panes: profecto semper est orandum, si media nocte est orandum. Ideo Dauid media nocte surgebam, &c. Et rex ille per singulas noctes lauat lachrymis stratum, & septies in die laudat.

D. Grego. epi. ad Dinamiū. [*petite.*] Non frustrabitur nos munere sue largitatis, qui de dit optare: nam ipsam optare donum suum est, igitur petamus orando, quæramus legendo, pulsemus operando.

Idem hom. 38. [*quod vultis vt faciant.*] Quiuis nostrum coccum bis tinctum habere debet, vt sic contemplationi inhæreat ne proximi subsidia deferat sic vero proximis seruiat, ne contemplationi desit.

Idem li. 6. mora. c. 23. tractat illud Iob, speciem tuam visitans non peccabis, & dicit, ille speciem suam. proximum suum, visitat: qui gressibus amoris & operis illi adiuuat, is vero non peccabit ita faciens, & ita Dominus dicit, quæ vultis vt faciant vobis homines. Id vero est, quod iubetur in gene. vt quoduis lignum afferat semen iuxta speciem suam quod facimus cum infirmitatē nostram in proximo cognoscimus.

Idem li. 10. c. 5. tractat illud Iob. vt inā Deo loqueret tibi & aperiret quod multiplex sit lex eius, dicit, qui Deū toto corde debet diligere & proximo facere, quod vult sibi fieri, is debet ab innumeris vitijs abstinere, & innumeras virtutes præstare multiplex. n. est lex hæc charitatis.

Idem Mora. li. 24. c. 37. [*artha vultis.*] In mundo esse. & nihil de mundo concupiscere: alie non appetere, & propria non habere, laudes despiciere & probra desiderare, hæc sunt semitæ angustæ, sed eadē verè magnæ, quia quāto magis angustantur, tanto magis in retributionē dilatantur.

Pri. Tho. L Idem

Idē ho. 17. super Ezechie, in illud fecit atrium in circuitu. Atrium magnum est charitas de qua dictum est, latum mandatum tuum, & statuisti in loco spatiofo pedes meos, & iugum meum suauē. Quid igitur dictum est, angusta porta, & arcta via? B. Atrium factum est per fratres. 60. cubitorum, at per. 6. designatur labor & opus: perfectum tamen in senario. n. perfecta sunt opera Dei. Perfectio ergo decem mandatorum Dei lata porta est: quod enim est incipientibus durum & angustum: id perfectis est latum & suauē, qui enim in charitate operatur dilatur. Qui verò charitatem non habet si operatur, frontem operis habet: sed atrium charitatis non habet.

D. Chrysof. ho. 24. Magna à nobis Dominus exegerat. s. vt non angelis, sed Deo ipsi similes essemus. Ne quis ergo diceret, & quis potest saluus fieri, si tanta ad salutem exiguntur ideo ad auxilium Dei recurrere precipit at recurrere instanter vult qui ardentem querit & pulsatur, praestemus. s. cum quaerimus coelum, id quod praestant qui quaerunt aurum, & sepe non inueniunt. [qui ex vobis.] Apud homines, si praestas pulsando: onerosus est: At apud Deum nisi praestes, indignatur, sed vide ne lapidem petas: si. n. petis, non accipies. Pete sapientiam & cito accipies: vt Salomon. Pete igitur vehementer & ea pete, quae Deum dare, & te habere conueniat. Quod si offensoribus tuis remiseris, sine dubio recipies. Pater enim tuus omnes patres benignitate superat, quantum benignitas superat malignitatem. [cum sitis mali.] Non est mala hominum natura: sed collatus ad Dei benignitatem, amor patrum in filios malignitas dicitur. Quia proprio filio non pepercit: & si id fecit quomodo non cum illo donabit nobis omnia. Porro quia orationi instantes, reliqua solemus negligere, ideo addit, quae vultis vt faciant vobis homines, id est, si vis audiri: fac conferuo, quae ab eo velles tibi fieri: id enim lex est & prophetarum. Ergo plana est via virtutis, & naturalis. [arcta via & ang.]

Quomodo iugum leue, si arcta via? Certè in hoc etiam ostenditur facilitas, nam si via est, etiam porta est, si enim prius sunt labores, succedit eis letitia sempiterna, momentanea enim est & leue quod affligit, sed eternum gloriae pondus operatur, faciles videntur nauis labores pelagi: militibus pugnae pugilibus ictus, & certè vt corruptibile coronam accipiant, nos vero incorruptam. Quod si adhuc videretur haec via laboriosa, certè de deo nascitur ista suspicio, sicut enim Paulus

cum dicit, non est colluctatio nisi cum potestatis, non id dicit vt nos deiiciat sed vt admoneat: ita Christus arctam viam dicit, vt torpentes excitet.

Author in nomi. hom. 18. quae mandauerat Dominus homini, erant supra naturam hominis. s. diligere inimicos, non irasci, &c. Ideo nos transmittit ad Deum cuius gratiae nihil est impossibile, licet enim infirmior homo sit alijs animantibus: ita Deo tamen omnino fortior est, ideo enim dicitur homo super omnia à Deo constitutus, & vt homo non se extolleret, auxilium à Deo est petere iussus, si enim cum Deus sit hominis virtus, adhuc homo superbit: quare potius, si ipse sibi sua potentia esset. Petite igitur, sicut qui esurit, petere non cessat, donec saturetur: ita qui eget gratia, nec cessat donec impleatur. Porro si petis, quere etiam, id est, labora, vt enim qui non pugnat, non vincet: ita qui petit, si non laboret non inueniet. At non continuo si laboras: inuenies gratiam. Multi enim legunt & studet: sed anima eorum sine fructu est. [pulsate.] Eccl. 1. Pulsare non solum voce fit, sed etiam manu, rectè ergo dicitur, concupisce sapientiam, & serua iustitiam, & Deus eam dabit tibi. Dices, hoc oro, vt sciam & faciam, fac igitur quod fecis, & ipsa iustitia docebit te, ostendens se tibi. Est enim iustitia vt vinea: quae tunc magis fructificat, cum magis colitur. Egregie dicitur. Cogitatum habe in praecipis Dei: & in mandatis eius meditare semper, & ipse confirmabit cor tuum. Planè sicut qui peccant, quotidie magis obtenebrantur dicit. n. sapientia iniquorum, nequitia sua est. Ergo virtus orationis est opus iustitiae: odor vero iustitiae est oratio. Lucerna ex oleo nutritur: ita oratio ex iustitia. Potest. 2. intelligi, ne iudicaueritis, quia non iudicās si petit inuenit, & si pulsatur, aperietur ei. Pot. 3. intelligi, dictum erat, ne detis sanctum canibus, sed pro illis est orandum, quaerendum, & pulsandum. [omnis qui petit.] Non dicat peccator, soli iusti accipiunt: imo Dominus dicit, omnis qui petit accipit, si enim Deus solis iustis daret, id etiam ethnici faciunt qui amicis suis dant. Igitur qui solem suum oriri facit super bonos & malos, etiam malis petentibus dat. Modo petant panem aut piscem. Panis verbum Dei: piscis est Christus. Quod si lapidem peteres, inimicus esset qui daret. Lapis vero est quicquid in via Dei offendiculo esse potest. Ne forte inquit, offendas ad lapidem pedem tuum. [cum sitis mali.] An non malus est pater, qui offendentem filium odit, non ob offensam, sed ob iniuriam. At Deus non

dolet peccatum nostrum, quia est iniuria sua, sed quia est damnum nostrum, si dereliquerunt filij eius legem meam visitabo in virga peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Porro cum non omnia deus petentibus, significauit quid esset daturus dicens, dabit spiritum bonum petentibus se. [pendet & propheta.] Quae dixerunt prophetae sunt velut innumerabiles rami, in hac vna radice fundati. [Arcta via.] Licet arcta via dicatur de omnium vitiorum mortificatione: sed potissimè de ieiunio & castitate. Intimae enim affectiones sunt cibi & coitus. Ideo qui has vincit, corpus suum mortificat & naturam. Qui verò ab his vincitur, in corpus suum peccat. Secundò porta lata diabolus est, non magnitudine potestatis, sed licentia effrenatae superbiae. Superbè enim diues spiritu dicit: licet pauper sit: sicut & pauper spiritu dicitur humilis, licet diues sit. Christus verò angusta porta, quia humilitate collectus, quem totus non capit orbis, secundo lata via diabolus, quia omnes recipit, Christus angustus quia eos recipit solos, qui se à peccatis exuerint, at diabolus etiam onustos diuitijs & peccatis comprehendit. Tertio diabolus lata via est, quia apud eum sunt omnia sine lege, apud Christum, omnia habent suam legem, sub impijs enim est lex, at sub lege pij sunt. Quarto quia in via diaboli, licet impio, ambulare cum rapinis, cum concubinis, at in via Christi non ingreditur, nisi qui patri & matri & omnibus renunciauerit. Quinto lata via est, quam etiam nolentes incurrimus, peccamus enim saepe, & ab initio vitae ambulamus in via peccati.

D. Basiliius interro. 240. lata via, idem est ac spaciofa, at certum est, eum qui e via egreditur, in magna spacia declinare, sed arcta, via ipsa est, quia qui per eam ambulat aliter secus angustatur, siue enim declinet ad dexteram, siue ad sinistram periculum est, sicut eum tibus per pontem magni fluminis. Ita Dauid, iuxta iter scandalum posuerunt mihi, rectè ergo dicitur, ne declines ad dexteram vel sinistram. Eutyminus. [pulsate.] Eo non statim Dominus dat, vt quaeramus: & non statim aperit, vt pulsemus. [dabit bona.] Aduerte, quod nec de solo opere securos nos esse vult, nec de sola oratione, sed quae nostra sunt conferamus, haec enim mutuo auxilio pugnantia felicem habent successum. [angusta porta.] Porta: quia inducit ad aeternitatem, angusta: quia praeparat ad labores, donec ad finem iter fa-

ciens perueniat. Igitur qui crassi sunt peccatis, per eam ingredi nequeunt, nisi se eis exuerint. [lata via.] Quia indulgens est, nullo clausa termino, nullo obseruata custode. [quam angusta porta.] Admonet nos angustiam, nam iacula tristitia, praevia minus feriunt, magnū verò solamen est, quod via virtutis porta sit, & via, quia neutrum permanet. Porro haec via arcta propter laborem, iugum suauē est, propter spem praemij.

Diuus Hylarius can. 6. In his quae ignoramus via obtinendae veritatis aperitur, quam obtinere in sola precum mora est. Et pater optimus non pro vitae cibo, duritiae gentilis lapidem porriget, aut pro baptismi conseruatione, serpentem haeretici erroris praestabit. deinde consumata omnia bonitate exemplo: in hoc constituens omnia mandata, vt vniuersorum nobis bonitatem optantes, nos omnibus boni sumus. V. Beda in ca. 11. Lucae. Omnis qui petit, ergo qui petit, & non accipit signum est quod non bene petit, quaesuit, & pulsauit. [panem.] Panis est charitas propter maiorem appetitum, & quia necessarius cibus est, sine quo reliqua nihil sunt, lapis est cordis duritia. [piscis.] Est fides, vel propter baptismi aquam, vel quia est de inuisibilibus & latentibus, vel quia saeculi fluctibus circumlata, non frangitur, serpens est contrarius error, serpens enim decepit. Euam. [ouum.] In ouo indicatur spes, propter fatum qui ex ouo speratur, nondum tamen est, contrarius est scorpio, qui retro mordet, spei enim contrarium est retro respicere cum spes futurorum sit in anteriora se extendere. [sitis mali.] Si mali, quomodo bona dant sunt mali quia diligunt hoc saeculum, dant bona, quae ipsi pro bonis habent, quamquam bona temporalia bona sunt etiam. Iam si Apostoli intelligantur mali eo intelliguntur, quia nihil in natura stabile, & nihil firmum, quod si creaturae aeternitatem & stabilitatem, assequuntur, id eo est, quia Deitatis sunt participes. [dabit bona petentibus.] Pro hoc Lucas posuit dabit spiritum sanctum petentibus, ubi denotatur quod spiritus sanctus sit omnia bona, & alia quae diuinitus administrantur, non posse absque eo subsistere, omnes enim utilitates, ex hoc fonte proueniunt. [contendite.] Intrare, multi suae salutis amore viam angustam quaerunt: sed ab ea desistunt itineris labore deterriti.

Rupertus li. 7. de glorificatione. nihil obest Gregi humilium, quod sanctum & Margaritae abscondantur, ipsi enim humiles eas petent, Pri. Tho. L. 2. quae-

Psal. 11.
Matth. 11.

Genesi. 3.

3. Re. 8. 9.

Roma. 8.

Ephes. 6.

1. Cor. 6.

Eccl. 1.

Eccl. 6.

Eccl. 19.

Psal. 139.
Deu. 17.

quærent, pulsabunt: vt ne sibi abscondantur. Magna his fortitudine opus est: ea videlicet, qua Deus vincendus est, vt Iacob superat angelum, & quæ apud osee describitur, inualuit ad angelum & confortatus est, fleuit & rogauit, flectus ergo & oratio vincunt Deum. Ita Moses tenuit Deum, vt Deus diceret, dimitte me. [quis ex vobis.] Vult pater ne simus filij differentia: sed quo cœlū magis clausum, hoc virtus spei magis crescat. [panem.] Panis est sensus scripturæ, lapis est in eadē hæreticus error. [piscem.] Piscis Christus, sub prophetia latens, serpens est Christo aduersarius error. [ouum.] Ouum est virgo sacra, cui spiritus sanctus per modum volueris super sedens, & obumbrās, Christum edidit nobis, nobis igitur petentibus, vt e virgine detur Christus, non dabitur spiritus erroris. [angusta.] Sanè via arcta est, id alijs facere, quod nobis fieri optamus. Sed quibus est angusta: certe superbis ac tumidis, ac cum animus est humilis viam mandatorum currit. Igitur angusta incipientibus, proficientibus verò latum est mandatum tuum nimis. Diuus Thomas. [petite.] Excluduntur superbi suis viribus fidentes. [accipietis.] Excluduntur qui dicunt Deum non nostra curare. [querite.] Pulsate idem est ac petite, nisi quod additur diligentia, feruor, deuotio, attentio. [inuenietis.] At peccatores Deus non exaudit: scilicet si maneant in peccatis. Cur ergo multi non accipiunt quæ petunt? certe quia petunt quod non expedit, iuxta illud, nescitis quid petatis. Aut quia non bene petunt, iuxta illud. Petitis & non accipitis, quia male petitis, siquidem benè petit, fideliter & deuotè petere debet, siquidem dicitur, respexit humilitatem ancillæ suæ. Aut quia indignus est, is pro quo petitur. Vt dicit Dominus, si steterit Moses & Samuel non est anima mea ad populum istum. Aut quia non perseveratè petunt. Oportet enim semper orare & demū aliquando tribuit non quod petim⁹, sed quod Pater filio daret. [panem.] Panis est Christus Ioan. 6. ego sum panis, vel est sacra scriptura, vel charitas, erit enim panis nostræ pinguis & huberrimus, lapis verò est diabolus, de quo dicitur, indurabitur core eius quasi lapis. Aut est obduratio, de qua dicitur auferam a vobis cor lapideum. [piscem.] Piscis est fides latens in abundantia dogmatum sacrorum est enim fons aquæ salientis. Aut est fidelis qui in aquis tribulationum degit. [stis mali.] Comparatiuè ad Deū omnes enim iustitiæ nostræ sunt sicut pan-

nus menstruatus, vel quia sumus proni ad malum, ab adolescentiā, vel quia vt dicit Isaias vnusquisque post prauitatem cordis sui ambulat. [porta.] Porta Christus, ego sum ostium, angustaper humilitatem, quia verbum abbreviatum fecit. Dominus, & humiliavit se Dominus vsque ad mortem. [arcta via.] Quiaper multas tribulationes oportet introire in reg. Dei. [lata via.] Virtus enim vno tantū modo, vicium verò multis. Maledictum enim & mendacium innundauerūt, & sanguis sanguinem tetigit. Quæritur quo modo sit lata via, cum dicant impij, ambulauimus vias difficiles: Ita quidē, quia via carnis rationi difficilis est.

Simon de Cassia li. 10. c. 45. [petite.] Quis petere auderet, nisi filius Dei etiam immerē tibus petendi daret audaciam? vt qui nouerat sui æterni Patris liberalitatem, qui in dando est liberalis, quæsitus se offert, & pulsantibus factus est ostium. [omnia quæcumque vultis.] Optat Christus, originale iustitiā, peccatum deprauatam, restituere & reparare, vt sicut ante peccatū, lex in cordibus nostris insculpta ad subuentionem proximorū inclinasset: ita & nunc lex gratiæ inclinēt. [hæc est lex.] De septem præceptis secundæ tabulæ loquitur, non de tribus primæ. [propheta.] Non loquitur Dominus de vaticinijs prophetarū, sed de his quæ propheta in morū adificationem scripserunt. [porta.] Duæ ciuitates singulas habent portas, ciuitas Dei portā habet angustā, & arctā, ciuitas diaboli, latā vnde lata via? ex licentia faciendi, quæ liber. Vnde arctā? quia animus, Dei legibus augitur, ne quid concupiscat illicitū, & frenatur corpus, ne querat superfluum Hugo. [petite.] Peccati remissionē, incipientes: querite operā difacultatē, pficiētēs: pulsate vt vobis detur gustus, perfecti, & quia petentes solēt ostendere suas miseras, mittere munuscula, intercessores adhibere: ideo & nos petentes, petamus humiliter, mittamus operū munera, & sanctorum quæramus intercessionem. [accipietis.] Quod petitis, vel aliud. [querite et inue.] At Can. 3. dicitur, quæsiui & non inueni: Non inuenit plenē. Nota viros bonos, bona, bene petere, vt Christus, ignosce inquit illis. Contra mali, mala, male petunt vt Balac qui petebat vt Israel malediceretur, sunt itē sancti, qui malū bene petunt, vt Paulus vt sibi auferretur stimulus carnis, sunt mali, qui bonum male petūt, vt satam, vt taret Iobū. [panem.] Panis est charitas, sine qua mensa vacua est, cor enim hominis con-

Sap. 5.
Mich. 7.
Iai. 14.
Genesi. 3.
Matth. 19.
1. Ioan. 1.
Iob. 5.
Luc. 19.
Nuc. 14.
1. Cor. 11.
Iob. 1.
Psal. 104.
Iob. 4.
Rom. 7.
Iob. 4.
Rom. 7.

Eccl. 1.
Psal. 17.
Prou. 4.
Eccl. 21.
Eccl. 1.

firmat, & est adeps frumētī. [stis mali.] Omnis enim creatura defectui obnoxia est, etiā in angelis reperit prauitatem, & in Paulo non habitat bonum. [dabit bona.] Temporalia & æterna. [intrate per angustam.] Quomodo ergo dicit pulsanti aperietur, sanè qui pulsat non est ingressus. Respondetur, quod ingressus gloriæ ex nūc incipitur, dicitur enim ingressus, sapientiæ mandata æterna. Hic ingressus arctus in principio & medio, amplus est in fine, dicit enim dilatasti gressus meos subtus me, & rursus, ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabitur gressus tui. [ducit ad perditionem.] Quia in fine impiorum: inferi, tenebræ, poenæ. [multi ingred.] Quia infinitus est numerus stultorum. [pauci inueniunt.] Quia est rationis cecitas, ad peccandum pronitas, appetitus peruersitas, diaboli subtilitas retrahētium multitudo, resistendi debilitas, resurgendi difficultas, rectè ergo quæritur Dominus, factus sunt, sicut qui colligit racemos in autūno, non est bonus ad comedendum, & item quomodo si excutiantur pauca oliuæ quæ remanserunt, & nimirum est, quod qui uis credat se esse ex his paucis.

Caietanus. Putarēt homines vanum esse petere, siquidem Deus omnia nouit, & immutabilis est. Ideo dicit Domin⁹ petite, quia apud sapientes causæ secundæ, non obstant diuinæ prouidentia, sicut igitur ordo prouidentia est, vt comedamus panem, in sudore vultus nostri: ita, vt consequamur regnū, per orationes & petitiones. [dabitur vobis.] Nō dicitur dabitur statim, sed dabitur, & addit vobis, quia si pro alijs oremus, forsam nō est anima mea ad populū istū. [querite.] Quid certè viam quam pauci inueniunt. [pulsate.] Ad ostium regni. [omnis enim.] etiam malus qui petit accipit si petat debitis circumstantijs. [stis mali.] Quia ex nihilo, & quia nemo bonus nisi Deus, & quia si dixerimus quod peccatum non habemus. [omnia quæ vultis.] Voluntate naturali non in ordinata. [ita & vos facite.] Proportionaliter, nec enim rex debet seruis seruire suis. [lex propheta.] Quæ de dilectione loquitur sunt, ergo lex Evangelica non solū est iuris naturalis, sed legis veteris, & prophetarū. [angustam portam.] Id est fidem per quam captiuatur intellectus sicut credere iudicio rationis lata porta est. [arcta via.] Est via virtutis, quæ solū in medio consistit, a quo si deflectis factus est omnium virtutum reus. At via vitiorum lata, quia extra cœtrū latitudo est. [multi inueniunt.]

Mich. 7.
Iai. 14.

Genesi. 3.

Matth. 19.
1. Ioan. 1.

Iacob. 2.

Experientia videtur.

Glosa interli. Angusta portā dura enim sunt ieiunia & labores, sed amantibus nihil difficile iugū enim suaue his est. Ordinaria quid angustius illo foramine quæ miles aperuit, & tñ totus mundus per ipsū introit. [spaciofa.] Quia in ea nati, & quia voluptas meretrix est importūa, suis delicijs omnes afficiens. [quam angusta.] Sat angustum omnia prætermittere, & vnum diligere, prospera despiciere, aduersa non timere, & si pauci inueniunt, pauciores intrare cōtendunt Lyra. [angusta.] Quia bonū est ex integra causa, sed malum ex defectu, & sagitanti difficile est scopum ferire, facile vero deuiare.

Attendite a falsis prophetis.

D. Hierony. De omibus prophetis intel ligi potest. qui aliud habitu & sermone promittit, aliud verò opere demonstrant, sed specialiter de hæreticis, qui ieiunijs & sanctitate se circumdant: intrinsecus verò animum habent venenatum, quo innocentes ad ruinam trahunt, ideo lupis comparantur. [non potest arbor bona.] Ex hoc loco hæretici duos Deos fecerunt, alterum boni causam, mali alterum, sed quid? an nō Moses qui bona arbor fuit, malum fecit fructum ad aquas contradictionis? & David, fecit malum in vriā. Petrus in Christum? Contra vero, Ietro mala arbor fecit fructum bonum, cum consiliam bonum dedit Musi. & Achior Holoferni? An non corrupunt bonos mores, colloquia praua? Sanè Iudas aliquando bona arbor, vide qualem fructum tulit. Contra Saulus vide quem fructum factus Paulus fecit. Intelligitur ergo locus hic, de arbore quæ quandiu in bonitate perseverat, non fert malos fructus.

At Hierony. idem in c. 5. ad Galat. docet locum hunc non intelligi de hominibus, fieri enim potest vt iustus peccet, & fieri potest etiam vt caro mala bonos fructus faciat, sed intelligitur de spiritu, qui reddere fructus malos non potest: quia fructus spiritus boni sunt. At caro quæuis exulta, bonos fructus nō facit, fructus enim carnis iuxta Apostolum mali sunt. [non omnis qui dicit Domine.] Supra Dominus docuerat hæreticos, si fide careant esse cauendos, nūc docet etiā fideles nō esse recipiendos, si moribus sint corruptis. Debet enim operibus sermo cōprobari. Dices, an nō dictum est, nemo potest dicere Iesus nisi in spiritu Sancto sit, sed mos est Ieri

numero. 10.
2. Re. 11.
Exod. 18.
Iudit. 5.
Matth. 26.
Act. 9.

Galat. 5.
Eode. n.
1. Cor. 12.
1. Tit. 1. 1.

1. Re. 19.

pturæ, dicta pro factis accipere, ut illud confitentur se nosse Deū, factis autē negant. Nemo ergo potest dicere. i. nemo potest facere. Porro prophetare & virtutes facere interdū non eius meriti est qui operatur, sed ex inuocatione Christi: aut in dānationē audientiū: aut certē in eorū utilitatē. Hac ratione Saul, Balaam, & Caiphas, prophetant. Pharao, & Nabuchodonosor, somniant ventura, quin & Iudas miracula facit [non noui vos.] Nō nouit eos qui pereunt. [discidite a me, qui operamini.] Non dixit, qui operati estis, ne videretur auferre pœnitentiam, sed qui operamini vsque ad hāc horam iudicij, vbi licet vobis facultas peccādi desit, non deest tñ voluntas. Idem ad Celantiam. [domine domine.] Quomodo ex animo dicimus Dominū cuius imperiū contēnimus? Quid enim vocatis me Domine, & non facitis quæ dico? Populus hic labijs me honorat: sed cor lōge est a me, si enim ego Dñs, vbi timor meus? Eleganter sanē Nāthā reprehendit David dicēs, pro nihilo duxisti, Deū. Eleganter etiam reprehenditur Heli: qui pro nihilo me habent ad nihilum rediguntur. Quid verò tam ingratum, quā contra eū viuere a quo viuere acceperis? quam eius mandata despiciere qui eo mandauit, vt coronandi haberet occasionem? [omnis ergo qui facit.] Pluuia diabolus est, flumina, omnes antichristi, venti, spiritualia nequitæ in cœlestibus. [fundata enim erat supra petram.] Supra quā suam Christus aedificat ecclesiam. Aqua Petrus suū sortitus est nomen, super qua nō inuenitur serpentis vestigiū, & propheta in hac petra fundatus, confidenter dicit, statuit supra petram pedes meos, & alibi idem dicit. Petrarrefugium leporibus, siue herinacis, & ita lepuscūlo Moy si dicit Dominus, sta supra petram, & posteriora mea videbis, hęc est petra, nec aliud fundamentum potest poni nisi hęc, id est, Christus, robusta mole in se fundatus.

D. August. li. 2. de serm. Domini in mōte. ca. 36. [falsis prophetis.] Id est hæreticis, licet per angustam portā intrare videantur, a fructibus eorum, oculus simplex qui eorū fructus agnoscit, eos intelligit. [nō potest arbor bona.] Ac si diceret, non potest fieri, vt nix calida sit, sed si desijt esse mixtalescere potest. Ita bonus malus facit, si prius desijt esse bonus. Quod si etiam mali bona faciunt non ita est op mala arbor bonos fructus pariat: sed Diuina providentia ascendunt mali in cathedrā Moysi, & sibi ferentes fructus malos: alij vti-

les ferunt, de quo dicitur seminastis triticum metetes spinas, hi enim mali ex bono semine, spinas sibi reportant. Igitur prius homo, qui ex impio colligit vvas, non de spinis eas colligit, sed de vite spinis inuoluta. [fructibus eorum cog.] Non planē ex ieiunio oratione & eleemofyna, hęc enim & lupi faciunt. Ex quibus igitur ex his quos Apostolus ad Gal. dicit esse fructus spiritus. scilicet charitas gaudiū pax, &c. non est fructus bonæ arboris dicere Domine Domine, sed facere voluntatem patris. Rursum ne fideles credant, eum dignum esse credi, qui miracula facit: ideo & hoc Dominus admonet, fore multos qui miracula facient, quos tamen Deus nō nouit, rectē igitur cum gauderent discipuli, quia miracula faciebant, Dominus dicit, ne ea ratione gauderent, sed quia nomina eorum, essent in cœlis scripta, siquidem & magi Pharaonis miracula fecerunt, & in fine mundi pseudopropheta dabant signa magna. Quam ergo est necessarius oculus simplex, netot doctorum qui miracula edunt turba decipiatur. Idē de salut. docu. si ciuitas ex vna parte sit munita, & ex alia dissipata: alitū hostibus præbet, & nauis si vel ex vna tabella perforata sit, de mergitur: ita qui dicit, & non facit. Idē tracta. 38. super loa. [non noui vos.] Dominus interrogat de Lazaro, vbi posuistis eū quid Domine, quod mortuus est scis: vbi vero mortuus sit nescis? Equidem perditū hominem nescit, non enim nouit in luce sua, in iustitia sua, quam ille nouit. Talis fuit etiam vox ad Adam vbi es? quasi nesciat dominus vbi malus Adā sit. Idem de ser. Domini in monte ca. vlt. pluuia cum in malū accipitur, significat superstitiones caliginosas, venti: rumores hominum, flumen: vitæ huius fluium carnalibus concupiscentijs velut fluentem. Qui ergo quæ audit, facit: velut fundatus super petra, nec aduersitatibus frangitur: nec prosperitatibus demulcet. Ad li. 22. Contra Faustum. c. 90. flumina interpretantur tentationes, & idem dicit esse pluiam. Idem li. Cōtra Adimantum. c. 26. arguebat Adimantum, si arbor bona fructum malū nō facit. Igitur Deus mala non facit. Respondetur. Quod licet gehēna malo mala sit, at Deo punientibona est. Porro verbum Domini (arbor bona bonum facit) ad solum hominem, inquit, debet referri. Idem li. 3. Contra Petilianum. c. 44. arguebat ille, si hæreticus aliquem baptizat, dare spiritum non potest, alioquin mala arbor bonos fructus daret. Respondetur August. Baptizatus non est

Galat. 5.

Matth. 7.

Luc. 10. Exod. 17. Matth. 14.

Luc. 6.

Isai 29.

Malach. 1.

2. Reg. 2.

4. Reg. 2.

Ephes. 6.

Matth. 16.

Prou. 30.

Psal. 39.

Psal. 103.

Exo. 33.

1. Cr. 3.

Matth. 7.

Ierc. 12.

est fructus baptizantis, sed Christi.

Diuus Ambrosius li. 5. in cap. 6. Lucæ. [de spinis non colligunt vvas.] Spinæ sunt mūdus, qui suis sollicitudinibus lacerat mētem. Resurrectio ficus est, maturis iam fructibus. Iterum synagoga ficus fuit: sed iam protulit grossos faos: certē immaturos, nunc ex hac ficu colligere ficus nō licet. Itē peccata sunt spinæ, ex quibus vvas non colliges. Christus est, qui velut vva pependit in ligno, ex quo colligere fructus anime licet. Nam ex carne Adē damnati spinæ & tribuli colliguntur, leuemus ergo manus ad Christum vt eum vindeciare possimus. Idem li. 7. in c. 6. Lucæ. Omnium virtutum fundamentum, est cœlestium obedientia præceptorum: per quam hęc domus nostra, non profluuio voluptatum, non nequitæ spiritualis incurfu, non imbre mundano, nō nebulosis Philosophorum disputationibus poterit commoueri.

Diuus Gregorius li. 15. Mora. c. 26. in illud Iob. Pennæ struthionis similes sunt pennæ herodij, dicit opera hypocritarū similia sunt operibus electorum, sed opera hypocritarū pauca sunt: ideo eos in altum subleuare nequeunt: sicut neque pennæ, struthionem. Quæ igitur re cognosceret struthio? ex fructibus: nam inquit Iob struthio relinquit in terra oua sua. Ita & hypocritæ, filios per prædicationem edunt: eos tamē velut oua in terra reliquant, nec enim habent calorem, quo pullos ex ouis excludant, vt in cœlum subleuentur, & eleganter subdit Iob. Tu forsitam in puluere calcifies ea? quia solus Deus est, qui in puluere peccatorum, oua a prædicatoribus destituta suo fouet calore, & pullos excludit. Idem li. 20. c. 7. in illud Iob. quorum virtus manuum erat pro nihilo, & vitæ ipsa putabantur indigni, dicit virtus in manu, est magnitudo in opere, sed hanc magnitudinē, si sine charitate fiat. Paulus testatur nihil esse, si igitur magna miracula faciunt hæretici, acceperunt mercedem suam. si laudem hominum quæ quæsierant. Igitur charitatis & humilitatis signa fructus sunt, ex quibus cognoscitur arbor bona, siquidem dicitur. In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei, &c. Idem hom. 27. in Ezechi. in illud, & ante frontes pictura palmarum dicit, post mortē verē palmæ sunt in manibus, vt Apoc. 7. didicitur nunc verē licet multi miracula faciant, non sunt illa palmæ, sed palmarum pictura.

Diuus Chrysost. hom. 24. [attendite.] Manus periculum est ab hypocritis, quam

canibus & porcis. Ideo examine prædicantes. Quod si quis queratur, quod sit grandis difficultas in hac viā a tot canibus, porcis, lupis, responderetur, quod id non est in hac viā nouum. Antiquum enim est falsos esse prophetas, qui non soli sunt hæretici: sed omnes qui cum mali sint, speciem bonitatis exhibent, siquidem apud hæreticos etiam vita honesta relucet, apud hos verò neque vita monstratur. Quid uerò si honestatem fingunt? Facile quidem dignoscitur, vita enim sancta labores quærit, hi verò fugiunt. [omnis arbor.] Iudæos notare videtur. At quos Baptista dicit. Omnis arbor non faciens fructum excidetur, & in ignem mittetur, vbi prius dicit, excidetur. Maior siquidem pœna est, gloriam amittere, quā igne torqueri. Nos verò id explicare non possumus, quia magnitudinem felicitatis ignoramus. Ego quidem malle mille gehēnas, quā a Christo excindi, odio haberi & separari, si enim me inimicum, ita persequutus est gratia sua: vt nec sibi propter me parceret, quomodo sustinebo reprehendentem me, quod eum neque pane dignum duxerim? Si quidem dicit, efuriui, & non dedistis mihi. [qui facit voluntatem patris.] Cur non dixit, qui facit voluntatem meam? quia nulla est inter eos voluntatis diuersitas, sed speciatim Iudæos verberat, qui totam religionem in dogmatibus collocabant: de religiosa vita nihil curantes; Iudæi enim nominabantur, sed legem non faciebāt, ad Rom. 2. At Dominus dicit, non est sat fides sine operibus habere imo nec si fides miraculorū claritate resplendet. Sed attende quō pacto se Dominus iudicem professus est, dicens dicent mihi, Domine, Domine: sed nunquam noui vos. Miraris verò quod mali miracula faciāt: ne mireris, siquidem miraculum gratiæ est largieris, cui quia ingrat⁹ est quæritur miraculū punitur. Igitur miraculosa fides nihil valet vt Paulus dicit primo ad Cor. 13. siquidem miracula faciebat, qui Christum nō sequebatur: & Iudas, Imo & Balaam, & Magi Pharaonis. Sancti igitur conuertemur. Quia miracula nos faciunt Deo debitores, sed vita sancta Deū sibi debitorem constituit. [omnis qui facit.] Audis quid passurus est, etiam in præsentī qui Domini præcepta non facit: & quibus fruiturus est in præsentī & futuro qui facit. [verba mea.] Audis Domini excellentiam? Primum ergo beneficium quod faciens verba Christi, accipit est: viuere tutum, & in-

Pri. Tho. L. 4. nitum

Matth. 3.

Matth. 23.

Luc. 9.

nitum, & omnibus occurrantibus superius, quod non habent, qui coronam regiam habent, solus quippe in unitus est qui validissima virtutum cohorte in unitur, & quid mirabilius, quam inter validas tationum procellas, non commoueri? Hic enim tentationes & pericula sunt pluuia & venti. Causa verò tantæ firmitatis est ædificasse super petram, id est doctrinæ munimentum. Hoc verò ita esse ostendit Iob, dæmonibus etiã declaratus excelsior. Ostendunt & apostoli torrenti Iudæorum, Gentium, & tormentorum obiecti. Num verò præstant hanc vitam diuitiæ? Planè non est inuenire aliam vitam, à malis liberam, nisi hanc. Quid igitur possunt homines? nūmos auferre? at hos despiciere iubemur. In carcerem trudere? at nos mundo crucifixi sumus. Detrahent ne? at pro his benedicere iubemur. Occidēt tandem? Martyrij palmam consequemur. Nihil igitur mala afferunt: imo nos clariores reddunt. Cōtra verò terret Dominus impios, quia comburentur igne, quia dicit eis, non noui vos, & quia etiam nunc sunt instabiles, hi igitur super arena ædificant, id est, super vitij. Vide instabilē Achab. Phariseos, ille tremit Eliã, hi Apostolos, sanè qui adamantem percutit, magis percutitur: & pungitur, qui pungit solum. [ruina domus magna.] Quia de animæ discrimine æterno, & de perpetuis eius supplicij agit.

Author inno. ho. 19. [vestimentis ouium.] Id est, ieiunio, oratione, elemosyna, attendite ergo à bono simulato, quia nihil magis exterminat bonum, quam simulatum bonum, recipitur enim ut bonum, & nocet ut malū. Porro, qui murmurat de periculo tentationis, murmurat etiam de premio probationis. Nec enim premium est, ubi labor non est, sanè incidere in apertam foueam, stultitiz est, in occultam vero, negligentie. Non igitur dicit, aspiciat simpliciter, sed attendite, res enim dubia est. Quomodo igitur dignoscemus bonos à malis? Planè per bona opera quæ nos ipsi facimus. Qui enim veritatem facit, facilius alterius errores diiudicat, ut enim peccatum peccantis oculos obtenebrat: ita iustitia iusti oculos illustrat, sole exeunte, nox non præualet: at sole declinante, nox irrui. [falsis prophetis.] Propheta est, non qui de Christo ventura prædicit: hi enim prophetæ iam non sunt: siquidem lex & prophetæ usque ad Ioannem. Is ergo propheta est, qui prophetas interpretatur: falsus verò propheta hæreticus est, mali enim Christiani licet pec-

cent: non tamē intrinsecus sunt lupi rapaces siquidem non habent animum perdēdi oues Christi. At contra hæretici. De quibus Paulus, scio quòd post obitū meū, intrabūt lupi rapaces, nō parcētes gregi. [à fructibus eorum.] Fructus primus est confessio fidei, secundo, nunquam ouis persequitur lupum: sed cōtra ut Cain Habel, Esau, Iacob, Ismael, Isaac. Ouis inclinato capite balat, lupus sublato in aëra capite ululat. Ita ouis humilitatis voces emittit: lupus blasphemias. Ouis ex pratis scripturarum flores carpit: lupus ex carnibus persequutionum satiat. Vir sanctus miracula facit ad vtilitatem, sicut ouis, lupus etiã mirabilia facit: sed ad pompam, qualia sunt per aërem volare, ignem nō comburere. &c. quibus diabolus alluetus, Christum rogat, ut per aëra volet, se è pinna deiiciens. Igitur Deus plenus miracula plene facit. Vacuus diabolus, vacua. Rectè ergo Nicodemus: nemo pōt signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Itē Deus miracula tēpore cōmodo facit: Porro dæmon non ita. Iam enim inter fideles vix, est signorum vtilitas. [nunquid colligunt de spinis vvas.] Vua mysteriū Christi est, qui per endit in ligno: multos, ut grana, trahens ad se, similiter & multa grana habet ficus, habent igitur gustatæ ficus dulcedinem, & charitatis complexum. Habet, & vua, in torculari patientiã, in gustu suauitatē, & in se sinceritatem: nec enim mistionē habet aquæ. Iam vide, fructus spiritus sunt patientiã gaudium, pax hi sunt fructus quos ecclesiastici viri proferunt, hæretici proferunt spinas, vulnera, tribulationes. Quem enim fructum proferet, cuius radix diabolus est, sub arbore bona aues & animalia cubat: sub spineto cubant serpentes. [ei non potest arbor bona.] Non dicit non potest mala orbore bona fieri, tunc enim malicia ad Deum esset referenda, sed vir bonus, quando bonus est, malum non facit, quòd si vnaquam malum facere videtur, introspice, & videbis pium hominis animum. Ut in Mose occidente Aegyptium, &c. Malus verò si benè loquitur, introspice, mollii sunt eius sermones, sed ipsi sunt iacula. Omnia demum faciunt, ut videantur. Arbores enim syluatica aut nullum, aut acerbum edunt fructū. [in illa die.] Quando ora tacebunt, & opera loquentur. Conscientia aperietur: persona cōfundetur. [in nomine tuo prophetanimus.] Ita planè in nomine, sed non in spiritu. [cum confitebor illis.] Tunc, grandem siquidem irā, grādis dilatio præcedit. [non noui vos.] Quia no-

uit Dominus qui sunt eius. Sicut enim naturaliter omnes homines cognoscunt Deum, sed si eum dignè colere nolint, non videntur cognoscere. Ita cum naturaliter Deus omnes cognoscat, non videtur cognoscere, quæ non diligit. [non cecidit.] Fundata enim erat. Certè non cadit, qui nō solum cauet occisionem, sed etiam iram, qui non solum cauet adulterium, sed etiam concupiscentiam, & reliqua Christi dogmata, fundatus enim in his non cadit, reliquos non miremur, si cadant. [similabo eum viro sa.] i. Christo, qui edificauit ecclesiam suam, super firmitudine fidei. Diabolus vero stultus edificat super arena, id est, sup idololatrias, qui per varios ritus, ut arenæ diuisi sunt. Aut super carnalibus, qui sicut arena steriles sunt. Terra vnitur: non arena, ita mali non vnum sapiunt, ut Philosophi nos docent, qui per totsectas diuiduntur. Demum populus diaboli, multus est ut arena, populus Christi pusillus est greg. [pluuia.] Vt sunt nubes, id est, prædicatores excitati à spiritu sancto, qui faciem terræ rigant: ita sunt nubes excitatæ à diabolo, scilicet, prædicatores turbidam aquam fundentes, Venti boni, spiritus angelici sunt: sicut mali sunt diaboli. Pluuia mollit: ventus vrget. Ita spiritus Christi, & dæmonis, primum blandus est, sed postea vehemens. Flumina sunt philosophi, è quorum ventre fluunt flumina aquæ mortuæ. Sicut ex Apostolis & sanctis Doctoribus fluunt flumina aquæ viuæ. Vide igitur, si doctrina dæmonis, si dæmones, si Philosophi irruant in hominem fidelem, hic perstat: ut fundatus super petra. At venit doctrina Christi, Apostoli venerūt, & Spiritus sanctus irruit in domum quam fortis armatus custodiebat, & cecidit, diabolo: ut flaret Christo. Qui igitur ita se edificat, audiens & faciens, ut Christus edificauit suam ecclesiã: hic perstabit, sicut perstitit ecclesia. Porro qui audit, & non facit, edificat super verbis, quæ sicut arena sparguntur, nō enim adunantur in vno opere iustitiæ. [facta est ruina magna.] Vbi paries corruit, leuior est ruina, si manet fundamentum, at si hoc etiam cedit, grādis est ruina: ita si fides decedit, grauissima est ruina.

Diuus Basilus. [in nomine tuo virtutes.] Ergo non est satis confiteri Christum, & eius audire verba, fieri enim potest ut condemnetur, qui ex occulto Dei consilio ornatus est ea gratia, ut etiam miracula faciat.

Euthymius. [à fructibus.] Ea via quæ Christus incidere iussit, laboriosa est: non pos-

sunt per eam hypocritæ incidere, & vide, nō docuit eos discernere à floribus id est verbis, sed à fructibus, id est, operibus. Paulus dicit, per dulces sermones decipiunt corda simplicium. [mala arbor, malos fructus.] Græca dictio, pro qua nos habemus, malos, potius significat marcidum, aut putrem, ex marcen-te igitur & inutili arbore, tales fructus expecta. [non omnis qui dicit Domine.] Duo ergo ad salutem requiruntur, dicere Domine, id est, fides, & facere voluntatem Patris, id est, obedientia. [non noui vos.] Quomodo igitur per malos operabatur Deus? videlicet, ut per illos alijs beneficia conferret, & liberalitas Diuina monstraretur, etiam in indignos diffusa & ideo qui miracula edunt, admirandi non sunt, sed Deus in eis, nemo igitur tristetur si miracula non faciat, hæc enim non saluant, cum tamen bona vita saluet. Causam vero, cur non omnibus dignis Deus dat ut miracula faciant quibusdam vero indignis dat, ipse solus nouit. [pluuia.] Id est, commoti animi cogitationes, quas dæmon excitat. [flumina.] Sunt affectiones, venti dæmones. Igitur qui audit & non facit, ventris tentationum agitatus, cadit, id est, fidem amittit, quæ ruina magna est, nec enim decedit à diuitijs, vel honore, sed à fide.

D. Hilarius can. 6. [pluuia.] Blandas & sensu illabentes voluptates significat, quibus fides nimis patētibus im madescit. [flumina.] sunt grauiorum cupiditatum motus, venti, potestas dæmoniorum sunt.

Beda in c. 6. Luca. [in vestimentis ouium.] Non ideo debet, odisse oues vestimenta sua, quia in illis se occultant lupi, ad decipiendū depandū, vel occidendū eos qui sub tali veste lupos agnoscere nequeunt. [de spinis vvas.] spinæ sunt curæ & punitiones vitiorum: de quibus peccanti dictum est, terra tua tibi spinas & tribulos profert, ficus vero & vua dul-

cedo est, & feruor sanctæ conuersationis, qui legitur cor hominis. De his dicitur, quòd

corruscante Euangelio, vox turturis au-

ditæ est, ficus protulit grossos suos. [Do-

mine domine.] Non enim in sermone est regnū Dei, sed in virtute. [similis est homini adificanti.] Sicut Christus ex varijs hominibus edificauit ecclesiam suam, quam tãdem

in vitam deducet æternam: ita qui audit & facit, ex varijs virtutibus, habitationem æternam sibi parat in cælo. Cuius in præsentia,

quasi quadrandis & poliendis charitatisque glutino copulandis lapidibus, instet. [super petram.] Non super terrenis defi-

Pri. Tho. L 5 denijs,

Job. 1.
Actorum. 5

Matth. 19.
Galat. 1.
Matthæ. 5

Matthæ. 25.
3. Reg. 17.
Acto. 45

Acto. 1.

2. Timo. 2
Rom. 1.

Matth. 17.

Matth. 4.

Ioan. 1.

Luc. 11.

Exod. 3.
Psalm. 114

Roma. 16.

Gene. 3.

Can. 4.

1. Cor. 14.

derijs, sed in insuperabili sua fide, spe, charitate. [*venerunt flumina.*] Flumina sunt portæ inferi, quæ non prævalent aduersus ecclesiã, suntq; illa de quibus Dominus ait, beati cū maledixerint vobis. &c. quod vero non cadat domus, inde patet, quod ibant Apostoli gaudentes à persecutionibus, & rursum, singulæ nostræ domus quotidie, vel immundo rum spirituum, vel improborum hominũ, vel ipsa suæ mens in inquietudine, & carnis, pulsantur. Quantum vero suis viribus fidũt, cadunt: quantum vero petræ adhærent, firmantur. [*super arena.*] Domus quam extruit diabolus, mundus est, & edificatur sine fundamento, quia peccatum caret fundamẽto: nec enim ex propria natura subsistit, malũ enim sine substantia est, & planè qui peccat, sine fundo est, quia nunquam in vno peccato manet, sed semper deorsum descendit peccando. Impius enim cum in profundum malorum venerit contemnit. Potest etiam per impetum fluminis, discrimen extremi iudicij intelligi, quando omnis qui se humiliat exaltatur. &c.

Rupertus lib. 7. discretio spirituum est donũ Dei: sine quo hi falsi prophetæ dignosci nequeunt. Igitur ex operibus cognoscendi sunt, & etiam ex verbis, sed non nisi ab illis columbinis oculis qui resident, iuxta fluentia aquarum, idest, scripturarum, conferendo scilicet, eorum verba, cum verbis scripturæ, à quibus qui aliud euangelizarit anathema sit, adiciet enim Deus plagas scriptas in libro hoc, ei qui addiderit ad scripta in libro isto [*Domine domine.*] Vt Dominus sum, ita surũ & iudex, assentionibus non delector, sicut qui reges gentium de nouo efficiuntur. Pauci tunc vocabant Christum dominum, & tamen Christus nec his gaudet, quia venerat vt testimonium perhiberet veritati. [*quæ confitebor.*] Ego qui prius tacueram, tunc quasi parturiens loquar. [*flumina.*] Flumen veniẽs nudat domum, & cum ruit, eius etiam fundamentum nudatur. Ita illa confessio qua Christus dicit, non noui vos, nudabit peccatõẽ, vt reueletur, quod nõ erat fundatus super petram, at confessio Christi, non denudabit, nec prostrabit iustum.

D. Thomas, prophetæ sunt doctores, falsi sunt, quando non mittuntur, & ex glosa super Ioã. 20. (quæ dicit, pastor diligendus mercenarius tolerandus, lupus fugiendus) habetur, quod mercenarius est, qui commodum suum intendit, lupus vero, qui aliorum perniciẽ. [*de fructibus.*] Ex Seneca, nemo potest diu

fictam ferre personam. Cognoscuntur vero maximè in his quæ subito occurrũt, nam cū deliberat, cauent sibi. Cognoscuntur etiam in tribulationibus, amicus enim fictus non permanebit tecum in die tribulationis. Cognoscuntur etiam si honorem accipiant, quia magistratus virũ arguit. [*sicut.*] Dulcedo pacis ecclesiasticæ, per vnam spiritualis lætitiæ: quæ non nascuntur ex tribulis peccatorum. [*arbor bona.*] Anima vt est principium naturale, quicquid facit bonũ est, sed vt est principium moris, si bona est, bonos fructus facit. &c. [*Domine domine.*] Populus enim hic labijs me honorat, nemo igitur ascendit in celum, nisi qui cum Christo descendit de celo vt faciat voluntatem Patris, cuius voluntas est sanctificatio vestra. [*in illa die.*] Iudicij, cur ergo dies iudij dicitur nox quia media nocte clamor factus est: & aliquando dicitur meridies. psal. 36. Iudicium meũ vt meridiem: nox dicitur ex tempore, dies ex claritate & certitudine. [*virtutes fecimus.*] Quomodo malifaciunt miracula? quidam dicũt, quod faciunt cum boni sunt, quidam, quod faciunt que videntur, sed non sunt miracula, quidam, quod faciunt in virtute diaboli, quidam, quod per artem magicam, demum Hiero. quod ex dono Dei, vt supra. [*Virõ adificãti.*] Vir est Christus, virum vnum de mille reperi. Eccle. 6. hic edificat sibi domũ, vt Sapi. 9. & 14. dicitur edificat super petram. i. super se, nemo enim aliud fundamentum ponere potest, est enim fundamẽtũ immobile sicut mons Siõ, pluuia mala, est mala doctrina, de qua dicitur, pluit Dominus super Sodomã & Gõ. sulphur & ignem, flumina sunt sapientes, diripientur flumina terram eius. [*venti sunt demones.*] Qui circumferunt nubes, vt in canonica Iudæ dicitur vel aliter, pluuia est tẽtatio parua, flumina, maior, vêt' grauissima, qui. n. spernit modica, paulatim decidet, vel tertio pluuia est tẽtatio carnis, flumẽ est tẽtatio mudi, vêtus tẽtatio demõnis. Cur vero sapientes edificatẽs super intellectu, edificant super arena: qui vero super affectu, edificat super petra? quia intellectus est vniuersalium, ideo vagatur, & est instabilis.

Simon de Calsia. lib. 10. cap. 49. In homine infirmitas est, dicit enim miserere mei, quia infirmus sum, & alibi, infirmus hominum, & exigui tẽporis, quærimus propterea firmitatem, hæc nõ est nisi in Christo petra, quia Deus est. Quod uero nos huic petræ coniungit, est, eius verba facere. Iam nulla maior sapientiam esse in edificante potest quam

quam ita situari, vt non liceat decidere. Impossibile est non tentari, sed facile est a fundamento defendi.

Hugo. Quatuor fuerunt impedimenta vitæ Christianæ. Persecutio, hæresis, falsi fratres. Antichristus. Significatur hæc quatuor, per illos quatuor equos apocalypsis. Equus albus sunt hæretici. Rufus, sunt persecutores. Niger in cuius manu est statera dolosa, sunt simulati fratres. Pallidus est Antichristus. Significatur etiam hæresis per sagittam volatẽm in die, falsi fratres per negociũ ambulans in tenebris, timor nocturnus sunt persecutiones, demonium meridianũ est Antichristus. Attẽdite igitur a falsis prophetis, idest, hæreticis. Sunt enim vulpes illæ Saronis, & vulpes paruæ quæ demoliantur vineas. Rectè ergo dicitur, nolite omni spiritui credere, de quibus dicitur, fuerunt pseudo prophete in populo, vt docet Petr. Isti sunt deprauatores Diuinorum sigillorum, seu signorum deprauant enim Sacramenta, quæ sunt sacra signa. Sunt deprauatores regiẽ monete, scilicet, operum sanctorum, docent enim aut non fieri, aut malè fieri. Eleganter dicitur, ne erres rex, iste intrinsecus luteus est, extrinsecus æneus, talia sunt istorum opera. Porro opera & numi regij quæ isti deprauant sunt ieiuniũ. Cui imago carnis Christi mortificatæ, percussa est. Eleemosyna, cui imago animæ Christi pro nobis datæ in redemptionem, incussa est, & demũ est oratio, vbi verbi diuini imago imprimitur. Verbũ enim orare præcepit. Deniq; hi sunt deprauatores clauium regni celestis, siquidem per aliam portam, quam per Christum docent intrare. [*de fructibus.*] Dignoscuntur hi cum in honore collocantur, quia honores monstrant mores, in cuius signum Dominus illud dicitur cum chlamidem coccyneam habet, & Loth ebrius corrumpit filias suas. Hi sunt scorpiones, capite blandientes, cauda pungẽtes. Primò ponunt vinum bonum, postea quod deterius est, dicũt pax, & nõ erat pax, sed nunquid hæretici non faciunt bona opera? ita, manifesta, sed in occulto, pudor est dicere. [*nunquid de spinis.*] Multæ sunt spinæ. Sunt primò peccata, de quibus dicitur, per agrum hominis pigri transiit. &c. hæ pungunt in nouissimo, item facile herent, sed non facile euelluntur; dicitur enim quomodo potest ethiops mutare pellem, item ignem hæ spinæ facile accendunt, spones enim eos vt cilibanum ignis, item, ex spinis his edificantur sepes, ne ad vineam intrat

gratia Dei. Ex his spinis non colliguntur vna nisi acerba, ex quibus dentes obstupescunt. Secundo spinæ sunt peccatores, dicitur enim de eis quod euellentur sicut spinæ, pungunt hi iustos, vt spinæ pungunt liliũ, facile hærent propter commodum temporale, dicitur enim adhesit pavimento anima mea, facile ardent & succensæ rediguntur in nihilum. Isai. 33. Tertiõ spinæ sunt diuitiæ, herent siquidem, nolite enim cor apponere, pungunt cor curis. Num ex his colligent vvas? imo vinum eorum fel draconum, prodit enim quasi ex adipe iniquitaseorum. Quarto spinæ sunt tribulationes, pungunt enim sed ad salutem iuxta illud pũgent oculũ deducet lachrymas: pũgens cor profert sensum. Item tribulationes herent, quis enim eas effugiet? cum vita hominis militia sit, absit siquidem gloriari nisi in cruce. Item accendant ignem amoris, de quo dicitur, ardebit ignis semper in altari meo, quẽ nutriet sacerdos, subiiciens ligna. Item tribulationes edificant sepe, in his enim seruat religio & conuersatio sancta. Ex his spinis benè colligitur vva, libenter enim gloria bor in infirmitate mea, vt in ha. in me vir. C. & alibi, secundum magnitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. [*arbor bona bonos fructus facit.*] De hac bona arbore vide psalm. 1. Ierem. 27. Matth. 12. mala arbor fructus reddit acerbos, vt sapien. 4. dicitur. Sunt vero. 12. fructus bonæ arboris. Abundantia bonorum spirituum, iuxta illud, bona terræ comedetis. Vfus omnium in bonum, secundum illud, maledicimur, & benedicimus. Crementum in spiritu, quia iustum semita, quasi lux splendens. Radicatio & firmitas in spiritu, dictum enim est, in charitate fundati, & radicati. Consolatio cordis. Dicit enim Dominus, ecce ego consolabor vos. Secretorum reuelatio. Domino dicente, vos dixi amicos, quia quæ audiuĩ a patre, nota feci vobis, & rursum, non facient Dominus verbum nisi reuelauerit seruis suis prophetis. Iocundus in operando, videlicet, quia in custodiendis illis retributio multa. Gaudium de deuicto diabolo, orat enim David, ne quando dicat inimicus meus præualui aduersum eum. Debilitatio formitis. Apud Iosue iubentur equi subnervari. Rerum experientia, quia quid scit, qui non est tentatus. Prælibatio

Ahor. 6.

Prouer. 18.

Cant. 5.

Galat. 1.

Apoc. vi.

Ioan. 18.

Isai. 41.

Iere. 9.

Eccle. 6.

Isai. 17.

Ioan. 3.

1. Thess. 4.

Matth. 17.

2. Pet. 2.

Danie. 14.

1. Cor. 13.

Psal. 114.

Genes. 19.

Isai. 11.

Eccle. 17.

Psal. 50.

Sapi. 6.

Psalm. 118.

2. Reg. 23.

Psal. 61.

Deut. 32.

Psal. 72.

Eccle. 22.

Iob. 7.

Galat. 6.

2. Cor. 12.

Psal. 93.

Isai. 4.

1. Cor. 4.

Prouer. 4.

Ephes. 3.

Isai. 7.

Ioanis. 15.

Amos. 3.

Psal. 18.

Psal. 12.

Iosue. 11.

Eccle. 24.

Genes. 22.

11. tio diuisionis Dei. Afferit enim Iacob, vidi
 Dominum facie ad faciem. Demum perfici
 tur charitas, confirmatur spes, augetur fides.
 12. [in ignem mittetur.] Hæc verba fuerunt Ba-
 Matth. 3. ptistæ, reprehenduntur ergo prædicatores,
 qui aliorum verba dicere dedignatur. [à fru-
 ctibus.] Fructus primum est utilis, vnde oc-
 ciosi homines fructus non habent. Si quidẽ
 Eccle. 33. multam maliciam docuit ociositas. Agrum
 etiam hominis pigri spinæ occupant & fen-
 tes. Secundò debet esse integer, intus sanus,
 extra nitens, nõ sic hypocrita. Tertiò sit dul-
 cis, non enim habet amaritudinem conuer-
 Sapi. 8. satio eius, & rursum, non des amaritudinem
 animæ tuæ. Quartò, non sit noxius, verebar
 Eccle. 30. inquit Iob, omnia opera mea. Quintò sit du-
 Iob. 9. rabilis in vitam æternam. [Domine domine.]
 Semel dicit domine, qui solum habet in ore,
 bis dicit, qui habet in ore & opere. Ter-
 ticio ligno Magi Pharaonis deficiunt. Ideo
 Exo. 8. mali dicunt, quod emolumentum, quia cus-
 todimus præceptum Domini: Certè nul-
 Malach. 3. lû, si non corde, sed opere custodistis, Domi-
 Isai. 29. nus enim vult corde quarri. Alias dicit, cor
 Ioe. 2. eorum longè est à me. Qui vero corde inuo-
 cauerit nomen Domini saluus erit. [in illa
 Soph. 1. die.] Tantopere mirabili, dies enim illa dies
 iræ. [dæmonia eiecimus.] Vt filij Sceuæ, &
 quidam qui Christum non sequebatur, de
 Actorum. 7. quo Lucæ. 9. [non noui vos.] Ita dicitur decli-
 nantem à me malignum non cognoscebam,
 scilicet, nomina approbatiõis. [omnis ergo.]
 Non est alicui præclusa via salutis. [audit ver-
 ba mea hæc.] Quæ sunt omni demonstratio-
 ne dignissima. [et facit ea.] Affectu charita-
 tatis. [domum suam.] Conscientiam. [supra
 petra.] Ita dicitur, lepusculus, plebs inualida
 quæ collocat in petra cubile suum. Vir, sa-
 Prouer. 30. piens est Christus, apprehendent eum septẽ
 Isai. 40. mulieres. Adificat ecclesiam, scilicet, Sapiẽ-
 Olee. 2. tia adificat sibi domum. Polit lapides, quan-
 Actor. 2. do non plebem, plebem vocat. Coapat in
 Actor. 4. structuram, cum vocat Apostolos & discipu-
 Apoc. 21. los, & in vna die vocauit tria milia, & alio-
 Ephel. 2. die quinque milia, Fundamentum domus
 est Christus, & Apostoli, dicitur enim funda-
 menta eius in montibus sanctis, & alibi duo-
 decim Apostoli duodecim fundamenta sunt,
 duo parietes, sunt plebs Iudæa & gẽtilis. Mu-
 rus soli obiectus sunt Patres veteris legis. Mu-
 rus soli apertus sunt Patres Euangelici. Qua-
 tuor anguli sunt. 4. Euangelistæ. Columnæ
 sunt Prælati, qui sunt columnæ marmoreæ
 fundatæ super bases argenteas. Ostium Chri-

stus. Fenestræ, prædicatores & doctores, per
 quas lux solis ingreditur, vt fecit Salomon.
 Cortinæ domus sunt. 10. præcepta, quæ sunt
 3. Reg. 6. de bysso retorta. Mensa est, scilicet, scriptu-
 Exo. 26. ra. Parasti in con. m. mēsam. Cibushuius mē-
 Psal. 22. se sunt eius quatuor sensus. Lectum est reli-
 gio, qui lectulus floridus est. Minister domo,
 Cant. 1. Prælatifamilia, omnes fideles. Sunt in hac
 2. Timo. 11. domo vasa alia in honorem, alia in contume-
 liam. [non cecidit.] Quia iustus est quasi fun-
 damentum sempiternum. [super arena.] Su-
 per qua dicitur diabolus stare. [pluuia.] con-
 cupiscentia, flumina, diuitiæ, aut malorum
 operum frequentia. [cecidit.] Quia in pun-
 Iob. 11. cto ad ima descendit, viri enim iniqui sublati
 Iob. 11. sunt ante tempus eorû. [ruina magna.] Quo
 enim quis altior, eo ruina sua maior.
 Caietanus. [attendite.] Solent qui iter fa-
 ciunt interrogare quæ nam sit via, at Domi-
 nus ne à falsis prophetis de via interrogem?
 Sed à veris, sunt enim prophetæ qui alijs nõ
 strant quæ non vident. [vestimentis ouium.]
 Id est, ieiunijs fletibus, vilibus vestibus: hæc
 sunt vestes ouium Christi. Sunt vero lupi ra-
 paces qui miscere cupiunt aut heresin, aut
 schisma, aut malos mores, aut licentiam. [à
 fructu.] Non à concursu audientiũ, non à con-
 uersione eorum qui luporum prædicatione
 conuertuntur, hi enim sunt fructus deuotio-
 nis audientium. Nec à prædicatione, quæ est
 fructus cathedræ Moyfi. Nec à miraculis quæ
 illi faciunt hæc enim sunt fructus gratiæ gra-
 tis datæ. Sed à fructibus eorum, id est, chari-
 tatis in verbis, factis, omisionibus, de qui-
 bus Apoll. ad Galat. 5. vnde facile est collige-
 re, an aliquem hi lupi fructũ carnis habeant.
 [Domine Domine.] Confitendo vtramque na-
 turam, vel quantumuis ferueas cultu exteriori
 confitendo, fidem, nec est satis. [nunquam no-
 ui vos.] Vt filios. [qui edificat.] Notat Domi-
 nustria. Primum quod vita Christiana non
 consistit in vna sola operatione: sed in
 constructione totius vitæ, id est, qui enim v-
 niuersa mandata impleuit, vitam suam in
 gloria edificauit. At qui omnia mandata
 non implet, stultus est, qui non curauit
 vt vita sua in æternum duraret. Secundò
 notat, tria esse mala quæ nobis aduersatur,
 pluuia de sursum, flumina deorsum, venti
 ex latere, vt notet tentationem vndique
 imminere. Tertio notat, eum solum
 bene edificare, qui vsque ad finem per-
 seuerat, is enim est, cuius domus non
 cadit.

Glofa

Glofa interli. [similabitur viro sapienti.] In
 futura prouidenti. [edificauit domum suam.]
 Id est, aurum argentum, lapides præciosos.
 1. Corint. 3. [flumina.] Potentum persequutio. [venti.]
 Blanditiæ. [super arena.] Id est, terrenis, quæ
 à vento facile feruntur. [ruina magna.] Quia
 aterna, dicitur enim illis: ite maledicti. &c.
 Glofa ordi. [à fructu.] Sunt enim impa-
 tientes tempore aduersitatis. [Domine domi-
 ne.] Verè dicere Dominus Iesus, est ore con-
 fiteri, & opere attestari, nam vnum sine al-
 tero, negare est. [non noui vos.] Non enim
 nouit lux tenebras, id est, non aspicit quia si
 aspiceret, tenebræ non essent, sed lux in
 Domino. [omnis audit.] Bonus qui facit ver-
 ba Dei, Deo assimulatur: qui non facit,
 diabolo.
 Lyranus. [virtutes fecimus.] Miracula fiunt
 à Deo, per viros malos, bona enim eleemo-
 syna datur à bono Domino, per manum ma-
 li serui. [pluuia.] Est tentatio lasciuia, flumi-
 na, tentatio auaritia, venti, tentatio super-
 bix. [irruerunt.] Per importunitatem tenta-
 tionum. [super arena edificat.] Qui super a-
 liud quam supra Deum suam intentionem
 collocat. [ruina magna.] Quia irreparabilis.
 Nota quod habetur. 1. quæst. 1. cap. multæ, &
 cap. profertur: Sacramenta & prophetia &
 miracula à malis dari possunt, eorum enim
 malicia non obest, quin mali sacramenta cõ-
 ferant veralictet conferendo peccent.
 Et factũ est cũ consummast.
 Diuus Hieronymus. Pharisei docebant
 quæ Moses & Prophetæ dixerunt, at Chri-
 stus sicut Dominus, Mosi & Prophetarum
 legi addebat, cum dixit, dictum est antiquis,
 ego autem dico.
 Diuus Augustinus in fine lib. 2. de Serm.
 Domini in monte. [docebat sicut potestatem
 habens.] Quia dictum fuerat, fiducialiter a-
 gam in eo. Eloquia Domini eloquia casta, ar-
 gentum, igne purgatum septies.
 Diuus Chrysostomus. homi. 26. [admira-
 bantur turba.] Certè videbatur debuisse tur-
 bas dolere de grauitate præceptorum Chri-
 sti: at nunc potius admirantur & laudant: tã-
 ta erat docentis virtus. Adeo vt nec descen-
 dentem Christum de monte defererent, tan-
 ta eos verborum suauitate demulsit. Inter
 multa vero, admirabantur potestatem, lo-
 quebatur enim non ex alterius præcepto,
 sed sicut qui auctoritatem habebat imperan-
 di. Ego autem, dicebat, dico vobis: iam

cum Pharisei ex similibus Christus verbis.
 eum lapidare voluerint, turbæ tamen nihil
 horum patiuntur. Bona enim mens facile
 sermonibus veritatis consentit, propterea
 illi nec signis persuadentur, hi vero solis ver-
 bis adherent. Ideo sequitur, sequebatur eum
 turbæ, non sapientes, sed illi qui nullam que-
 stionem mouent, qui nihil reprehendunt.
 Author innoimi. Intellectus audiens rati-
 onabiles sermones, landat; vbi vincitur,
 admiratur, ita admirantur turbæ, non quia
 credunt, sed quia irreprehensibilia audiebant.
 [docens in potestate.] Alij doctores do-
 cent, vt serui legis, maledictus enim est, qui
 verbis legis aliquid addit, aut detrahit, vt di-
 citur. Deuteronomium. 4. & 12. & Prouer.
 30. & Ecclesiastes. 3. At Christus detraxit à
 lege libellum repudij, & reliqua, quæ pro-
 pter durtiam cordis erant Iudæis man-
 data.
 Diuus Gregorius. libr. mora. 23. capit. 13.
 super illo verbo. Iob, audi eloquia mea di-
 cit, superbi doctores imperiose loquuntur.
 Iuxta illud vos cum auctoritate imperaba-
 tis, at viri pii non ita docent. Sed cum Apo-
 stolo, sicut sicut paruuli in medio ve-
 stri. Adde quod Apostolus docet. Præci-
 pe, inquit, hæc, & doce, cum omni imperio.
 Sanè cum imperio docet, qui id agit, quod
 docet, quia loquendi aufert fiduciam, cum
 consciẽtia impedit linguam. Vnde Domi-
 nus loquebatur cum potestate, quia nihil
 mali admiserat.
 Rupertus libr. 7. Mali etiam si bene lo-
 quantur, potestatem in verbis non habent.
 Dicitur enim cum caperent animas populi
 mei, viuificabant animas eorum: & viola-
 bant me ad populum meum, propter pug-
 gillum hordei, & fragmen panis: vt inter-
 ficerent animas quæ non viuunt. Non ita fe-
 cit magister cælestis, qui viam Dei in verita-
 te docuit, nec enim accepit cuiusquam perso-
 nam, siquidem in Ierusalem nec noctem v-
 nam legitur hospitatus.
 Diuus Thomas. [admirabantur turba.] Pri-
 mò quia Dominus loquebatur vt Legisla-
 tor. Secundò, quia penetrabat cor verbis suis
 dabat enim voci suæ, vocem virtutis. Tertiò,
 quia quæ prædicabat, signis confirmabat.
 Simon de Casia. [admirabantur.] Quia
 dictum erat de Christo, quod vocabitur no-
 mē eius, admirabilis, planè quia doctrina ei-
 erat supra naturam, supra sensum, & supra
 cõmunem docedi modum. Item docebat,
 vt qui à Patre acceperat potestatem prædica-
 di, &

Coloſ. 1. di, & non ſicut qui in ſcolis didiſcerat. Item
Ioan. 7. erant in eo omnes theſauri ſcientiæ, & ſapi-
entia Dei, ideo dicebant quidam, nunquam
ſic loquutus eſt homo. Et licet omnes ſermo-
nes Chriſti ſint admirabiles, hic tamen ſer-
mo inter reliquos præcellit, habet enim quic-
quid ad vitam pertinet. ¶ Hugo Cardi. [*ad-
mirabantur turba.*] Quia nunquam ſic loquitur
eſt homo. [*ut poteſtatem habens.*] Primum in
Luc. 4. interpretandi ænigma. Sicut de Salomone di-
Ioan. 7. citur, quod explicauit ænigmata Regi-
næ Sa- ba. Ideo enim dicitur, Leo de tribu Iuda, di-
gnus aperire librũ quẽ aperire nemo potuit.
¶ Caietanus. [*admirabantur.*] Quia miracu-
la faciebat poteſtatiuẽ. Alij enim fecerunt ſi-
gna, ſed de prætorie. Item alij doctrinã a-
lienam ſed Chriſtus ſuam. ¶ Broinkui. [*ad-
mirabantur.*] Quia erat Chriſto data poteſtas
Ioan. 17. omnis carnis, ut omne quod dedit illi Pater
det ei vitam.

CAPVT. VIII.

Cum autem descendisset
de monte.

Iuſ Hieronymus. Deſcen-
denti Domino de monte
occurrunt turbæ, quia ad
altiora aſcendere nõ value-
runt, & in primis leproſus,
nondum enim cum lepra
aſcendere poterat, & tam multiplicem Do-
mini audire ſermonem, & recte poſt ſermo-
nem miraculum fit, ut verbum miraculo cõ-
firmetur. [*Domine ſi vis.*] Qui voluntatem
rogat, de virtute non dubitat. [*extendit ma-
nus.*] Statim ut extenditur manus, fugit le-
pra. [*volo.*] Quam ſine iactantia reſpondet?
[*nemini dixeris.*] Quid enim erat neceſſe ſer-
mone iactare quod opere præſerebat?
[*ostende te.*] Primo propter humilitatem ut
honorem ſacerdotibus deferret. Erat enim
præceptum ut mũdati à lepra, munera ſacer-
dotibus offerrent. Secundò, ut ſi ſacerdotes
leproſo crederent, ſaluarentur, ſin minus eſ-
ſent inexcusabiles. Et ut viderent Chriſtum
legem ſeruare, cuius violationem tantopere
in eo criminabanrur.

Diuſ Auguſtinus li. quæſt. euangel. in
Matthæum. quæſt. 4. Hic leproſus ſignifi-
cat eos qui dubitant, an præcepta Domini
in monte propoſita poſſint implere, qui

auxilio Chriſti ab hac lepræ varietate mun-
danrur. ¶ Idem lib. 2. Quæſt. Euangelica. ca.
3. [*vade ostende te.*] Igitur videtur Dominus
legis ſacrificia probaſſe. Reſpondet. Ita eſt
quod approbavit. Donec enim ſacrificiũ
corporis ſui (quod eſt Sanctum ſanctorum
de quo Danielis. 9. habetur) offerretur, non
debit ſacrificium Moyſi reprobari.

Diuſ Ambroſ. initio libr. 5. in Lucam.
[*dum eſſet in quadam ciuitate.*] Non vna ali-
qua ciuitas monſtratur, ut oſtenderet in to-
to orbe, leproſis, eſſe ſalutem. [*ecce vir lepro-
ſus.*] Nemo igitur ex lege aut verbis ſanum
ſe credat, ſed ex gratia & virtute quæ ſupra
legem eſt. Ideo enim poſt legem traditam
leproſus ſanatur. [*prociſens in faciem.*] Ut
quiuis de ſuæ vitæ maculis erubeſcat, dum
pudor confeſſionem non impedit. Ergo
oſtendere vulnus, & poſcere remedium, &
religionis & fidei plene cõfeſſio eſt. [*ſi vis.*] Voluntati tribuit poteſtatem. [*ſanata eſt le-
pra.*] Nihil eſt medium inter præceptum &
ſanitatẽ, quia præceptum eſt opus, ipſe
enim dixit & facta ſunt, ſi igitur Trinitas v-
nius eſt voluntatis, vnius etiam erit poteſtatis,
& vnius operis. Ergo Dominus dicit,
volo, propter Fotinum, & tangit propter
Manichæum, & ſanauit propter Arium. [*ne
mimi dixeris.*] Quia beneficia ſunt præmen-
da, non promenda. Aut etiam ſilentij cau-
ſa fuit, quia meliores ſunt qui fide ſpon-
tanea, quam qui ſperato beneficio credunt.
[*ostende te ſacerdoti.*] Non ut leproſum infa-
met: ſed ut ſacerdos Deo pro ſanitate ſacri-
ficium offerat, & leproſus ſapientiæ ſale ſa-
liatur, ſiquidem omnis victima eſt ſale ſalien-
da. Illud vero mirabile, quod eo modo ſa-
nat, quo rogatur, ſi vis, poteſt: inquit. Reſpõ-
det, volo, mundare. Porro tetigit eum etiam
ſi lex leproſum tangere vetet, ut oſtendat
ſe eſſe lege maiorem. Et ſanè lepræ conta-
gium non timet, qui homines à lepra vena-
rat ſanare.

Diuſ Chriſtoſto. ſupplicauit leproſus ar-
denter, quia ut Marcus dicit, ſupplicauit fi-
xis in terra genibus. Supplicauit cum fide,
neque enim dixit, Domine ſi oraueris,
ſed ſolum, ſi vis. Neque dixit, Domine
munda me, ſed totum eius commiſit arbi-
trio. At Dominus, ſi putas me poſſe mun-
dare, ne tua de me opinio falſa videatur,
volo. Hoc verbo non ſunt vſi Apoſto-
li, imo nec ipſe Dominus, niſi hoc lo-
co. Quo ne Chriſtus videretur blaſphe-
maſſe, ceſſit natura præcepto. Porro tetigit
lepro-

4. Reg. 5.

leproſum, ne ſe immundum tactu fieri poſſe
monſtraret, & ne videretur legi ſubiectus.
Nam Elifeus noluit Syrum Naamam tange-
re, quia erat legi ſubiectus, & ut oſtendat le-
pram nihil obeſſe virtuti, ac ideo lepram nõ
eſſe timendam. Sola enim animæ lepra ti-
menda eſt. [*ostende te ſacerdoti.*] Dicunt qui-
dam id factum eſſe, ut ſacerdotis iudicio mõ-
ſtraretur, lepra ſanata. Sed id ſtultum eſt, a-
deo enim euidenter fuit lepræ ſanitas, ut nul-
lius egeret teſtimonio. Fecit ergo, ne legi
videretur aduerſus. Porro ſoli ſacerdoti iuſ-
ſit oſtendi, docens nos ab omni iactantia de-
bere eſſe alienos. [*in teſtimonium.*] Ut ſciant
illi quam ſit Dominus legis ſeruator, & li-
cet ſciret illos non conuertendos, faciebat
tamen quantum ex ſua erat parte, ne illi
poſſent excuſari. Ut ſciat, inquit, nihil à me
pro eorum ſalute omiſſum.

Author in nomi. homi. 21. Aſcendentem
turbæ Chriſtum non ſequuntur: ſed ſequan-
tur deſcendentem, quia curis obruuntur. Sa-
nat vero leproſum, quia granditer dicere nõ
eſt multum: ſed granditer facere. Et Do-
minus de monte deſcendit, ut ſanet lepro-
ſum, quia de cœlo deſcendit, ut lepram a-
nimæ ſanet. Cur vero leproſus in montem
non aſcendit? quia quis aſcendit in montem
Domini? niſi innocens manibus, & mundo
corde? [*ueniens adorabat.*] Adoratio eſt in fi-
de & confeſſione, ore enim confeſſio fit ad
ſalutem. Porro leproſus fideliter adorans
Chriſto retribuit mercedem, ut enim reci-
piunt medici ab infirmis pecuniam: ita Chri-
ſtus à peccatoribus fidelem orationem. [*ſi
vis.*] Non dubitat de Chriſti voluntate ad
omne bonum promptiſſima, ſed dubitat
an ea ſalus futura ſit ſibi proficua. Alioqui
Paulus fidenter rogat, ut liberetur à ſtimu-
lo carnis. [*tetigit eum.*] Num ſoluit legem?
non quia ſi lex ſciret, quod lepra tangentem
non ſordidaret: ſed mundaret, tangere non
vetuiſſet: ſed iuſſet. Sed demum neceſſe
erat illam legem reſcindi, ſub qua qui erat
leproſus erat. [*volo.*] Non neceſſe erat tan-
gere, alioqui dixiſſet, tango te. [*ostende.*] Non
dixit ſimpliciter, nemini dixeris, ſed
nemini dixeris, antequam te ſacerdoti offe-
ras, ne odio te alij proſequantur, ſi ſciant
te velle videri ſanum ſine ſacerdotis præiu-
dicio. [*offer munus.*] Muniſ erat par turtu-
rum, quo ſignificatur declinare à malo aut
duo pulli columbarum, quod ſignificat, fa-
cere bonum.

Euthimius. [*adorabat.*] Audierat eius

doctrinam & potentiam, ideo Deum eſ-
ſe credebat. [*tetigit eum.*] Et nullus de
turba contradixit, licet ſcirent legem re-
pugnare contactui lepræ quia ex præmiſ-
ſis certi erant, quod omnia legitime face-
ret. [*ostende te.*] Partim legem ſoluit lepro-
ſum tangens, ut viam aperiret Chriſtia-
næ fidei, quam lege ceſſante, erat neceſ-
ſe vigere, partim vero legem ſeruauit, iubens
leproſum ſtare iudicio ſacerdotum, ne eos
oſtenderet.

Diuſ Hilarius. Can. 7. Labe & affri-
ctu corporis anima contaminata, audita
regni cœlorum prædicatione, curari ſe
rogat, & contactu corporis Chriſti viſitatur,
& verbi virtute ſanatur.

Rupertus libr. 7. Ante ſermonem
ſuum innumera miracula Dominus fecit:
& poſt ſermonem itidem, ut hoc cap. ha-
betur. Sed ſpeciãtim in ſanatione lepro-
ſi, ſanationem Iudæorum Dominus medi-
tabatur. Erat enim hic leproſus Iudæus, ſi-
quidem iubetur oſtendere ſe ſacerdoti, ut
qui ei erat ſubiectus. Propterea eum Do-
minus ſanans, ſuam extendit manum, quia
ex Iudæorum gente carnem aſſumpſit. At
in puero centurionis, ſanitas tractabatur
Gentilium, vnde nec eum Dominus tan-
git, nec viſitat, ſed prædicatores ad eum
mittit. Vnde ad hoc ſignificandum, le-
proſis lex ponitur, imo lex ponitur gra-
uiſſima, ut Exod. 17. & Leui. 13. quia lex
Iudæis grauis poſita erat. At paraliticis,
gentes ſignificantibus lex nulla poſita eſt.
Porro focus Simonis infirma ſignificat ec-
cleſiam, ſi quando aliquis Chriſtianus in
anima languet, ideo enim hæc focus ia-
cet in domo Simonis, cui Simon præſt.
Igitur nullus caret remedio, ſue Iudæus,
ſue gentilis ſue Chriſtianus. Licet Chri-
ſtiani infirmi ſanitas ſit difficilis, quod ſi-
gnificauit Dominus, qui non niſi ſtans, & im-
perans febri, eam ſanauit.

Diuſ Thomas. [*descendisset de monte.*]
Aut de cœlo, qui dicitur mons pinguis,
aut de altitudine doctrinæ, de qua dicitur
Iuſtitia tua ſicut montes Dei. Tunc
ſequuntur eum turbæ, quia carnali-
bus non poterat ſpiritualia loqui. [*ado-
rabat.*] Per fidem venit, per humili-
tatem adorat, humiles vero ſaluat Do-
minus. [*tetigit eum.*] Ita erat dictum,
mitte manum tuam de alto, & libera
me. Sed aliquando hæc manus non tan-
git, expandi, inquit, manus meas
tota

Pſal. 35.

Pſal. 33.

Pſa. 143.

Iſa. 65.

Pfal. 103. tota die, ad populum contradicentem. Aliquando vero tangit montes & fumigat. Sed cur tangit Dominus cum id sibi esset lege prohibitum? Primo ut suam ostenderet humanitatem, nec enim sola in Diuinitatem fides saluat. Ostenditur etiam virtus Sacramento rum, quæ in verbis & tactu perficiuntur. [*nemini dixeris.*] Non solum eum sanat, sed instruit etiam, intellectum tibi dabo, inquit, & instruam te. Primum ergo indicitur silentium, ut superbia locum non habeat. Secundo indicitur ut ostendat se sacerdoti, ubi confessio delictorum innuitur. Tercio indicitur præceptorum executio. Sicut, inquit præcepit Moyses, ut sanus non se à lege liberum esse credat.

Pfal. 13. Simon de Casia. lib. 5. cap. 11. Summa munditia, rationalem creaturam immundam esse non patitur, si modo ipsa mundari velit, hac causa Dominus huic mundationi obuiam venit. Leprosus vero venit etiam, adorans & omnipotentiam confitens, in hoc solo dubitans, an velit mundare. Quod non dubitasset, si eius nouisset amorem, & in nostram humilitatem aduentum. Hæc vero conditionata rogatio, si vis reprehensione caret, ita enim rogauit Mardocheus. Si decreueris saluare Israellem continuo liberabimur. [*retigit.*] Nec enim ut homo leprosum abhorrebat, quem ut Deus ipse creauerat. Porro extendere manum, concessio est beneficii: tangere vero, est excitatio ad maiora. [*sanata est lepra.*] Lepra sanari nequit, sed leprosus mundatur à lepra. [*nemini dixeris.*] Nisi dixeris sacerdoti. Dei enim gratia præiudicium non generat Ecclesiæ. Zelatur enim Dominus Ecclesiam suam, & sacerdotium firmat, vultque dona sua cum sacerdotibus conuenire, & eorum testimonio firmari, siquidem sacerdotium antiquum, noui signum erat.

Esther. 13. Hugo Victorinus. lib. 2. Allegori. in Matthæum. cap. 21. Leprosus hic est genus humanum, varijs pollutum erroribus & vitijs, tangit vero leprosum Dominus, cum deitatem humanitati vnuit: ac simul lepra mundatur Domino mundo manente. Miraculum vero istud quotidie facit Dominus in animabus leprosis, id est, vitijs. At venialia non sunt lepra, sed scabies, propter quam nemo à fidelium çatu eijci debet.

Job. 23. Hugo Card. Turbæ sequuntur, non princeps qui per totum euangelium relinquuntur. [*sanata est lepra.*] Dicitur enim Anima eius quocumque voluit, fecit, & item nunquid Deo est quicquam difficile? & rursus, omnipotens sermo tuus, qui omnia sanat, & item

pfa. 32. ipse dixit & facta sunt. [*ostende te sacerdoti.*] Ut eos honoraret. [*offer munus.*] Duos passeris viuos. [*ad testimonium illis.*] Ut eorum testimonio liceat tibi cum alijs conuersari, & testimonium illis sit, ad conuersionem vel damnationem. Moraliter, Dauid ad Ioab dicit, de domo tua nunquam deerit leprosus, quia de domo inimici, nunquam deest leprosus vicij, & lepra corpus absomit, ut de Maria sorore Mofi dicitur, iam corpus eius dimidium cõsumptum est. Leprosus habet anhelitum foetidum. Cor enim stultorum ebullit stultitiam, & item colloquium eius exardescit sicut ignis. Leprosus sitim patitur. Dictum est enim. Venter impiorum insatiabilis. Leprosus est horribilis. Ita dicitur Osee. 9. intrauerunt ad beelphegor, & facti sunt abominabiles. Leprosus fetidus est, dicitur enim, Quasi sterquilinum in sine perdentur. Leprosus amittit manus & pedes. Ita enim Adonizebec excidebat pedes & manus septuaginta Regum. Leprosus amittit oculos, ne videntes videant, aures, ne audiant vocem incantantis, nares, quia dictum est, nasum & aures præciderunt tibi. Leprosus maculatur maculis varijs, cum tamen in sacrificio macula nulla videri deberet. Leprosus mutat colorem ita cõqueritur Ieremias, quomodo mutatus est aurum, auersus est color optimus? Leprosus nisi per miraculum, sanari nequit. Ita & peccatum quantum in se est, dicitur enim in sanabilis est fractura tua. Nota cum descendit Christus de monte sequuntur eum. Turbæ, quia ad Dauid descendunt, qui sunt in angustia constituti. [*extendit manum & sanauit.*] At sapientia quaritur, quod extenderit manum suam, nec erat qui aspiceret. [*Domine si vis.*] Breuis oratio, sed penetrauit coelos quia erat humiliantis se, humilium inquit & mansuetorum, semper placuit tibi deprecatio. [*ostende te.*] Quia qui abscondit peccatum suum non dirigitur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequitur. Ostende vero te, non aliena peccata, Porro confessio multas debet habere condiciones, quas tractant sumista.

Caietanus. [*Domine si vis.*] Magna fides, quæ potentiam in voluntate fatetur. [*nemini dixeris.*] Non timet sibi de iactantia, sed nos timere docet. [*in testimonium illis.*] Ut intelligant in Christo esse curandi potentiam.

D. Bonauentura in cap. 5. Lucæ. [*Domine si vis.*] Demõstrat verum esse illud Iob, quis potest facere mundum de immundo, nonne solus qui potens es, & Dauid. Asperges me Domine

Domine islopo, & mundabor. [*retigit.*] O clemens verè qui manum suam aperuit inopi. Non ergo possumus de Christo conqueri, sicut cõquestus est Naamà de Eliseo, quod eum tãgere noluerit. [*mundare.*] Consiliũ, inquit, meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Verbo verò & tactu corpus & animam curat, quia totum hominem sanum fecit. [*ostende te.*] Mirũ est quod lex leprosi examen commisit sacerdotibus, & non potius medicis, certè significabatur lepra peccati à sacerdotibus in nouo testamento examinanda. Simul ostenditur, quod lex fuerit bona. Contra Manicheos.

4. Reg. 5.
Isaie. 46.
Jcan. 7.

Cum autem introisset Capharnaum.

D. Hierony. [*ego veniam & cura.*] Facile promittit Dominus salutem infirmo, videbat siquidem fidem, humilitatem, & prudentiam Centurionis, fidem, quia Gentilis credit salutem paralitico à Christo venire posse, humilitatem, quod indignum se reputet præsentia Christi, prudentiam, quod sub tegmine corporis maiestatem Deitatis latere credit: siquidem cum dicit, ego homo sum sub potestate, &c. Significat Christum habere Angelos, sibi ministros. [*non inueni tantam fidem.*] De præsentibus Iudæis intelligit. Nisi fides gentium in Centurione fidei Israelis præponatur. [*filij regni.*] Id est, Iudæi in quibus regnauerat Deus, hi mittentur in tenebras exte. Tenebræ semper sunt interiores, sed dicuntur exteriores, quia lumẽ relinquit eum, qui à Christo foras expellitur. [*stridor dentium.*] Si ibi erunt oculi & dentes, ve ra igitur est resurrectio mortuorum.

D. Augusti. de verbis Domini. sermo. 10. Audistis fratres fidem nostram in humilitate laudari. Et quidem Centurio cum indignum se dixit, dignum se præstitit. Non solum intra cuius parietes, sed intra cuius cor Dominus intraret. Planè non tam humiliter loqueretur, nisi Deum iam in corde gestaret. Intrauerat iam in domum Simonis, sed non habuit ubi caput reclinaret, nec enim reclinat nisi in humilitate. Igitur intrat Christus in domum Simonis non in cor, in cor Centurionis, non in domum, in cor verò & domum Zachæi. [*non inueni tantam fidem.*] In Israele secundum carnem, nam Centurio Israelita erat secundum spiritum. [*sub potestate.*] Ego qui sub alio sum, possum: quid tu, qui

Lucæ: 7.

sub nullo es? significatur iam fides gentium, ad quorum domos Christus non intrauit, siquidem nulla inter eos mirabilia fecit, iuxta illud, populus quem non cognoui, seruit mihi. Quomodo seruit, quem non nouit? Certè nouit, sed in auditu auris. [*multi ab Oriente & Occiden.*] Per hæc duo, totus orbis designatur. Idem in tracta. 16. super Ioan. [*non inueni tantam fidem.*] Rectè igitur dictum est, non est propheta sine honore, nisi in patria sua, quia extra patriam honoratur Dominus, etiam ab his qui non viderunt & crediderunt, ut iure reprehendit Dominus Thomam, sed cur dicit, ego veniam & curabo eum, cum regulo dicatur, vade, puer tuus uiuit? Respondetur, Dominus succensuit regulo, qui non nisi præsentem Dominum volebat. At delectatus est Dominus humilitate Centurionis, qui etiam indignum se eius præsentia iudicabat. Idem sermo. 74. de tempore. Gens Iudæa ob superbiam repulsa est. Quia cum multa signa Deus fecisset propter eos, illi tumidi magistro humilitatis noluerunt humiliari, ei videlicet, qui ut homo se cognosceret, Deus velut Deum dimisit, & exinanitum hominem se monstrauit, videlicet qui humilitatem amat, sic amauit illud Chananeæ. Etiam domine, nam & catelli edunt, de micis, &c. Sic etiam amauit illud Centurionis, non sum dignus, &c. Valles ergo suscipiunt, quam eijciunt montes aquam. Non inueni, inquit, tantam fidem, unde tantam? quia minimam, sicut granum synapis. Idem lib. 1. contra aduersarium legis. c. 7. laudat Dominus fidem Centurionis quam ipse condiderat, quia eam proponit laudandam, sicut olim laudauit lucem ut bonam. Idem libr. 33. Contra faustum cap. 7. Cur Matthæus dicit Centurionem accessisse, cum Lucas dicat non eum, sed eius amicos accessisse? Respondet: nos dicimur accedere, cum amici accedunt, non ergo accessit Centurio, sed amici, licet corde magis Centurio quam amici, sicut cum Dominus præmittitur à turbis, vna tamen eum tangit, quæ fide venerat.

Psalmo. 17.
Marci. 6.
Ioannis. 10.

Matthæ. 15.
Matthæ. 17.
Genesi. 16.

Matthæ. 14.

D. Ambrosius lib. 5. in Lucam. In hoc sermo Centurionis, gentilis significatur populus, mundanè seruituti adstrictus, lethalibus eger passionibus, qui moriturus erat, nisi beneficio Domini liberaretur. Impleuit ergo Dominus præceptum charitatis, etiam inimicis benefaciens. Quanta verò humilitas ut Deus Centurionis seruum visitare non dedignetur? significans nobis, deferendum tam Pri. Tho. M humi-

humilioribus, quam superioribus. Regulo dicit, vade, Centurioni tamen, ego veniam, vt intelligas & potentiam Deitatis, & gratiam humilitatis, illi dicit vade: ne videretur diuitijs detulisse, huic dicit vadam, ne videretur humilem conditionem despexisse, & sanè hic Centurio, cum nondum animæ maculas deterfisset, grauari se magis deitatis dignatione, quam iuuari putauit, sicut & vidua Sareptana, prophetico se indignam iudicauit hospitio, & vide, quod Centurionis fides, suo seruo proficit, & quod Dominus præstat quod non promiserat.

Origenes. Homi. 5. in diuersos. [puer infirmabatur.] Debet ergo herus de infirmitate suorum seruorum dolere, & pro ea Dominum rogare. Cur ergo non attulisti seruum tuum coram Domino? Quia Domini potètia nullo loco includitur. Cur ergo non petis vt sanetur? Quia ad corda cognoscètem loquor.

Genesi. 18. [ego veniam.] Similiter dixit Abraham iam senem, cum filium ei promittit, iuxta còdictum inquit veniam. Cur ergo Domine promittis, te venturum, quod non es facturus? Certè vt nos contra Deum præualeamus. Tum vt similes nos Centurioni simus. Ideo enim tentauit Abrahamum & Iob, vt nos tentati similes eis simus. Cum igitur Dominus vult ad nos venire, dicamus, non sum dignus, si Moses seruus ille tuus fidelis, indignum se tuo fatetur alloquio, quid ego accinctus gladio, & vir sanguinum? dic igitur verbo, & absens corpore, ostende quid præsens spiritu possis. [nam ego.] Si ego inquit, quid tu; cui omnis subest creatura, o verè magna fides? vnde vero processit è tenebris tantum lumèn? vnde ex tanto errore tanta iustitia? Meritò miratur Dominus hominis fidem. Sanè Dominus non miratur opes, aut quidpiam terrenum, sola est fides hæc quam miratur, & dicit non inueni tantam fidem in Israele, intelligit de Israele præsentem, non de antiquis patribus, qui de Christo prophetauerunt. Sed in Israele præsentem non inuenerat tantam fidem, siquidem Laurus, inquit, veni antequam moriatur filius meus. Nicodemus dicit, quomodo possunt hæc fieri, Martha & Maria dicunt, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Maior fides fuit Ceturionis. [multi venient.] Illi de quibus Isaias dixit, quod venient dicentes, ascendamus ad montem Domini, &c. Et de quibus dictum est. Alias oues habeo, & filij Dei venient qui erant dispersi, &c. [ab Oriente.] Id est, à toto orbe, vel illi dicuntur venire ab Oriente, qui pro Christo

statim quod credunt, moriuntur, illi vero ab occidente, qui in fide multum durant. [re-cumbent cum Abraham.] Fratres præparamini, ne ab huius gloriosissimi epuli consortio alieni inueniamini. [sicut credidisti.] Quia secundum mèsuram fidei remetietur nobis hæc Domini gratia.

D. Chrysolto. homi. 27. Cur Centurio non attulit puerum coram Iesu? quia erat iam moriturus, vel melius, quia fuit eius fides maior, quam illorum qui paralyticum per tectum miserunt. Credidit enim solo verbo iacentem excitari. Iam sicut Dominus moratur Chananæam, vt eius fides demonstraretur ita & detinuit Centurionem dicens, ego veniã, non enim dixit, vade filius tuus viuat: si vis ergo Christum recipere imitare Centurionem.

[tantum dic.] Vt Dñs dicens Leproso, volo, mundare, voluit confirmare eius fidem qua credidit, sola volutate se posse sanari: ita Dominus laudat Centurionis fidem, eamq; approbat, qua eius deitatem solo verbo potenter agnouit. Non ita laudauit Martham, quæ dixit, scio quod quæcunq; poposceris à Deo dabit tibi. Imò eam reprehendit dicens. Non dixi tibi, quod si credideris, videbis gloriam Dei? At Centurionis fidem non laudat modo, sed etiam regnum Dei illi promittit: & item omnibus, quæ magna illa de Domino crediderint. Sed quomodo Matthæus & Lucas conueniunt? Respondet, aliquos sentire, aliud esse miraculum Lucæ, ab hoc Matthæi, sed melius inquit vnum miraculum est, sed cum Centurio ad Christum festinat, vt inquit Matthæus, Iudæi anticipant colloquium, vt Lucas. Quod fecerunt quasi essent ipsi digniores, quibus ea gratia præstaretur, simul vt Christo dignitatem Ceturionis declarent. Mox Centurio, putans Christum offendendum, nisi & ipse veniret, misit seruos qui Christo dicerent, eum non venisse, quia indignum se reputabat. Tandem fidei ardore succensus, & ipse ad Christum accessit, cui Dominus. [ego veniam.] Tunc exclamat ille. [non sum dignus.] Nec enim eum illa calamitas adeo depræsserat, quin circumspiceret, ne quid minus reuerenter diceret, clamat igitur veritus ne maiora reciperet, quam peteret. Dementes Iudæi pronunciant Centurionem Domini beneficio dignum: at Centurio indignum se & beneficio, imo & ingressu domus suæ se profitetur. Rependit ei Dominus, quia eius fidem miratur, Abraham consortem pronunciat, toti Israeli Centurionem præponit.

Interim

Interim cogitatio Centurionis admiranda est, credidit ille quod esset coelestis quædam militia, cui Christus dominaretur: ad cuius nutum morbi etiam pelleretur, imo & ipsa mors. Dicit enim ego dico huic vade, illi veni, &c. Porro cum tanta fide mirare & humilitatem. At Dominus ostendit non ex lege iustitiam, sed ex fide, dicit enim. Sinum Abraham occludi Iudæis, gentibus vero aperiri. Quod si Iudæi non credunt, verbi veritatem editum miraculum confirmat; sanatus enim est puer ex illa hora. Porro non hæc Iudæis Dominus dixit, vt eos ex regno eijciat, sed vt studiosi fiant ne eijciantur. Qui ergo stat videat ne cadat, & qui cecidit adijciat vt resurgat.

1. Cori. 10. Psalm. 40. Ierem. 8.

Author innoceatus. Homil. 22. Primitiæ gentium Centurio, ad cuius fidem, fides Iudæorum cõparata infidelitas reputatur. Nihil enim de Christo audierat, nisi leprosi curationem, & tamen accedere non audeat: confessus eius diuinitatem: cum dicit, dic verbo. Præsignauit gentes quæ Christum non viderat, & eius efficaciam in corde senserunt. Quod verò Lucas dicit Dominum per sacerdotes rogatum, mysterium est. Omnis siquidem populi oratio, per sacerdotes ad Deum transmitti debet, sed frequenter Dominus non tam intercessorum meritum, quam rogantis humilitatem attendit. Sed quid mirari dignius est in Centurione? fides ne, an humilitas, an prudentia, an bonitas, qua pro seruo tam sollicitus erat? In quo non aspiciebat numos quos pro illo dederat: sed animam quam in eo Deus plantauerat. [ego veniam.] Indicat non esse magnates colendos, & seruos relinquendos. [non sum dignus.] At si dicat. Iniuria tolerabilis fuit quod ad mundum hunc indignum, propter mundum venisti, at nunc non est tolerabile, quod propter seruum meum, in domum meam ingrediaris. [ego homo sum.] Indicauit Trinitatem, sensus est, sicut ego licet habeam alium me maiorem, non tamen impediatur quin mea voluntas fiat: ita licet tu, vt homo habeas patrem te maiorem, non impediatur, quin angelis quod velis iubeas. [non inueni tantam fidem.] Habuerunt Apostoli tantam, sed habuerunt alij prænunciantibus, at hic neminem habuit, vel si hoc non placet, certè plus laudatur rustici sapiens verbum, quam si sapiens dixisset.

D. Hilarius Cano. 7. Christus in domum Centurionis non intrat, quia in vitia seculi & peccata non ingreditur.

Diuus Gregorius Nazianzenus, in lumina Epiphaniarum. Dum sumus Centuriones, & imperatori seruimus, qui nos deorsum trahit, nolimus Dominum in nostram domum recipere. Imitemur Petrum, qui dum per vndas nauigat, dicit Christo, recede à me, quia peccator sum. Alioqui non poterimus gloriam Domini contemplari, nisi prius purgemur. Iudæi enim spectare nequebant vultum Moysi, & Manue, credit se moriturum, cum gloriam Domini cerneret.

Lucæ. 9.

2. Corin. 4.

V. Beda. [erat moriturum.] Sicut & Ezechias mortuus esset à morbo nisi sanitatem miraculo accepisset. [accessit.] At Lucas dicit seniores accessisse? Planè rem gestam Lucas narrat, Matthæus quod Centurio merebatur, recensuit. [miratur Dominus.] Id est, nobis ad mirandum fidem proposuit. Centurio iste Gentiles significat, qui quasi centenarius milite stipati virtutum spiritualium sunt perfectione sublimes. Vnde arca Noe centum annis fabricatur, Abraham centenarius accipit Isaac, qui seuit, & inuenit centum, & longitudo templi est centum cubitorum.

Isaiæ. 38.

Genesi. 17.

Genesi. 16.

Diuus Thomas. Per Centurionem intelligi mens potest, per eius seruum, caro, quæ tunc infirmatur, cum erigi nequit, caro enim concupiscit aduersus spiritum. [dic verbo.] Non herba, inquit, aut malagma sanauit eos, sed omnipotens sermo tuus, & rursum, misit verbum suum & sanauit eos. Porro quia mens Centurio dicta est, eius milites sunt mores nostri. Malis enim moribus dicitur, vade: bonisenim veni. [admiratus fidem.] Non quia ignorabat causam, sed quia apprehendit magnitudinem rei, nec enim erat illa fides dubia, aut cum præambulis. Verum ergo fuit illud, aduena qui moratur tecum in terra, erit te sublimior. [cum Abraham.] Qui est pater fidelium, in cuius semine omnes benedicentur. [cycientur.] Poena damni est. [in tenebras ex.] Hæc est poena sensus.

Sapien. 16.

Psalm. 106.

Deuter. 28.

Roma. 4.

Simon de Cassia. [Centurio.] Iussit enim Cæsar, vt pacis gratia, vbiq; essent cohortes, cum Centurionibus, huic erat seruus prætiosus, propter seruitium studiosum. At tunc noster homo paralyticus iacet, cum vita nostra actiua non regitur legis mandato, sed pessimæ voluntatis arbitrio. Nulla enim morum maior dissolutio, quam cum fit, non quod licet: sed quod libet. Malè vero torquetur, cum etiam si vita nostra videatur.

Ecclesia. 1.

Pri. Tho. M tur

Lucæ. 8. Ioan. 3. Ioannis. 11.

Isaiæ. 2. Ioannis. 10.

Ioannis. 11.

tur quiescere, omnia tamen sunt vanitas & afflictio spiritus. Et erat moriturus, quia cūsta nostra actio tendit in mortem, nisi Christus, qui est vita, à morte liberasset. Pretiosus vero erat, quia nihil est adeo hominibus pretiosum, quam propriam implere voluntatem. [seniores.] Iam utriusq; populi unitas designabatur, & significatum est, quod gens Hebræa erat diligenda à gentibus. [non sum dignus.] Quid enim indignius, quam gentiliter viuere? [non inueni.] Miratur fidem, quam ipse dederat, sed miratur more hominum. [multi ab Oriente.] Dicitur enim erat, ab Oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. [recumbent.] Vel in mensa ecclesiæ, omni charismatum copia plena, vel in mensa gloriæ. Merito vero hi tres Abraham, Isaac, Iacob, memorantur, quia peregrini fuerunt, Deo crediderunt, & varias tribulationes sustinuerunt. [in tenebras exite.] Merito quidem, siquidem delectati sunt in rebus exterioribus, vel tenebris exterioribus, quia non habuerunt lucem interiorem, ergo patientur, fletum contra voluptates: stridorem, cōtra superbiam.

Genesi. 2. [Sed nota illud. [ego homo sum.] Igitur ad imaginem Dei conditus. Igitur memor erit eius Deus, si memor, debet ei innotescere, dicit enim quid est homo, quia innotuisti ei: quare Deus eum visitabit, & apponet erga eum cor suum. Sed à contrario, si homo, ergo mortalis, ex quo peccauit, morte morietur, & ut Iob dicit, replebitur multis miserijs, & quia non intellexit, comparatur iumentis: imo sociabitur dæmonibus. Cur igitur memor est eius Deus? Sed iterum rem hanc considera, homo sum, rationem igitur eius, habeat Deus, iam factus homo.

Hugo Cardina. [accessit Centurio.] Per fidem, non per corporalem accessum. [puer meus.] Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem tracta. [iacet in domo.] Contra eos qui seruos infirmos ad hospitalia rejiciunt. [sub lectum meum.] Non in palatia mea. Ve enim qui ædificant domos in iniustitia, & cænacula sua non in iudicio, & reliqua. [ego homo sum sub potest.] Non de dignatur dicere, se habere superiorem. [tantam fidem.] Excludit eos, ad quos loquebatur. [cum Isaac.] Quia ad hos tres specialiter facta est promissio de verbo incarnando. [stridor dentium.] Propter frigus, transibunt enim ab aquis nium, ad calorem nimum. [Moraliter, In Capharnaū, idest, villa pinguedinis iacet paralyticus, quia in pingue-

dine temporali, est dissolutio, ita dicit, in Hierem. omni loco frondoso prosternebaris meretrix. Porro tunc Dominus in Capharnaum ingreditur, cum timorem auditoribus incutit. Exeat ergo tunc prælatus dicens, puer meus iacet in conuersatione seculari, idest, in domo, de qua dicitur, percutiam domum hiemalem, & domum estiualem, & peribūt domus eburnæ, idest, omnes delicia. [ego veniam.] Contra curatos, qui pauperes fastidiunt, diuitibus se ingerunt. [sub potestate.] Cur ergo religiosi quærunt exemptiones à superiori. Certè bonum fac, & non timebis potestatem. [habens sub me.] Cur ergo tam anxius es de seruo? quia curati de qualibet ouicula reddent rationem.

Caietanus. [admiratus.] Non ex scientia Diuina, aut infusa: sed ex scientia experimentalis, qua erat ei aliquid ignotum. [non inueni.] Ex tempore quo prædicabat, & fructum suæ prædicationis quærebat, id enim indicat verbum illud, inueni. Alioqui maior fuerat fides Baptistæ, vel secundo dicitur maior fides cōparatiuè. Compara enim Gentilem, militem, ex fama tantum Ioanni sanctificato in utero, filio sacerdotis, eremite, conuersato cum Spiritu sancto. [tenebras ex.] Tenebræ interiores sunt tenebræ animi. At exteriores sunt infernus, qui creditur locus esse sine luce. Porro per tenebras, fletum, stridorem, perfectum penarū numerum intelligit. At non est futura in inferno lachrymarum resolutio, sed per nota, ignota declarantur.

Diuus Bonauentura. Hoc miraculum factum est in Capharnaum, ubi solebat virtutes multas facere. Erat quippe in confinio gentium, & ideo curabat, duas gentes in vnum condere. [tantam fidem.] Quo ad reuerentiam exterioriorem. [sanatus est puer.] Velociter siquidem currit sermo eius. Aduerte quod hic infirmus seruus erat, qui enim facit peccatum, seruus est peccati. A quo enim quis superatur, eius seruus efficitur, ut Petrus dicit. Nota quod præmittit Centurio seniores Iudæorum, quia Gentiles per Apostolos sunt conuersi. [Nota hic significari curationem peccatoris. In qua primū interuenit cognitio peccati. Iuxta illud, vide vias tuas & scito quid feceris, & postquā ostendisti mihi, percussi femur meum. Secundò interuenit auctoritas seniorum, idest, Apostolorum, quibus datæ sunt clauæ regni cœlorum, & item. Orabit pro eo sacerdos, & remittetur ei. Tertiò, aduentus gra-

Lucæ. 1.

Iacobi. 4.
Psalm. 137.

Psalm. 21.

tia, quæ sunt viscera misericordiæ, in quibus Deus nos visitat, sed hæc non venit nisi in humiles, humilibus enim dat gratiam, & in Psalmo humiles spiritu saluabit, & Zacheo pusillo dicitur, hodie in domo tua manebo.

Dionysius Cartusius. [non inueni tantam fidem in Israel.] Idest, in maxima eius parte, sicut habet intelligi illud, consolantem me quæsiui, & non inueni, vel secundo, tantam fidem, idest, tam præclaram fidei confessionem. [Sed dubium est, quomodo sancti dixerunt, maiorem esse Ecclesiæ fidem quam Iudæorum, siquidem primitiua Ecclesia ex Iudæis fuit?] Respondet, quod fides Ecclesiæ est maior, quia ad Ecclesiam nostram pertinent omnes baptizati etiam Iudæi. Item maior est fides gentium, numero. [admiratus.] Quantum ad apparentiam, & nostram instructionem, ut sciamus, quæ debeat mus admirari.

Glossa interli. [ego veniam.] Scilicet virtute. [dic verbo.] Magna fides, qui dicere verbo, credidit esse facere. [admiratus est.] Docuit, quod de his oportet mirari. [ut credidisti.] Cuiq; fit ut credit.

Lyranus. [admiratus est.] Non scientia Diuina: nec beatifica: nec infusa: sed experimentalis. [tenebras exteriores.] Licet in inferno erit ignis, non lucebit tamen, præ fumo & caligine. [stridor.] Erit verus ex magno dolore.

Ex hac sacra historia intulit Augustinus. ut habetur. 23. quæstio. 1. capitul. noli, quod licent Christianis arma. In his enim fuit Dauid & multi patres antiqui in his & Centurio à Domino laudatus. [Intulit etiam, & habetur de Consecra. distin. 2. cap. quotidie, non esse malum aliquando abstinere à sacra communione sicut nec malum est quotidie communicare. Nec enim pugnaverunt Centurio & Zacheus, ille se indignum reputans Domino, hic vero eum in domū recipiens.]

Et cum venisset Iesus.

D. Hierony. Tangitur manus mulieris, & sanatis eius operibus, peccatorum infirmitas fugit, & quia natura febris est, ut post eam corpora lassescant, ut sanitas monstraretur esse à Deo, illa quæ febrierat ministrabat. [vespere.] Non mane nec meridie curantur infirmi, sed vespere: quando Sol occubiturus est, idest, quando granum in terra moriturum est, ut multum fructum afferat.

Ioannis. 12

Diuus Ambrosius. libr. 4. in Lucam. Fortasse in typo illius focus Symonis caro nostra languebat, nec enim minorem febrem amoris, quam caloris dixerim, hæc enim corpus, illa animum inflammat, febris planè est libido, de qua dicitur melius est nubere quàm vri, febris etiam iracundia, &c.

Diuus Chrysostomus. Homi. 28. [venit in domum Simonis.] Videlicet ad edendum, quod innuitur, cum dicit, & focus ministrabat. At Petrus licet soerum haberet febrientem, non tamen interpellat Dominum prædicantem; sed ipse Dominus, iacentem soerum vidit. Tanta erat Petri ad Iesum reuerentia. Attende etiam Dominum intrasse in vilem casam Petri piscatoris. A deo humanam magnificentiam respuit. [ministrabat.] Ut omnis focus repelleretur. Sicut non solum sedat ventos, sed facit magnam tranquillitatem. Virtutis diuinæ hæc demonstratio est. Attende etiam hanc soerum curatam ex fide aliena. [vespere.] Quanta erat audiētium fides, ut nec tempore cogente, discederent, nec importunos se esse putabant. Quanta verò hominum multitudo vnico ictu curata est? [agrotationes nostras.] Si de peccatis hunc locum intelligi velis, innuit tibi Isaïas, quod langueres corporis, ex peccatis nascantur, mors enim quæ caput est peccatorum, ex peccato nata est.

Diuus Hilarius Cano. 7. focus Petri est omnis infidelitatis affectio vitiosa, quæ velut nupsit libertati voluntatis. At ingressu Domini in Petri domum, idest in carnem, curatur infidelitas, peccatorum calore exstians. Nam primus Petrus credidit, & Apostolatus est princeps. Et quod in eo ante languebat, Dei verbo conualescens, ministerio, tanquam publicæ salutis operatum est. Porro diximus infidelitatem fuisse Petri soerum, quia donec Petrus credidit, voluntatis suæ seruitio detinebatur. [vespere.] Cōkursus eorum qui vespere sanatur, denotauit, per passionem corporis Christi, infirmitates humanas absorbendas.

V. Beda. libr. 2. in Lucam cap. 14. Fœmina febricitans, caro est concupiscentiæ feruore correpta, quam rogatus Dominus sanat, aliquando vero sanabat non rogatus: ita profectò aliquando sanat quæ nos intelligimus, aliquando & quæ non intelligimus, & pro quibus non rogamus, iuxta illud, ab occultis meis munda me. [ministrabat.] Ut mēbra quæ exhibuimus iniustitiæ, ministrent sanctitati. [vespere.] Solis occubitus, fuit passio eius.

1. Corin. 7.

Psalm. 18.

Roma. 6.

Pri. Tho. M 3 qui

Psal. 67.

qui dixit, quandiu sum in mundo lux sum mundi, qua occidente plures sanantur quã ante. Ita in Psal. dicitur, facite iter ei, quia scẽdit super occasum. Id est, prædicatores facite iter Christo, qui post occasum suum ascendit & creuit.

Leuitici. 18

Euthymius. [egrotationes.] Isaias de peccatis intellexit, quomodo ergo Matthæus de ægrotationibus corporalibus loquutus est? Primò quia languores corporales sunt reatus peccatorum. Secundò quia Christus portauit peccata nostra, sicut hyrcus ille qui populi peccata portabat. Tertiò ipsi languores vt nati ex peccato, peccata dicuntur.

2. Corin. 2.

Rupertus libr. 7. Domus Petri, Ecclesia est. In hac iacet focrus, id est, quælibet anima Christiana, quæ spiritum amittet nisi curetur, Quod vero Dominus rogatur, indicat, fideles debere confirmare charitatem in languem animam. Quod Dominus stas imperet febrim, indicat, quod Dominus terribilis iudicij comminatione, affectum peccandi cessare facit. Itaq; febricitare in cuiusuis manu situm est, sed surgere non nisi in manu medici. Quod Dominus tangit, significat, quod Dominus dat virtutem vt infelix homo, qui tenetur captiuus sub corpore mortis, sanetur per gratiam Christi. [egrotationes nostras accepit.] Id est, pro eis vulneratus est, & sensus Euangelistæ est, quod curationem animarum, à curatione corporum inchoauit. Primum enim medicus debuit per hæc miracula declarari, quam animas curaret.

D. Thomas. Socrus Petri Synagoga est, laborans febre inuidiæ. Est etiam anima. Reliqua consentit Chrysostomo. [obtulerunt et demoniacos.] Id est, peccates ex malicia. [male habentes.] Id est, peccantes ex ignorantia, & tunc quadrat locus Isaiæ, intelligētis per ægrotationes maiora peccata, &c.

Simon de Cassia. libr. 5. capi. 9. Socrus est Synagoga, & est natura humana. Moraliter tamen est fides. Cuius filia, id est, dilectio: nuplit Petro. Fides verò magnis febribus, id est, magnis dubijs & persequutionibus agitur: imo nunc varijs hominum vicijs commouetur. Saltem in imperitis, cum tot vicia vidēt in eruditioribus. Venit vero Christus in domum Petri, id est, ecclesiam, quæ est domus Simonis, id est, obediētiz, ibi rogatus sanatur, quia preces aliorum valent ad peccati remissionem, nõ verò ad gloriæ assequutionem. Accedit verò rogatus & volens, nisi enim vellet, nõ rogaretur. Porro ad socrum accedit corpore, stat deitate: accedit voluntate, stat effi-

ca. Tangit manum. O benignitas. Conferuntur manus Dei & hominis: iusti, peccatoris: medici, infirmi. Porro per manum potentia significatur, vt Psal. 143. Emitte manum tuã de alto. Igitur opus nostrum semper est infirmum, nisi manui Dei conferatur, & etiã beneficium Dei cõualefcit, si ei quod homo potest iungatur. [sanata est febris.] Solius diuinæ potentia est, vt vitium, quod sibi anima in sedem delegerat, ab anima eiiciatur. [ministrabat.] Nõ igitur beneficiũ ociosè accepit, venit statim vt Christo pauperi, & eius collegio ministraret, non ergo quæsiuit blãditias mulier ista sibi, si vis scire in quo ministrabis, docet Petrus, vos autẽ omnẽ curam sub inferetes, &c. [vespere.] Rectè quidem, quia post mortẽ & per mortẽ Christi curamur, & etiã rectè, quia cum terrena prosperitas obscuratur, tempus est percipiendæ salutis. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum. [infirmi sunt.] A quibus sanctitatis virtus absceisit. Tenentur varijs languoribus, id est, amoribus, nihil enim adeo lægescere animam facit, quã variarum rerum affectio. Dæmoniaci, sunt contumaces. Congregatur ad ianuam, id est, ad Ecclesiã. [portat.] Dominus mala nostra, quia sustinet ea, vt curet. Clamantia dæmonia tacere iubentur, ne detur iactantiæ ingressus, & ne daretur occasio plebi credendi dæmonijs, & etiã quia nõ est necessaria prædicatio dæmonũ vbi est claritas miraculorum, & itẽ ne superborum bonam æstimemus, demum ostendit non sibi place re malorum hominum, bonam doctrinam.

Hugo Cardi. Domus Petri cõscientia est, focrus, caro, concupiscentiæ mater, cum qua Petrus frequẽter copulatur, febricitat caro, quando vicijs ardet. Curatur per manũ, aarus, per manum elemosynæ, libidinosus, ieiunio, &c. Sanata verò caro ministrat spiritui. [eijciat spiritus verbo.] Non verbis. Omnia enim prædicatorum verba, ab vno verbo habent eiiciendi dæmonia efficaciam. Hinc multi eiiciunt parum dæmonia, quia hoc verbum nõ curant, de quo dictũ est, nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. [ægrotationes.] Id est, peccata, quæ eũ ægrotantẽ fecerunt in cruce, vnde Petrus, peccata nostra portauit in ligno, & de Aaron dicitur quod portauerit peccata eorum, qui obtulerunt Domino.

Caietanus. Sanatio socrus Simonis facta videtur in Bethsaida vbi erat domus Petri. [ægrota.] Repræhendit Porphyrius Matthæum, quod Isaiã nõ intellexerit, hic enim de pec-

de peccatis intellexit, Matthæus de corpora libus languoribus. At vero Isaias intellexit de Christo in passione cõstituto. Quod ipse verè, & non fama fallaci infirmitates corporales sanauerit, & nihilominus Iudæi, in quorum persona loquebatur propheta, estimauerunt eum vt leprosum, & peccatorẽ. Huic sensui videtur obstare quod textus dicit, languores ipse portauit, & non dicit ipse curauit. Sed Christus adeo facile sanabat, sicut si infirmũ ex vno, in aliũ locum asportaret.

Vidēs autem Iesus Turbas.

D. Hierony. Si hic scriba dixisset, Dominus sequar te, non fuisset repulsus, at quia dixit, Magister sequar te, credens Christũ esse vnũ ex alijs magistris, ideo repellitur: & audit, vulpes foueas habent, quia videlicet scriba hic, lucra ex miraculis quærebat, sicut Magus ille Simon. At Dominus. Quid me quæris, cũ adeo pauper sim, vt nec hospitio habeam? [alius autem.] Hic nõ dicit magister, sed Domine, & propter pietatẽ patrẽ suũ sepelire desiderat. [sine mortuos.] Nã mortuus est qui non credit, nos igitur ne curemus mortuos, ne si curauerimus, ipsi moriamur.

D. August. in. q. Euãgelicis super Matth. q. 5. Hic Scriba repellitur, quia propter iactantiam sequi volebat Christũ, quæ iactantia significabatur in aibus. Tum simulatè volebat Christũ sequi, quod denotatur in vulpibus. Dominus verò suã humilitatẽ ostendit dicẽs, non se habere vbi caput reclinet. Idẽ de verbis domi. ser. 7. Quid tã propriũ, quã sequar te, quocunq; ieris? Cur ergo tam proprius discipulus reijcitur? quia quæ sua sunt quærebat, eratq; de illis, qui dicunt Domine Domine. Igitur õ scriba vulpes in corde tuo simulato, & aues in corde tuo elato habent nidos suos: non verò filius hominis. Ad aliũ verò tacentẽ, nihilq; promittentẽ, dicit, sequere me, quia quantum in hoc videt boni, tantum in illo mali. Ideo nolenti sequi, dicit, sequere me. Paratũ tamen respuit. Quid ergo Domine molestus es ei, qui te sequi nõ vult? Certè fides omnes inuitat ad veniendũ, quosdam tamẽ pietas in parentes auocat. At Dominus in eo quem ad Euangeliũ parat, nullam excusationẽ admittit paternæ pietatis. Quid ergo Domine tu reprehendis Pharisæos, qui parentes (gratia voti in templum) despiciebat? an nõ Paulus iubet parentes primo loco honorari? Certè, sed est locus, tempus, res, honorandus pater: sed præponendus

Matth. 7.

Deus. Ordinate, inquit, in me charitatem, & mater illa sancta, parere vos potui, formare non potui. Ex his colligitur, eos Dominum vocasse, quos voluit, vt electio ex gratia sit, non ex iustitia, nisi enim Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuisset. Idem libr. de duabus naturis. c. 2. [sine mortuos.] Id est, peccantes, iuxta illud, vidua quæ in delicijs est, vinens mortua est. Idẽ lib. 2. cõtra Petilia. c. 7. arguebat Petilianus. Si baptizans est in peccato mortuus, igitur nõ viuificat, sed sepelit baptizatũ. Aug. respõdet, nõ esse hominẽ solũ qui baptizat, sed Deũ.

D. Ambrosi. lib. 7. in. c. 9. Lucẽ. Dominus non obsequiorum speciem, sed puritatẽ spectat affectus, puerum vult esse quẽ recipit, & simplicẽ sine arrogantia. At heretici, quia domum amiserunt ecclesiæ, ideo foueas habent, vt inde gallinæ, id est, Christo insidias parent, Christus enim vt gallina congregat pullos. Jam sicut vulpes nunquam mansuescit, ita nec hereticus conuertitur, est enim proprio iudicio damnatus. Ideo dicitur. Capite nobis vulpes paruas, ne demoliantur vineam Christi. Eleganter Sanson vulpiũ caudis faces ligari iussit, significans debitum hæreticorum finẽ, esse incẽdium. Volucres cœli diaboli frequenter dicuntur, & ij qui eos imitantur, in his nõ reclinat Christus caput. Caput Christi Deus, qui vbi mẽtem probaret innoxiam, super ipsam quodammodo, vim suã Diuinitatis reclinat, bonorum enim fons, bonorum peccatoribus inferitur. Vt igitur, videas quod innocentes eliguntur, ecce Dominus vocat aliũ, ille verò mortuum patrem sepelire vult, at dictum est, obliuiscere domũ patris tui. Quid ergo humandi ne officium vetat? Certè, quia humana sunt Diuinitis postponenda, partiuntur enim affectũ, & minuunt profectũ, & ideo Apostoli di-

conos inlittuunt, ne à prædicatione impediãtur, & prohibentur ne in via quẽquã salutet, non quod displiceant hæc beneuolentiæ officia, sed quia illa magis placeãt. [sine mortuos.] Est mors corporis, quæ mors non est timenda fortibus, est desiderãda sapientibus, expectanda miseris, iuxta illud, desiderabũt mortẽ, & fugier ab eis, est altera mors à peccatis, hanc obimus cõsepulti per baptismum cum Christo in mortẽ, de qua Balaam. Morietur inquit anima mea morte iustorum. Est tertia mors, cũ Christus vita nostra nescitur, vita enim est, vt cognoscant te & Christum. Verũ est, quod eius cognitio hic in vmbra est, in cœlo tamen erit lux, dicitur enim spiritus

Pri. Tho. M 4 nosser

Threno. 4. noster Christus, in eius umbra viuemus, & in umbra alarū eius cupit esse David. Quod si tua Domine tā dulcis est umbra, quid erit veritas? nunc vita nostra abscondita est cum Christo, sed tūc apparebimus similes ei. Ad illā ergo vitā festinemus, siquidē hęc nostra ad mortē festinat, & peccādi periculis est anexa. Vel sine mortuos, nō patris officium impeditur, sed fidelis ab infideli secernitur. Indignū enim est, vt qui Christū in se per fidem sepeliunt, in se etiā diabolum sepeliāt.

Matt. 13. D. Grego. lib. mora. 19. c. 1. Volueres cœli dæmones sunt, qui semen in terra iactū comedunt, hi in superba mente habēt nidum suum volaronem, cum dixerunt, ascendam super aquilonem, & volare docuerunt, dicentes, eritis sicut dii. Idem lib. 7. c. 17. Cadunt in rete, qui terrena cōcupiscunt, cadūt etiā, qui cum terrena despexerint, gloriā quærūt humanā cadūt etiā, qui etiā si gloriā vanā contēpserint, amore tñ propinquorum tenētur. Vt hic de quo sermo est. Nō licet igitur homini deuoto ex carnali affectu patrē suū humare, cū ex affectu diuino etiā extraneos humare debeat, sicut dicit illud, qui nō odit patrē & matrē nō pōt meus esse discipulus. Ita verō odire iubemur patrem, sicut & animam nostram. Quam tunc odimus, quando quicquid est impedimento eundi ad cœlū, refecamus, similiter ergo patrem. Ita igitur per amorē odium surgat, vt potius per odiū

Lucæ. 14. rectē eos amemus. Sicut dicit Moyses, qui dixerit patri suo & matri nescio vos, &c. Si qui dē vaccæ quæ ferebant arcā Dñi, recto itinere ibant, mugietes, propter vitulos quos reliquerāt reclusos. Ita viri sancti propter pignora quæ amant mugiūt, sed nō reflectunt, lob amissis filijs, mugiit, sed à via non deflexit.

Deuter. 33. D. Chryso. homi. 28. [videns turbas.] Dominus fugiebat turbas, tū fugiēs ostentationē: tum inuidiæ occasionē à Iudeis amputās at turbæ eū sequebātur, quis enim eum non arderet? erat insignis edendis mirabilis, pulcherrimus aspectu, speciosus, scilicet, forma.

1. Regū. 6. Quod si dictū etiā sit, non erat ei species, vel ad tēpus passionis referendū est, aut quia tenui victu utebatur. Nā si Moy si vultus splendebat, & Stephano erat facies quasi Angeli, quid credis de facie domini? [magister sequar te.] Quid ais, an non tibi satis est, si sequaris sicut & alij? sanē Pharisei id habent, nō contenti moribus aliorū, singularitatē cupiunt. [vulpes foveas.] Aperit ei Dominus, quod eius cor pecuniæ auidum cognoscat, vt sic respiscat. Non ergo eum abiecit, sed modum

mostrauit, quo sequeretur eum si vellet. Vi de verō quā Dominus respondeat potius ad interrogantis mentē, quā ad verba, vt cum ille alius dixit, magister bone, quasi eum assentatione demulceret, at Dominus. Quid me, inquit, dicis bonū. Iterum attende, non dixit Dominus, ego multa habere possum, contēno tamē, sed dicit, filius hominis non habet, vt vbiq; humilitatem seruet. Alteri verō cuius bonam nouerat mentem, dicit se quere me, sciebat planē, quod ei esset pater mortuus, at etiam sciebat, quod mortuū poterāt alij sepelire, ideo filius venire iubetur, ne à melioribus auocetur, videtur enim pater ille infidelis, fidelis filij, dicit enim sine mortui, mortuos suos sepeliant. Quod si miraris cur adolescens in re necessaria & honesta consilium petierit, mirabilius erit, quod negata licentia, permanserit, an non laudandus fuit? Porro quo supplicio dignus est, qui nunquam cœlesti doctrina incumbit, quando hic, ab officio tā necessario, & quod tam breui perageretur, propter cœlestē doctrinā auocatur. Tum eripitur à mille laboribus, à dolore, scilicet, nimio, à testamēti turba, ab hæreditate, à licibus, & forte si hæreditatē tēporalē adijisset, negociorū vndis iactatus, eternā amississet. Dices, durū fuit patris extremo officio non adesse? Durū ergo tibi videatur, quod amici nolūt mortē parētum filijs statim renūciare, sed post aliquot dies, cū dolor min⁹ tāget cor, lauda ergo Christū qui iuuenē auocauit, ne in anima tāgeretur. Notat etiam Dñs eos qui in peccato iacent mortuos esse, clausos siquidē habent oculos, ne cœlū videant, vermibus passionū roduntur, mole peccatorū velut lapide clauduntur, si videre liceret animā peccato tabidā, meli⁹ iudicares esse in sepulchro, quā in peccato.

D. Basilij de cōsti. monast. c. 21. [sine mortuos.] Huic inquit videtur cōtrariū quod dicitur, appropinquis carnis tuæ ne auertaris, & rursum, qui suorū & maximē domesticorū, &c. Sed cōtrarium nō est, quia locus hic Domini applicatur monachis, qui mundo mortui sunt, à parentibus fratribus & omnibus liberis, imo sacrilegē faciūt, si hisce rebus immisceantur, totos enim se Deo sacrarunt, nihil ergo iam cum mundo habent.

D. Hilarius cano. 7. [sequar te.] Cur interrogas, siquidem ex tua lege scis eum esse sequendū? sed quia es in nauim cum Christo intraturus, ideo maris pericula times. Respōsio igitur Christi tuam aperit diffidentiam. Nam pseudoprophetæ & dæmones habent

Matthæi

vbi quiescant, at Christus vix inuenit vbi quiescat. Plures siquidem inuitantur ad nauis ingressum, vt in illis quiesceret, at maris periculorum metu, pauci intrant. [permitte me sepelire.] In hoc discipulo iam credente, Ecclesia significatur, cui dicitur, quod ei sit vnus pater in cælis. Quo ostēditur, perfectā fidem nulla religione, in alterum secularis officij causa esse deuinctam, non ergo negat officium in patrem, sed admonet memorijs sanctorū, mortuos infideles miscendos nō esse, & itē mortuos esse qui extra Deū viuunt.

Rupertus libr. 7. [iussit ire transfretum.] Id nec dictum est turbis, nec solis discipulis, sed indefinitē, indicans, non iuberi turbis vt transfretum curarum in secessum monachatus sese abscondant, hoc enim consilium est non præceptum. Iam in monachatus assumptione occurrit fortis ille pharisæus, dicens: sequar te, & primum, pharisæismum re dolet, quod Christum vocarit Magistrum, ita enim pharisæi Christum nominabant, cum tamen, qui Christum amant Dominū vocent. Secundo, quantæ fuit præsumptionis dicere, sequar te quo. ie. pharisæi orat, nimium de sua iustitia & viribus cōfidere. Ita dicit Petrus. Quare non possum te sequi, at verō hic dicit ex dilectione: ille enim ex præsumptione. Porro Dñs etiam renitentes ferē ad se inuitat, vt hunc discipulum quem nec vt patrem sepeliret, ire concessit.

Diuus Bernardus in declarationibus. [sine mortuos.] Igitur celeriter occurrēdum est vocationi cælesti: nam qui vocatum à Deo reuocant, dicētes, caue tibi, diu cōsidera, &c. sapientia vulpium habent, & elationem volucrum. Si enim tibi latus exurit, quid consulere oportet, an non est ex Deo renuntiare seculo?

Diuus Thomas. Dominus notat primum pharisæum, doli, elationis, infidelitatis. Secū dus verō petit vt sepeliat patrem. Vt Eliseus petit facultatem ad renūciandum Patri. Habes ergo ex hoc quatuor documenta, primū Quivocatus est ad perfectionē patrē carnalē non cognoscat, inordinato affectu, vnus est enim Pater vester, secundū. Fidelium affectus rotahat ab infidelibus: hos enim odire oportet, qui avertunt à Deo, tertiū. Infidelium memoria non est faciēda inter sanctos, quātū. Quæ extra Christum viuunt, mortuos est.

Simon de Casia lib. 9. c. 16. Venit ad nos Christus meliore sorte quā Adā, militiā igitur factururus, milites quærūt, adest scriba, pollicetur se facturum cuncta: vtinam & nos sic

9. Reg. 19

Matthæi 3

Lucæ. 14

sed non erat ei intentio recta & iuxta Christum, intendentē suis dare cælestia, non terrena præmia. Deus enim ipse, & æternus, non nisi æterna præmia erat daturus, non ergo decipere vult, nec recipere eū qui ab eo temporalia expectat. Si quidem & ipse pauperem vitam ducebat, egenus factus propter nos, demum scriba repellitur, qui ararū est, vt sapientia carnis imbutus humilis Christi vestigia in humilitate sequatur. [sine mortuos.] Nō erat huius pater iam mortuus, sed senex, ideo filius quærebat ei seruire donec moreretur, at nemo Iesum sequitur sine sancto odio propinquorū. Præponendus enim Deus, Pater omnium. Pater noster ad vitam. Redemptor sanguine & morte sua. Iam cum clamat vox regis, ab omni alio negotio absoluit. Sic cum Christus vocat præcepto aut consilio, ab omni alio negotio liberum facit siquidem de Christo Pater dicit, hic est filius meus, ipsum audite, omnis igitur autoritas in Christi vocatione consistit. Summi est cōsiliij Christum sequi, ars artium est.

2. Cor. 8

Matthæi. 4

Lucæ. 19

Hugo. Iesus semper fugit turbas, Ioan. 5. declinauit a turba, Matth. 9. eiecit turba intrat domum, &c. Turba hæc est multitudo negociorum, præ quibus Zacheus videre nequit Christum. [non habet vbi rec.] fuit pauper ad literam redijt enim in Bethaniam ex Ierusalem, quia non inuenit, qui eum inuiteret, pauper fit in ingressu, pauperior in progressu, pauperrimus in egressu.

Caietanus. Scriba hic non dignatur discipulus esse Christi, sed comes, non enim dicit, docebor à te, sed sequar te. Responsio verō est ad animū luca quærētē. [filius hominis Filiū hominis se vocabat, humilitate. Licet alij eū vocarēt filiū Dei: veritate, quia futuri erant dicētes, Christū esse phantasma: appropriation. Quia solus ipse rotus deditus est homini, venit enim vt se & animam suam daret pro homine. Ergo vt filius mortis dicit qui destinatus est morti, ita fili⁹ hominis homini dicatus. [sine mortuos.] Nō erat pater illi mortu⁹ sed senex, at Dñs, sine vt qui hęc tēporalia & mortalia curāt, de his tractēt: tu verō æternā cura, quorū studio dicatus es, vt proportio sit eurantis, & quod curatur.

Et ascendente eo in nauic.

D. Hierony. [ipse dormiebat.] Huius signi typum, in Iona legimus, quando cæteris periclitantib⁹, ipse dormiebat securus: ita Christus sacramento passionis sue liberat eos qui naufragatur. [tranquillitas magna] Ois enim

To. primus, M 5 crea

creatura sentit creatorem suum: non errore hæreticorum, putantium omnia esse anima: sed maiestate conditoris, cui sentiunt, quæ non sentiunt nobis. [qualis est hic.] Nō mirabatur discipuli, sed reliqui uauē, quod si etiam discipuli mirabatur, recte dicti sunt homines, qui conditoris potentiam nōdum sentiebant.

Diuus Augustinus in libro notho, de essentia animæ. [dormiebat.] Dormire Dei primo, est in cruce mori, qui somnus dicitur illi dulcis. Secundo dormit Deus in nobis, quando rerum temporalium successu non vigilamus. Tertio dormit, cū non subuenit. ¶ Idem in sermo. 221. de tempore. Nauigamus in hac vita, quasi per quoddam stagnū: procellæ tentationum nō defunt, vnde hoc? quia dormit in te Christus, quia scilicet, fides tua de Iesu, in corde tuo sopita est, excita Iesum excita fidem, & hæc fides imperabit ventis & mari.

¶ Idem Dominica tertia post octauas Epiphæ. Ecclesia nauis signum habet, & etiam animatus. Audisti conuicium, ventus est, ira sceris, fluctus est. Vindicare voluisti, naufragiū fecisti. Cur? quia dormit in te Christus: id est, quia es oblitus Christi. Euigilet ergo in te, considera illum: ille noluit vindicari, igitur cur ego vindicabor? & forsā ante vindictam moriar, nec suscipiat ab eo qui dixit, si non dimittis, nec pater dimittet vobis. Ita imperabit ventis, & fiet in te tranquillitas. Cur enim venti & mare ei obediant, tu verò non obedias? Si omnia per ipsum facta sunt, & tu similiter. Et quod de hac tentatione dictum est, debet similiter de alijs dici.

Diuus Ambrosius capi. 2. in Lucam lib. 6. Tempestas oritur etiam Apostolis, quia sine tētatione esse nemo potest. Siquidē exercitium fidei, tētatio est, excitemus ergo Christum, quia nemini seruit, cui seruiūt omnia. At cur Christus, qui pernoctabat in oratione Dei, nunc dormiat in tempestate? scilicet quia alijs timentibus nihil ille timet. [modica fidei.] qui hæret Christo perire non potest. Imperauit ventis, non Aquilonibus: sed illi, cui dicitur in Epistola Iudæ, Imperet tibi Deus. At nūc cum Christus non dormiat corporali somno, timeamus ne nobis dormiat.

Diuus Chrysosto. homili. 29. Quod discipulos dimissa turba in nauim receperit, honoris fuit: ne ergo superbirent, tempestate eos iactari voluit, vt eos in vtroque magister prudentissimus exerceret. Ad alia miracula

etiam turbæ admittuntur: ad signa terroris, soli discipuli. Ille verò dormiebat super cervicali, vt videas simplicitatem. [Domine salua nos.] Peruenerunt ad extremam desperationem, vt signū maius videretur, & ideo dormit, vt eos timor inuadat, quos si vigilaret, tutos reddidisset. [modica fidei.] Non reprehendit eos coram turba, ne ab ea despicerentur, sed solos, vt mitigatis fluctibus animorū, mitigaret etiam fluctus marinos. Dices, cur vocat eos modicæ fidei, siquidem ad eum in angustia recurrebant? quia vigilantem credebant seruaturum, non dormientem. [qualis est hic?] Quia dormit, homo est, sed sedati fluctus, eum Deum esse clamant, licet enim Moses mare sedasset, sedauit tamē precibus ad Deum fusis, at Christus solo iussu, sicut enim de Patre dicitur, dixit, & sterit spiritus procellarum: ita fecit & Christus.

Author in nominatus homili. 23. Mira ratio, ascendit ad nauigandum, qui totum mundum gubernat: dormit, quia sua vigilia omnia seruat, & qui non dormit, neque dormitat, scilicet, vt veritatem susceptæ naturæ demonstraret. Discipuli verò dicunt, quod olim Dauid, Exurge, quare obdormis Domine? Mare tunc obtemperat, vt olim, Cū viderunt te aquæ Deus & timuerunt, & itē, Tu dominaris potestati maris, & motū fluctuum eius tu mitigas.

¶ Allegoricè, nauis Ecclesia est quæ facta est quasi nauis institoris de longè portans panem. De naue hac dictum, non inueniri viā nauis in mari: siquidem conuersatio nostra in cælis est, non in mari huius mundi, recte enim mundus mare dicitur, de quo in psalmo asseritur, hoc mare magnum, &c. Venti sunt dæmones. Dormit Christus, vt suos probet, excitatur deuota fide sanctorum, & eorum oratione frequenti: vt increpet spiritus nequam, & ita in pace quiescamus. Admiratio hominum confessio fidelium est.

¶ Alia nauis est seculi, contra quam Isaias capit. 2. & 33.

Diuus Hilarius cano. 8. [modica fidei.] Perpetuam reprehensionem dimisit nobis Dominus, nullus enim deberet esse metus motuum secularium, apud eum in quo fides Christi inuigilat.

Vene. Beda li. 3. in Lu. c. 31. nauis crux Christi est, quæ cū Dñs ascendit, in ea dormiuit & Apostolorum fides turbata est, excitatur tamen eorum precibus, ne si diutius in sepulchro maneret, funditus perirent.

At Do

Lucæ. 24

At Dominus increpat diabolū, qui habebat mortis imperiū, excitatus verò Dominus increpat eorum incredulitatem, & dicit, o stulti & tardi corde, &c. Nos igitur si nostrā crucem ascendimus, & charitas in nobis obdormierit, excitemus Christum, vt tranquillos nos reddat. Sanè vbi fides integra est, nulla tempestas est. Petrus siquidem cum infirmus est, & dicit, exi à me, quia peccator sum, tunc nauem habet periclitatam, & nisi à socijs iuuetur, naufragium paritur, & Paulus quia cum infideli Centurione nauigat, ferè perit, at cum Petrus nauigat ducentis cubitis à terra, id est, cum nauigat in perfecta charitate Dei & proximi, non procul à terra viuentium, non periclitatur, sed cum Christo edit, & gaudet.

Rupertus libro septimo, iactatur nauis, vt qui in prosperis gaudent, per aduersa purgentur, qui verò in peccatis sunt, conuertantur, & martyres coronentur. [quid timidi estis.] An non scitis, quod non sinet Dominus virgam impiorum super sortem iustorum, vt in antiquis exemplis ostensum est? [fiet tranquillitas magna.] Tunc maxime, cum exurget in iudium Deus.

Diuus Thomas, factis miraculis in terra, facit etiam in mari, vt se terræ & maris Dominum ostendat. Porro tempestas non est aeris intemperie, sed ex Domini præcepto facta est. Dormit verò, quia semper quod ostendebat Diuinitatem, pariter ostendebat & humanitatem. [modica fidei.] Quia si magnæ fidei essent, ipsi imperare possent etiam mari. [tranquillitas.] Ostensio miraculi est. Siquidem post tempestatem mare non quiescit, nisi ad duos dies, & ideo nauæ mirati sunt.

Simon de Cassia libro quinto, capit. 2. Mare mundus est, Nauis est artificium aliquod Spiritus sancti: quod inhorrescens mare transimus, non enim est naturæ nostræ in mari natæ, opus Dei est. At nauis quam Christus ascendit, aut sua caro fuit, aut Ecclesiæ fides. Dormitio, securitas est. Cum verò malis agitatur, clamamus ad Dominum. Clamarunt enim dum tribularentur, & de necessitatibus eorum, libauit eos. Ad quem verò confugient nisi ad Dominum, siquidem, adiutorium nostrum in nomine Domini, nec enim ad mare confugiendum, à quo periclitamur, indictum nobis bellum cum mūdo est. Certi sumus, quod per multas tribulationes oportet introire in regnum Dei, sed non sunt condi-

Psal. 106

Psal. 123

Actor. 14
Roma. 8

gnæ passiones hæ ad futuram gloriam, imò verò, omne gaudium existimate fratres, cum in variis tentationes incideritis, ne ergo contineantur pericula, per quæ ascendit ad palmam. [Non ad te peritineat.] Imò ad eum solum pertinet, sui enim sumus, & illi perimus, si perire contingat. Iam excitatur Dominus & facile excitatur, quia voluntate dormit: ego, inquit, dormio, sed cor vigilat. Porro excitatur amore & oratione. Vide verò, quod cum frequenter ascenderit in nauem Dominus, at semel tantum dormire dicitur. Excitatur igitur tanquam potens, imperat ventis qui sine eius imperio non mouentur. [Comminatus est.] Quid comminaris bruto elemento? certè, quia significabat mare re homines, qui contra Ecclesiam essent seuituri, qui tamen à nullo alio, quam à Deo frænari poterant, quales sunt reges, & eorum præfecti. Iam sicut mare corripuit Dominus: ita & cor nostrum corripit, quod sicut mare feruet, beatus verò qui à Domino corripitur. Increpationem Domini, ne reprobos, quia ipse vulnerat & sanat. Væ autem si eius increpatione non admittitur, vide Prouer. quinto & decimo quinto. Qui increpationes odit, morietur. Adde, commotio illa maris, significat anxietatem cordis à dæmone excitatam, cuius non est causam inuenire & impugnationem hominum, etiam sine vlla causa, & ratione, sicut mare est sine ratione, & etiam significat peruersam doctrinam, cui solus imperare Deus potest: ne alios corrumpat. [tranquillitas magna.] Id est, imperij Diuini, solus enim Deus potest in hac vita magnā tranquillitatem præstare: in futura verò maximam. Magna sanè tranquillitas est, aduersarium habere subiectum, aut certè ei resistere posse. [qualis est hic?] Est incomprehensibilis ingenijs hominum. Indocti illi credebant Christum esse qualem, cum tamen Deus qualis non sit, nulla enim illi qualitas hæret, totus est substantia. Illi verò quæstioni, qualis est, nullus mortalis ab origine mundi respondere ex integro potest. Respondeat sponsa vtcunque, candidus est inquit dilectus meus & rubicundus electus ex millibus. Hæc illa respondit, rogata, qualis est dilectus tuus o pulcherrima mulierum. Igitur, si substantia Christi quæritur, Deus est latens sub homine, si qualitas, & sapiens, iustus, &c.

Hugo

Jeremi. 31

Matth. 6

Io annis.

Jacobi. 1

1. Timotheus. 4

2. Timotheus. 1

1. Petrus. 1

2. Petrus. 1

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

Matth. ii Hugo Cardina. Nauiſ anima eſt, quæ me diocriter onerata, ſecura incedit, ideſt, ſi cū moderata pœnitentia, iugum enim meum ſuaue eſt, ſi exiguum foramen haber, perit: ideo dicitur, omni cuſtodia cuſtodi cor tuū, & item, Sæpi aurem tuam ſpinis; & noli audire linguam iniquam: & ori tuo facito oſtia: & de oculis dicit, Auerte oculos meos ne videant vanita. & Iob, pepigit, inquit, Fœdus cū oculis meis, vt nec de virgine cogitarem. Hæc eſt nauis Salomonis quæ ex Tharſis afferebat aurum, (Ideſt, ſplendentia opera bona) eſt etiam aurum, quod igne non conſumitur; patientia. Sed væ, quia aurum in ſcoriam verſum eſt, certè in aurichalchum, quod ſonat & videtur aurum, non eſt tamen, ita videtur religio: ſed non eſt. Afferebat etiam nauis illa dentes Elephantis, ſignificantes eloquia Domini caſta, & afferebat ſimias, ideſt, imitationem ſanctorum hominum, iuxta illud, imitatores mei eſtote, & illud, ſecundum exemplar tibi monſtratum in monte. Afferebat demum & patuones, qui ſunt oculis pleni, vt illa animalia de quibus habetur in Ezechiele. Gubernaculū huius nauis eſt ſapiētia, vt dicitur, qui paties eſt, multa gubernatur ſapientia. Remi, ſunt opera, quæ dolēda ſunt, iuxta illud, Quercus Baſan, dolauerunt in remos tuos, velum eſt caſtitas, ibidem. Biſſus varia de Aegypto texta eſt in velum tibi hauritorium eſt confeſſio. In hanc nauim aſcendit Dominus, tunc veniunt venti. Præpara enim ad tentationem animam tuā, ſed excitatur Dominus, quia dicitur, cum tranſieris per aquas tecum ero, Nauis etiam eſt Virgo Maria, in quam cum aſcendit Dominus, facta eſt tranquillitas, quanta nunquam erat viſa. [*inſtabatur.*] Tria ſiunt cū naufragium timetur, exoneratur nauis, dimittitur velum, anchora figitur, exoneratur ergo tu animam per confeſſionem, dimitte velum ſuperbiæ, & arripe æternorum ſpem. [*modica fidei.*] Prius hi increpantur, quam mare, quia ex illorum imbecillitate huius iactatio venit. [*tranquillitas.*] Ita Anna dicit, poſt tempeſtatem tranquillum facis. Caietanus. [*modica fidei.*] Quia non plene cum Deo eſſe credebant

Et cum veniſſet Ieſus.

Diuus Hieronymus. Quid nobis, & tibi

Ieſu fili Dei? Non voluntatis iſta confeſſio eſt; ſed neceſſitatis. Sicut ſeruus qui diu à ſuo Domino abeſt, nihil aliud quam de verberibus deprecatur. Præſentia ergo ſaluatoris; tormenta ſunt dæmonum. Porro ſuſpicari dæmon potuit Chriſtum eſſe filium Dei, quem nemo nouit niſi pater. [*ejice nos in porcos.*] Per interfectionem porcorum parata fuit hominibus ſalus, ideo enim paſtores nuntiauerunt ciuitati. [*rogabant; tranſire.*] Non de ſuperbia, ſed de humilitate fuit iſta precatio. Putabant enim ſe indignos præſentia ſaluatoris. Sicut & Petrus dicens, exi à me Domine.

Diuus Auguſtinus, tracta. ſexto in Epift. Iob. I Ioannis. Petit diabolus facultatem tentandi Iob, & intrandi in porcos (quo ſignificatur diabolum dominari in eos qui porcorum vitam viuūt) & eam concedit Deus: at Paulus petit vt ab eo auferatur ſtimulus carnis, & id nō concedit Deus? Quid ergo exauditur dæmon, & non Paulus? Imò auditur Paulus cum ei datur quod erat ſibi profuturum. Dæmon verò accipit facultatem, alioqui non poſſent rebellare contra regem cæli, ſed potius non auditur, quia licet eorum voluntas facta ſit, potius tamen inde ſunt cruciati, quam ſanati.

Diuus Ambroſius libro. 6. in Lucam. Hi dæmoniacy Gentiles ſignificabāt. Duo enim fuerūt filij Noe, Cham & Iaphet, vnde orti ſunt Gentiles. Hęc gens nuda erat, patens errori, & crimini. Rumpēbat vincula legis nature iam à tempore multo, ideſt, à diluuiō Noe. Erant verò in monumētis, ideſt, in corporibus immundis erant eorum animæ. Agebantur in deſerto virtutum, profugi à lege, à prophetia, à gratia, & ideo non ab vno dæmonio, ſed à multis agebantur. Hi dæmones petunt ne mittantur in abyſſum, quo ſignificauerunt aliquando in abyſſum fore mittendos, quādo eorum impugnatione ceſſabit, mittuntur verò in porcos, in eos videlicet, quibus non ſunt iaciendę margaritę, qui cum ſint rationis expertes, immundis actionibus ſe inquinauerunt: qui impetu feruntur in præceps, nullius ſiquidem meriti contemplatione reuocantur, & ita in aquis huius ſæculi ſuffocantur, intercluſo videlicet tranſitu ſpiritus: quia ſpiritus non tranſit, in hoſ voluptuarios homines. Igitur qui uis ſuę pœnę eſt author, niſi enim vt porcus vixiſſes, non in te diabolus introiſſet. Cur verò paſtores porcorum non eis tulerunt opem? certè quia ſalus non à paſtoribus ſpera

ſperatur, ſed à Chriſto. [*rogabant vt diſcederet.*] Infirmi enim mens ad verbum Dei fatiſcit: ſed cur ſanus non permittitur ire cum Chriſto. Certè vt alijs ſit exemplo. In domum verò ſuam ire iubetur, vt eius mens fiat domus Dei, quæ fuerat tumulus vitiorum.

D. Gregor. lib. 32. Moral. capi. vltim. Dæmon habet poteſtatem, cui nullam terram cōparari poteſt, ſed ſine Chriſti iuſſu, nec in vile animal, ideſt, porcum intrare poteſt. Maior ergo Chriſtus dæmone. Cum verò ita tractet porcos, ideſt, peccatores, oſtenditur, cū quanto hoſte pugnemus. Puluis ſumus, & contra initium viatum Domini militamus, minus ergo de noſtra virtute fidentes, fidamus de Chriſto, qui factus puluis vim pulueri dedit.

D. Chryſoſtomus homili. 29. Dæmones prædicant Chriſti deitatem, vt qui Mare dei tatem Chriſti prædicans, (pbiſ quam imperio Chriſti obediuit) non audiunt, dæmones ſaltem audiant, & ne ad blandiri videantur, hoſtes ſe eſſe dicunt, quid veniſti ante tempus perdere nos? Nec enim præſentiam eius ferre poterant, qua incendebantur. Quod verò rogant ne in abyſſum mittantur ex timore rogant, credentes diem vltimi ſupplicij inſtare, & profectō miraculum eſt, quod qui vincti teneri ab vllo nequebant, nunc Chriſtum præcentur. Porro verſantur in ſe pulchris, vt perſuadeant hominibus, quod animę ſiunt dæmones, quod impoſſibile eſt. Iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt. Iniquorum verò, cum diuite illo detinentur à quo loco ad nos nequeunt remeare. Cur verò mitti in porcos cupiunt? Primum, vt intelligant liberati à dæmone, quantum propterea dolorem dæmones habuerint. Secundò, vt ſciamus dæmones, nec in ſuos habere poteſtatem, niſi permittantur. Tertiò, vt dæmoniacy intelligant, ſe maiora mala paſſuros à dæmone, ſi permitterentur, ea videlicet, quæ porci paſſi ſunt, quos ſi ita occiderunt, quid facerēt hominibus quos ita odio habent? Quarto ſciamus, non ſolum Apoſtolorum, ſed & dæmoniacorum etiam capillos eſſe numeratos. Cur verò præcipitarunt porcos? Quia ſunt amici calamitatum. Sunt verò hi dæmoniacy libidinoſi in ſepulchro luxurię commorantes, nudi aetibus bonis, ferientes ſe ſuis ſcleribus, qui nec minis, nec orationibus vinciri poſſunt, eſt etiam dæmoniacus auarus, & eo peior, audit enim ille verbum Dei quod ei

ſemel dictum eſt: audit hic millies, nec obedire decernit.

Diuus Hilarius canon. 8. Habitabat diabolus in gentibus ex Cham & Iaphet ortis, videns verò Dominum volentem abigere, clamat, ne ei ſedem inuideat, & præcatur, vt patiat ſe habitare in hæretico. Geraſa verò vnde exeunt homines rogantes Ieſum vt diſcedat, Iudæorum erat, qui miraculorum Chriſti magnitudine oppreſſi, rogant vt abeat.

Euthymius. Matthæus dicit duos dæmoniacy. Lucas vnum, qui erat notior, & ſæuior, cui miniſtrabat is de quo meminit Matthæus. [*Ante tempus torquere nos.*] fatentur ſe tractare tyrannice homines, ſed hanc culpam velent puniri poſt diem iudicij. [*mitte nos in porcos.*] Vt domini porcorum hoc damno affecti Chriſtum non ſuſcipiant: & tanto damno afficiantur, vt de eorum malignitatem. [*præcipitati ſunt in aquis.*] Vt morte porcorum confirmaretur exiſſe dæmones. [*vt diſcederet à finibus eorum.*] Erant enim territi, & timēbant, ne ſimili damno afficerentur ipſi, ac porci. Ieſus autem diſceſſit, vt ab indignis, reliquit tamen eis prædicatores eos, ſcilicet, qui erant liberati à dæmonibus, & etiā porcorum paſtores.

Venerabilis Beda. Dæmoniacus eſt populus gentilis, ab initio mundi iacens in errore, nudus ſtolla prima, quam Adam perdidit, non manebat in domo ſua, ideſt, in ſua conſcientia, ſed in monumentis, ideſt, in operibus mortuis quæ ſunt peccata. Procidit coram Ieſu, o veſane Ari, dæmones fatentur Chriſtum eſſe Deum, & tu negas. O veſani Iudæi, dæmones dicunt, nihil nobis & tibi filij Dei: & vos dicitis, in Belzebul eiecit dæmonia. [*ne me torqueas.*] Torquetur dæmon cum ab hominis imperio pellitur: & tanto durius pellitur, quanto diutius dominatus eius fuerat, rumpit verò catenas, quia nullæ leges tenent, eum qui peccandi conſuetudine tenetur. [*legio quia multi erant.*] At in Chriſti Eccleſia omnia ſunt unum, apud dæmonem multitudo, & linguarum confuſio. Porro paſtores porcorum, ideſt, principes infidelium, aliquando mirati ſublimitatem Chriſtianam, eam ſuis prædicant, & ita infideles inueniunt Chriſtianos ſedentes, & ſequentes veſtigia ſaluatoris.

Relicto iam dæmoniacō liberato, redit Chriſtus in patriā ſuā, quia gētilib⁹ liberatis reditu

Roma. 11
Iohannis. 10
rediturus est Christus vt liberet Israel: quia cæcitas ex parte contingit Israeli, quos iterum quæret Christus, vt fiat vnum ouile.

Quod verò dæmoniacus non permittitur sequi Christum, significat, quod licet esse cum Christo sit multo melius, manere tamen in carne, necessarium est, propter proximos.

Rupertus lib. 7. Cur Dominus qui nulli nocet, permittit tot porcos peire? quia gens Gerasena plus merebatur: siquidem non receperat Christum tot miraculis clarum, sicut nec Capharnaû, nec Bethsaida. Duo verò dæmoniaci duæ sunt mortes animæ & corporis, habitabunt in sepulchris, quia per mortem animæ moritur corpus, & in sepulchro iacet. Erant verò sæui nimis, & neminem relinquebant transire per viam, siquidem in Adam omnes peccauerunt: & ita in omnes mors pertransiit, ergo nemo erat à morte liber. At venit Christus, in quem licet mors corporis locum habuit, non tamen occupauit, ingreditur limbum, torquet dæmones, at illi clamant, venisti ante tempus torque nos, nam in iudicio præcipitandus diabolus est. Iob. 14. Aguntur dæmones in porcos idest, Iudæos, quorum facta sunt nouissima, peiora prioribus. Aguntur verò præceps in mare, quia contra mare, idest, Romanum imperium arma sumpserunt, à quibus dati sunt in necem. Vide quales nunc sint, sub aquis.

D. Thomas. Hactenus posita est liberatio à periculis exterioribus, num agitur de liberatione ab interioribus. Dæmones habitant in sepulchris, qui per corpora mortua decipere cupiunt. Neminem verò sciunt transire per viam, quia in via hac qua ambulabam laqueum posuerunt mihi. [quid nobis & tibi.] Verè nihil, quia quæ conuentio Christi ad Belial? [ante tempus.] Quia quidam credunt, quod dæmones qui nunc patientur poenam damni, post iudicium patientur poenam sensus, ab igne, qui aliquid spirituale habebit, quo eos torqueat, & tandem magnum tormentum reputant non nocere hominibus, vide verò animam eorum iniquissimam, non possunt nocere hominibus, cupiunt nocere saltem porcis. Huic pater non contigisse hanc historiam inter Iudæos, qui non vtuntur percis. Rogauerunt verò Christum vt discederet, reputantes plus damni se ab eo accepturos. Ita multi fugant Christum à se timentes aliquod ab eo dam-

num temporale, potest enim dici, quod ex deuotione rogauerunt.

Simon de Cassia. Ostenditur qualis incipiat esse homo, quem possidet dæmon, nudus est, sicut Adam, hanc, impudentiam peccandi dixerim, de qua dicitur, frons meretricis facta est tibi, noluisse erubescere neque enim à peccatis cessant, propter Deum in spectorem, aut Angelum custodē, aut propter homines punitores. Imò gloriantur cum malefecerint, at id est nudari, carere pudore, sicut bestia. Secundò non manet in domo, idest, in conscientia, fugit enim conscientia stimulos. Tertio habitat in monumentis, idest, exemplis malorum hominum, & mirum est, quod non cōpungantur cum ad sepulchra mortuos suos deferunt. Quartò multo tempore possidentur à dæmone, licet non semper ab eo arripiatur, siquidem non semper peccator ad peccatum currit. Sed ò miserum spectaculum hominem factum dæmonem, hoc ab eo differentem, quod poenitere potest. Quintò lapidibus se concidit in poenam siquidem peccati prioris, in maiora peccata labitur: id verò est lapidibus concidi. Sextò rumpit catenas, leges & promissiones, & minas, fugitque in desertum, vbi reprehensorem non sentiat. Septimò, & nemo poterat eum domare, ò miram & obstinatam malitiam, peiorem feritate brutorum, quam sæpè nostra arte domamus. At nemo corrigit, aut domat eum, quem Deus despicit. Octauò erat nomen legio. Ergo sunt incorporei, alioqui in vno corpore esse nequirent. Nonò, nemo poterat transire per viam, quia dæmon contendit per membra sua impedimentum ponere in via virtutis per malos prædicatores, per mala exempla. &c. [quid nobis & tibi.] Certè est dominium Christi super eos, conqueruntur autem se expelli ab hominibus ante tempus prædictum à Prophetis. Incutiat verò nobis timorem, quod nemo ruit præceps, nisi porcus, carnaliter & immundè viuens, liberatus verò à dæmone, sedet ad pedes Iesu, adorans eius Diuinitatem, ad mandata eius peragenda dispositus, quiescens sub eo, qui omnium refugium est, velutis mentis pudore, & integritate.

Hugo Cardinalis. De his dæmoniacis dicitur in psalm. qui educit vincetos in fortitudine, &c. Moraliter, dæmones qui sapientes significant, sunt quidam religiosi vbi est clauitro, velunt ex sepulchro exierunt, hi sunt

hi sunt sæui nimis, quia agunt semper lites. [Iesu fili Dei.] Num cognoscebant eum esse filium Dei? Planè, quādo eum videbant edere miracula, licet quando videbant eum fame scere, purum hominem putarent. [præcipites in mare.] Quia libidini dediti & ventri sicut porci, præcipites, in puncto ad infernū descendunt. Cur ergo hi amiserunt porcos? quia possidere porcos voluerunt.

Caietanus. [fili Dei.] Prosequitur tētationem in deserto inchoatam, volens cognoscere an esset filius Dei, quem si cognouisset, nūquam Dominum gloriæ crucifixisset. [veniisti ante tempus.] Idest, non sciebamus te tā cito venturum, & venisti torque nos, idest, compellens ad exeundum. Nam spirituali creaturæ coactio, tortura est, vel aliter, ante iudicium ipsorum officium est torque, cur igitur tu nos torques? [Ite.] Vitur opera de monum, quò miraculū diuulgetur. [magna impetu.] Vt euidenter sciatur vexationē suā se dæmonum, non verò morbum aliquem. [rogauerunt.] Erant forsan porci alicuius gentis præfecti ciuitatis, cuius indignationem ciuitas timēs rogauit Christum vt discederet. [Ite.] Idem faciunt, qui non sustinent prædicatorem si diutius prædicet, cupientes ad sua vana reuertit.

CAPVT. IX.

Et ascendens Iesus in nauicula.



IVVS Hierony. [in ciuitatem suam.] Idest, Nazareth: quia Nazareus vocabitur. [conside fili.] O mira humilitas, filium vocat eum quē Pharisei nec tangere dignarentur. Sed certè filius erat, quia mittebantur ei peccata, Moraliter. Anima iacēs in corpore, totis membrorum virtutibus dissolutis, à perfecto doctore offertur Domino curanda, quæ si misericordia eius sanata fuerit, tam robusta efficitur, vt lectū suum statim portet. [hic blasphematur.] Quia Iesaiæ. 43. dicitur. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. At Dominus ostendit se Deum, quia cogitationes intuetur, ac si diceret. Eadem maiestate dimitto peccata: quia cogitationes vestras intello. [quid est facilius dicere.] Magna distā-

tia est interdicerē & facere. Vt ergo sciatis, quod possum facere, carnale signum ostendo: per quod spirituale probetur. Nam tunc demeritationis est dimittere peccata, & infirmum sanare, simul etiam ostendit, quod dæmon ex peccato descendit: siquidē compuncto demisso languor abiecit. [Ite.] Anima roborata portat corpus in domum virtutum suarum.

D. August. lib. 2. de consensu Euang. c. 25. dubitat, quomodo Mattheus asserat miraculum hoc factum in Nazareth, cum Marcus dicat factum in Capernaum? Respondet quod tota Galilæa erat ciuitas Domini, sicut totum regnum Romæ dicitur. Vel secundo, quod Dominus venisset in Nazareth, & inde in Capernaum vbi miraculum fecit.

D. Ambro. lib. 5. in ca. 5. Luca. ecce viri portantes. Is cuius vitæ compago resoluta est, monitores & præcatores querere debet, quorum imitatione humilietur, et dignus sit Domini conspectu, quia respexit humilitatem ancillæ suæ. [quorum fidem vt vidit.] Magnas Dominus, qui dum alios probat, aliorum peccata relaxat. Cur ergo apud te frater intercessor non valeat, cum apud Deum, seruis interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Disce ergo ignoscere. Porro cum Dominus dicit, remittuntur tibi peccata. Iudæi fatentur remissionem esse opus Dei. At Dominus probat se remittere per fanitatem quæ facit exterius. Igitur ex vestra confessione Christus probatur Deus. [surge & ambula.] Specimen est resurrectionis, donatis peccatis carnis debilitatem excludere. Id verò est totum hominem sanare. Et licet sit magnū donare peccata, cū Deus solus id facere possit, & faciat, cum per suos ministros facit: maius tamen est resurrectio mortuorum, cum ipse sit resurrectio & vita. Iam attollere lectū est corpus attollere, hic verò lectus est, quæ per singulas noctes lauat David, qui enim prius causa mortis erat, quies esse cœpit. Nec solum iubetur leuari corpus sed in domum repeti, idest, in paradysum, ea enim nostra domus est, quæ prima hominem suscepit: non iure amissa, sed fraude, merito igitur restituitur, cum venit is qui fraudes tollere venit. [timuerunt.] Voluerunt hi timere potius quam credere.

D. Grego. lib. 3. Mora. cap. 24. [vade in damnationem.] Idest, in conscientiam: vt expendas qualiter te Deo exhibere debeas.

D. Chryso. homi. 30. [ciuitatem suam.] Id est, Capernaû, Bethlehè tulit Christum, Nazareth

reth nutrit, sed in Capernaum habitauit. [videtis fidem illorum.] Et etiã infirmus, qui nisi credidisset, non se demittit per tectũ voluisset. [quis potest dimittere nisi Deus.] Id Christus non negat, imò ex hac confessione se esse Deum probat: ita fecit Ioan. 10. dicebant Iudæi: Tu homo cõlis, & qualem te Deo facis, id nõ negauit Christus, sed addidit, si opera non facio patris mei, nolite credere mihi. Ita hoc loco, se Deum esse cõfirmat, quia cogitationes eorum nouerat, quod Deus est, vt dicitur. 1. Regum. 8. Et. 2. Paral. 6. Psal. 7. Jeremi. 17. & 1. Regum. 16. Sed attende, non dixit Christus: Ego tibi dimitto peccata, sed dimittuntur. Iudæi verò accusant iniuste. Item attende, non dicit Dominus, filius hominis habet a Deo potestatem, sed simpliciter filius hominis habet in terra potestatem. Quod vt pbat dicit: [quid est facilius, &c.] Planè difficilior est spiritus quam carnis curatio: quanto est inferior caro quam spiritus. Sed Iudæis facilius erat dicere, quam sanare. Iubet verò infirmum vt in domum suam redeat, ne eius satellitium videatur ambire. [quid cogitatis.] Dominus tanta iniuria pulsatus, nõ fulminat, nec tonat, vt doceat nos, nostras iniurias ferre patienter.

Euthymius. [tolle lectum tuum.] Ad manifestandum corpus factum robustum, & non fuisse phâta sine quod fiebat. [vade in domũ.] vt sint plures huius miraculi testes.

D. Hilarius ca. 8. [in ciuitatem suam.] Id est, in cõetum fidelium. Et in paralytico gentiũ vniuersitas offertur medenda, & non dicitur ei, sanus esto: sed cõfide fili. Dicitur verò filius, quia est primum opus Dei. Porro miratur scribæ: quia lex scribarum dimittere peccata nõ poterat: si quidem viua fides est que iustificat. Primum igitur delentur peccata, deinde surgit infirmus, vbi resurrectio indicatur mortuorum. Deinde fert ille lectum, quo ostendit aliquando omnem dolorẽ ab futurum. [videntes turbæ glori.] Non glorificauerunt, quod Deus dederit Christo talem potestatem, quid enim nõ habet Christus? sed glorificauerunt, quod Deus dederit hominibus, id est, discipulis potestatem dimittendi peccata: resuscitandi infirmum, & reducendi eum in cõelum, per verbum Dei.

Vene. Bedali. 2. in. c. 5. Lu. [in ciuitatẽ suã] Id est in Galilæam, aut in Capernaum, quam suam fecerat, miraculis eam illustrando. Paralyticus significat eũ qui diu iacuit in inertia illecebræ carnalis. Hæc curatio fit per doctores, qui quatuor esse debent, quia omnis

prædicantium virtus in quatuor Euangelij firmatur. Aut etiam quatuor sunt portitores quia quatuor sunt virtutes quibus ad promendam sospitatem, mentis fiducia erigitur, de quibus dicitur, Sobrietatem, sapientiam, iusticiam & virtutem docet, quibus nihil est in vita vtilius. Turba autem obstans, ne infirmus coram Domino ponatur, priscæ consuetudines intelliguntur. Sæpè enim inter sacræ orationis dulcedines, & cum Deo colloquia, cogitationum turba aciem mentis intercludit, ne Christum videat. Quid tũ fiet? ascende per tectum, id est, legem Domini, eã meditando. In quo enim cõrigit adolescentior viam suam: nisi custodiendo legem? Igitur doctores patefaciant tectum, id est velamina scripturarum. [confide.] Intellige, quãti sit meriti fides propria, si quidem tantum valet aliena [surge.] Id est, abstrahere animam à delicijs carnis. [tolle lectum.] Id est, priua carnem tuam delicijs terrenis, subleuans eã spe æternorum. [glorifica] Merito damnata blasphemix voce, glorificant.

D. Bernardus ser. 4. de modis orandi. Si iã surgis desiderio supernorum: si tollis lectũ, id est, corpus tuum à carnalibus voluptatib: vt iam non te corpus regat, sed tu corpus: si iam ambulas, quæ retro sunt obliuiscens ad anteriora te extendens: iam curatus es à tuo languore; Neq; enim aliter surgere poteras, aut corpus tuũ regere, aut in feruore ambulare, nisi peccatorum mole detracta.

Rupertus in fine lib. 7. Apud homines facilius est dicere, dimittuntur tibi peccata, sed Deo vtrumq; æquè facile. Quod verò in ciuitate sua tunc fecit Dominus, quotidie facit in Ecclesia sua, cum enim presbyteri vngunt infirmum, & oratio fidei sanat eũ, tunc infirmus paralyticus Christo offertur, & ab eo sanatur.

D. Thomas. [ascendẽs in nauim.] Id est, crucem, aut Ecclesiam. [venit in ciuitatem] Id est in Gentes, dictum enim est, dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam. [confide fili.] Ergo ad remissionem peccatorum requiritur fides: fide enim purificat corda eorum. Sed cur sanatur corpus, tollit peccata prius? certè quia tollit causam: quia propter iniquitates eorũ multiplicatæ sunt infirmitates eorum. [quid est facilius.] Mentiendo facilius est dicere, sed in opere maius est dimittere, at in potestate, idem est. [habet filius hominis potestatem.] Ergo eadem est persona filij Dei & filij hominis.

Simon de Cassia. [audiebãt eum ad ianuã.] Quia

quia multi audiunt, qui non videt Christũ. Audiunt vero intus baptizati, extra vero cathemeni: contemplatiui, & actiui: poenitentes, & proficientes. Baiuli vero inferentes infirmum in domum Dei applicantur quatuor elementis. Timor Dei comparatur terræ, quia grauat, hinc aqua sapientiæ, supernorum contemplatio, & ignea charitas. Porro hi ascendunt super domum, sub qua Christus, quia Christus omnibus inferior est, omnium nostrum languores sustinens: quia Pater infirmitates nostras super ipsum posuit, detexisse domum, detexisse peccata est, quibus detectis inuenitur Dominus, vel detegere est aperire figuras legis, sub quibus latet Christus. Sanans vero Dominus prius animam notat priorem rationem habendam animæ quã corporis. [quid cogitatis mala.] Ergo malum & peccatum esse possunt in cogitatione. [tolle grabatum.] Id est, memoriã eorum in quibus prius male iacebas. [vade in domum tuam.] Vt non amplius vagentur in latitudine secularium platearum, sed conclusus parietibus legum coelestium, fundatus in fidei fundamento, tecto charitatis imposito, firmatis senuum feris ne hostis subintret, se curus viuat.

Hugo, offerebant paralyticum, scilicet, Prælati subditos suos, exemplo Ieremię clamatis. Recordare Domine quid acciderit nobis, & Danielis dicentis, audi Domine, &c. Porro specialiter paralyticus dicitur luxuriosus vt illud, vsque quo disolueris filia vaga. Peccata vero septem modis dimittuntur. Baptismo, Martyrio, eleemosyna quæ non patitur ire in tenebras, charitate operiente multitudinem pecc. Si dimittamus peccata aliorum. Si cõuertamus alium ab errore vię suæ, & demum poenitentia. Iam multiplex est lectum, est caro, vt hoc loco, est abundantia diuitiarum, est lectum Salomonis, scilicet, anima fidelis. Est conscientia, quam lachrymis suis rigat Dauid, est contemplatio, est beatitudo, in qua Christus est cum pueris suis, est infernus, de quo dicitur, subter te sternetur tineæ. Demũ redit infirmus in domum suã, cum propriam vilitatem considerat. Nau. vlt. intra in lãtum & calca, item redit, cum in conscientia recogitat annos in amaritudine, item in cõelum, cum ipsum desiderat, iuxta illud, annos æternos in mente habui. Etiam quiuis redit in domum, cum redit ad sua, vt curatus ad ecclesiam suam.

Caieta. volebat Dominus facere triplex miraculum. Sanare animam videre cogitatio

nes, & sanare corpus. [dixerunt intra se.] Non idiotæ sed scribæ. Confirmat vero remissionem peccati, tantum robor datum infirmo vt ferat solus lectum, quem quatuor prius ferebant, facto vero miraculo non scribæ, sed turbæ glorificant Deum.

Et cum transisset.

D. Hiero. Cæteri Euangelistę propter honorem Matthęi noluerunt eum dicere publicanum, sed Leui: at ipse se publicanum nominat, quia iustus in initio accusator est sui. Dicit enim Dens, dic tu peccata tua prius vt iustificeris. Ostendit igitur, neminem de salute debere desperare: cum ipse è publicano in Apostolum sit repente mutatus. Porro Iulianus & Porphyrius reprehẽdũt Matthẽũ, quod ita facile sit Christum sequutus, sed cõtanta signa præcessissent, cum Deitatis fulgor in Christi facie fulgeret, cum magnes & succinus paleas attrahant & ferrũ, quid mirũ si Matthæus veniat ab omnium autore vocatus? Videntes autem publicani publicanum poenitentiam inuenisse, veniunt & ipsi poenitentiam agentes. Ibat verò Dominus ad conuiuia peccatorum vt docendi occasione haberet, eosq; spiritualiter conuiuaret, nunquam enim legitur eum fuisse conuiuiam, quin, quid fecerit & docuerit etiã scribatur. Simul vero significatur eius humilitas, quia ibat: & potentia, quia conuertebat. [non veni vocare.] Sugillat scribæ, qui se iustos æstimantes fugiebant confortia peccatorum.

D. August. lib. 2. contra Cresconium. c. 9. docet Christum mutasse voluntatem Matthæi, sicut & latronis in cruce pendentis, vt enim longam ætatem vnus perimit istus: ita & diuinam vitam vnus mutat Domini aspectus. Idem de peccatorum mer. & remi. li. 1. cap. 27. Si pueri egent Christo seruatore, ergo pueri infirmi sunt, cur ergo quidã dicunt, eos non habere originale? Idem libr. 10. de ciui. ca. 5. ostendit misericordiam esse sacrificium quod alijs sacrificijs præponitur, quia dicit Dominus, misericordiam volo, & non sacrificium, idem habet Paulus, benè facere & communicare nolite obliuisci his enim sacrificijs promeretur Deus, & in Psal. non in sacrificijs arguam te, immola Deo sacrificiũ laudis, & alibi, quid Deus requirit ex te nisi facere iudicium, diligere misericordiã, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Idem lib. de vera & f. poeni. c. 5. docet hominẽ millies etiam lapsam inuenire poenitentiam; aliõ-

Pri. Tho. N qui

Mat. 53.

Psal. 111

Thre. 5.

Danic. 6.

Ierem. 31. Tob. 4.

1. Pet. 4. Iacob. 5.

Isai. 14.

Isai. 35

Psal. 76.

Prou. 18

Isai. 43

Philip. 1

Psal. 11

Act. 1

Psal. 115

Hebr. 13

Psal. 49

Michæ. 6

qui nõ esset Christi verus medicus, qui nõ nisi semel lapsus nosset sanare. Omnis igitur qui inuocauerit nomen Domini etiam si milies labatur, saluus erit.

D. Ambrosius. Mattheus propria relinquit lucra, qui aliena quærebat, vile sedile relinquit, vt Dominum sequatur, conuiuium parat, quia qui Dominum suscipit, magnopere letatur, & Dominus in eo libenter ingreditur, & recumbit. Sed accendit Iudæorum ira. Videlicet, quia qui Christum recipiunt interius edunt: qui vero non recipiunt, ieiunio torquentur. [quare cum publicanis] Vox serpentina est, vt illa, quare præcepit vobis Deus ne ederetis de omni ligno. Respondet Dominus, non est opus valentibus medico, nouum affertur medicamentum, suscipite, qui varijs languoribus conflictamini.

D. Gregorius. lib. 18. moral. c. 16. super illo Job. 28. ferrum de terra tollitur, dicit, tunc ferrum de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiæ, à terrena quã prius tenuit actione separatur, vt Mattheus, qui de terrenis negotijs sublatus in fortitudinem ferri coaluit, dictum est enim qui confidunt in Domino mutabunt fortitudinem.

D. Basilus interrog. 8. Sancti Patres docuerunt nos relinquere terrena, affectiones, familiaritates, consuetudines, ita Petrus & Ioannes reliquerunt retia, parentes, & Mattheus non solum relinquit sua: sed etiam exponit se & suos periculo. Nam & magistratus exigerent ab eo causam vectigalium, quorum rationes non essent confectæ.

D. Chrysost. homi. 31. Trãsiit inde Dominus, ne animos Iudæorum amplius exasperaret, sicut & nobis etiam faciendum est. Cur vero Mattheus telonij meminit? Certè vt notaret, quod sicut virtus fuit magna quæ Paulum è medio furoris abstraxit, velut è pelago: ita & Mattheum de medio quæstu eripuit. Magnus Dominus qui talem raptorem in suum amicum consciuit: ita fecit meretricem, suos pedes exosculari. Vidisti vocantis virtutem? disce vocati obedientiam, non distulit, non abiit rem cum suis communicaturus. Sed vt piscatores qui reliquerunt omnia & sequuti sunt: ita & hic sequitur: Cur verò de piscatoribus & publicano meminit euangelium? Certè quia piscatoribus nihil humilior, publicano nihil peius, & Apostoli rari sunt in suis mirabilibus recensendis, multo in referenda cruce, contemptu & ignominia: vt veritatis & non ambitionis amatores. Inuitat Dominum Mattheus, nec Dominus

reijcit, cibum quauis ex turpi lucro quæsitum. Inde enim magnum oriebatur lucrũ. Sanè si medicus putredinem languentis non fer, non etiam sanabit. Ideo Dominus nec edacem se dici, aut vini potatorem erubuit, vt discant qui ex ieiunio gloriam sibi arrogant. Despicit ergo Christus omnia vt rem ad finem optatum perducatur. ¶ At dices, Paulus præcipit, cum raptoribus neq; cibum sumere. R. non id Paulus magistris præcepit, sed fratribus, si quis inquit frater est raptor, &c. Item nondum illi Pharisei erant fratres, si enim fratres ad peiora relabantur, vitandi sunt. [cur cum publicanis manducat.] Imo hoc est meum institutum principale, inquit, medicus enim sum, & nõ dixit, facere id possum vt qui paraliticos sanauerim, solum ex scriptura suos reprehensores conuincit. Cur inquit fugillatis me facientem, quæ facit Pater, is misericordiam amat, itidem & ego. [non veni vocare iustos.] Ironice id legendum, sicut & illud, ecce Adam vt vnus ex nobis factus est, alioquin neminem ex illis iustũ, Paulus docuit, dicens, omnes peccauerunt, &c. [sed peccatores ad pe.] Ad eum nõ abominatur peccatores, vt eorum gratia se dicat venisse. Sed ne, ipsi desides sint, addit, ad penitentiam eos vocatos, vt in peccatis non maneat, sed ad meliora mutantur.

Eutimius. [publicanum.] Ipse se apertè profitetur, si quidem nec Christum eius puduit Pater Euangelistas fide dignos esse, qui nec probosa tacuerunt. Dominus vero comedit ex epulis publicani. Quod si Paulus dicat, cum raptoribus non esse edendum, intelligit, cum his qui in suis rapinis manere volunt, at hi iam desinebant peccare.

D. Hilarius. Non est opus his qui se exillimant sanos medico. [misericordiam volo, & non sacrificium.] Id est, non legem sacrificiorum, sed salutem omnium, neminem enim ad perditionem adduxerat lex, nemo ergo iustos, igitur omnes indigent misericordia Dei. Nam si ex lege esset iustitia, non esset necessaria misericordia.

Venerab. Beda, in Marcum. ca. 11. Relictis omnibus sequitur Christum, quia qui vocatus erat exterius, quomodo sequitur usset docebatur interius. Dum vero secularia negotia contemnit, dominicorum thesaurorum dispensator efficitur. Publicani vero dicuntur, qui vectigalia exigunt, & vectigalia publica conducunt. Significantur vero in publicanis Gentiles publicis bonis inhiantes, contra quos Iudæi insurgunt, at Dominus respon-

respondet. Publicani & meretrices præcederent vos in regno Dei: iam Dominus medicum se fatetur, qui nouo medendi genere, ipse vulneratur, vt eius liuore sanemur. Valentes verò dicuntur, qui ignorantes Dei iustitiam, suam cupiunt constituere. A Egri verò sunt, qui suæ fragilitatis conscientia deuicti, euangelicæ gratiæ colla submittunt.

Rupertus lib. 8. [vidit hominem.] Non oculis corporis solum, sed oculis gratiæ, quos oculos illi adscribit Zacharias ca. 3. & Apocal. cap. 1. Quia vero Christus filius hominis, qui sol est, vidit hunc hominem, eum illustrauit, & imaginem filij hominis ei velut speculo impressit. Ideo Mattheus dicitur habere faciem hominis, sicut Ioannes, faciem aquilæ. Impleuit vero Dominus verbum suum, quò dixit, si quis mihi aperuerit intrabo ad illum, & cocnabo cum illo: ita fecit cum Mattheo.

D. Thomas. [vidit hominem.] Id est peccatorem, sicut in psal. vos autem sicut homines moriemini. [intelonio.] Id est, in statu in quo viuere vix sine peccato possis. [sequutus est eum.] Quia miracula erant tanta vt beatum se crederet si sequeretur. Imo miraculum reputauit suam vocationem. [fecit ei conuiuium.] Signum est quod sis conuersus ad Deum, si tecum alios trahis ad Christum, iuxta illud Exo. cortina cortinam trahit. [quare cum publicanis.] Videntur hi dicere rectè, nam peccatorum confortia sunt vitanda. Respon. quod aliquando vitamus peccatores ex superbia, iuxta illud, recede à me, quia immundus es, aliquando vitamus vt verecundentur, vt habetur. 1. ad Cor. 6. aliquando ad cautelam, quia qui tangit picem inquinabitur ab ea, aliquando non vitamus eos, vt Loth qui habitabat inter impios, sicut liliam inter spinas, id verò erat ad eius probationem vt Prouerb. 2. dicitur, aliquando non vitamus propter eorum utilitatem: omnibus enim Paulus omnia fit, vt omnes lucrètur. Cum his ergo qui conuertere nolunt, commorandum non est, at cum his qui conuertuntur possunt firmi commorari, non vero infirmi. [valentibus.] Illis qui dicunt diues sum, & nullius egego. [sed male habentibus.] Id est, iis qui cum David infirmitatem suam cognoscunt. [misericordiam volo.] Nam sacrificium erat agnus in quo misericordia notabatur. [non sacrificium.] Non illud sacrificium quod vos offertis, quorum manus plene sunt sanguine. [sed pecca.] Id est eos qui mortali veniali vel originali peccato infecti sunt, vt etiam fuit Baptista.

Simon Cassia. lib. 9. cap. 17. vocauit Mat-

thæum, sibi obtemperatum: non vocat alios, qui non sunt obtemperaturi. Igitur nõ vocat eos, ne ex vocationis contemptu magis puniantur. Iam sicut piscatores maris fecit piscatores cœli, ita publicanum quærentem ditare fiscum regis fecit publicanum quærentem ditare fiscum Dei. [vidit.] Quem elegerat, quos enim prædestinauit, hos & vocauit. [sequutus est.] Relinquens telonium indene, alio qui nemo recipitur ad cultum Christi cum damno Reipub. aut alterius, reliquit vero omnia negotia ad verbum Christi, nam verbum Domini est affectiuum: illuminans mentem, afficiens voluntatem. Epulatur verò Dominus de male partis Mattheo, quia Christus Dominus est, & benè, & male partorum. Imò & prædicatori necessaria de male partis sumere licet. Acceptat vero peccatores ad conuiuium, quos cupit adducere ad regnum. Reprehensio non deest Phariseorum, qui iudicant alios esse peccatores, nescientes an sint iam cõuersi. Porro qui se introspicit, cupient alios, vt se, inuenire misericordiam. [misericordiam volo.] Si enim Deus amasset iustitiam, paucos haberet cœlum ciues: infernus omnes.

Hugo. [vidit.] Sicut dicitur Sapi. 4. respexit Deus eius in electos eius, & sicut respexit Petrum, & sicut in psal. dicitur, de cœlo respexit Dominus. &c. [sequutus est eum.] Quia in auditu auris obediuit, psal. 17. & in psal. 2. dicitur, postula à me, & dabo tibi, mattheus vero, datus interpretatur. [non sacrificium.] Ita habetur Prouerb. 21. & in psal. holocaustum pro peccato non postulasti, & item, utiq; holocaustis non delectaueris, & nunquid manducabo carnes taurorum. [sed peccatores.] dictum enim erat, quod perierat requiram.

Caietanus. [intelonio.] Loco vbi soluebatur publica vectigalia. [multi publicani.] Quibus Romanorum colligendis adstabat, hi reputabantur infames: quia contra commodum populi fidelis, Romanorum commodis inferuebant, & sanè rara sunt vectigalia ex omni parte licita. [discumbebant cum tesu.] Admiranda humilitas, non dedignatur peccatores etiam publice. [misericordiam volo.] Quam exerceo, & certè misericordia ex se Deo est grata. Sacrificium vero non ex se, sed cum profisciscitur ex virtute religionis, & certè cum omnes peccauerint, & egeant gratia Dei, non est cur incuset si cum his tractem.

¶ Nota ex Diuo Augustino, & refertur. 2. quæst. 1. cap. multi. Non refugit Dominus Pri. Tho. N. 2. com-

Rom. 9.

Gent. 3.

Isai. 40.

Acor. 9.

Psal. 50.

Isai. 4.

Acor. 9.

Isai. 53.

Apoc. 3.

Exod. 36.

Isai. 65.

Cant. 2.

2. Cor. 9.

Apoc. 3.
Psal. 50.

Isai. 4.

Matth. 9.

Luc. 22.

Psal. 134.

Psal. 39.

Psal. 50.

Psal. 49.

Ezech. 34.

1. Corin. 5. communionem malorum hominum, quare nec sancti fugere debent, alioqui si cum malis non est communicandum debueratis de hoc mundo exire. Quid ergo? Certè cum his qui ecclesiastica censura damnati sunt, non est comunicandum: cum alijs, licet.

Tunc accesserunt ad eum.

Diuus Hieronymus, vt aliud nõ dicamus, reprehendenda est horum iactantia, qui se ieiunare iactant: & quod reprehendunt Christum, quem Baptista eorum magister, laudauerat, & quod sequantur Phariseos, quos Baptista gemina viperarum nominauerat. [dñ cum eis est sponsus.] Sponsus est Christus, spõsa ecclesia, è quorum cõnubio Apostoli pro creati sunt. Hac occasione post resurrectionem, quadragesimam inchoant Montanus & Priscilla, dicentes, quod tũc auferatur à nobis sponsus. Aliter tamen facit Ecclesia. Spiritu aliter, cum propter peccatum discessit à nobis spõsus, tũc ieiunare debemus. [Vtres.] Vtres veteres Pharisei sunt. Assuetum nouum est Euangelium, quod illi sustinere nequeunt. Ideo Galatæ reprehenduntur, qui simul legem cum Euangelio seruare volebant.

Diuus Augustinus libr. 2. quæst. eũangel. cap. 18. Duplex est ieiunium. Primum in tristitia, quo propitiamus Deum pro peccatis offensum. Alterum in gaudio, quo anima cęlestibus faginata, à terrenis nititur abstinere. Igitur ablato ab Apostolis Christo, illi ieiunant in tribulatione: donec gaudium illis veniret per aduentum Spiritus sancti, quo accepto ieiunabunt in gaudio. Porro ante spiritũ sanctum receptum sunt vestimenta vetera, quibus temperantiæ rudis panus male assuitur. Si enim temperantia illis importunè inuigatur, scisuram doctrinæ facit. Noua enim doctrina docet, abstinere ab omnibus terrenis, quod non debet præcipi, assuetis vitæ terrenæ. At post acceptum spiritum, noui vtres fiunt, tunc orationi instant, musto spiritus pleni. Idem libr. 8. contra Faustum. cap. 2. negabat faustus legem veterem, dicens non esse assuetam legem veterem Euangelio. Respondet Augustinus, nos non probamus legem vt ei seruiamus, sed vt nouæ ministret.

Diuus Ambrosius in capit. 5. Lucæ. Ieiunant hi à quibus Christus abest, vbi enim Christus est, ieiuna mens non est: imò magnum illa Christo exhibet conuiuium bo-

norum operum. Sed quinam sunt illi dies in quibus auferetur à nobis sponsus? siquidem ille dixit, vobiscum sum vsque ad consumptionem seculi, & ite in nõ relinquam vos orphanos. Profectò nemo tibi auferet Christũ, nisi tu tibi abstuleris. Si de operibus tuis superbis sicut Phariseus, tu tibi Christum abstulisti, qui non venit vocare hos iustos, suam iactantes iustitiam, non enim Christus gratis mortuus est, sed vt impleret omnem iustitiam. Nobis vero nec Caiphas nec Pilatus sponsum auferent, habemus enim Christum, id est, eius carnem & sanguinem, iã quo modò esuriet aut sitiet qui Christum bibit, qui enim ex hac aqua bibit non sitiet.

Diuus Basilius homi. in psal. 32. Vtres noui dicuntur, qui de die in diem vitæ genus renouant, & vinum nouum de vera vitæ capiunt, veteres vtres sunt qui veterem hominẽ non deposuerunt, quibus si vinum nouum credas, effundent & nulla venia digni erunt, siquidem tam bonum merum effuderunt. Igitur nouum vinum, quod Spiritu sancto effertur, quæ est veritatis intelligentia, mittere cõuenit in hominem nouum, id est, qui mortificationem Domini Iesu in corpore suo portet.

Diuus Chrysost. homi. 31. Qui Dominum nunc reprehenderunt, erant Pharisei cum discipulis Ioannis: & postea cum herodianis, omnes enim hi tabescebant inuidia Christi. Vide vero quanta vitia ex superbo ieiunio orientur. Meritò Dominus dicit. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, ne videaris ieiunans. Dominus vero qui se medicum vocauerat, nunc humiliter sponsum se vocat, ita enim Baptista prædixerat, qui habet sponsam, sponsus est. Dicit igitur. Nolite nunc moesta miscere, cum tempus letitiæ sit: & hi adhuc sunt carnales, si enim spirituales esset, ieiuniũ esset illis iucundum. Porro nota, qd Isai. humilitatem animi ieiunium dixit, idẽ Moses, numero. 30. [venient dies.] turgebant fortè discipuli Ioannis de passione Magistri, ait Dominus, se etiam passurum, quo simul præmonet & confirmat suorum discipulorũ animos. [nemo mittit.] Quasi diceret, nõ dum discipuli mei renouati sunt, hac indulgentia indigent & laxitate, inepti sunt altioribus. Vnde Dominus multa minus quam pro dignitate disputauit, videlicet accomodans se audientibus, quod Ioan. 16. dixit multa inquit habeo vobis dicere, quæ non potestis portare. Igitur si tibi õ homo mulier plena fucis est, amans ornari, lasciuia, &c. vide ne omnia hæc

hæc vitia vnico ictu euellere velis, quanto enim festinantiũ festinas, tanto tardius rem perages.

Diuus Hilarius cano. 9. [fit scisura peior.] Duplicem reatum ostendit, in eo qui præter vetustatem peccatorum virtutem nouæ gratiæ non sustinet.

Venerab. Beda. lib. 1. in Lucam. capit. 12. Discipuli Ioannis ieiunant, non vero Christi, quia qui de operibus legis gloriatur sine fide: aut de traditionibus hominum, hic plane ieiunat. Qui vero fideliter per amorem Christo incorporatur, non ieiunare potest, quia eius carne epulatur & sanguine. Item Ioannes vt se ostendat infirmum, ieiunat. Christus vero comedentes reddere puriores potest, quàm si per se alij abstineant, ideo non ieiunantes non respuit. Porro vinũ nouum, significat feruorem fidei & charitas.

Rupertus libr. 8. Iudæi cum erant captiui ieiunauerunt vt habetur Zachariæ. 8. Sancti etiam Patres antiqui Moses & Elias ieiunauerunt, vt qui sponsum desiderabant. Porro vbi sponsus venit, & à captiuitate liberauit, non est causa cur Apostoli ieiunent, donec sponsus abscedat, & quidem non est equum vt Christiani ieiunent propter causas temporales, propter quas ieiunabant Iudæi, hoc enim esset vinum nouum veteribus vtres committere, aut certè vesti nouæ assumentum vetus.

Eutymius. [panni rudis.] Id est debilitati & vetustati discipulorum ego non immitto duritiem ac robur ieiunij, ne deterantur. [neque vinum nouum.] Id est, nec austeritate in præceptorum commito inbecillibus vtres, præcepta quidem sunt vinum latificans cor: sed sunt vinum nouum in expertis, & discipuli sunt vtres, quia capaces disciplinæ, veteres tamen, quia inbecilli.

Diuus Thomas: Lex vetus habuit initiũ in timore, noua vero in amore. Ideo non debuit institui in ieiunio, vnde nec nouitij grauari debent in religionibus. Vnde à pascha ad Pentecostem non est ieiunium in ecclesia, quia eo tempore representatur nouitas legis nostræ. Item ieiunium est, ad mandam carnem, quam presentia Domini domabat. Ioan. enim. 17. dicitur, cum essem cum ipsis, ego seruabam eos.

Simon de Casia. libr. 7. capit. 15. Christus est sponsus, quia illum Pater ecclesiæ spõdit. Ecclesia vero est sponsa, quia quasi voto se Christo copulauit. Illi vero Iudæi contra sponsum insultant, quia cum arctam viam

prædicasset, ipse laxam sequeretur. At vero licet ieiunium bonum sit, non omnibus tamen, neque semper, neque vno modo, neque nisi secundum Christi arbitrium. [sily sponsus.] Discipuli Christi ex synagoga erant, sed sponsus eos filios fecerat, non ex sanguinibus, neque ex carne, sed ex Deo, hi igitur in nuptijs Christi cum Ecclesia, præmortua synagoga, ieiunabunt: imo lautioribus epulis fruuntur. Porro per apostolos nos omnes intelligimur, quibus cum per peccatum auferatur Christus, ieiunium indicendum est. Intertum vero Domini est, ne noui duris rebus grauentur, neque credamus ita legẽ gratiæ deprimere, ac depressit lex antiqua, neque credamus filiationem in his exterioribus consistere. Non igitur improbat ieiunia Dominus, sed vitæ nouitatem præfert. [vinum nouum.] Ditada erat humana natura spiritu Dei, qui licet effusus non pereat: perit tamen anima ex qua effunditur. Igitur vinum & animæ letitia conuenit homini renouato, peccatori vero vt vtri veteri ieiunium conuenit & lamentatio. Sunt enim vtres veteres expellibus mortuorum. Huc spectat illud, effundam super vos aquam mundam, & illud, ex purgate vetus fermentum, nouis enim noua conueniunt.

Hugo Cardi. Quadruplex est ieiunium. Detestabile, vt illud de quo Isaias, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas uestra. Commendabile ieiunium est, quod abstinentia indicit. Tertium, quod ex contemptu terrenorum nascitur. Quartum malum, ieiunare à spiritualibus. Tertio ieiunio non erant Apostoli idonei. [tũc ieiunabunt.] Plangēt enim quasi virgo accincta sacco, super virum pubertatis lux, & sicut Noemi quæ virum suũ amiserat. [panni rudis.] Contra hoc quidam monachi faciunt, qui vnde cunque suæ religioni assumentia rudia assunt: vt faciant filium gehennæ duplo quam illi sint. Item faciunt Prælati, qui austerissima præcepta nouis imponunt. Tertio contra hoc faciunt duplices, & assuti. Vnicam enim vestem præceptit Dominus afferri. [vinum nouum in vtres nos.] Contra faciunt prædicatores, qui populo corrupto dicunt pax, & non erat pax. Itẽ contra faciunt prædicatores qui doctrinam suam, moribus prauis assunt. Porro nouum dicitur vinum quia calidũ. Aquæ enim multæ non possunt extinguere charitatem. Nouum etiam, quia mouet, imo charitas iuxta Paulum vrget nos. Nouum etiam quia facile inebriat, & obliuisci facit, iuxta Paulum, potest. Pri. Tho. N 3 sterio-

Philip. 9.

steriorum oblitus ad anteriora se extendit. Caietanus. Iunguntur Pharisei cum discipulis Ioannis, ut audacius reprehendat, & non dixerunt, tu non ieiunas, sciebant enim eum ieiunare. Sed aduerte ex more hebraei sermonis, Apostolos dici filios sponsi siue nuptiarum, quia vacabant præparationi nuptiarum, quæ futuræ erant cum Christo. Iam vestimentum nouum est vita noui testamenti, vestimentum vero vetus, est animus retinens suas imperfectiones, cui vita noua præcipi non debet. Vnde Dominus non præcepit ieiunium, sed futurum prædixit, & Apostolus iacet habet, non solidum cibum.

Hæc illo loquente ad eos.

Diuus Hieronymus. Hoc est octauum signum, quo princeps synagogæ filiam suam sanari petit. Sed subingreditur mulier sanguinis fluxum patiens, quia Aethiopia præuenit manus eius Deo. Videlicet, quia cum intrauerit plenitudo gentium, tunc Israel saluatur. Porro Mulier duodecim annis sanguine manabat: & item duodecim erat annorum filia principis. Ex quo enim crediderat gens Iudæa, infidelis fuerat Gentilitas. Nisi enim ex comparatione virtutum, vitium non ostenditur, & obiter sanatur mulier, sicut obiter sanantur gentes. Dicitur enim Actor. 13. vobis oportebat prædicari regnum Dei, sed quia indignos vos iudicatis salute, transgredimur ad gentes. [si tetigero.] At o mulier, qui foeminam menstruatam tangit immundus est, cur tu tangis? planè vt curetur. [confide filia.] Ideo filia, quia fides tua te saluam fecit, fecit inquam, non dixit faciet. [cum venisset.] Vsq; hodie puella, idest, gens Iudæa iacet, & eius magistri, siue Rabini lugubre carmen canunt, & turba eorum, non est turba credentium, sed tumultuantium. [non est mortua.] Deo omnia viuunt. [tietaturba.] Quia indigni erant videre resurgentem puellam, qui Dominum resurgentem deridebant. [tenuit manum.] Nisi enim mundatæ fuerint Iudæorum manus, quæ plenæ sanguine sunt, eorum synagoga mortua non resurget.

Diuus Augustinus serm. 44. de tempore. Miracula Domini quidam corporaliter facta mirantur, quidam spiritualiter gesta stupescunt. Pater igitur suscitatur mortuos: ita & filius, non tunc solum: sed & nunc. At excitatos corporaliter, vident qui oculos corporis habent, excitatos vero spiritualiter, non vident nisi corde excitati. Item mortuos cor

pore lugent multi, mortuos spiritu, non lugemus, neque videmus. Videt tamen Christus, quibus dicitur. Surge qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Mortuus, dicit Christo dormiens, licet mihi mortuus sit, quia ipsum excitare nequeo. Christus vero facilius excitat mortuum, quam ego dormientem. Porro in scriptura leguntur tres a Christo excitati, non quin alij a Christo excitati fuerint: sed de his tribus propter mysterium sermo est. Tria enim sunt genera peccatorum, siue mortuorum. Cõsensus. Opus. Cõsuetudo ad quæ velut quarto die venit. Primum, n. est titillatio. Secundo Cõsensus. Tertio Opus. Quarto Vfus. In titillatione & delectatione nõ dum mors est. At vbi consensus manet in pectore moritur quidè anima, cuius figuram habet filia Archisynagogi in domo sua defuncta. Sed vbi consensus prodit in opus, filius est viduæ qui extra ciuitatē Naim deferebatur. Vbi verò operi iungitur consuetudo, peior mors est, cuius typam gessit Lazarus. Ad quem excitandum infrenit Christus, docens multa obiurgatione opus esse vt hi excitentur.

D. Ambrosius lib. 6. in c. 8. Luca. Ad synagogam sanandam properabat Christus propter Archisynagogum: idest, propter legem. Sed Gentilitas sanitatem præripuit, hæc, omnia sua bona prodegerat sanitatem requirens, hæc verecunda accedit, pudor enim est agnoscere infirmitatē, nec desperare salutem. Igitur peccatum erubuit, vt desereret, fidem detulit, vt crederet, deuotionem, vt rogaret, fiduciam, vt fateretur, sapientiã, vt sanam se sentiret. Tangit retro, quia dictum est, post Dominum ambulabis. Ab annis. 12. infirmabatur, quibus vixerat puella, quia Iudæorum delicto, salus est gentibus. Igitur quandiu viuit synagoga, languet ecclesia. Porro hæc tangit Christum fide, quia Dominus fide videtur, reliqui, qui videntes non vident, hi non tangunt Christum, sed comprimunt. [virtus ex me exiit.] Non ergo Iudæorum terminis clauditur Deus, exit etiam ad gentes. Non ergo est humanæ opis sed diuinæ congregatio gentium, quæ fide breui, misericordiam Dei inclinat. Et quidem si conferas, quanta sit fides, & quãtus sit Dei filius, inuenies fimbriã tantum esse, quam fide tangimus, nam superiora vestimenti eius quis queat attingere? beatus qui vel extremum verbi contingit, nõ totum quis comprehendat. Vide etiam, prius sanat hæmorrhoyssam vt credatur posse excitare defunctam, ita præmisit suam resurrectionem

tionem, vt credamus nostram futuram, & præmisit Elisabet sterilis fecunditatem, vt virgo paritura crederetur. Quod tres Apostoli admittuntur ad resurrectionem, intelligimus, quod pauci credent resurrectionem, in tellimus, quod pauci credent resurrectionem. Porro fleant mortuos, qui mortuos esse credunt. Vbi vero resurrectionis est spes, non mortis est species, sed quietis. Tibicines significant literam & legem Iudæis perstrepentes, ne synagoga exultationem spiritualem intelligeret. [tenens manum eius.] Beatus cuius Deus manum tenet. Vtinam iustitia, & sapientia actus meos teneat, & in penetralia inducat sua, auertat spiritum erroris, afferat spiritum salutis, & cibum mihi præstet. Quod filius viduæ facile sanatur, & sine negotio, indicat gentes facile sanatas, sed Iudæos difficile.

D. Gregorius lib. 18. Mora. cap. 28. Diuersa est conditio Aegyptiorum, quam Israelitarum, hi fabatur habent: illi muscis premuntur, idest, hi quietem mentis habent: illi vero desideriorum & curarum carnalium cupiditate fatigantur. Carnales igitur curarum importunitates habent, hæc sunt turbæ, quas nisi Christus expellat, anima quæ mortua iacet, non surgit. Nam dum se per innumeras desideriorum cogitationes spargit, ad sui considerationem, sese nullatenus colligit. Ideo in his curis sapientiam habitare Iob negat, dicens. Mare loquitur, non est sapientia mecum. Ideo alibi dicitur Sapientiam scribe in tempore acij, & qui minoratur actu eam percipiet.

D. Chrysost. homi. 32. Annotat primo patrem dixisse, filia mea modo defuncta est, cum tamen necdum defuncta esset, hunc nodum dupliciter soluit, primum, quod Pater ita filiam reliquerat, vt conijceret, eam defunctam, vel secundo, quod pater ita dolorem suum amplificauerit, solent enim qui rogant, suas erumnas amplificare. Sed vide hominis ruditatem, rogat vt veniat & manum imponat. Similiter dixit Naamã Eliseo. Visu & sensu indigent rudiores. Assumit Dominus tres discipulos, vt reliqui eorum imitatione ad sublimiora conentur. Sat enim erat eis, ad sanitatem hæmorrhoyssæ fuisse admissos. Etiam erudit Dominus omnem ostentationem repellere. Sed accedit retro mulier, cur retro? quia ob fluentem sanguinem se putabat immundam, ita lege iudicante. Sed nõ rectè de Christo iudicabat, quæ eum aliquid latere credebatur. Porro hæc omnium foeminarum prima ad Christum fuit accedere, ausa. Tū quia audiebat alias a Domino sanatas foeminas,

tū quia videbat Dominum ire ad foeminam sanandam, tum quia quãuis opulenta, ad suam tantam domum eum non est ausa vocare. [si tetigero.] Salua ero, nõ dixit, forsan liberabor, sed salua ero, tanta erat eius fides. [quis me tetigit?] Cur eam Dominus nõ permisit latere? primum ne foemina timeret, ac si esset furata salutem. Secundo, ut eam sanaret in corde, vbi credebatur, aliquid Christum latere. Tertio, vt fidem eius publicaret, & ita alij imitarentur. Quarto, voluit se Christus Deum manifestare, non solum quia sanabat, sed quia nihil eum latebat. Quinto, hac ratione operi tulit principium, ne quid dubitaret de edendo miraculo. Sexto, etiam voluit Dominus cum muliere imorari, vt interim moreretur puella, & mysterium resurrectionis monstraretur, & ideo voluit venire nuncios, qui mortem puellæ nuntiarent. Sicut & Lazarum post eius diuulgatam mortem excitauit. [confide filia.] Profecto dignior est principe mulier, ille Christum ad domum adducit, hæc solo tactu sanatur. [fides tua.] Non sibi miraculum adscribit, sed mulieri. [non mortua est.] Leuè fecit mortem, si quidem ad somni conditionem eam reduxit, & quia suam in ortem leuè etiam volebat discipulis facere. [deridebant eum.] Et ipse eos nõ increpat sed fert, eius enim increpatione certior fit mors, sicut cum Martha dicit, iã foetet, & quadriduanus est, hæc verba miraculum faciunt testatius. [apprehendit manum eius.] Significans, quod sicut dormientes cum sua propria anima excitantur: ita hæc puella cum (quã amiserat) anima excitata est. Et ne phantasma videretur, iubet ei dare cibum. [nemi dicent.] O humilitatem immensam! Attende quod flentes ei ieiuntur: ne tu fleas & ei ieiaris, & si flentes ei ieiuntur, quando non erat apertum mortem esse somnum, quãto potius nunc ei ieiendi sunt, quando certum est quod somnus sit, & illi nesciebant se mori ad vitam, nos post mortem, vitam speramus. Iam si psalmus dicit, conuertere anima mea ad requiem tuam, cur fles quando tua anima in suam requiem tendit? Cur fles cum è navigatione venis ad portum? quomodo poteris cum gentili de animarum immortalitate disputare, si plus defunctum desles quam ille? si quidem gentiliū nonnulli in morte filiorum coronabatur.

Eutimius. Iuxta anagogem, sanguine fluens intelligi potest natura humanam, peccatorum sanguine manans, nec quicquam adiuuenti senterat a suis medicis. i. Philosophis, imo potius detrimentum acceperat, per eorum absurdos errores. Vt autem tetigit Christi vestem, idest, incarnationem eius per fidem, re Pri. Tho. N 4 pen

Psal. 67.

Roma II. Luc. 8.

Acto. 13.

Leui. 15.

Mat.

Iob. 28.

Eccle. 38.

4. Reg. 5.

Psal. 114.

penite sanata est. Is enim tangit vestem, qui credit incarnationem.

D. Hilarius Cano. 9. princeps hic rex est, cui Dominus opem spondit. Sed gentiliū turba sanatur prius, tangens fimbriam, donū scilicet, Spiritus sancti, de corpore Christi velut de fimbria exiit. Est autē mirandū, quod potestas in corpore Christi manēs, vsq; ad velitium suarum fimbrias extendatur. Ita est, quod corpore Christi eius virtus nō clauditur. Deus igitur cum vbiq; sit, vbiq; eum fides consequitur, est enim eius virtus tā infinita, tam libera, vt ostendat, non ex salute fidē, sed ex fidē salutem expectādam. Quod autem turba eijciatur, raritas saluā dorum notatur, vult quidem Dominus omnes saluos facere, sed qui Christum rident, eius resurrectionis sunt indigni confortio.

D. Beda. lib. 4. in Lucam. cap. 33. rectē princeps hic lairus, Mosem significat, quia lairus significat illuminantem. Quod autem lairus cecidit ad pedes Iesu, est: quod Moses cum tota Patrum caterua agnouerint, & adorauerint carnem Christi: agnoscetes eam grandi dignitate vigere. Agnoscetes illud quod infirmum est Dei, fortius est hominib; . Quod autem rogaret vt in suam domum intraret, desiderium denotat aduentus Christi. Iuxta illud, anima mea letabitur in Domino, & letabor in Deo Iesu meo. Huic principi vnica erat synagoga velut filia, quæ tēpore pubertatis, & quo ferre fructus debebat, mori incipit. Dominus vero eam sanare volens, à turba comprimitur, id est, à consuetudine carnalis populi. Intrat gentilitas quæ sanguinaria est. Nam cum David Philisteū occidit, Philistei posuerant castra in Domim, id est, sanguinibus, videlicet, cum Christus diabolum venit prostrare, gētiles castra habebāt in sanguine. Accedit mulier retro, quia qui mihi ministrat me sequatur, vel certē, quia post mortē Domini gentes credūt. Tangit verō fimbriā, quia rarus valde est, qui in pectore Domini recumbere dignus sit, rarus etiam qui nardū in caput effudentis effundat, & Baptista se fatetur indignum, qui procidens soluat corrigiam calceamenti. [quis me tetigit.] Tangitur Dominus in puritate fidei, qui ita non tangit, dicitur ei, noli me tangere, nō dum enim credis me ad Patrem ascendisse. [virtutem de me exisse.] Nulli ex suis viribus salus contingit, virtus de illo exire debet, vt sanemur. Cōtra Pelagiū. Sanata muliere, puella mortua nunciatur, quia non credidit Christo. [surrexit.] quia qui respicit & pœnitet, nō modo à for-

dibus surgit vitiōrū, sed etiā bonis continuo curat pficere virtutibus. [insisti illi dari cibū.] Quia si quis à spiritali morte surrexit, satianus est pane coelesti, verbi, & Eucharistie. Nota verō puellā secreto & leni voce excitāā. Lazar; gradi, quia peccatū secretū secretū est corrigendū, publicum vero multo acriore.

Rupertus li. 8. Gestū hoc Dñi p̄signatū erat Zacharia. c. 7. & 8. vbi dicitur. Apprehē dent decē homines ex omnibus gētib; fimbriā viri Iudæi, dicētes, ibimus vobiscū, horū decē hominū. i. gentiū, formā gessit hæc hēmorhoissa. Qui cū facie nō viderint eius in quē credunt, retro accedere dicūtur, & seruā do eius p̄cepta, fimbriam eius tangant.

D. Tho. Ille princeps significat antiquos patres, qui ad Christū per desiderium accedebant, adorabant; eum, iuxta illud, adorabimus in loco vbi steterūt pedes eius. Clamor Iairi significat clamorē Patrū vt veniret Christus, secundū illud, emitte manum tuā de alto. [surgit Iesus.] O misericordia, statim dum audit, surgit, dictū enim est, statim dū audierit, respōdebit tibi Dominus. Et docētur Prælati, vt solliciti sint in ouium suarū periculis, maximē peccati. [tangit fimbriam.] Quā Iudæi per quatuor angulos afferebant, vt memores essent legis, & quidē gentiles tangunt Christū per Apostolos, qui sunt ei; fimbria. [salua ero.] Magna virtus Christi, quæ nō solū est in anima, sed ex anima, in corpus, & ex hoc in eius vestē descendit, reuerēda ergo sunt omnia quæ Christū tangunt, quia descendit virtus ex capite in barbam, & ex hac in oram veltimētōrū ei;. [Iesus conuersus.] Nō solum fimbria, sed & vultu voluit eā honorare. [filia.] Dedit. n. pōtatē filios dei fieri. [tubicines.] erat illis iste mos, vt Ierem. 9. vocate lamētatrices. Sūt autē hi falsi doctores, quorū adinuetiones sunt cōtra Dñm. Itē tubicines sunt, qui peccatorē in peccato suo fouēt, laudatur enim peccator in desiderijs anime sue. [tenuit manū.] Quia dextera Domini fecit virtutē. Porriō tenet manum, cum auxiliū præstat.

Simō de Cassia. li. 5. c. 14. Vita immortalis vitā quandā fecit, contra quā mors perpetuū odiū habet, nec nisi p̄fligata morte, vita spiritalis ingredi potest. Iairus ergo erat princeps, & significat illuminationē, quo significatur, nec principatum nec scientiam valere contra mortem, Dominus ergo illuminatione mea, vt sit salus mea. Filia Iairi languet, quia infirmata est in paupertate virtus mea. Dilectio verō, est filia sanctitatis & virtutis, hæc infirmatur, sed non sine spe salutis

6. Cor. 10.

1. Reg. 17.

Ioann. 13.

Ioan. 13.

Luc. 7.

Matth. 4.
Ioan. 10.

Psa. 131.

Psa. 149.

Iai. 30.

Ezech. 33.

Psa. 131.

Ioan. 1.

Psa. 9.

Psal. 117.

Psa. 26.

Eccl. 1.
Ier. 17.

Psa. 90.

Offic. 4.

Roma. 10.

salutis dum viuimus. Venit ergo hæc infirma ad extremū, sicut quidam veniunt ad extremum vitiōrū, sed si benefecerit, spēs illi est, etiam in extremis, sed si nō timet Dominū, ab extremis vitiōrū deducetur ad extremam dolorum, gladius enim Domini, deuorabit ab extremo ad extremū [noli vexare magistrum.] Desperat vita à morte deuicta, posse reuocari ad vitam, & rectē secundum naturam desperat, fidē verō inuicta permaneat. [noli timere.] Quia omnia mihi possibilis sunt: præter inconuenientia. [tantum crede.] Non quod sola fides saluet, nisi quia Deus saluare non vult nisi credentes, supernaturalia enim non cuique præsāda sunt. Attendē verō magnum meritum fidei. [eiecit tubicines.] Eiecit eos qui temporalia dāna flent, nō verō eiecisset, si peccata, fleuissent. Admittuntur excitationi parentes puellæ, & tres Apostoli, & Christus. Parētes quasi diceret Christus, parum puella parentibus debes, licet enim te genuerint ad vitam, iam mortua eras. Respice ergo ad solum authorē vitæ tuæ. Petri verō fidē, Iacobi agnē, & Ioannis gratiam imitare. [reuerus est spiritus.] Qui vbiunque erat, vim se vocantis sensit. [præcepit ne cui dicerent.] Opera enim se prædicabant, nec indigebant humana prædicatione. Porriō dum vadit Dominus curatur; Iairi filiā, interiijcit se hæmorhoissa, anima, scilicet, peccatrix, quæ dicit, libera me de sanguinibus, peccata enim sanguis sunt, vt dicitur, sanguis sanguinē tetigit, sed hic sanguis per sanguinem Christi mundatur. [ero gaueat in medicos.] Parum est enim accedere ad viros tantū sanctos, & doctos, nisi velis tangere Christi fimbrias, id est, mores: qui tacti, non solū crediti, sanant, sanē caro Christi eius vestis est, hanc totam intelligere nemo potest, fat sit tangere fimbrias, quas sacerdos antiquus tintinabulis, & malo granatis ornatas habebat. [veni inter turbas.] Quia nō in singularitate sanaberis, sed in fide & vita cōmuni, id est, catholica. Porriō sanatur mulier & non turba quia aliquis in muliere feruor fuit, qui assequutus est, quod non potuit assequi turba. Aduocatur vero in publicum, vt vocaretur in fide filia, quæ per legem erat à filiis segregata: & cōfiteretur ore ad salutem, quæ corde crediderat ad iustitiam: & crederent gentes, solo etiam corde aliquando inuenire posse salutem. [vade in pace.] Magnis meritis magna premia tribuuntur. Nihil verō pace maius, certē, optatius. Pax est in Dei visione: pax cum proximi

mis, cum ordo custoditur: pax secum, hoste subacto. Ioann. 4.

Hugo Cardi. [sed veni.] Similiter dicit Regulus ille, qui ait, descende vterque ergo infidelitatis arguendus. [ecce mulier.] Eusebius scribit hanc mulierem fecisse Christo statuam, cum veste & fimbrijs illis, quas viderat Christum habere, & hanc statuam reuerēbatur. Factum verō est, vt sub statua herba cresecerent, quæ efficaciam sanandi non habebant, eam verō recipiebant, simul ac fimbrias contingebant, & sanabant egrotos.

[12. annis.] Cum ergo vltima die hora sit duo decima, significatur peccator, vsque ad senium Et Domini misericordia est etiam vsque ad senium, vsque ad senectā ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. [fimbriam.] Fimbriæ sunt Apostoli, vel sunt minia etiam mandata. Hinc enim est quod in fimbria pendebant tintinabula loquentia, & malogranta rubentia, quibus denatur desiderium martyrij ad confitendum Christum. [siccatu est fons sanguinis.] Hic fons est cogitatio, ex qua peccatum incipitur. Nota mulierem credidisse, dixisse, tetigisse. In his enim tribus salus est. [turbam tumultuantem.] Turba est vbi cadauer: mel enim sequuntur muscæ, lupi cadauer. [eiecit turbam.] Dicitur enim est non ingredi dieris huc nisi abstuleris cæcos & claudos. 2. Reg. 5.

D. Bernardus. ser. de. 4. Modis orandi, Regnum coelorum vim patitur, & ita illud violenti rapiunt, ut hæc mulier rapuit, quæ retro tangit, & siccatu est sanguis, ille de quo dicitur, sanguis regnum Dei non possidebit. Hic sanguis peccatori etiam inuito fluit. Quia qui seruus est peccati, nō se potest eū vult continere. Accedat ergo ad Christi fimbriam, id est, ad abiectissimos Ecclesiæ, accedat prece humili, confessione pura & sanabitur, videat tamen fimbria, quod virtute Christi, non sua, sanauit.

Ex hac sacra historia colligit August; vt refertur. 5. di. c. vltimo, quod menstruata, nec ab ecclesia, nec à communione arceri debet, sicut nec mulier ista sanguinaria reprehenditur, quod ad Christum accessit. Ioan. 8.

Et transeunte inde Iesu.

Diuus Hieronym. Duo hi cæci non sanantur in itinere nec transitorie vt illi putabant veniunt post Christum, introeunt in domum, discutitur eorum fides, & sic veniunt.

Pri. Tho. N s re

re fidei lumen accipiant. Idem vero significa- tur per cæcos & hæmorroissam, significatur enim. Gentilitas, & Iudaismus, qui erant cæci, domino per seculum transeunte, & in domum suâ redire cupiente. [*comminatus est.*] Dominus fugere iactantiam docet. Ille gratias agentes tacere nequeunt.

Diuus August. li. 2. de consensu Euan. c. 29. Non sunt hi duo cæci illi de quibus Marci. 10. & Lucæ. 18. habetur. Sed illis similes. In tanta enim miraculorum frequentia, alia alijs miracula similia contingebant.

Diuus Chrysof. homi. 33. Non curat Dominus hos nisi in domo, vt fugere iactantiâ doceat. Sed attende feruorem, clamant clamore magno, & nihil petunt, nisi misericordiam. [*fili David.*] Prophetæ & Sancti hoc nomine dignabatur eos quos magnos appellabat, vt Ezechi. 34. & Zacha. 12. In domo vero rursus eos rogat, ne quis obijceret, cur non omnes saluos faciebat? Certè quia non omnes credebant. Habet enim misericordia suas in fide radices, & item rogat, vt qui eum filium David nominauerat, ad altiorem fidem eueherentur, cum illis dicitur, creditis quia hoc possum vobis facere? & illi dicunt, vtiq; Domine, Dominum vocant, & non solum qui posset impetrare, sed & facere. Item rogat, vt reliqui ad fidem animentur, ferè enim neminem sanat, cuius fidem non examinet. [*videte ne quis sciat.*] At contra dicitur, vade & enarra gloriam Dei. Sed non est contrariû aliud est enim enarrare in gloriam Dei, aliud in gloriam hominis, hoc non illud prohibetur.

Diuus Gregor. li. 19. Moral. c. 18. Cur Dominus iubet cæcos tacere, cum contra Iob sua bona ostentent, dicens, oculus fui cæco, pes claudio? Respondet, sancti studio & voluntate cupiunt bona sua occultare in custodia humilitatis, si aliquando proderè se coguntur, id est, in proximorum vtilitatè. Aliquando etiam Prædicatores produnt se vt sciatur vitam cõformare doctrinæ, vt Paulus. 2. Corinth. 4. Alij inter tribulationes bona sua recensent, vt animum suum in spem erigant, ita faciebat Iob.

Diuus Basilius hom. 3. in Exameron, cæci sunt qui tam apertas demonstrationes de filio Dei non intelligunt.

Rupertus li. 8. Si nos Christiani cæci non sumus faciamus quod illi cæci fecerunt, non illuminationem nostram fateatur lingua nostra, sed opera nostra.

D. Thomas. [*transeunte illo.*] Tempus op-

portunum elegerunt cæci isti, scilicet, tẽpus incarnationis, de quo dicitur, venit tempus miserendi eius. 2. sequuti sunt eum per obedientiam. Cæci fuere vterque populus, palpantes ad parietem. 3. feruorem habent deuotionis & cum clamât ad Dominum, ipse exaudit. 4. humilitatem habeat, dicunt enim filii David miserere. Nec tamen statim accipiunt, sed fidem differendo explorat, si enim morâ fecerit expecta eum, quia veniens veniet. Porro in domo. i. in ecclesia iterum fides exploratur, corde enim creditur ad iustitiâ, sed ore confessio fit ad salutem. Porro tangit oculos, quia verbo non solo, sed incarnato salus affertur. Illi verò diffamauerunt, nec peccauerunt, quia bona id fide fecerunt.

Simò de Casia li. 5. c. 20. fletur cæcitas corporis, quæ lumen mundi non videt, & non fletur cæcitas animæ quæ lumen veritatis non respicit. Hi verò cæci corpore, videntes corde, filium David interpellant, sed quia non erat facturus miraculû, ex eo quod erat filius David, sed ex deitate, ideo ad fidem deitatis puocatur, sanat verò eos Dñs verbo & tactu vt simul Deum in homine sanare cognoscant.

Hugo Card. Cæci hi significant eum, cuius oculus & cognitionis & affectionis cæcus est, sunt enim aliqui quibus vnus est oculus illuminatus, de quibus dicitur, in hoc feriam vobiscum pactum, vt eruâ vobis oculos dextros. Porro etiam in domo sunt cæci, quia in ecclesia multi sunt cæci, quis enim, cæcus est nisi populus meus, sed speciatim sacerdotes prohibentur ne cæci sint, & de Mose dicitur quod non caligauerunt oculi eius, nec dentes eius moti sunt, quibus, scilicet, legem ru-minabat.

Caietan. [*fili David.*] Messiam profiterentur. [*videte ne quis sciat.*] Non præcepti, sed humilitatis humanæ verba sunt, quibus sancti docentur, toto studio gloriam humanam declinare.

Glosa interli. Duos cæcos esse dicit, quodam ex Iudæis & gentibus, qui crediderunt. [*acceserunt ad eum.*] In vnitatem fidei. [*tunc tetigit eos.*] Confessio tactum meretur pietatis.

Lyra. hi cæci significant simplices Ecclesiæ, qui per prædicatores illuminantur, at prædicatores vnice fugiant vnam gloriam.

SEQUEBATUR. Historia de homine muto & dæmonium habente, eius tamen expositio expectabit nos donec ad caput duodecimum veniamus.

Et cir-

Et circumibat Iesus.

Diuus Hieronym. cernis vt æqualiter & magnis & paruis populis prædicat? quam non considerat nobilium potetiam, sed salutem credentium, sanè erat hoc opus sibi à Patre mandatum, erat hæc esuries saluandi, quia ille esuriebat. Docebat verò, & miracula, faciebat, vt quos verbo non traheret, traheret miraculo. Proprie verò dicitur curasse omnem languorem, quia nihil est ei impossibile. [*videns turbas.*] Vexatio gregis vitium pastorum est. [*operarij pauci.*] De quibus dicitur, qui seminant in lachrymis in exultatione metent.

D. August. serm. 42. de sanctis. Messis non fuit gentilitas, quia nondum seminata erat eorum terra, erant ergo Iudæi, in quibus propheta seminauerunt, sed eorum fructum reportarunt Apostoli. Postea verò gentes ab Apostolis seminati sunt, nam Paulus dictus est seminaueribus. Iudæi igitur messis trāsacta fuerunt. Alia messis futura erat, quam Dominus ostendit dicens se venisse ad seminandum, videamus igitur ne nos qui terra sumus in qua verbum Dei seminatur, non simus via, aut terra petrosa, aut terra plena spinis, sed terra bona vt afferamus semè tricesimum, sexagesimum, aut centesimum.

Diuus Ambros. lib. 7. in. c. 10. Lucæ, terra nostra verbo Dei sata, culturæ tamen laborem, & sollicitum operarij munus requirit, ne aues cœli sparsa semina dissipet. Ideo Dominus in hanc messem operarios mittit.

Diuus Gregor. lib. 27. Mora ca. 22. Frumentum, electi sunt, cœlestis horreis recondendi, quod nunc in tritura paleas tolerat, donec cœlestis agricola malos & bonos separet. Hoc tamen frumentum, donec ad perfectionem veniat, nubium infusionem desiderat, ideo Iob dicit, frumentum nubes desiderat, bonorum enim mens prædicatorum verbis infundit, ne à calore cupiditatis exsicceat. Ergo quod Iob frumentum, Dominus messem dixit: quod Iob nubes, Dominus operarios, nubes quia verba distillat, operarij, quia quæ dicunt faciunt. Quod non tacuit Iob dicens, & nubes spargunt lumen suum.

Diuus Chrysof. homi. 33. Dixerunt pharisæi, in Beelzebub eijcit dæmonia at Dominus circumitorum terram, vt discamus bene facta, pro maledictis rependere, alioqui qui pro malefactis, benefaciendi studium relinquit, non is propter Deum sed propter homines benefaciebat. Item Dominus non

expectabat ad se ægrotos afferri, sed vltro ipse ad eos ibat, duo eis beneficia maxima conferens, euangelium, & sanitatem. Nec id ei fuit satis, cum ad ipsum omnes venire nequirit, misit suos discipulos, vt ipsi eos curarent & in Iudæa vt in palæstra exercebantur, vt totius orbis curam subire possent, emisit ergo auiculas è nido: data potestate curandi corpus, & etiam animam. [*messis multa.*] Non mitto vos ad arandi, seminandi que laborem sed ad præparatam messem: idque nequid sibi arrogarent, & vt ad laborem promptiores essent. [*non habentes pastorem.*] Pastorum illius temporis accusatio est, qui oues non ad virtutem ducebant, sed impedimento potius erant [*orate.*] Certè si orantibus Apostolis non dedit Dominus adiutorem, in numero: dedit tamen in virtute, & docuit tantam esse huius doni magnitudinem, vt ad eam esset opus oratione, simulque esse se dominum messis ostendit, & confirmauit verba Baptistæ de Christo, quod haberet ventilabrum, &c.

Diuus Hylarius cano. 10. [*vexati.*] Cui nullus adhuc esset vexator, nec casuali quoque percussæ iacerent oues, cur Dominus vexatorum miseretur? Certè immundi spiritus dominante violentia, & sub legis onere plebis iacentis Dominus miseretur, necdum enim erat aliquis pastor, qui custodiam spiritus sancti adhibuisset. Spiritus Sancti donum copiosissimum est quia verò vtile est, multos esse, qui donum hoc alijs ministrent & hauriant, ideo dicit, rogate Dominum messem, vt mittat. Oratione enim hoc munus à Domino præstat. Quibus missis vis eijciendi dæmones conceditur.

V. Beda li. 2. in Marcum. ca. 26. Dominus suos auditores explorat. Cum facit eos petere solitudinem, pedibus suis, non vehiculis vectos, quatum ergo suam salutem requirant ostendunt. Quam verò sit ipse pius ostendit, eos docendo, & sanando.

Diuus Thomas exemplum præstat prædicatores ne in vno loco doceant, dicit enim eis. Posui vos vt eatis & fructum afferatis. [*docens & prædicans.*] Iuxta illud, annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna. [*euangelium regni.*] Scilicet veritatem, quia in hoc, inquit, natus sum, & ad hoc in mundum veni, vt testimonium perhibeam veritati, & item. Ego Dominus docente vtilia. [*sanans omnes infirmitates.*] Ita dicitur, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis qui sanat omnes infirmitates. Vt sic confirmaret doctrinam, sequentibus signis. [*miratus est.*]

Ier. 8.

Iob. 29

Psal. 108
Ier. 66
Psal. 119

Abacuc. 1

Rom. 14

Ioan. 4

Luc. 8.

1. Re. 11

Ier. 41

Leuit. 14

Deut. 14

Iob. 37

Matth. 3.

Psal. 39.

Ioa. 18.

Ier. 43.

Psal. 12.

Marci. 16.

seruus est.] Contra Stoicos, qui negabant affectus. At Dei est proprium misereri. [vexati.] Quia ubi non est pastor corruet populus & rursus. Dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor, & alibi dicitur, o pastor & idololum, de relinquens gregem. [mefsis multa.] Magna multitudo est tendentium ad bonum, sed paucissimi doctores operarij, qui sunt Dei coadiutores. [rogate.] Officium prædicationis, non nisi precibus impetratur, rogate ergo vt sanctitas predicatorum alijs proficit, vnusquisque vt accipit, gratiam in alios administret. [mittat operarios.] Nō quæstuarios, qui nō in messē Dei, sed suam veniunt.

Rupertus li. 8. de honore. s. Dei. [videns turbas.] Ostendit faciem suam, faciē esse hominis, miserentis ouium, quæ pro pastoribus lupos habent. Et quia nō solam miserabatur eos quos præsentēs habebat, sed & omnium hominū, ideo dicit, mēsis, multa, sed operarij pauci, qui tātum profecerint, vt eis tutē prouidentia animarum committatur. Faciant ergo pastores, quod Moses. Qui videns operarios paucos rogauit Deum, vt de spiritu suo diffunderet in iudices. Imo rogabat hoc modo, quis det vt omnis populus prophetet, & nota quod apud Lucam dicitur, rogate vt eijciat operarios, sunt enim multi libenter ociosi studere volētes contemplatio nisi secretæ rogemus vt hos eijciat.

Simon de Casia li. 9. c. 18. [mefsis multa.] Genus humanū. Operarij pauci, præsertim in primordijs Ecclesiæ, vbi erant. 12. Apostoli, & 72. discipuli, quæ exigua manus ad vincendum orbem? vt sciretur opus esse Dei, nō hominum. [vt mittat.] Ipse enim solus nouit idoneos, & necessarios, & male prædicabūt, nisi ab eo missi. Quos si mittit, cum potestate mittit, ad reuincēdam sapientiā Græcorū. [Idem li. 5. c. 21.] Nemo enim potest hæc signa facere, nisi fuerit Deus cū eo. [circuibat.] Quia nō ociose nec laxè viuebat, sed quærens, quem è terra hac ad cœlum eueheret. Hoc enim est Euangelium, vocare ad regnū. [vidit vexatos.] Iam demonibus instigantibus vt deprauatē viam? [iacentes in terra.] Inclinos ad terrena.

Hugo Cardī. [sine pastore.] Eratis sicut oves sine pastore nunc autem conuersi estis ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Dixit enim Isaias, omnes nos sicut oves errauimus, & Ezechiel, factæ sunt omnes oves meæ in deuotionem bestiarum agri, eo quod non esset pastor & alibi, vidi cunctum Israel, sicut oves non habentes pastore

& quidem pastor ouem centesimam errantem adducit. [mefsis multa.] Multi sunt quos potestis in cœli horrea congregare, videte, inquit, regiones albas ad messem, & Ioel. 3. & Apoca. 14. mittite falces, quia maturauit iam mēsis.

Caieta. [nunquam apparuit sic.] Rectē dicunt turbæ, visa tanta miraculorum copia: [castella.] Nō ergo dedignabatur Dominus, in paruis oppidis prædicare. [in synagogis.] Locis prædicationi deputatis. [omnem languorem.] Summa miraculorum multitudo breuissimè comprehendit?

CAPVT. X.

Et cōuocatis duodecim discipulis



Iuus Hieronym. Benignus Dominus, qui suas virtutes discipulis suis non inuidet: sed sicut ipse curabat omnē languorem: ita seruis suis dedit curare omnem languorem. Sed multum interest inter habere, & accipere. Discipuli curant, sed in nomine Iesu, suam fatentes infirmitatem, & Domini potentiam, & ordinem discipulorum, illius solum fuit ordinare, qui nouit cordis secretari mari. Simon Chananeus ex Chana, vbi vinum ex aqua factum est. Dicitur est Zelotes, quia Chana significat zelum. Taddæus idē & Iudas Iacobi apud Lucā, & Lebbæus, hic ad Abagarū regē missus est. Iudas Iscariotis, vel à vico aliquo, vel quia Isachar significat mercedem, vt iam pretium proditiōnis significaret.

D. Aug. locū hūc. non explicat. Ex eo tñ habem⁹ cōditiones Apostolorū. Vocat eos arietes gregis. Lumē mundi. Fundamenta & colūnx ecclesię. Boues, Nubes, Cœlos, Piscatores hominū. Colles, Canes, Præcipes, Duo decī portę cœli. Mōtes, Iudices, Salteira, Lapides pretiosos, Ossa Dei. Vide Aug. Epistola. 120. quæ est ad Honoratū, & Tractatu. 10. in Ioa. Speciatim vocatur canes pfa. 120. vbi dicitur. Lingua canū tuorum ex inimicis. Latrat. n. pro domo Dei, & edūt de micis quæ cadunt de mensa Dei. Qui nō sunt canes muti. Vide verò, non laudari dentes, sed linguam canum, nec lingua laudatur malorum canū, sed bonorū canum, inquit, tuorū. Hi lambunt aquas vt canes, sicut fecerunt milites. Gedeonis, qui fuerunt 300. hunc vero numerum

merum designat græcis litera. hæc verò litera crucis signum est, quam per mundum gestauerūt Apostoli. Facti ergo sunt hi apostolici canes, ex inimicis, non tamen ex se, sed ab ipso, id est, à Domino. Cum enim inimici essemus, reconciliati sumus, nō ex nobis, sed per mortem filij Dei. Eodem psalmo dicitur principes coniuncti psallentibus laudes Deo, in medio iuuenularum, id est, nouarū ecclesiarum. Hi etiam dicuntur portę cœli, quas diligit Dominus super omnia tabernacula Iacob, vbi etiam dicuntur fundamenta vrbis sanctæ.

Diuus Ambros. li. 5. in cap. 6. Lucæ. Ante quam eligat Dominus Apostolos, orat, non vt pro se obsecret: sed vt pro me impetret, licet enim pater posuerit omnia in eius potestate, est tamen aduocatus noster. Addit Lucas, erat pernoctans in oratione Dei, vbi forma tibi præscribitur, quam debeas æmulari, quid enim pro salute tua te oportet facere, quādo p te Christ⁹ in oratione pernotat rursum quid oporteat facere quādo vis aliquod negociū adoritū simul aduerte, nō eligit Dñs nobiles, sed piscatores & publicanos, ne videat vocasse causa diuitiarū, potētia, aut prudentia. Eligit etiā Iudas ex prouidētia, nō ex imprudentia, quanta enim est veritas, quam nec minister aduersarius infirmat? Rursum, magis voluit Dominus periclitari iudicium suum, quam affectum suum. Quia enim susceperat nostram humanitatem, ideo nec has hominum fragilitates sustinere recusat, voluit igitur deserui, & prodi, vt tu à socio, proditus moderatē ferastuum errasse iudicium, perijsse beneficium.

Diuus Gregorius li. 1. Mora. c. 12. in illud, nati sunt ei. 7. filij, dicit per hos filios significari. 12. Apostolos, quia. 7. est summa perfectionis, & quia quater tria sunt duodecim, qui fidem trinitatis, per. 4. parter mundi tulerunt. [Idem li. 14. Morali. c. 24. in illud, relicta sunt tantummodo labia circa dentes meos dicit labia significare loquelam, dentes vero significant Apostolos qui vitam carnalem mordēt & confringunt. Vnde Petro dictum est occide & manduca. Tempore igitur passionis, derelicta sunt labia circa dentes, solum enim Apostoli loquebantur de Christo. [Idem li. 27. Moral. c. 3. dicit Apostolos fuisse stellas pluuias, quia sublatis in cœlum doctrinæ imbres, per succedentium doctorum expositiones emanauerunt, ne ergo efferant se doctores, eorum enim doctrina de doctrina manauit Apostolorum.]

Diuus Chrysost. homi. 33. Non misit Dominus Apostolos, donec eius omnipotentia sufficienter per tot miracula perceperunt.

Beda li. 2. in Lucam. ca. 21. Rectē. 12. eligit Dominus, siquidem Mareanum in quo sacerdotes lauabatur. 12. bouum clunibus Salomon imposuit, quorum terni quatuor mundi partes spectarent, significans quod Apostoli quatuor mundi plagas, fide sanctæ Trinitatis essent à peccatorum labe purgaturi.

Hugo Victorinus super Iosue. li. 4. ca. 3. Vectores Arca, qua circumdusta septies, ad clangorem buccinarum corruit Iericho, fuerunt Apostoli: turbæ æneæ significant eorū prædicationem inuincibilem, quas clangendo, manibus tenent, cum id quod prædicant opere complent. Murus Iericho corruit, id est, Philosophica argumenta. Percunt habitatores Iericho, id est, homines seculares. Raab verò, est electa de gentibus Ecclesia quæ in fenestra coccinum suspendit, id est, passionem Christi corde creditam per oris fenestram confitetur.

Rupertus lib. 8. de honorifi. [dedit eis potestatem.] Si mirantur turbæ ob dæmonium à muro eiectum, & dicunt, nunquam apparuit sic: mirentur nunc magis Christum, qui talē potestatem Apostolis dedit. Nunquid fuit Moses talis? certē rarias eiecit hic & muscas. Apostoli vero principem ranarum & muscarum eijciunt.

Diuus Thomas. 12. eliguntur, vt esset correspondentia noui & veteris testamenti, & 12. Apostolo responderent. 12. Patriarchis. Item bis. 6. sunt. 12. portō. 6. est numerus perfectus, estote igitur perfecti. [dedit eis potestatem.] Etiam faciendi maiora. Non enim legitur de Christo, quod eius umbra sanaret egrotos, quod de Petro legitur. Nunc prædicatores non habent eam potestatem, quia iam maximum miraculum factum est, scilicet, quod per. 12. vilissimos homines totus sit mundus conuersus. [misit binos.] Bini, significant charitatem: Petrus dicitur Simon, id est, obediens. Vir enim obediens loquetur victorias.

Simon de Casia li. 9. c. 18. Primum Dominus Apostolos suos idoneus fecit vt tales essent vita, quales erant futuri in doctrina, vt audituri inuenirent in prædicatoribus ea omnia, quæ prædicabant, sic enim idoneus fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu, ne esset sermo contemptibilis, & ita eos attemperauit, vt eorum vita non esset amica malis, nec

Prou. 11. Ezech. 34. Zacha. 11.

1. Pet. 4.

Ezeca. 22. & 34. Numer. 11. Liui. 100.

1. Corin. 15. Ieann. 3.

1. Pet. 2. Isaias. 53. Ezech. 34.

3. Reg. 22.

Iudicum. 7.

Roma. 5.

Psalm. 86.

Acto. 16.

Prouer. 24.

1. Cor. 3.

Iai. 16.

Iudit. 16.

Genes. 17. nec tediosa bonis. [*conuocatis.*] Non fuit acceptor personarum, sed morum ipse enim dispositiones mentium nouerat. Hi sunt. 12. principes genti ab Ismael, siquidem constituti sunt ad prædicandum Paganis. Hi sunt. 12. Patriarchæ genti à Iacob. Sunt. 12. fontes vnde potantur Israëlita: vt exodi. 5. dicitur. Sunt. 12. altaria. 12. vbi Moses sacrificauit sunt. 12. præfecti Salomonis, sunt. 12. boues portantes mare, scilicet, baptismum portantes ad omnes gentes, sunt. 12. leuiculi, per quos ascen- debatur in solium Salomonis. [*mittuntur bini*] Vt testis esset alter alterius, & in solamen, & in adiutorium. & in consilium, & ad confere- renda ea quæ essent agenda, & ad grauitatem, & in supplementum, si forte alter dees- set, & in sinuatur charitas in proximos habenda.

Apo. 21. Hugo Cardi. Legitur, quod murus ciuitatis supernæ haberet. 12. fundamenta, in quibus essent scripta nomina. 12. Apostolorum & Agni. Iam sicut peccatum primi hominis per inobedientiã introijt, ita primus Apo- stolorum vocatur Simon. i. obedientia. Por- rø feneca dicit, qui se vincit cõtra omnia for- tis est. Ideo Simoni Andreasi iungitur. i. forti- tudo. Nota solis tribus viris fuisse nomina mutata. Abrahæ, Iacob, Petro. Isti sunt. 12. præ- cipes, qui pronunciat salutaria præcepta. Sunt. 12. Lapidis inueste sacerdotali virtutes & miracula facientes.

Exod. 15. Sunt. 12. Panes propositionis, qui nos pane
Exo. 28. cœli aluerunt.
Leu. 14. Sunt. 12. Exploratores qui viã veritatis ostē-
Nume. 13. derunt in cœlum.
Iosue. 8. Sunt. 12. Lapidis altaris, in quibus præsentan-
Apo. 12. tur opera & orationes nostræ Deo.
Apo. 12. Sunt. 12. Stellæ in coronâ sponsæ, id est, deco-
Apo. 21. rantes Ecclesiam.
Sunt. 12. Fundamenta, super quibus Eccle-
sia redicata est.
Sunt. 12. portæ ciuitatis, quia habent clau-
es regni cœlorum, & quia exemplum præ-
buerunt, quo in cœlum iremus.
Caietanus. Ratio quare elegit Dominus
Apostolos fuit, videre turbas vt oues sine pa-
store, pronas quidem ad fidem, vt oues: sed
quas culpa pastorum neglexerat, quia ope-
rarij erant pauci. Nota, non erant pauci do-
ctores, magistri, doctores: sed pauci opera-
rij, qui vita & doctrina studeant saluti anima-
rum. Primus Simon. Solus Petrus: insigni-
tur primatu, significatur, multum interesse.
Religioni Christianæ, nosse Petri primatum
parum verò quales sint reliqui.

Diuus Hierony. [*in viam gentium.*] Non est contrarius hic locus illi, quo dicit Do- minus, euntes in mundum vniuersum, hic enim locus dictus est post resurrectionem; ille verò ante. Mandabat enim Dominus, vt ad solos Iudæos irent, nec haberent excu- sandi occasionem, cum reijcerent euange- lium. Docemur etiam ne in via gentium ambulemus, vt quorum religio separata est, separetur & vita. [*sanate.*] Quis enim crede- ret rusticanis hominibus pollicentibus re- gnum Dei, nisi miracula fecissent. [*gratis date.*] Sine pretio accepistis, siue pretio da- te, ne Euangelij gratia corrumpatur. [*nolite possidere aurum.*] Siquidem sine pretio præ- dicatis aurum non habete: imo nec neces- saria vitæ, id enim dicit neque es in sacculis, vt sic ostenderent Deum omnibus prou- dere, & simul quod sicut ipsi de se non cogi- tabant, ita de se non cogitantibus ille prou- deret. [*non peram.*] Contra Bastro perita Philosophos, qui contemptores mundi se professi, cellarium tamen secum afferebant [*neque duas tunicas.*] Non quod frigore ri- genti, vnica debes esse tunica contentus, sed quod habens vnã, aliam futurorum timore non seruemus. [*nec calceamenta.*] Plato etiam nudum caput & pedes esse iu- bebat, si enim hæc fortia sint, reliquum erit totum corpus forte. [*neque baculum.*] Qui auxilium Domini habet, baculi auxilium cur quærat? [*signus est operarius.*] Ideo tan- tum accipite, quantum fuerit vitæ necessa- rium. Habentes enim victum & quibus te- ga, & alibi, communicet is qui catechiza- tur ei qui se catechizat, & item, si nos vo- bis spiritualia seminamus, mirum est, si ve- stra carnalia metamus? ¶ Iuxta anagogem, aurum est sensus, argentum est sermo, æs est vox, hæc non à Philosophis, non ab hære- ticis possidere licet, sed à Domino accepta seruare. Rursum non metallo, id est, seculi onere premi, non duplici esse animo, quasi duabus tunicis, non pedes mortiferis vincu- lis alligari, sunt enim calceamenta ex pelli- bus mortuis, sed sanctam terram ingressis, nudos conuenite esse, nõ habere virgam quæ vertatur in colubrum: nec carnali niti præsi- dio: baculus enim arundineus est, Cui si multum nitaris, & baculus confringitur, & magnum perforat.

Diuus August. lib. quæstione ex nouo te- stamen. quæstio. 77. [*in viam gentium.*] Volebat Dominus non prædicare gentibus. Ideo apud Marcum intrans domũ, quæ erat in consi-

in confinio gentium, neminẽ voluit scire, & ideo inquit, nõ sum missus, nisi ad oues, &c. ¶ In quæstione super Matthæo. q. 6. [*excuti te puluere.*] Indicantes, vanum fuisse laborẽ pro eis susceptum, & item, ita nihil terrenũ ab eis quæsisse, vt neque puluerem sibi hæ- rentem velint. ¶ In li. 2. de cõsensu Euan. q. 30. Quærit quomodo Matthæo & Lucæ pro- hibeatur vsus baculi, cum tamen apud Mar- cum concedatur. Respondet, quod sicut ten- tare in scriptura variè sumitur. Non dicitur, tentat vos Deus vt sciat si diligatis illum, at alibi dicitur neminem Deus tentat. Et sicut portare est variũ, nam dicitur, alter alteri onera portate, alibi verò dicitur, vnusquis- que portabit onus suum: sic & virga alicubi significat potestatem, vt illud. vultis in virga veniam ad vos, hac ratione concedit Domi- nus virgam apud Marcum, id est, cõcedit po- testatem accipiendi necessaria, vt Paulus do- cet. Porro apud Matthæum negatur virga, id est, superflua. ¶ Ultra de tunicis & calceamen- tis, negat Matthæus prædicatori duas tunicas & calceos, id est, ne seruent calceos, tãquã aliquando sibi defecturos, sed apud Marcũ conceditur vsus sandaliorum qui bus mysti- cè significatur, vt euangelicus pes nec ita tectus sit, vt taceatur prædicatio: nec ita nu- dus vt sibi hæreant terrena. ¶ Idem li. q. vete- & no. test. Dominus iubet nihil deferri in via quorsum enia ferrent, quibus erant omnia offerenda.

Diuus Ambrosius li. 6. in e. 9. Lucæ. Vult Dominus vt prædicator fide tutus sit, vt quo minus necessaria, requirit, hoc credat magis posse suppetere. Ergo virgam potestatis se- cularis reijciat: aurum & diuitias contemnat carnẽ & eius illecebras, quasi tunicã exuat. Puluerem excutiat, vt si quid leuitatis est in suis hospitibus, ab Apostolis excutiat.

¶ Idem li. 7. in. c. 10. Lucæ, si aurum habere prohiberis, quanto magis eripere? cur qui di- cis non furandum furaris. Nõ ita Petrus sed iuxta hoc præceptum inquit, aurum & ar- gentum non est mihi hic gloriatur se nihil habere: cur ergo nobis pudori est minus ha- bere? Igitur pauperes est gloriosa, quia beati pauperes. [*non calceamenta.*] Id est, nihil sit in vobis mortale, calcei em ex corio sũt mortuo. Qui mittitur ad liberandum popu- lum calceos non habeat, sicut. Mosi præci- pitur huius enim officij minister, nec mor- tem timere debet. Dices, cur ergo agnus pas- chalis non nisi à calceatis comedi iubetur? Ratio est, quia in Aegypto sunt serpentes,

qui ergo in Aegypto est, timeat pedibus ne mordeatur, at qui Paulus exijt ab Aegypto ideo nihil viperæ venenum timuit, dedit enim Dominus potestatem calcandi super serpentes. [*non virgam.*] Id est, non pote- statem vlciscendi, humiles discipuli humilis magistri, qui doctrinam non tam cogere quam docerent, qui docentes patientiam eam præstarent, qui facerẽt quod fecit Chri- stus, percussus non reperiens, grauiora enim vulpera mansuetudo contumacibus refert. Porro quod apud Marcum concedi- tur virgæ vsus, id est, quod Paulus Timo- thæo dicit, argue, increpa cum omni imperio, ante passionem omnis conueniebat mā- suetudo, post eam vero, etiam requiritur correctio. Qui enim parit virgæ odit filium vnde & baculos habeant in manibus qui pha- se celebrant, & Dominus inquit, visitabo in virga iniquitates eorum. Hæc sunt ex lege veteri, at in noua est mansuetudo, vt il- lud. Si me quæritis finite hos abire, & rur- sum, cupientibus ignẽ de cœlo dicit, nesci- tis cuius spiritus sitis. Perfectiores ergo ha- beant sine virga, imperfectiores verò cũ ba- culo eant. [*neminem saluate.*] Id est, ne ob- staculum deuotioni ponatur, sicut Elifæus dicit ad Giezi. [*domo in domum.*] Ne primus hospes contemni videatur.

Diuus Chryost. homi. 33. [*in viam gen- tium.*] Ne ergo putetis me odire Iudæos: li- cet ipsi dicant me damonem habere: imo herum priorem curam habeo, non ergo mit- tit Dominus ad eos qui facilius conuerterentur, sed ad eos qui difficilius. [*ad oues.*] Oues vocat, licet sponte fugerint, vt paratam sibi veniam doceat. [*appropinquauit regnum.*] In- audita est hæc doctrina. Moses enim & pro- phetæ terrena promittebant. At qui Aposto- li tanta prædicaturi, nullius mortis aut peri- culi timorem obijciunt, sed Domini iussa ca- pessunt. obedientissimi, licet Dominus eis vincula & carceres manere prædixerit. Iam dat eis potestatem edendi miracula, cauet ta- men ne in superbiam eleuentur, & dicit gra- tis accepistis, quasi diceret, non est vestrum, ne incidatis in superbiam, cum qua parum valet edere miracula. Mox in tulit eradicationem cupiditatis, quæ est omnium malorum radix, ideo eis aurum & æs interdixit, nõ dixit non accipietis, sed nõ possidebitis, vt sit de discipulis nulla posset esse suspicio, & eis ex temporali cura nullum oriatur impedi- mentum, & vt suam omnipotentiam osten- dat, dicit, num aliquid defuit vobis?

Diuus Basilius interro. 251. Quomodo cōstant, nō portetis facculum neque peram, & quod Lucæ. 22. dicitur, qui habet faccum tol lat similiter & peram? Respondet, secundum locum non esse præceptum, sed vaticinium quo docuit, Apostolos in nocte passiōis obli tos præcepti Domini, gladio rem esse ausu ros, ergo valet illud tollat, pro tollet, impe ratiuū pro futuro, de Hebræorum more, vt illud diabolus stet, pro stabit à dextris eius.

Psal. 108.

4. Re. 1. Act. 12. Act. 21.

Ioannis. 13.

Psal. 88. Psal. 22. Psal. 3.

Idē interro. 23. Vfus zone fuit in vsu maiori b°. Nā Ioānes Zona pellicea cingebat lūbos & Elias, & Petrus vt habetur eo loco, præcin gere & calcea te, & Paulus vt eo loco. Virū cuius est hæc zona alligabunt, & Job, vt illo loco, accingevt vir lumbos tuos. Est enim zo na signum animi strenui, & ad opus præpara ti, quin etiam calorem fouet, & impedimē ta motus aufert, Dominus enim lauaturus discipulorum pedes præcinxit se. Idem in psal. 44. virga varie dicitur, instructiva, qua lis est virga Dei, recta, & recta inferens iudicia, vt tibi, visitabo in virga iniquitates eorū. est virga consolatoria, vt ibi, virga tua & bac ulus tuus ipsa me consolata sunt. Est virga contritionis de qua, reges eos in virga fe, & tanquam vas figuli confringes.

Euthymius. [non aurum.] Quia regnum cæleste annūtiabant, oportebat eos quasi an gelos de cælo descendentes, leues, ac expedi tos incedere, omni terrena cura liberos, & ad solum ministerium sibi commissum respiciē tes. Quomodo vero Matthæus & Lucas di cunt interdistos calceos, cum Marcus dicat concessa sandalia? Resp. Primum quidem cal ceos prohibitos, postea verò concessa sanda lia, & vt retinerent baculum, ad pedum cu stodiam, & sustentamentum corporis, demit tente se Domino eorum imbecillitati.

Diuus Hylarius. [in viam gentium.] A gen tili ignorantia opere & vita abstinet. [in ci nitates Samarita.] Id est, ab ecclesijs heretico rum abstinet. Tota deinde potestas domini cæ virtutis in Apostolos transfertur, vt qui in Adam erant ad similitudinem & imaginē Dei figurati, nunc ad imaginem Christi figu rantur, nihil à Domini sui virtutibus diffe rentes. [prædicare.] Quia instat regnum. i. q. imago & similitudo Dei, nunc in consortiū veritatis assumitur, vt sancti omnes, qui cœ li nuncupati sunt, Domino conregnent, in firmos curent, mortuos suscitent, & demum quidquid malorum Ade corpori Satanae in stinctus intulerat, ipsi expellant. [non aurū in zona.] Non invidet auro. Sed quia zona

ministeriū significat, admonemur, ne quid in ministerio nostro venale sit, nec apostola tus nostri sit auri possessio. [non peram.] Id est, cura secularis substantiæ est relinquēda quia vbi est thesaurus, est etiā cor. [non duas tunicas.] Sat enim est semel Christum induit se, ne hæresin vel prauitatē super induamur. [non calceamenta.] Quia terra sancta est, vita Christiana, neque spinis peccatorum est ob sessa, nō igitur requirit calceos, sat est sic am bulare, sicut Christus præcepit. [nō virgam.] Id est, non indigere iure potestatis externæ, sat enim est habere virgam de radice Iesse.

Beda li. 2. in Marcum c. 24. Nō negat Do minus, quin Apostoli aliunde quam ex præ dicatione victum quærant, alioqui, nec ma nibus suis illum quærere possent, sed docuit Apostolis ista deberi. Cum autem aliquid à Domino mandatur, culpa est non obedire, cum autem potestas datur, licet suo iuri ca dere. [non in zona.] Indicat apostolis ne pos sideant nec portent vitæ necessaria nec mini ma etiam, hæc enim ministris Euangelij ni hil requirentibus, à fidelibus deberi, & exhi benda esse.

Rupertus lib. 8. in Matth. Non ordinavit aut sacrauit Dominus in loco isto suos Apo stolos, sed tunc quando introiuit in Sancta, & quidem post suam resurrectionem plenā eis dedit potestatem, cum dicit, euntes doce te omnes gentes, & accipite spiritum sanctū, & ideo prohibentur nunc in viam gentium ire, quia nec dum acceperant spiritum san ctum, quem baptizatis darent. Porro prædi caturi erāt, aduenisse regnum, id est, aduenisse pastorem magnum, ijs ouibus, quæ pro pa storibus habebant lupos, è quorum fauci bus essent liberanda. Item prædicare, quod appropinquat illud regnum, quādo magnus pastor separabit oues ab hædis, & iudicabit inter pecus & pecus. Quia verò difficile erat habere fidem tantæ prædicationi, ideo infir mos curate, ita verò curate vt sicut gratis ac cepistis gratis detis, gratis dedi vobis, quis. n. dedit ei, & retribuetur ei. Imo non soli vos, sed omnes etiā antiqui, de plenitudine eius acceperūt, & gratis dederūt, vt Eliseus. [nec virgam.] Virga duplex, regalis quæ eis inter dicitur, & pastoralis, quæ eis apud Marcum conceditur. De prima dicit Petrus, non do minantes in cleris, sed forma gregis facti, & Paulus, Parcens vobis non veni ad vos, non quod dominemur fidei vestræ, sed adiuto res potius gaudij vestri. Quorsum verò pot tet Dei minister aurum, cum etiam regibus

Roma. 11. 4. Reg. 11

1. Pet. 5.

2. Cor. 10

fame

3. Reg. 17. fame oppressis, Dei ministri, à Deo alantur. Si quidem fames præmebat Achab, & Eli sæus pascebatur à coruo & à vidua.

D. Thomas. [Samaritanorum.] Cur pro hibentur Apostoli ne his prædicent. Siqui dē dicitur, videbit omnis caro salutare Dei. Respon. quia Iudæis erat primum prædican dum ex iustitia. Gentibus ex misericordia. Sicut Paulus docet. Dico inquit Christum fuisse ministrum circumcisionis. &c. Porro iustitia præcedit misericordiam, & prius nu tritur oliua, mox ei oleaster infertur, & secū do, quia agēs debet prius agere in proximū, quam in remotum. Iudæi verò erant propin qui. [ad oues.] Cur oues? quia magis perie rant culpa pastorum, quam sua, eratis enim sicut oues errantes. [prædicare.] Idem præci pitur vt illi prædicent, quod cœpit Christus prædicare. Quod scilicet, cum prius esset lōgē à peccatoribus salus, per Christum iam propē est. Sed cur nunc miracula non fiunt? Quia satis est totius mundi conuersio, & etiam quia nunc multa miracula spiritualia fiunt multi enim mortui in peccato, viuunt multi infirmi in fide, sanantur, multi leprō si, qui alios inficiunt, mundantur, multi dæ moniaci in quorum affectum peccatum per vsum intrauit, liberantur. Data verò potesta te, dicerent Apostoli, iā possumus esse diu ites, ideo dicitur illis gratis date, magnum est facere miracula, sed maius est bene facere, alioqui omne aurum in comparatione eius, arena est. [non aurum.] Fuit hæresis dicentiū neminem seruari posse nisi, qui nihil haberet, & discalceatus esset. Sed hi non intelli gunt aliud præcipi solis Apostolis: aliud ve rō fidelibus cunctis. Dices si Apostolis solis id præcipitur, igitur male faciunt Episcopi habentes aurum, respondet, hoc præceptum positum solum ante passionem: quādo mit tebantur Apostoli ad Iudæos, qui de more habebant suos pascerere Leuitas. Post passio nem verò etiā gaudiū ferri permittit. [calcea menta.] Pauperes orientales sine calceis, sed eum solis sandalijs ambulāt, voluit ergo Do minus suos Apostolos esse pauperes.

Roma. 15

Roma. 11

1. Cor. 1.

1. Petri. 2

Prouer. 8

1. Timo. 2

Simon de Cassia, lib. 9. cap. 18. Nemini in mentem veniat Christum aspernatum gen tes aut Samaritanos, qui omnes homines vult saluos fieri, sed decebat Iudæis primum prædicari, siquidem inter omnes, vnus Dei cultum seruauerant, & eis prædica tionis promissio facta est, & ex eis sunt Pa tres, ex quibus est Christus. Igitur præcipit Dominus ne prius aut magis prædicetur gē

tibus, quam Iudæis, nec credas si Iudæi credi dissent, gentibus non fuisse prædicandum: imò fuisse, sed prius Iudæis. Id enim habēt veri Christiani, vt fidem suam omnibus ve lint esse communem. [gratis date.] Quomo do enim Euangelium æquo pretio posset vendi, cum sit virtus Dei? Iubentur verò ni hil ferre in via, quia prædicatores exemplū præstare debent contēnendi mundum, ne occasio infidelitatis sint: non enim terrena gerant, à quibus conantur terrenos auertere, neque ornamenta quærant corporis, qui or nati sunt virtutibus. [duas tunicas.] omne quod iure naturali sufficit, vnum est, super fluitas est dualitas. [sine calceamen.] Labo riosos, non delicatos vult esse Euangelicos pedes, quos absterfit Dominus, suis manib⁹. [non virgam.] Correctionis non enim pro hibet senibus aut infirmis baculum habere. Audaciter dicam non ita mirabiles fuerunt Apostoli, in miraculis edendis, vt in tempo ralibus contēnendis, nec in efficacia verbi adeo persuaferunt, quam in libertate à tem poralibus. In hoc solo visi sunt diuini, Chri stiferi, & audientes rediderunt facile esse aliam vitam, cum istam videbant ita despici.

Hugo Cardina. [in viam gentium.] Ne san ctum detur canibus, neque mittatis, &c. [sed ire ad oues.] Supra enim dixerat, misertus est eis, qui erant vt oues sine pastore, & rur sum dictum est, ad annunciandum mansue tis misit me, id est ad oues. [Appropinquabit regnum.] Id est, prope est, vt homines fiant digni, vt in eis regnet Christus, vel prope est vt aperiat porta cæli, per meam passionē. [gratis date.] Ita Petrus Simoni Mago, pecu nia tua tecum sit in perditionem, quia existi masti domum Dei pecunia possideri, gratis igitur date, etiam sine respectu gratiæ & fa uoris humani. [neque pecuniam.] Scilicet ap pensam in zonis, hæc præcipiuntur ante re surrectionē, non verò postea. [neque calcea.] Necessaria fuerunt Apostolis sandalia, quia Palestina arena est, & estate calientissima. [dignus est operarius.] Qui enim bene præ sunt presbyteri duplici honore digni sunt, maxime qui laborant verbo: & item labo rantem agricolam oportet primum de fru ctibus percipere, & item qui altario deser uiunt, de altari manducant. [gratis date.] Venite emite absque argento & vlla com mutatione Isaias. 55. [nolite possidere.] At nunc nihil aliud suspirant, nisi aurum.

Caietanus. [in viam gentium.] Erāt enim infideles, quibus nondum erat prædicandū, Tō primus, O donec

1. Cor. 1.

Isai. 61.

Acto. 8

1. Timo. 1

1. Timo. 2

1. Cor. 9.

donec Spiritus sanctus mitteretur, quo mis-
so debent ire ad omnes gentes, & eritis mihi
testes inquit, in Iudæa, Samaria, & vsque ad
vltimum terræ. [*appropinquauit regnum.*]
Quod Ioannes & Christus prædicauerunt,
prædicent Apostoli: fructus enim prædica-
tionis est, vt audientes credant, ament, & spe-
rent cælestia, quæ in lege veteri distabant,
nec enim sancti Patres ad cælum, sed ad lim-
bū ibant. Porro in prædicatione regni cælo-
rum clauditur prædicatione cōtempus regni
terrarum, & abiectio vitiorum quæ introitum
regni impediūt. [*nolite possidere aurū.*]
Nō negat quin habeant pretia rerum, sed ne-
gat, vt ea in zonis suis iter facturi afferat, sen-
sus ergo est, iter aggressuri, in zonis vestris
aurum nec es appēdatis. [*duas tunicas.*] Nō
prohibet multas deferre tunicas, sed prohi-
bet afferre mutatorias. Alioqui habuit Chri-
stus plures tunicas. Siquidem milites fortē
miserunt super eius vestibus. [*neque calcea-
menta.*] Intelligit duplicia, duo enim ad tuni-
cas & calceos refertur, est ergo sensus, ne affe-
ratis calceos mutatorios, alioqui calceos san-
daliorum eis permisit. [*neque virgam.*] Ad
defensionem: siquidem baculus sustentatio-
nis apud Marcum conceditur. Hæc ita serua-
ta fuisse testatur Dominus dicens, quando
misi vos sine sacco & pera. Iam sicut nega-
tur pera, ita & vtricus vinarius, sicut verò
conceditur sandalium, ita & pileus: ea enim
prohibet quæ erunt pro futura, non tamen
ea quæ de præsentibus sunt opportuna. Porro
non hæc præcepit Dominus, sed declarauit
hunc esse meliorem modum supererogatio-
nis, ad prædicandum, quem ipsa comproba-
uit experientia, quod verò non præcepit
mōstrat illud verbū, dignus est operarius, &c
[*dignus est.*] Id est, secū fert vnde viuat, nec
intelligas deberi cibum pro mercede, infœ-
lix enim esset prædicatione, cui cibus daretur
in mercedem, sed est argumentum à minori
si operarij securi sunt de cibo, multo vehe-
mentius vobis.

Lyra. 5. modis capitur regnum cælorum.
Pro Ecclesia militante, iuxta illud, minimus
vocabitur in regno cælorum, id est, in hac Ec-
clesia, vt Gregorius testatur. 2. Pro Ecclesia
triumphante, vt in illo, beati pauperes, quia
ipforum est regnū cælorum. 3. pro lege Moy-
si, vt auferetur à vobis regnum Dei. 4. Pro
Euangelio, vt cum dicitur, omnis scriba do-
ctus in regno cælorum profert de thesauro
suo, &c. 5. Pro Christo: de quo dicitur, per-
uenit in vos regnum Dei. Ita capitur hic.

[*non virgam.*] Id est, nullum auxilium tem-
porale, alioqui mos erat Magistris Hebræis
gestare virgā, ideo apud Marcū conceditur.

In quancunq; ciuitatem.

Diuus Hieronymus. Apostoli nouam in-
trantes urbem, scire non poterant, quis qua-
lis esset, ergo est eishospes, populi famam eli-
gendus: ne prædicatoris dignitas hospitis in-
fama deturpetur. [*quis in ea dignus sit.*] Ex
hoc igitur loco, hospes non a tribuere benefi-
cium videtur: sed accipere. [*pax.*] Erat salu-
tatio Hebræorum, ergo pacem precamini cū
domum intratis, & si ibi discordia fuerit, eā
sedate. [*excute puluerem.*] Vt nec etiā ne-
cessaria suscipiatis, ab ijs qui Euangeliū spre-
uerunt. [*tolerabilis.*] Vnde colligitur inter
peccatores diuersa esse supplicia.

Diuus Augustinus libr. q. in Matth. q. 7.
[*excute puluerem.*] In testimonium quod
ab eis nihil terrenum querent, vt etiā pul-
uerem herentem pedibus excuterent.

Diuus Ambros. lib. 6. in Lucę cap. 9. Ali-
enum à predicatore esse debet cursitare per
domos & hospitij iura mutare. [*excute pul-
uerem.*] Vt si quid hospitibus leuitatis he-
reteret, per Apostolos susceptos excutiatur
Mystice, dum domus hospitij deligitur, Ec-
clesia intelligitur. Quæ enim indignior esse
potest Apostolicę prædicationis ingressu,
quam Ecclesia? Aut quis magis eligendus
quam Christus, vbi habitemus? Ipse enim so-
let hospitum suorum pedes lauare: nec eos
immūdos esse patitur. Hic solus est hospes,
quæ nemo deserere quæ nemo debet mutare
Ad quæ enim ibimus, verba siquidē vite eter-
næ habes. In hoc ergo hospitio Ecclesiæ &
Chri habita. At in puluere fatiscētis perfidię
hereticorū ne figas pedē, ne inficiat, vt enim
fidelium infirmitates sunt à nobis suscipiendę,
iuxta illud, q̄s infirmat, & ego nō infirmor:
ita & hereticorum pestes sunt vitandę, heret-
icum enim hominem deuota, iuxta Paulū.

Diuus Chrysostomus homili. 33. [*quis di-
gnus sit.*] Id laus erat Apostolorum deligen-
tium meliora, & simul erat prouidentia, nā
qui dignus erat, daret eis necessaria non inui-
tus, præsertim non nisi necessarijs uolentibus
Iubentur igitur ne transeant de domo in do-
mum, ne vel aut hospes turbetur: aut ipsi le-
uitatis aut gulę arguantur. [*pax huic dom.*]
Nolite credere quod quia doctores estis, fi-
tis salutadi, imò vos ipsi salutate priores. Ve-
stra verò benedictio non erit inanis, imò si fi-
lius

lius fuerit ibi pacis, pax vestra requiescet
super eum. [*excute pul.*] In signum quod
nihil ab eis receperitis. Tu verò considera, vt
omnibus eos priuans, eis omnia concesserit.
Siquidem facultatem eis dedit penetrandi
domos, & sumendi quę apponeretur. Igitur
Apostolos cura liberabat, & cæteris persua-
sit, eos eorum salutis causa n. illos. Idque fa-
cile persuadere poterat, siquidem videbant
eos medicos & doctores non nisi necessaria
petere: ad solos dignos intrare: virtutibus e-
tiam clarescere. Ergo nihil adeo Philosophie
sublimitatem ostendit, quam si nihil super-
fluum quæras, & magnitudine animi nulla
re indigeas. Hanc Apostolorum pacem Pon-
tifex in Ecclesia populo dat, quod si aliquā
do reprehendit & castigat, pacis id studio fa-
cit. Si tu iniquus es pacem non recipiens, pō-
tifex puluerē non excutit, sed tolerabilius
erit Sodomæ quam tibi.

Diuus Basilius P. sal. 28. Inter benedictio-
nes Dei pax est, & Pax est status mentem
procul omni intemperie constabiliens, hæc
exuperat omnem sensum: quam Aposto-
lus precatur Ecclesijs, cum dicit, Gratia vo-
bis & pax, &c.

Euthymius. [*si fuerit domus digna.*] Nō
dedit Apostolis præcognitionem digni & in-
digni, vt se videntes hac cognitione destitu-
tos humiliarent se. [*excute puluerem.*] Ve-
lut impium propter illos. [*Sodoma & Go-
morra.*] Cum igitur Sodomei fuerint in hoc
seculo puniti, & in futuro etiam punientur,
sequitur aliqua esse peccata in hoc seculo &
futuro punienda.

Diuus Hilarius Cano. 10. Pax dicitur ab
Apostolis, sed non datur nisi dignis, pax ve-
rò illa est, viscera miserationis. [*excute pul-
uerem.*] Est nescio quæ communitio loci, &
eius rei quæ est in loco. Siquidem est loci
cum corpore coniunctio, igitur reliquendū
est peccatum loco indigno, & nihil sanctita-
tis de insistentium Apostolorum vestigijs re-
lictum est ei relinquendum.

Rupertus libr. 8. de honor. filij hominis.
Loth videns hospites suos non expectauit
vt quærerent, quis esset in eo loco dignus, sed
obsecrauit, imò compulit eos vt in eius do-
mo manerent. Quia ergo eius domus digna
fuit, pax hospitum in eā venit, Sodoma ve-
rò quia indigna fuit, non recipiens hospitio
Angelos illos, igne & sulphure crematur. Er-
go similiter Ecclesia nostra quæ Christum
& Apostolos suscepit, vt pote digna, pace
impletur est enim Christus pax nostra, qui

in Ecclesia quiescit. At illa antiqua Synago-
ga quæ Christum non suscepit intolerabi-
lius cruciabitur quā Sodoma. Dicitur enim
maior est iniquitas filiarum populi mei, pecca-
to Sodomorum. [*excute.*] Horrendam se-
parationem, & anathema significat.

D. Thomas. [*si quis dignus.*] Magnū est
Apostolos in hospites recipere. Sicut Abra-
hæ magnum fuit tres illos suscipere. [*pax
vestra.*] Possumus dicere quod domus illa
haberet inde aliquid benedictionis, vt Num-
me. 6. dicitur, inuocabunt nomen meum
super Israel, & ego benedicam eis. [*ad vos
reuertetur.*] Non enim amittetis vestri labo-
ris premium. [*excute.*] Ita Paulus & Bar-
nabas, Acto. 14. [*tolerabilis.*] Contra quia
Sodomia est grauissimum peccatorum. Re-
spond. ita est grauissimum carnalium. Sed
nō recipere prædicatorem est contra Deū.

Simon de Cassia libro. 9. cap. 19. Iubentur
habitare cum dignis, ne ansam alij accipiant
habitandi & conuersandi cum indignis. Ne-
mini igitur dantes ullam offensionem, ne mi-
nisterium nostrum vituperentur. Falli verò
hospitio recepti sunt à meretrice. Elias à vi-
dua gentili, & Dominus ibat in domum Cæ-
turionis. [*pax.*] Recte is quo nascente pax
cantatur in teris, qui dum viueret annūciat
pacem his qui lōgē & his qui prope, qui nō
riens pacē relinquit Apostolis, non eis aliud
mandat quam pacem. Pax verò erat, bona
voluntas, Christi sequela, terrenorum abdi-
catio, patientia in aduersis, temperantia in-
ter prospera, certissimus virtutis amor, vitio-
rum odium. [*excute.*] Vt ille puluis excu-
sus testimonio sit tot laborum, pro eorum
salute susceptorū, & sicut lutum ē pedibus
excutiatur, ita essent illi à consortio sanctorū
excutiendi, & sicut est res vilis puluis pedi-
bus hærens: ita illi ciectores Apostolorum
essent viles, & sicut terra propter Adam ma-
ledicitur: ita & maledicitur puluis propter
hos, & sicut puluis leuis est, & facile iactatur
ita hi essent facile iactandi, vt qui doctrinā
Christi grauidi non essent, vel certe excuti-
tur puluis, vt illi recordentur se resoluendos
in puluerem, vt vel timor mortis eos admo-
neat. [*tolerabilis.*] Siquidem non est vitium
doctrinam Christi recipere, imò recipere,
omne vitium eiicit.

Caietanus. [*quis in ea dignus sit.*] Nō quis
diues, aut quis bonum habeat hospitium. Sed
quis dignus est regno cælorum, siquidem tu-
lis recipiet vos hospitio, & domus eius pri-
To. primus. O s ma

ma sumet vestra prædicationis fructu. Vnde patet Christum non ordinasse vt discipuli viuerent e mendicatio: nec ex pretio, neq; ex oblationib⁹ quas essent recepturi, sed ex hospitis digni cibis. Dices forsitan nullus erit dignus, imò verò hæc est curæ diuinæ infalibilitas. [*donec exeatis.*] Non est ergo mutandum hospitium, etiam si sit angustum, etiã si tenuẽ cibum ministret. [*pax.*] Cuncta se cū bona trahit, pax, scilicet, illa spiritus, pax cæli, non terrena. [*excute.*] Vt nihil relinquatur vestrum apud illos, & ita terreantur. [*tolerabilis.*] Quia reiicientes Euangelium dicunt Deo recede à nobis, scientiam viarũ tuarum nolumus. Rursum peccant hi cõtra fidem & spem, quæ sunt bona ordinis diuini

Ecce ego mitto vos.

D. Hierony. Lupos vocat scribas & pharisæos. [*estote prudentes.*] Ad cauẽdas insidias Serpens enim toto corpore occultat caput, ne feriat. Et nosigitur, toto corporis periculo, Christum qui caput nostrum est, custodiamus. Simples simus vt columbæ, vt scilicet, habentes spiritum sanctum, qui speciẽ columbæ habuit. [*tradet frater fratrem.*] Id crebro videtur, non est enim inter eos fidus affectus, quorum est diuersa fides. [*qui perseuerauerit.*] Non enim fecisse, sed perfecisse virtutis est. [*fugite in aliam ciuitatem.*] Vt ibi Euangelium prædicetur.

D. Augu. lib. de salutaribus docu. cap. 28. Quidam serpens bibiturus aquam, euomit prius omne venenum, esto ergo & tu hic serpens, & odium omne projice abs te, nisi enim remiseris, non remittetur tibi. Idem in lib. q. super Matth. q. 8. [*sicut serpentes.*] Exuunt enim veterem pellem, quod imitantur qui intrant per angustam portam. [*sicut colubæ.*] Columbæ nullum prorsus animal occidit. Sanè passer sedit animalcula minuta: quod columbæ non faciunt. Idem lib. 3. de doct. Christiana. c. 25. Multa vocabula accipiuntur diuersè in sacra scriptura. Serpens hic capitur in bonum. Sed. 2. Cor. 11. Capitur in malum, Serpens inquit decepit Euam. Ita leo in bono, vicit leo de tribu Iuda. Leo verò in malo, circuit quærens leo rugiens. Ita & fermentum, &c. Et lib. 4. de doct. Chri. c. 15. Magis studere deberet prædicator orationi quã eloquẽtiã, vt nõ ipse, sed Spiritus sanctus loqueretur in ipso. Debet tamen & ipse suam adhibere diligentiam. Sicut cū curamus infirmum Deus est qui salutẽ operatur, at nos etiam diligentiam adhibemus.

D. Ambr. in. c. 10. Luc. [*Ecce ego mitto vos*] Id ad septuaginta duos discipulos dictũ est. [*Agnos.*] à natura lupus agno est inimicus, sed pastoris diligentia efficit, vt nihil agni à lupis timeat, sed impleatur illud, Agni & lupi pascentur simul, lupi bestia sunt rapaces, gregibus infidiatur, ceterum hominum timent, absentia pastoris explorant, canis vocem fugiunt, guttur ouis inuadunt, & vt fertur si hominem prius viderint, mutum eum reddunt, quadrat hæc in hæreticos: id maxime, si quæ inuadunt, piam vocem ab eo auferunt, mutumq; ad Christum efficiunt.

D. Grego. li. 1. Mora. c. 2. In illud erat Iob vir simplex, inquit, Paulus monet vt simus sapietes in bono, & simplices in malo, & ite, nolite pueri effici sensibus: malitia verò paruuli estote. Id est, quod Dñs iubet simplices nos esse vt columbas: sed prudentes vt serpentes. Si quidem Spiritus sanctus in specie colubæ veniẽs, venit etiã in specie ignis. Vtrũq; igitur alterũ tẽperet. Aduerte tamen, quod Spiritus sanctus cum super Christum apparet, videtur in specie columbæ, cuius simplicitate zelus Dñi qui sicut ignis ardet, tẽperetur. Dũ apparet tamen Apostolis, in igne videtur: vt eos torpentes accendat. Idem li. 2. Epi. c. 37. Si Dñs iubet, nolite cogitare quid loquamini, videtur ergo frustra esse studium literarum sacrarum? Responder in tribulatione persecutionis, non esse cogitandum secus in pacis tranquillitate.

D. Chryso. homi. 34. Dñs Apostolis, quæ eis erant mala ventura prænunciat, vt inde eius scientiam intelligerent, qui etiam tã longè post vêturã prædixit. Et sciãt nõ esse eũ imbecillẽ qui futura prænouit. Et sciãt mala antequã veniãt, vt à iaculis præuis minus feriantur. Et vt tempore passionis Dñi, vt præmuniti, non stuperent, & demum nosset, se contra mundũ præliaturos, nouo preliãdi genere, pauperes, inermes, nudos, &c. Dicit igitur mitto vos, non modo cõtra lupos, sed etiam in medio luporum, inter quos iubeo vos non solum simplices esse, sed etiam colubas, vt inde mirabilis potentia monstretur, quod nec oues vincantur à lupis, sed contra lupi vertantur in oues, quod maius est, quã illos gladio vincere. Certè dum oues sumus vincimus lupos, dum lupi esse volumus, destituimur fauore pastoris qui nõ lupos pascit, sed oues. Igitur ego mitto vos, indoctos ignobiles, ad tanta pericula. Sed vnicã hæc consolatio sit, quod ego mitto vos. Poteram quidem mittere vos vt leones totum orbem deter

1. Cor. 12 deterreres, sed hac ratione magis mea declaratur virtus, virtus enim in infirmitate perficitur. [*estote prudentes.*] Sed quid prodest ouina prudentia, aut columbina simplicitas in medio luporũ: in medio accipitrum. [*simplices vt columba.*] Vt etiam contumelijs affectus, omnem malevolentiam ex animo exuas. Dices durissima hæc præcepta, quomodo enim iubes foenum iuxta ignem, non cremari, imò extingui? Certè nõ sunt impossibilia hæc. Si quidem ea præstiterunt Apostoli. [*tradent enim vos.*] O admirabile discipulorum constantiam, audiunt prædices, reges, orbem contra eos concitandos, nec tamẽ à Christo fugiunt. Imò addit Dominus, tradet frater fratrem, quomodo ergo (dicere poterant Apostoli) in nos credent homines, cū videant propter nos omnia cedibus & sceleribus impleri? Duodecim sumus & si mille millium essemus, quomodo pacem persuadebimus? Nihil vero horum dixerunt, sed facile obtemperant, satis habentes, si propter Christum paterentur. Ita enim Dominus adiecit. Propter me, & item adiecit. Spiritus patris loquetur in vobis. Quo verò ad dignitatem eos extulit prophetarum. Adiecit etiã. Qui perseuerauerit saluus erit, hoc deiectos animos attolebat. Intellexerunt etiam Apostoli, tantam suæ prædicationis efficaciam futuram, vt propter eam fratres suos fratres cõtemnerent: vtq; omnia essent aduersa superaturi. Num tale aliquid fecerunt Stoici, aut alij Philosophi? Inuaduntur Apostoli à dæmonijs, ab hominib⁹ à toto orbe, illi verò ex vita dæmoniaca conuertunt homines ad diuinã, eijsiunt dæmones non modo ex ciuitate, sed ex eremo, & nemo eos impedire potuit. Quia spiritus loquebatur in illis. At nos miseros. Illi in tantis tribulationibus seruauit se & orbem. Nos verò molliter & in pace viuentes, nos & alios destruimus. [*non consumabitis ciuitates Israel.*] Id est, non peragrabitis omnem Palestinã, ante meam passionẽ postquam, non ego vobis auferam tribulationes, sed addam robur ad eas tolerandas. Sat enim est aspectus Christi, ad sedandos labores.

Author in homina. homi. 24. [*ecce ego.*] Ego qui claudo ostijs mare, mitto vos, vt dum mittentis authoritas attenditur, minus pericula timeantur. [*in medio luporum.*] Cum lupi inceperint vos vellicare, ne vociferemini: scientes, quod nisi vos exuamini lana & vita, alij non habebunt vestem nec vitam, & si exuamini hac vita mortalitẽ, vos

alia manet immortalis. Interim quod gentes fuerint lupi, dorsum in patientiam præstate, vbi versi fuerint in agnos, vestrum eis lac præbete. Cur verò dicit, sicut oues, & non dicit, sicut luporum. Certè quia dum viuimus nemo ad plenum est ouis, sed sicut ouis, at esse potest plene malus & lupus. [*estote prudentes.*] Cum infidelib⁹ esto te serpentes, cum fidelibus columbæ, serpentes ad malum intelligendum, columbæ ne malum faciamus. [*caute ab hominibus.*] Vt à pestilentissimi malo. bestia enim malum est: sed irrationale, homo verò rationale malum ideo bestia vnũ malũ est homo oĩa mala, peior est homo bestia: imò & diabolo, q̄ timet iustum, quẽ magis homo aggreditur, arma diaboli, malus homo. [*spiritus loquetur.*] Alias quid loquerentur piscatores, edocti à Christo, quid crederent, non quid loquerentur. Loquatur ergo is cuius est causa. Si quidem & diabolus loquetur in iudice: loquatur Christus in Apostolo. [*frater fratrem.*] Vt nemo in patronis, nec etiam in fratribus speret, mendax est seculi amicitia, quæ diuini amoris vinculo non est ligata, non est fides in seruis diaboli, qui cum non gignat, nec gignatur, non etiam iura propinquitatis seruat. Ideo Cain occidit Abel. Esau persequitur Iacob. [*eritis odio omnibus.*] O inastimabile diabolici furoris incendium, quod nec ipsa paternitatis charitas restinguere potest? [*qui perseuerauerit.*] Incepisse multorũ est, perseuerasse paucorum, illud aliquando est naturæ, aut voluptatis, aut carnis, ideo temporale est: quia omnis caro breui consumitur, at finire Dei est, qui solus æternus est.

Diuus Basilius interro. 245. Prudens vt serpens est, qui omnia circumspecte agit, adhibita ratione, qua & fieri & facile fieri possit. Columba est, qui de viciscendo, nec cogitat quidem: imò nec deficit beneficiendo. Iam sicut serpens ille antiquus quibus potuit rationibus parentes prius à Deo auertit, ad peccatum pellexit: ita & prædicator omnia circumspectat, vt à peccato homines auertat, ad Deumq; conuertat.

Idem Episto. ad Iuliam. Cupiens venari columbas, vbi vnã cepit, cicurem facit, eius alas vnguento perungit, vt eius fragrantia reliquæ allecæ accedant & capiantur, quadrat hoc nostro insituro.

Euthymius. [*prudentes vt columba.*] prudentia & innocentia vnã virtutem cõficiunt, & neutra sine altera satis est. [*intestimonium illis.*] Ne dicere possint quod non To. primus. O 3 au-

audierint, audierunt enim & innumeris malis affecerunt. [eritis odio omnibus.] Non omnibus, sed pluribus, de more scripturæ. [perseuerauerit.] Quæ enim est utilitas principij, si finem non habet. [fugite in aliam.] Non ut timidi: sed ut expulsi, & ut miseres persequentium, & ut non sit ciuitas ad quã Euangelium non perueniat.

Diuus Hilarius Cano. 10. [sicut serpentes.] Serpens allexit prius Euam, spem diuinitatis proposuit, pariter prædicator verba attēperet quibus persuadeat, & quam deitatem ille mētibus proposuit, nos proponamus ex verò. Ita enim promisit Christus, futuros angelos Dei, qui crederent. [spiritus patris vestri.] Non deerit inter tribulationes quod loquamur, sicut Abrahæ non defuit inter vepres quod immolaret. [non consumabitis.] Quia post plenitudinem gentium, Israel saluus fiet.

Diuus Gregorius Nazian. Serpens est grauis & austerus, ita pastor esse debet, at difficile est huic grauitati columbinam simplicitatem connectere.

Rupertus libro. 8. [sicut oues.] Erat enim ipse ouis ad occisionem ducendus, ideo ipsos ut oues mittit lacerandos, ut euentus probauit. [columba.] Nō ut corui rapaces, aut pro rebus mundi litigantes. [cauete ab hominibus.] Id est, serpentes esse. [in testimo.] Nam cicatrices vestræ eos accusabunt. [spiritus] Id est columbinum, non præcogitare. Quam verò egregius ille sermo est, quando audito res dicunt, non esse locutum hominem, sed Deum? [qui perseuerauerit.] De torrente in via bibens, ille exaltabit caput. [fugite.] O prædicator, ne te ad martirium ingeras, iustius necessitas quam voluntas coronam parit, quid scis an te aliqua terrebit ancilla?

Diuus Thomas. [sicut oues.] Si armatos misisset, conuersio mundi eorū virtuti ascriberetur, mittit ergo ut oues, ut sit gloria Christo. [in medio luporum.] Si enim homo cupiditate agitur lupo est, si ira, leo, homo enim qui erat in honore, in bestiam commutatur. [propter me.] Onania facit amor leuia. [spiritus.] Cum facultatem habes operandi, noli eam à Deo expectare, esset enim id Deum tentare, at si facultate cares, eam ab ipso expecta. Ergo loquetur spiritus, cuius sunt sermones, ait enim Dominus ego ero in ore tuo. (odio omnibus.) Ut non sit vobis in mundo refugium, non enim estis de mundo, ut mundus vos diligat. (non consumabitis ciuitates iudaæ.) Donec Christus resurgat à mortuis.

Simon de Casia lib. 9. cap. 20. (sicut oues) Nos videtis quanto Deus periculo victoriam suam obijciat, eam ouibus inter lupos committens? (serpentes.) Non imitemini eius tortuositatem, bifidam linguam, variam pellē, gressum super terram, sed solam prudentiã. (cauebitis ab hominibus.) Qui simulabunt se esse ex vobis, tradent vos tamen, sicut Iudas (spiritus loquetur.) Ut non gloriatur omnis caro, coram illo, à quo omnis nostra sufficiētia est, mirabilis verò dignitas hominis, in quo Deus loquitur. (fugite.) Propter vestram infirmitatem, nouit enim Dominus figmentum nostrum, ne ergo fidamus in nobis, permittit timorem nos inuadere, & ita fugere. Si igitur non est necesse negocio fidei, fugite, sicut Iacob Esau. Pharaonem Moses. Iezabelem Elias. (ciuitates.) Donec veniat auxilium Christi.

Hugo Cardi. (ego mitto vos.) Prædicit tribulationes, ne decollata potestate superbiat (sicut oues.) Sicut enim misit me Pater mitto vos. (prudentes.) Quia serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. (columba.) Quia oculi eius sicut columbarum, super riuos aquarum, quando laete sunt lotæ, id est doctrina Christi. Dicitur est, qui sunt isti, qui ut nubes volant, & sicut columbe ad fenestras suas, id est, ad Ecclesias, vbi pullos suos educant. (mitto vos.) Non enim prædicabunt nisi mittantur, mittit verò ut nuncios vel cursores cum literis regijs, ut milites ut aduocatos Ecclesiæ, ut testes suos. (in medio.) Ut omnibus communis sit. r. ad The. 2. Facti sumus paruuli in medio vestri, tãq̃ si nutrix foueat filios suos. (luporum.) Mirabilis venator Christus, ad capiendos lupos mittit oues. Sed Rachel, id est ouis, parit Benjaminum, qui est lupo rapax. (serpentes.) Ut sapiētia spiritus deuoret astutiam carnis, serpens enim Moyse vorauit serpētes magorū. Dicitur serpens caudæ suæ non habere curã, ita mali faciunt, qui non memorantur nouissima sua, pectore repit serpens, querentes terrena serpentes sunt, timent sputum ieiuni hominis, ita mali sobriorum verba. (tradent in concilijs.) Eū enim qui malefacere videbatur, adducebāt in suū cōciliū, & si poterāt flagellabāt in synagoga, si nō poterāt adducebāt ad præfides. (propter) Magna gloria est à Deo pati, inquit Iob. (dabitur vobis.) Ita factum est in Catharina, Stephano, Petro. (spiritus Patris.) Nam & Christus dicit, Ego quæcūq̃ audiui à Patre meo loquor. (frater fratrem.) Vnusquisq̃ se à proximo suo custodiat, & in fra-

Matth. vi. in fratre suo non habeat fiduciam, & item filius cōtumeliam facit Patri, &c. Id verò erit grauissimum. Si enim inimicus maledixisset mihi, sustinuissem, &c.

Psal. 54. Caietanus. [ecce ego.] Ex mea electione & scientia mitto vos mihi charos. [in medio luporum.] Ut inde oues perditas recuperetis [sicut serpentes.] Non insensatos aut stolidos, sed ut in quibus est spiritus sapientiæ, consilij, &c. columbas verò, nō duplices, sed vbiq; integram intentionem seruantes. [cauete ab hominibus.] Ab his, scilicet, qui consanguinitatis aut alterius humanæ rationis nequuntur vinculo, persuadebunt vobis ne patiamini, ab his cauete: nam à lupis estis dilacerandi. [eritis odio omnibus hominibus.] Id est, his qui sapiunt, quæ hominum sunt, nō quæ Dei. [qui perseue.] Nō fat est ad salutem, tradi, flagellari, odiri, nisi adsit perseuerantia. [fugite.] Licentia est, non præceptum. [non consumabitis.] Id est, non perficietis hanc præsentem legationem, quin prius ego vobis ad sim immortalis.

Glossa. ordi. [mitto vos.] Non me Pater misit ad gaudia, nec ergo ad ea ego vos mitto. [in testimonium.] Vestræ innocentie & malitiæ illorum. [qui perseuera.] Lucas dicit in patientia vestra pos. a. v. Quia cum nobis dominari discimus, hoc ipsum incipim⁹ possidere quod sumus.

Lyra. [prudentes.] Ideo Paulus appellauit ad Cæsarem. [nolite cogitare.] Non tollit præcogitare ea quæ prædicanda sunt, sed turbati in tempore angustia.

Caietanus. 36. d. c. Ecclesiasticis, ex illo, esto te prudentes colligit pastores debere esse doctos. Confirmat ex illo quod pōtifex in petore habebat rationale in quo erat sculptū, doctrina & veritas. Salomon ut regnet accipit sapientiam, & ex labijs sacerdotū requiritur scientia, & Apostolis aperitur sensus, & postea dicit eis, docete omnes gētes, &c.

Non est discipulus.

D. Hierony. [si patrem sa. beelzebub vocauerunt.] Beelzebub idolum est Accaron, & significat idolum muscæ, & ita vocatur diabolus ex spurcissimi idoli appellatione. Igitur vocatur musca, quia perdit suauitatem vnguenti. [nihil opertum quod non reuelatur.] in seculo futuro, quando Deus reuelabit abscondita tenebrarum. Ne ergo timete hominum scæritiam, veniet ille dies, vbi vestra virtus, illorumq; iniquitas monstrabitur. [quod dico in tenebris.] Id est, in mysterio, aperte præ-

dicare, & quod dico in Iudææ angulo, in toto mundo audacter proferte. [mittere in gehennam.] Hoc vocabulum non est ante Christum in veteri lege, est ergo locus ad radices Moria montis, iuxta Ierusalem, ad modum parui campi, vbi vallis in quam Siloa influit ibi lucus in memoriam idoli Moloch consecratus. Vocatur hic locus gehinnō, id est, vallis filiorum Henon, de qua. 4. Reg. 23. 2. Paral. 28. Jerem. 7. 19. 32. Duplicem verò esse gehennam ignis & frigoris habet Iob. c. 24. [nōne duo passeret.] Si parua animalia non pereunt sine Dei prouidentia, quanto vos minus, animalia eterna? Dicitur est de hoc super eo loco, respicite volatilia cæli. [sed & capilli.] Immensam Dei erga illos prouidentiam notat, & ineffabilem affectum.

D. Augusti. in. q. super Matth. q. 2. [in tenebris.] Id est, dū estis in timore carnali. [dicite in lumine.] Id est, in fiducia veritatis, iam accepto Spiritu sancto. [predicatio.] Super te sta. id est, calcato iam carnis domicilio.

Idem de verbis Apolto. sermo. 17. Si vides alienam coniungem, amas, qua ut potiaris, multa subis pericula, licet etiam timeas pro ea torqueri, ligari, & mori. Igitur si mentis oculo videris iustitiã, amas, multa pro ea pericula subeunda sunt, parumq; illud erit, nisi omnem dolorem & cruciatum pro ea contempnas, ascende super tectū, id est, super corruptuum carnem tuam omnino contēnens. Idem lib. 1. de ciuita. c. 12. Nihil Christiani verentur, si sua corpora inhumata iaceant, & à bestijs absumentur, sciunt enim nihil obstare bestiis ijs, quorum nec capillus de capite peribit, nō ergo timent eos qui occidunt corpus, siquidem animã occidere non possunt. Idem lib. de cura pro mortuis. c. 3. in illud posuerunt morticinia seruatorum tuorum, dicit, hoc non est infelicitas eorū qui occiduntur, in sepulti iacere: sed occidentium crudelitas. Nam curatio funeris, & pōpa exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quam mortuorum subsidia. Idem in Ioan. tracta. 47. [animam non possunt occidere.] Anima non occidit. Vnde id sciam? te non occidatur, & non morietur. Num ego occido animam? Ita: os enim quod mentitur occidit animam. Quomodo igitur dicitur quod animam nemo occidit? Certè quia viuens mortua est: cum enim anitit Deum, moritur, licet viua perseueret. Apostolus enim dicit, vidua quæ in delitijs est, viuens mortua est. Idem de agone Christi. [nonne duo passeret] Quomodo igitur Paulus dicit, num de bo-

1. Cor. 9. bus cura est Deo? Certè quia mûdas animas rationales, perse De^o ipse curat, reliqua per Angelos & homines administrat, docuit enim quomodo homines cum hominibus conuerfetur, non verò docuit, quomodo pecora tractent. ¶ Idem de Gene. ad lite. lib. 5. cap. 21. [*vnus eorum non cadit.*] Mentuntur ergo qui dicunt hæc inferiora à Deo nõ regi, etiam si multis casibus sint obnoxia, & licet multi præter meritum, aut premium, aut poenam assequantur. ¶ Idem sermo. 6. de verbis domi. in illud, sicut nouacula acuta fecisti dolum, dicit, tyranni cum diuitias amicos, & vitam hanc auferunt, nouacula sunt: radunt enim pilos superfluos, carnem non tangunt, idest, superflua nostra tangunt sed animam occidere nequeunt. In sinu Dei es. o homo, quid tyrannum times? tantum ne de sinu Dei cadas: quid enim auferit tyrannus, larro, febris, fungus comestus, superflua tollit. Id verò facit tyrannus quod fungus. ¶ Idem de vera & falsa poenitent. cap. 5. [*omnis qui confitebitur me.*] In poenitentia sacramentali, qui uisille sit, cõfiteborego illi. Diuus Ambros. c. 12. Lucæ. [*quod dico in tenebris.*] Tollit Iudaicam simulationem, aliud ore, aliud corde prementem. Diuus Chrylost. homili. 35. [*nihil opertu.*] Igitur licet nunc uestra sanctitas operata sit, reuelabitur tamen aliquando, tempus quod omnia detegit efficiet, ut omnes sint virtutis uestræ tubæ sonore. [*prædicare in lumine.*] Non solum coram rudibus, sed coram regibus, coram facundis. oratoribus, coramq; acutis. Philosophis. Non ergo hæc tam dixit Dominus iubendo, quam prophetando. [*ne ergo timueritis.*] Cur enim timeant? propter mortem? imò hæc causa est cur prædicet: hæc enim prædicatio eos ab æterna morte estipiet, vñico igitur verbo immortalitatem eorum peccatoribus infixit, & timore mortis, eos morte superiores effecit. Author innominatus homi. 25. [*nihil opertum.*] Docet quem sit exitum eorum prædicatio habitura. Ego inquit sum lumen in tenebris. Deus in carne, hoc mysterium absconditum à seculo, per vos reuelabitur in orbe vniuerso, ut verum sit, quod qui à summo exiuit cælo, ad eius summum & vsque ad fines terræ per vestras manus perueniam. Vos igitur primum reputabimini ut seductores, sed postea aperietur veritas, ut Moses olim eiectus ut homicida, sed tandem habitus est Saluator. Itidem & Ioseph, & tres pueri Babylonis. [*quod dico in tene-*

bris.] Idest, Iudæis, de quibus dictum est, tenebræ eam non comprehenderunt. [*dicit in lumine.*] Idest, Ecclesia, de qua dicitur: erat tenebræ, sed nunc lux in Douino, vel aliter, quæ audistis in parabolis, prædicatè apertè: nam parabolæ dicuntur tenebræ, quas significat caligo, sub qua lex data est. [*in aure.*] Nam Apostoli audierunt multa secretò, ut parabolæ zizaniorum declarationem, & transfigurationem. Si enim Chrus declaratus fuisset Messias, nõ fuisset crucifixus, & regnum diaboli adhuc durasset. [*nolite timere.*] Contra hoc præceptum Domini facit sacerdos, non annuntians veritatem: imò & laicus, quod si timore mortis tacere est culpa, quanto magis timore poenæ leuioris, id est, ne amittas gratiam & fauorem principis. Cur igitur timeas? ne moriaris? at moriendum est, times ergo mortis præuentionem, at nemo ante diem suum morietur. Siquidem & capilli numerati sunt, & si ante diem morieris, hoc ipsum Deo offer. Profectò caro tua data est tibi in vestem: quæ nolumus expoliari, igitur qui carnem lædit, vestem lædit non corpus. Imò si caro tua tibi est inimica, & te cadere facit, quis sapiens non optet carne carere? Cur seruas quod seruari non potest, & non seruas quod æternum erit? Iubet verò Dominus mortem contemni: ne singula alia contemni mandet, quia morte contempta, contemnere reliqua leuius est. Dices, cur ergo natura instituit nos hæc timere? ut per hæc, illa summa magis timeas, sicut & non iussit te non gaudere temporalibus, iussit tamen, ut magis gauderes de spiritualibus, fecit enim Deo hæc temporalia bona & bona & mala: ut per horum gustum agnosceremus æterna. [*non ne passeris.*] Si passeris quorum pretium est as non sunt sine Dei prouidentia, quanto vos minus: quorum pretium est sanguis Christi? Si passeris, quid filij? Errabat Pilatus credens se habere potestatem in Domino: non haberet, nisi acciperet. Quæ ergo stultitia est, eum non timere qui dat potestatem, eum verò timere qui accipit, planè si accipit, frustra tu times, qui eius potestati traderis, cui si non traderis, ne timeas, quia non tibi ille nocebit. [*capilli numerati sunt.*] Certè ne aliquis eorum pereat, & si perierit, ut requirantur. Nam pastor requirit ouem, quia eas numeratas habet. Non numerat Deus eos qui pereunt, quorsum enim numeret, eos qui non

Isai. 40. non dicuntur esse? omnes enim peccatores quasi non sint. In libro numerorum soli numerantur electi. Inter quos foemina non numeratur, idest, mollitudo. Neq; seruus, idest, peccati. Neq; Aegyptius, idest, mundo adstrictus, neq; puer, idest, sensib^o, qui em matritia puer est, is nõ puer est, sicut nec Daniel, qui licet puer esset, fenestram iudicauit, & David puer, sed vicit gigantem. Spiritualiter capilli sunt subtiles sensus sanctorum, qui de Christo capite nostro prodeunt, quos si quis tradit cupiditati Dalida præcidit, & malignis spiritibus traditur ligandus. [*qui me confitebitur.*] Mandauerat Dominus rem ferè impossibilem, idest, nõ timere mortem, ideo ei proponit premium & poenam, sed premium prius, si quidem Deus paratior est ad premia, quam ad poenas. Igitur si illum confiteris, nihil illi præstas: præstat verò ille tibi immortalitatem, sicut contra, si non confiteris, nihil illi nocet: sed tibi, quis tam lapsi deus est, ut non cupiat iustitiæ suæ testem habere Christum? certè magnum est testem esse Christi, sed minus est tellem tui habere Christum. Et quidem non fat est corde credere, fides enim viua folia confessionis affert, & planè non est fat si te Christus agnoscat, nisi etiam beneficium præstet, sicut nec fat esset tibi, si cor, non os dedisset. Imò non est fat ore & corde confiteri, nisi & alijs etiã sensibus fatearis, dictum enim est, confitemini dño in cithara, & in Psalterio decachordo, scilicet, sensu exteriorum & interiorum. Eutimius, Christus vocatus est beelzebub, cum dicebatur in principe dæmoniorum & in Beelzebub eijcere dæmonia. [*in tenebris.*] Idest, priuatim. [*in luce verò.*] Idest, publicè. [*capilli capitis.*] Idest, habet exactissimam notitiam valdeque estis cogniti ab eo. [*confitebitur me.*] Meam Diuinitatem. Diuus Hilarius capitul. 10. [*non est discipulus.*] Passiones gloriæ loco amplectamur, ut Domino nostro, vel in hoc similes simus. [*nonne duo passeris.*] Non est peccatum, ut puto, aucupium, & aues vendere. Passeres hi anima & corpus sunt, hæc venduntur peccato, idest, minimo obolo, vendunt se, ij qui nati sunt ad volandum, & ut se in cœlum efferant. Vnum verò non cadit in terram, (scilicet, corpus, quod mori debet) sine pat. is uoluntate. Multis vero passeribus infidelium, meliores estis vos quia fideles estis. [*numerati.*] Summe diligentie est innumerabile numerasse. Bedali. 4. in. e. 12. Lucæ. [*nihil opertu.*] Hypocritis in die iudicij reuelabitur, quia ut Iob

dicit, Laus impiorum breuis est, & gaudiū hypocritæ ad instar pūcti, in sine perdetur. [*in scellis.*] De more Palessinæ, vbi tecta erant aperta, vnde iubeatur ut in eorum gyro poneretur murus, nequis decideret. [*passeres.*] At dicit Paulus, nõ de bobus cura est Deo? sed aliud est cura aliud scientia. [*numerati sunt.*] Ut resurgat, nõ quod capillus qui perijt ad capillos resurgentes addetur, id enim esset in decorum, sed quod ex tota massa hominum mortuorum Deus resurgere faciet viuos, ita ut & massæ nihil depercat, & resurgentes nõ sint deformes, sicut cum artifex ex fuslo ære antiquam renouat statuum.

Rupertus libr. 8. de glori. [*nihil opertum.*] De malis actibus electorum aliquid opertum manebit, beati enim illi quorum tecta sunt peccata, & item dissimulatis peccata propter poenitentiam, quo loco innuitur Deum dissimulare & obterege peccata. Sed de bonis bonorum actibus, de quibus mali male iudicant, nihil non reuelabitur. Et quidem frequenter Dominus non expectat diem iudicij, sed in hac etiam vita suorum acta reuelat, etiam ipsis inuitis, pro gloria Dei, & pro aliorum vtilitate, vide Paulum dicentem se raptum in tertium cœlum. Procul aberat tamen ventus miseræ vanitatis. [*nolite timere.*] Rectè hic dicitur, Domine da quod iubes, Petrus enim timore te negauit, esto ergo tu fortitudo nostra. [*vnus non cadit.*] Est Deo prouidentia de omnibus iuxta illud, qui dat iumentis escam illorum, & pulis coruorum inuocantibus eum. [*confitebor ego.*] O quanta erit gloria, quod talis confiteatur, & quanta confusio, quod à tali erubescamur? Apostolus dicit, non confunditur vocari eorum Dominus. Quorum? eorum qui peregrinos se in hoc mundo putabant. Contra ergo confundetur vocari Deus ciuium huius seculi.

S. Thomas. [*non est disci.*] Christus enim passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, & item, magnum gaudium estimat fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, & illud, ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quia digni habi. sunt pro no. le. con. p. [*quod in aure aud.*] Sed contra est illud, in occulto loquutus sum nihil, sed intelligitur, nihil quod non possit publicè prædicari. [*vnus eorum non cadit.*] Referendum est ad illud leprosi curati, vbi vnus passer immolabatur, alter liber mittebatur in desertum, id verò non erat sine Dei prouidentia, sed di-

1. Corin. 9. ces, Paulus ait, non est Deo cura de bobus. Responde. planè Deo cura est de omnibus vt in Sapien. c. 12. dicitur, sed nō est Deo cura de bobus, vt de hominibus. Aliter enim prouidet pater familias filijs, quam seruis. Vnde de capillis erit cura, siquidem resurgent. Dices, ergo surgent longissimi? Respō. non dicit, capilli sunt ponderati, sed numerati, vt videlicet resurgant in eadem forma, licet non materia, resurget enim quod ad veritatem naturæ spectat, quo ad speciem, licet quoad materiam, id surget quod ad perfectionem attinet. [*pluris estis.*] Quia omnia subiecit sub pedibus eius, & item vt præsit volatilibus coeli. [*qui auserit.*] Aut verbo sicut Petrus qui negauit: aut factō, vt inquit Paulus, fatentur se nosse Deum, factis autem negant, hos negabit Christus.

Psal. 8. Simon de Casia. libr. 9. capitul. 22. Christus vocat se magistrum & Dominum, erat enim, si igitur Rex noster in pugna percutitur, eius miles nō desideat sub pellibus. Cur ergo turbamur, si æquam voluit Dominus sui & nostri esse cōditionem? Imo ipse prior percussus est, vt nostrum pelleret timorem. [*nihil occultum.*] Dignum est Euangelium quod prædicetur, sed res est anceps ipsum prædicare, ad quod prædicandum omnes mūdi terrores & minæ conuenient, at verbum est lux, lucerna enim pedibus meis verbum tuum, est sanitas, misit verbum suum & sanauit eos, est ignis, ignitum eloquium tuū, dignum profecto verbum quod prædicetur in tectis, & nisi prædicaueris in gehennam mitteris, si vero prædicaueris, cōfitebitur te Christus. Est verò maior cōfessio factorum quam verborum, & planè a seruis, filijs, amicis hanc factorum exigimus confessionem. Nota, neminem pater ad patriam inducet, nisi quem filius confitebitur.

Roma. 12. Hugo. [*sicut magister eius.*] Qui facile iniurias ferebat, (nulli malum pro malo reddentes) qui nō quærebat vindictam, (mea enim est vltio) qui prius faciebat quam dicebat, si quidem pōtūfici præponebatur superhumere rationale. Exo. 28. [*ne timueritis eos qui.*] Nolite enim timere opprobrium hominū, & blasphemias eorū ne metuatis, sicut enim vestimentum: ita comedit eos vermis, & ibi, quis est tu, qui timeas hominē, qui quasi fœcibus arefcet, & alibi, ne timueritis à verbis peccatoris, quia gloria eius sterco & vermis est, hodie extollitur, & cras nō inuenietur.

1. Mach. 2. [*quod non reuelatur.*] Quia iudicium sedit, & libri aperti sunt. [*nolite timere.*] Nolite enim

metuere quæ gentes timent. Seneca, Mors, luctus, & exilium, non sunt supplicia sed vitæ tributa, paratus sum ea reddere, vbi me fœnerator inuenierit. Strenuus miles nihil moratur equi iacturam, vt facinus perficiat ergo nec tu corpustuum, sanè tertius linguā libenter exhibuit & manum, dicens, de celo ista possideo, propter eius leges despicio, melioraq; me accepturum spero. [*nolite timere.*] Mors est malorum finis, est aliquando necessaria fac tu voluntariam, offer promunere, quod redditur pro delicto.

Caieta. [*prædicare in tectis.*] Omnia mysteria Christiana tam sunt pura & nitida, vt nō vereamur ea omnibus prædicare. [*animam non possunt occidere.*] Non enim possunt auferre animæ vitam naturæ, virtutis, beatitudinis. [*timete eum.*] Cur timendus, cum malus non sit, & solum malum timeri debeat? Certè quia inferre malum potest.

Glossa interli. [*pater fami.*] Cui, scilicet, famulantur cœlestia & terrestria. [*animam non possunt.*] Quin eā Deus corpori reddat. [*vestri capilli.*] Vt taceam de tota corporis massa. [*nolite ergo.*] Sed vestri curam in eum projicite.

Glossa ordi. [*qui confitebitur.*] Fide per dilectionem operante. [*confitebor ego.*] Id est, per filium habebit accessum ad patrem.

Lyra. [*sufficit discipulo.*] Non conculeari & affligi plusquam eius magister. [*nihil oper sum.*] In die iudicij omnia merita & demerita iuste iudicabuntur. [*in tectis.*] Secundum aliquos tecta erant deambulatoria in circuitu templi vbi verbum Dei prædicabatur.

Innocentius tertius vt refertur de hæreticis capitul. cum ex iniuncto, docet non esse prædicandum in cōciliabulis, vt hæretici faciūt, sed publicè, ex autoritate Ecclesiæ, qui verò se à Deo missum iactat ad prædicandum, id miraculis probet, sicut fecit Moses.

D. Augusti. vt refertur de pœnitent. d. 3. ca. adhuc, torsit illum locum, (omnis qui confitebitur) ad confessionem, in hunc sensum. Omnis qui peccatum suum confitebitur, saluus erit. **D. Fabianus** Papa iubet subditum non accusare suum pastorem nisi hæreticum, ne sit discipulus super magistrum. Ita habetur in eius. 2. Episto. decretali. **D. Diuus Anacletus** Epist. 1. Docet prædicatorem debere esse constātem, tum quia est fundatus supra petram, tum, quia ei iubetur non timere mortem. **D. Diuus Felix** Papa. Epist. 2. Ex illo, animas non possunt occidere, docet animorum immortalitatem. **D. Diuus**

D. Diuus Euthychianus Papa Epist. 1. ex illo qui me confitebitur, docet in Christo duas adorandas esse naturas, eiusdem enim est periculi, vel deitatem vel carnem in Christo non confiteri.

Nolite arbitrari quod pacē.

D. Hierony. Ad fidem Christi totus mūdus contra se diuisus est, siquidem quælibet domus fideles habebat, & infideles, missum ergo est bellum bonum, vt rumpetur pax mala. [*venit separare.*] Idem habetur Michæ. 7. [*qui amat patrem.*] Rectè dicitur ordinate in me charitatem, ordo vero hic est, ama patrem, sed post Deum, odiū enim in patrem, qui contra Deum est, religio est. [*qui non tollit crucem.*] Apud Lucam additur qui non tollit crucem suam quotidie. Nec enim sat est semel habere ardorem fidei. [*in nomine propheta.*] Qui carnaliter recipit prophetam, non recipiet mercedem, vel aliter. Ne recipias personam sed nomen, etiam si Iudas sit, nomen prophetæ recipe, & mercedem recipies. [*calicem aquæ frigidæ.*] Ne causeris deesse tibi ligna ad calfaciendam aquā.

D. Diuus Augusti. in quæst. super Matthæ. q. 3. [*aduersus patrem.*] Id est, diabolus, qui fuit pater peccatoris. [*aduersus matrē.*] Id est, mundanam ciuitatem, quam nomine Babilonis, Sodomæ, Aegypti sacra scriptura cōmemorat. [*aduersus socrum.*] Id est, Ecclesiam aduersus synagogam, quæ secundum carnē peperit Christum Ecclesiæ spōsum. Domesticus vero dicitur iij, cū quibus antea cōsuetudine erat implicatus. **D. Idē** de salutaribus doct. c. 21. Si parentes amas, quāto potius Deū, qui pro te crucifixus est: cui debemus beneficia à parētib; accepta. Si igitur hi à cultu Dei nos prohibent, nec eos sepelemus.

D. Diuus Ambro. lib. 7. in cap. 12. Lucæ Dominus qui iussit proximos diligere, & qui est pax nostra, nulla præcepit inter parentes cū filijs dissidia, ergo non dicit, odio patrem habendum, sed parentem parentum præferendum. Planè filij, sunt Dei beneficia, amāsus est potius qui dedit, quam quæ dedit. [*erunt quinque in domo vna.*] Qui sunt hi quinque? siquidem sex personarum est mentio in Euāgelio, patris, filij, matris, filix, socrus, nurus? Domus spiritualis homo est, hic sunt duo, scilicet, corpus & anima, quæ imperare debet, sunt itē tres, scilicet, potentia irascibilis, concupiscibilis, rationalis, hæc quinque per Christum diuiduntur, quæ in peccato con-

ferant, vel aliter, per gladium verbi, anima nostra diuiditur contra motus proprios, qui sunt filij sui.

D. Gregor. 3. parte Pasto. admo. 23. vehementer nos Dominus ad pacem admonet. Pacem, inquit, seruate cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Qui ieiunāt, laudāt quidem Deum in tympano, id est, in pelle sicca, sed si discordāt, nō laudant in choro, id est, societate, Dominus iubet nos salem habere, & pacem, non enim admittit Dominus munus ante altare sine reconciliatione. **Vide tamē,** ne dum nimis pacem amas, prauos hominum feras mores, **Dauid** dicit, nonne qui oderāt te oderam, & percussit peccantes, & Dominus dicit, nō veni pacem mittere sed gladium. **Porrò** dum corrigis peccata, vide vt pacem serues interiori, cum his qui oderunt pacem eram, inquit pacificus, & Paulus, nolite vt inimicū existimare sed corripite vt fratrem. **Idem** homi. 20. in Euangelium Lucæ. ca. 3. qui paciscit prophetam, adiuuat eum vt propheta & prædicet, ergo qui habentibus spiritualia dona, temporalia tribuit subsidia, cooperator est in spiritualibus, & per hoc diuites se virtutibus pauperum inserunt, si eos alunt, vnde in **Isaia** Dominus promittit cum myrto & oliua ponendam vlnum & abietem, cedros & spinas, cedri sunt spirituales, qui sunt bonus odor Christi, spinæ qui peccatores pungunt, myrti sunt compassiui, elix. misericordes, abietes sunt ignari sed contemplatiui, cum his ponitur vlnus, id est, diues qui eas sustentat, suos enim efficit fructus, qui benè sustentat alienos.

D. Chrysol. homi. 36. [*non veni pacem.*] Si bella venis mittere, quomodo intrantibus. **Apostolis** in domū, iube; dicere, pax, & cur te nascēte cātatur pax? & propheta omnes in tuo aduētū pacē prænuuntiauerūt futurā? Certè quia tunc vera pax est, cū projicitur, quod erat tabidū, quādo factiosi repellūt. Ita enim medicus sanat infirmum, & dux seditionē sedat. Ergo Dñs nō modo bella ciuilia, sed intestina adducit, etiam inter eos qui necessarijs vinculis erant adstricti, si tibi hæc dura videntur: ita factum videbis Exodi. 32. nu. 25. Vt ergo summè nos ille dilexit, summam attulit beatitudinem, summam etiam exigit obedientiam. [*qui amat patrem.*] Ita habetur Deuteronomio. 33. Qui dicit patri aut matri, non noui te, hic seruat eloquia mea.

Canti. 2.

Hebr. 12.

Leuiti. 1.

Exod. 32.

Deuter. 15.
Marci. 10.

Psal. 119

2. Thess. 3.

Isai. 47.

Lucæ. 11.

Eph. 2.

mea. Hæc igitur doctrina, & filios grandis animi facit, & parentes admonet, ne in fide filios suos turbent. Nec solum patrem & matrem, sed & animam meam oditurus sum, non utcunq; sed vsque ad mortem, violentam, & probrosi. id est, vsq; ad crucem. Mirum est quomodo illi hæc audientes non à Christo auferant. Mira virtus Christi, hæc illis persuadentis. Vide tamen, quam utilitatem promittit, si durum tibi videtur odire animam, quia amas animam, ideo hac ratione ama, vt serues eam. [qui vos recipit.] Digni erant Apostoli se & sua despicientes, orbem vt Leones debellantes, qui ab omnibus reciperentur, sed additur noua recipientibus merces, quod, scilicet, simul recipient patrem & filium. [in nomine iusti.] Si enim alia causa seculari aut terrena suscipis: cares mercede, at si vt Prophetam, mercedem talem; qualem ille recipies. Iuxta illud, vt vestra abundantia, vestra inopia sit supplementum. Dices, & quis est nunc Apostolus? certè non id ex persona recepti, sed ex voluntate pendet recipientis, quod enim vni horum fecistis, mihi fecistis. Dices, ocio si sunt, mali sunt. At tu etiam ociosus es, & peccatorum ingluuie demersus, Deus tamen quæ sua sunt bona à te non prohibet, cur tu à confidelibus tuis negas?

Autor in nomina. homil. 26. Est pax bona, quæ est inter bonos, de qua dicitur domus diuisa cadet, & si inuicem mordetis videte ne consumamini. Altera est mala pax, quæ est inter infideles & iniquos, qui si aliqua discordia separentur, ne iniqui sint, bona hæc discordia erit, id Dominus venit facere, mittens verbum suum, gladium acutissimum, bonos ab errore, malos ab excusatione præscindens, bonum enim malo mistum est. Per gladium hunc, bonum à malo resurgit, malum à bono separatum cadit. Sanè diabolus cupit detinere fidelem cum infideli, vt ab hoc corrumpatur. At fides ab hoc separat, dicens, exite de medio eorum, non enim immundo periculum est si mundum tangat, sed mundo periculum est, si tangat immundum. [tollat crucem.] Ille tollit crucem, qui paratus est quotidie omnia subire pericula, etiam mortis, potius quam Christum negare. [qui non odit.] Christus mortuus est pro nobis, qui poterat non mori, si voluisset, moriamur ergo propter illum, qui etiam si velimus, non mori, nõ possumus, Dominus sine premio pro seruo moritur, seruus ergo pro Domino cum premio

moriatur. [qui recipit vos.] Si qui recipit minimum, recipit Christum, quãto potius, qui recipit Apostolũ, recipiet Christum? [in nomine iusti.] Id est in nomine Christiani. [recipiet mercedem Prophetæ.] Id est, recipiet æqualem cum Prophetæ mercedem: is qui laborat, & qui laborantem, propter Deum, refrigerat, sanè si recipit Prophetam alia causa, mercedem boni operis recipiet, sed nõ qualem propheta. [calicem aquæ.] Iustus iudex, verbo ocioso statuit pœnam, ergo calici frigiditate mercedem. Non ergo habet mercedem, quia aliquid est quod dat, sed quia magnus est propter quem dat. Iam si frigida aquæ mercedem dat, dabit etiam volutati, si opus facere nequit, nam si potest facere, nec facit, inexcusabilis est. Dices, cur ergo dictum est, recipe iustum, & ne dederis impio? Certè quia minima merces est dare impio, Paulus vero dicit, operemur ad omnes, maxime verò ad domesticos fidei.

Eutimius. [sed gladium.] Quomodo ergo cõtatum est, in terra pax? certè quia gladius hanc in terra pacem faciet, gladius vero est, amor quo est ipse diligendus. [aduersum patrem.] Ergo fortius virum contra coniugem, hic enim amor adscititius est, ille naturalis. [tollat crucem.] Id est, mortem ad mundanas voluptates. [qui inuenerit animam suam.] Nõ eam exponens tempore martyrii. [mercepit.] Hoc dicto domos fidelium, qui Christũ amant, Apostolis aperuit.

Diuus Hilarius. Cano. 10. [patrem.] Id est, peccatum. [matrem.] Id est, infidelitatem. [crucem.] Quia qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt, & certè Christo indignus est, qui crucem nõ accipit, in qua compatiatur, commoriatur, vt consepultus conresurgat. [perdet eam.] Detrimto enim breuis vita, fœnus immortalitatis acquiritur. [qui recipit vos.] Christus in nostra carne receptus, in nos transfusus est: ita qui Apostolũ recipit Christum & patrem recipit, si quidem in Apostolo, non aliud recipit quam Christum. [mercedem iusti.] Par merces deputatur, fit enim iustus, qui recipit in nomine iusti. [minimis.] Si peccatoribus das, sub nomine tamen discipuli, mercede non caret.

V. Beda. libr. in Luca. 4. capit. 55. ad fidem Christi mundus contra se diuiditur, ita dictum erat, ecce Dominus ascendit super nubem leuem, & egredietur in Aegyptum, & mouebuntur simulachra Aegypti à facie eius, & concurrere faciam Aegyptios cõtra Aegyptios. [duo contra tres.] Tres sunt, qui

Ioan. 14.
Galat. 5.
Ephes. 2.
Psalmo. 116.
Genesi. 18.
Sapient. 14.
Hierem. 12.
Iob. 32.
Ecclesi. 23.
Roma. 2.
Ierem. 40.
Deuter. 32.
Apoca. 16.
Ioan. 2.

fidem trinitatis seruant, duo qui hanc fidem non habent. [non odit patrem.] Cur iubet odisse patrem, qui inimicos diligere mandas? certè ea ratione odiendus pater, quo & animam odire iubet, eam enim odire est, eius carnalibus desiderijs non acquiescere. [tollit crucem.] Qui per abtinentiam macerat carnem, aut per compassionem, alie nam vt suam reputat miseriam.

Rupertus libro. 8. de gloria & honore. [non veni mittere pacem.] Quomodo mundus dat, alioquin pacem suam dat, & relinquit discipulis suis, nam fructus spiritus est pax, & gaudium, huius pacis ipse est princeps, pacificans per sanguinem suum quæ in terris, & in cælo, hæc pax est remissio peccatorũ. [qui inuenerit animam suam.] Id est, qui non tollit crucem, vt suauiter viuat. [qui recipit vos.] Ita sane Dominus sit sollicitus sui Apostoli, pauperis, & mendici. Pater enim & mater reliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. [qui igitur recipit vos me recipit.] Et ideo merito hospes adoratur, si quidem in eo recipitur Deus, vnde Abraham adorauit Angelos quos recepit, adorans in ipsis Deum.

Diuus Thomas. [pacem.] Est mala pax, de qua, tot mala pacem appellant. [domestici eius.] Ita dictum erat, persequamur eum ab omnibus viris, qui erant pacifici mei. [patrem plusquam me.] Ita Iob, Deum homini non æquabo. Si enim amas patrem, quia pascit te, magis te Deus pascit. Demũ Deus diligendus est ex toto corde: pater nõ ita. [sequitur me.] Gloria magna est sequi Dominum. [qui inuenerit.] Is qui ad Martyrium petitur, propè est vt perdat animam, & ideo si non exponit eam, dicitur inuenire. [in nomine Prophetæ.] Non enim solum qui facit est dignus mercede, sed etiam qui consentit facientibus. [mercedem non perdet.] Quia dictum est, ecce merces eius cum eo.

Simon de Cassia. libr. 9. ca. 24. Fecit Deus mundum pulchrum; cuius pulchritudine corpus nostrum & anima lecta, ex summo in imũ detrusa est, hisq; rebus colligata; hæc pacem cum seculo videntur. Christus autem ferre homines auellens à seculo, si enim quia intransatus es, & dlatatus dereliquisti Deum, hanc pacem gladio spiritus destruas, gladius spiritus est biceps, vt affectus noster à seculo & impertinentibus diuellatur, nolite ergo diligere mundum, nec quæ in mundo sunt, nec item conformemini huic sa-

culo, &c. Et nota, Lucas loco gladii posuit ignem, vt ardere nos faciat in amore supernorum, & illuminet, vt contemnamus externa. Item nota. [inimici hominis domestici.] Hostes nostri sunt, nihil enim adeo nobis nocet, ac domesticorum blanditiæ. [perdit animam.] Is perdit, qui hoc mundo vitatur ac si non vitatur, qui reliqua arbitratu stercora, qui granum frumentica-dere facit in terram, nec æternis iungitur, qui à temporalibus non disiungitur. [qui vos recipit me reci.] Vt Apostoli humiles sint videntes non se, sed Christum in se recipi, & vt sint alacres, scientes non suis sed Dei vocibus auribus hominum intonare, qui enim nuncium regis spernit magna dignus est pœna.

Hugo. [sed gladium.] Quia maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine, & lectulum Salomonis. 60. fortes ambiunt habentes gladios, sed vix quia multi nunc gladios habent, sed inuolutos. [qui non baiulat crucem.] Super quem videritis Tau, ne occidatur, Tau signum crucis est. [sequitur me.] Non enim bene sequitur, qui auertuitus, aut propter lucrum sequitur, vt Simon Cirenæus. [qui inuenit animam suam.] Vt, scilicet, in labore hominum non sit, vel vt fruatur bonis, hi vero qui ducunt in bonis dies suos, in puncto ad infernum descendunt. [qui perdidit.] Vt habeatur ab impijs in derisum. [propter me.] Quia Martyrium nõ facit pœna, sed causa. [aqua frigida.] Contenti ergo sint prædicatores aliquãdo aqua frigida.

Caietanus. [pacem.] Omnem pacem non mittit Christus, ergo præponendus est Christus, patri, matri, etiam tibi. [qui non accipit crucem.] Non dicit, qui non se crucifigit, sed qui illatam non fert crucem, is verò non baiulat, qui se Christo præponit, eadem enim pœna est non baiulantis; & non odientis animam suam. [perdet eam.] Peius erit damnato habere suam animam, quam ea carere, desiderant enim mortem, & fugiet ab eis. [mercedem Prophetæ.] Mercedis propheticæ erit particeps, sed non tantæ ac ipse Prophetæ.

Glossa interli. [domestici eius.] Non possunt esse iura pacis inter quos est bellum fidei. [qui perdidit animam.] Paratus omnia perdere, propter amorem meum. [mercepit.] Qui in vobis sum.

Paulus de Palacio.

CAP V T. XI.

Et factum est, cum consumass.



Iuus Hieronymus, nō sicut ignorans interrogat Ioānes, ipse enim ignoratibus Christū demonstrauerat, dicens, ecce agnus Dei, sed sicut dominus interrogat de Lazaro ubi posuisti eum, vt audientes pararetur ad fidem. Ita Ioannes breui ab Herode interficiendus, discipulos mittit ad Iesum, vt hac occasione videntes eius signa, in eum crederent, cui prius inuidebant vt haberetur Ioannis. *[tu es qui venturus es.]* Nō dicit, qui venisti, sed qui venturus es, vt sit sensus, ego viuite monstravi, num etiam inferis nunciabo reuoluisse, an quia indignus es morte, aliū ad moriendum mittes? *[respondens.]* Ioānes nō per se, sed per discipulos interrogauerat, ita Christus non per se, sed per signa respondet, vt scandalum cesset discipulorum. *[pauperes Euange.]* Non minus signum est pauperes & diuites, in prædicatione Euangelij esse pares, quam cæcos videre. *[beatus qui non scanda.]* Id ad nuncios spectat.

D. Augu. serm. 20. de sanctis. Ioannes ad Christum mittit, id est, lex ad Euangelium, quæ lex quasi ignorantie & obscuritatis carcere clausa, id est, sensus intra literam, sicut Ioannes erat intra carcerem. Dum autem lucerna ardens mittit ad Christum: inter densissimas tenebras iustitiae solem demonstrat, sermone vero. 21. duo discipuli, duo forte sunt populi gentium & Iudæorum, quos lex ad gratiam mittit.

D. Ambrosius. lib. 5. in Lucæ. c. 7. Ioānes inquit. Ego vidi & testimonium perhibui, quomodo ergo nunc quasi ignorans interrogat? Significat ergo legem, quæ per fidem pectoribus velut carcere tenetur conclusa, hæc sine dispensatione testimonij Domini, exire nequit. Est quidem figura Baptismi in gube, man. petra: est figura Christi in agno, sed hæc suam plenitudinē accipiunt in Christo, nutant enim verba sine factis. Duo vero discipuli nos omnes sumus, qui vidimus in Apostolis signa quæ fecit Christus, & per manus Thomæ, vulnera Christi contrectauimus. Igitur nunc qui legem legunt, dicunt, tu ne es qui venturus es? At si Euangelium

legant, legent cæcos vidisse, & dicent, nos nostris oculis vidimus cæcos vidisse, nos manibus nostris contrectauimus de verbo vitæ. Iam in Psalm. legimus, Dominus erigit elisos, Dominus illuminat cæcos. Si igitur hæc Christus facit, verè ergo Dominus est, sanè & ante Euangelium illuminatur Tobias, sed non ab homine, Elias suscitatur mortuum, orando, non iubendo, Eliseus leprosum mundat in figura baptismi, rara hæc. *[beatus qui non fuerit scanda.]* Etiam Christus crucifixus electis scandalum est, sed nullum maius diuinæ personæ testimonium, quam vnum se pro toto mundo obtulisse, & equidem ita a Ioanne prænunciatum erat, dicente, ecce Agnus Dei, qui tollit, &c.

D. Chryso. homi. 37. Quæstio Ioannis est implexa. An non tu Ioannes es, qui dixisti, non sum dignus soluere eius corrigiæ calceamenti? an non audisti, super quem videris spiritum descendente, ille est? an non tu dixisti, ego a te debeo baptizari? & ille est qui baptizat spiritu & igni? qui fieri potuit, vt quem clausus in vtero adorasti, nunc editis ab eo miraculis, & a te vita planè angelica facta, dubites qui sit? Causa ergo fuit vt discipuli Ioannis invidia de Christo successi opera Christi videntes, illi crederent, & hærerent. Nec enim Ioannes patiebatur suos discipulos Christum non sequi, nec id ab eis suo verbo impetraret, Christus vero cor Ioānis vidēs, non respondit, ego sum, sed quod certius est, respondet factis. Et iam quod quidā dicunt, nescisse Ioannem an esset Christus moriturus, rationabile non est, falsus enim est Ioānes Christum esse agnū, ergo moriturum pro peccatis, vt hostia. Item dixit, hic baptizat spiritu, ergo intellexit post resurrectionem missurum spiritum quo baptizaret, ergo & mortem intellexit. Et si alij prophete intellexerunt Christum moriturum, multo vehementius Ioannes. Nec ferendi sunt qui dicunt Ioannem interrogasse, an ipse esset Christus moriturus, quem apud inferos prædicaret. Siquidem apud inferos non est prædicatione. In inferno enim quis confitebitur tibi.

Autor in nomina. Homil. 27. Ioannes, specie homo, gratia Angelus, secundum corpus claudebatur in carcere: sed animo versabatur in coelo. Mortem illi inferebat Herodes pro pœna, ille accipiebat pro gaudio non ergo de tuo periculo timidus, sed de discipulorum, mittit ad Christum, optat enim pater filios fidei commendare tutori, imò verius

rius pedagogus moriens filios suo vero commendat patri. Ita Ioannes filios Christi Christo commendare desiderat. *[analiū expe.]* Planè expectamus Antichristum, quem recipient, qui Christum abijcient. Videns igitur Christus cor Ioannis, non fuisse interrogare, sed discipulos mittere, vt viderent, dicit, videte vos ipsi quæ facio, o Christi misericordiam, fecit tunc miracula plura, vt paucos lucraretur, quia plus æstimat paucos iustos, quam mundum peccatoribus plenum. Eutimius. *[beatus qui non fuerit scanda.]* Sciebat enim discipulos Ioannis fuisse scandalizatos, quod Christus manducaret cum publicanis, quodq; eius discipuli non ieiunarent, vt supra dictum est.

D. Hilarius. Cano. 11. Domini testimonium quod sequitur, de Ioanne, non sinit credere, cum dubitando interrogasse, an ipse esset Messias. Ergo lex in Ioanne, hominum vincula vitij, ad Christum, id est, ad Euangelium suos mittit, vt visis factis Christi, verbis crederent Ioānis de Christo. *[qui non fuerit scanda.]* In cruce, scilicet, de qua dixerat, qui crucem non baiulat, &c.

Beda. lib. 2. in Lucam. c. 27. *[qui non fuerit scanda.]* Visis mirabilibus Christi nemo debuerat scandalizari, sed mirari, sed quia ex morte eius plurimi scandalum sumpserunt, ideo ait beatus qui non scandalizatur.

Rupertus lib. 9. de gloria & hono. Petrus dixit, Deus qui prænunciavit per os omniū prophetarum, pati Christum, impleuit sic, quid ergo Ioannes plus quā propheta, ignorabat, quod sciuerūt omnes propheta? Cur ergo interrogat? certè vt ipse Dominus se fateretur Christum verbo, sicut fatebatur factō. Planè Christus nō se hoc nomine nominabat, nec nominantes, nominare sinebat, vt infra habetur, ne videlicet si sic se nominaret, mortē sibi accelerasset. Illud enim regiū nomen erat Iudæis & Romanis inuidiæ plenum. Donec igitur Euangelij sacramenta perficiuntur tacet suum Christum nomē, vbi vero perfecta erāt patitur publicari etiā a pueris acclamantibus, Dominus ergo interrogatus an ipse esset, tacet verbo, & prodit facto. Imò & prodit verbo tacite. Cum enim ipse fateatur Ioannē esse Angelum de quo Malachias prædixerat, planè etiā fateatur se esse illum dominatorem, qui statim post illum Angelum erat venturus ad templum Iherosolymitanum. Et iam licet Ioannes testimonium perhibuerit Christo, optabat ille tamen maius testimonium quā suū, id est, optabat vt Christus sibi

testis esset. At Dominus inquit, vos misistis ad Ioannem, & ille testimonium perhibuit de me, sed ego testimonium habeo maius Ioanne, scilicet, opera quæ facio.

D. Thomas, respondet argumentis Diui Chryso. quod Ioannes erat descensurus ad inferos prædicaturus non dāpatis, sed patribus Christi aduentum ad eorū gaudium.

Simon de Cassia. lib. 3. capit. 2. *[tu es qui ven.]* Non quærit de primo aduentu, quia iam hic factus erat, nec de aduentu ad iudicium, quia hic longe distabat. Erat ergo quæstio an esset venturus ad mortem? de qua dicit, beatus qui non fuerit in me scandaliza. Sed Ioannes in vinculis significat peccatorem in vicij, solus enim ille effugit Herodiana vincula, quem eripit Christi gratia. Quia verò rumor operum Christi peruenit ad omnem incarceratum in vicij: o si tunc, vincus mitteret duos discipulos, scilicet, intellectum, & affectum: qui a Domino veram doctrinam discerent. His ergo dicit dominus, dicite vincito, quod multi cæci in spiritu nunc vident: spiritus mali verbo Dei fugantur: claudicatio dilectionis in vtramq; partem sanatur: morbi contagiosi leprosum sanantur: inobedientes verbo Dei, per eius auditum obediunt: & demum paupertas quæ hætenus habebatur odibilis & abiecta, nunc habetur in pretio. *[beatus.]* Rogemus Deum, vt cum inualuerit regnum sarranicum, fidem firmet in nobis, ne fidei aut rationem quaramus aut experimentum.

Hugo Cardin. Ioannes est gratia Christi, quæ detinetur in vinculis peccatorū ne proficiat. Veritatē enim Dei in iniustitia detinet. Aut in vinculis carnis, quia corpus quod corrūpitur aggrauat animam. Aut in vinculis tribulationum, in quibus erat Isaac, cum erat Domino offerendus. Aut in vinculis religionis, iuxta illud in iuce pedes in compedes illius. Cū ergo audisset in vinculis, quia dictum est sola vexatio dabit intellectum. *[opera Christi.]* Quæ ipsa sunt vincula, de quibus dicitur, in funiculis Adam trahā eos. Quid vero est, quod Ioānes fateatur in deserto, in carcere verò non fateatur? Significat quosdam literatos, qui in paupertate dicunt veritatem, in vinculis diuitiarum, in compedibusq; regum dissimulant.

Caieta. *[tu ne es.]* Tu ne es ille tā expectatus ab omnib; tā proclamatus a Prophetis? *[quæ audistis.]* Miracula priora, & quæ vidistis præsentia, vt ex ipsis conuincamini. *[pauperes.]* Id est, suscipiunt lætū nuncium, siquidem

liquidem bona terrena ad diuites prius veniunt, per quos pauperibus communicantur: at celestia bona prius ad piscatores venerunt, & per eos ad reges & reliquos perueniunt. Quod recēsetur inter miracula Christi, & nota. Pauperes spiritu, id est, non affectos diuitijs lātum regni cōlorum nunciū recipere. [beatus.] Id dixit vt Ioannes pramuniret discipulos suos, ne in Christi morte offenderentur, siquidem & discipuli Christi in eius passione sunt scandalizati.

Lyran. notat, quod etiam si humilis doctor sciat veritatem, tamen ad aliorum confirmationē, debet remittere ad sapiētiores.

Illis autem abeuntibus.

D. Hieronymus. Quia turba circumstantans putabat Ioannem dubitasse, de illo, quem digito monstrauerat, vt intelligerent, non sibi Ioannem, sed suis interrogasse discipulis, ideo dicit. Num Ioannes calamo leui est similis? num quærit vestes aut dapes? Ex quo ostenditur, austeram prædicationem vitare debere principum aulas. [plusquam Prophe- ta.] Quia alij dixerunt eum esse venturum, quem Ioannes digito monstrat, & aqua baptizat. [non surrexit maior.] Internatos qui ex cōcubitu nati sunt, eo excluso qui ex virgine natus, & nota, non eum omnibus prætulit, sed equauit, dicit enim nō surrexit maior. [qui minor est.] Quidam de seruatore dictum id volūt, nos vero simpliciter dicimus, omnis sanctus qui iam cum Deo est, maior est eo, qui cōsistit in prælio, maius enim est iam vicisse, quam adhuc pugnare. [violenti.] Grandis est violentia in terra generatos, cōlorum regnum quærere, & id possidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam. [lex & Prophe- ta vsque ad Ioannem.] Nō negat post Ioannem alios fore Prophetas, sed quod quæ illi dixerunt futurum, sit iam in Christo præsens. [ipse est Helias.] Non secūdam stultam metempichosin, sed quod eandem habuerit cum Helia spiritus mensuram, vt enim Elias Achab: ita Ioannes reprehendit Herodem.

D. Augusti. Contra aduersa, legis. libr. 2. ca. 5. [qui minor est in regno.] Regnum primo accipitur pro beatitudine æterna, vbi Angelorum minor est maior ijs qui portant corpus quod corrumpitur. Sed secūdo si accipias regnum cōlorum pro ecclesia, is minor in regno, debet Christus intelligi, qui licet ætate minor esset Ioanne, erat tamen digni-

tate maior. Idem in. q. vete. & noui. testa. quæstio. 26. Helias est Ioanni par, nō maior. Idem homi. 44. in libr. 50. homi. Ioannes de sterili matre, de sene patre, tantus fuit, vt putaretur esse Christus: tātus vt eius solius natalem celebret ecclesia: sicut Domini: tantus vt Gabriel qui Christum annuntiauit, annuntiauerit & Ioannem: merito ergo inter natos, &c. Idem homi. in natali Ioanis. [violenti.] Mens humana diuersis illecebris deuicta fugit laborem, expetit voluptatem, & vix adducitur, vt vitæ prioris consuetudinem excludat, sed cum bellum passionibus indicit, violentiam sibi facit, nec enim sine violentia fieri potest, vt ex abundantia & delicijs, ad famem & crucem veniatur, & ex altero alter homo efficiatur, horum verū est regnum cōlorum. Est autem duplex crucis genus, alterum corporale, à corporalibus delicijs abstinere: alterū spirituale, multo pretiosius in conspectu Domini, scilicet, motus animi regere, perturbationesq; moderari, qui hæc facit, velut prærupto passionū muro ad cœlum contendit. Vim itaq; sibi anima facit, vt palmam laborum quam ei multi eripere contendunt, sibi seruet, quasiq; excubantibus inimicis obsessos fructus decerpere, & prædam cœlestis thesauri quasi de medio incendio seculi reportare. Idem de sermo. Domini in mon. capitul. 25. Quanta vis est inimicos diligere, vxo rem filios patrem & matrem odire: igitur regnum cœlo. vim patitur.

D. Ambro. libr. 6. in. ca. 7. Lucæ. Deserto hic mundus comparatur in quo negat Dominus esse imitandos inflatos sentu carnis suæ: quos vita hæc mobilis inquietat, verè arundini comparandos: in quibus solida iustitiæ nullus est fructus: qui intus inanes, foris speciosa sectantur. Arundines sumus nulla validioris naturæ radice suffulti: quos facile aura prosperior mouet, inopes ad suffragandum, faciles ad nocendum. Arundines fluuios amant: & nos ita labentia atq; caduca. At si arundinem euellas, & folijs spolies, calamus fiet, ad scribendum idoneus, ita & ta veterem hominem exue, attemperet te Christus vt eius calamus fias, tinge te in spiritu & sanguine Christi. [qui mollibus.] Significatur Ioannes habuisse asperam vestē, id est, vitam cruci Christi dicatam, tunica enim Ioseph fuit cruentata. [plusquam propheta.] Priores enim cupierunt videre, quæ iste vidit & baptizauit, non tamen Ioannes est maior illo propheta de quo Deute. dicitur,

tur, prophetam suscitabit Dominus, &c. Sane Ioannes angelus est, sed natus de muliere, ideo minor angelis veris, qui de muliere nati non sunt. [violenti rapiunt.] Scilicet, gētes à Iudæis, sicut hemorrhœissa rapiūt sibi salutem antequam eam filia archifsynagogi reciperet, & Chananea rapuit panem filiorū. Rapiamus ergo festinemus, nam pascha non manducatur nisi festinanter.

Deute. 18.

Diuus Grego. li. moral. 33. ca. 4. calami appellatione verbū significatur, vt ibi, lingua mea calamus scribæ, verbum enim nisi scribatur non manet, quia igitur Christus verbū est manens ideo, linguæ scribenti comparatur. Cum autem dicitur. In cubilibus vbi habitabant dracones orietur viror iunci & calami, ibi intelligitur per calamum doctrina Apostolorum. Secūdo calamus intelligitur mens mobilis, vt in hoc Euāgelio. Tertio calamus intelligitur homo gloria temporalis, nitens, vt cum dicitur, fulgebunt iusti sicut scintillæ in arūdineto, id est, inter homines quantumuis gloriosos, in quorum calamorū secretō diabolus dicitur habitare, qui enim vacuum habent cor, illud diabolo ad quiescendum offerunt, dictum enim est, quod spiritus nequam inueuiens domum vacuum, intrat in eam. Idem in Ezechiel, homi. 9. arūdo vento agitata est, qui vel detractione deijcitur, vel laudibus erigitur. Idem in Euāgelio, homi. 21. Adiebus Ioannis poenitentia prædicatur & peccatores ad regnum inuitantur, cum autem ad cœlum non admittantur nisi iusti, si peccatores poenitentes recipiunt, certe in alienum locum irruunt, quare violenti rapiunt illud, gaudet vero Deus hanc sibi violentiā fieri vt fletibus acquiramus, quod meritis non possumus.

D. Chryso. homi. 38. Turba credere poterat Ioannem ex carcere factum timidiorē, aut leuiorem: ideo Dominus ostēdit se nosse illorum arcana, & quod illi credebant, diluit ipse: diluit autem ex ipsorum etiam opinione, qui virum tantū exiissent videre, suis ciuitatibus dimissis. Est igitur homo inconstans arundo, at Ioannes est omni lapide firmior. Porro quia mollis vestitus quosdam natura constantes mobiles facit, ideo addit Dominus Ioannem non esse mollibus vestitum. Demum probat Ioannem mobilem nō esse, quia si esset, licebat sibi in Herodis aula versari, & catenas euadere. [sed quid existis.] Laudauerat Ioannem à vulgi opinione, ab aspero amictu, à culta eremo. Nunc propria eum autoritate laudat. Demum propheti-

ca voce laudaturus. [maior est Ioannes.] Maior Ioannes prophetis, quia propinquior Christo ita enim dicit, ego mitto angelum meum, ante faciem tuam, at qui ante faciem est, proximus est. Nam qui regibus assunt maiores sunt. [inter natos.] Quod Ioannes sit maior natis mulierum confirmat eius vitæ, quæ superata omni necessitate naturæ, ab hominibus alienus, Deo fuit familiaris, mitis simul, & acer, quod eius verba declarant. [qui minor est.] Ne crederetur esse Messias, ideo Dominus se maiorem esse pronunciat, licet opinione vulgi minor esset, putabant enim eum esse edacem, & vini potorem. Quod verò Christus sit Ioanne maior probat tacite. Primum, quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem, cur ita? Certè quia venit Messias quem lex & prophetæ prænunderant, maior ergo Messias Ioanne. Secūdo quia plures discipulos Christus facit, & regnum Dei maiorem violentiam patitur à discipulis Christi. Tertio, quia Ioannes est Elias. At Elias erat mittendus ante Dominum, ergo Ioannes mittitur ante Dominum suum vt ex Malach. 4. habetur. Quare rectè subdit, qui habet aures, vt torpentes excitet in occusum sui Messias.

Author in nomi. homi. 27. [abeuntibus illis.] Castigat eos qui in facie laudant, vel cum ad sunt, qui laudatō laudes renunciet, & quidem si sapiens laudatur in facie, flagellatur in corde, si insipiens laudatur, non erat ille laudibus dignus. [calamus.] Est carnalis homo, in quo non est medulla virtutis: Mollibus indutus est amicus seculi huius, at Ioannes intrauit mundum, vt contemneret mundum. [plusquam propheta.] Quis enim fuit ante propheta, quam natus? Propheta donum prophetiæ recipit à Deo Ioannes donum baptismi dat Deo. Propheta de longè Christum prænunderat, Ioannes demonstrat. Propheta de Deo loquitur: Deus loquitur de Ioanne, vt apud Malachiam inuenitur. Ioannes Christum dicit agnium, Christus dicit Ioannem angelum, & profetō maius est angelum esse, cum sit homo, quam si angelus natura esset, siquidem angelus nomen est naturæ: sed quod angelus homo sit, gratiæ est, & aduertenter dicit, ille angelus, multæ enim stellæ sunt, sed vna est ante solem, scilicet, Luciferus. Ioannes est vox clamantis, quanto ergo vox est propinquior verbo, tanto Ioannes Christo. Alij prophetæ nō faciūt prophetas, sed Ioannes matrem suam prophetam facit.

Matth. 51

Pri. Tho. P Sed

Sed attende Ioannes natus mulieris, quia de muliere originem habet, sed Christus non est natus mulieris, quia de Spiritu Sancto originem habet, licet sit Christus natus de muliere. Iam cum Christus se solum præposuerit Ioanni videtur nullus Ioane maior nisi Christus.

Eutymius. [*lex & propheta vsque ad Ioannem.*] Quia vsque ad eum sunt venturorum prænunciaciones, ab eo verò, per Christum sunt eorundem futurorum exhibitiones, vel secundo simpliciter est intelligendum, quod Ioannes sit omnium prophetarum ultimus qui Iudæis ad prophetandum mittetur.

Diuus Basilus in serm. de rerum abdicatione. [*violenti.*] Violentia hæc est assidua & acris corporis in laboribus fatigatio, voluntatem propriam, & omne laxamentum abnegans vt Christi præcepta perficiat.

Diuus Hylarius cano. 11. Arundo est homo exterius placens, interius nullus, ad omnem ventorum, id est, immundorum spirituum flatum mouendus. [*in domibus regum.*] Id est, dæmoniorum, qui sunt principes aeris huius, horum domus sunt corpora per luxum fluida, & dissoluta. [*violenti.*] Rerum natura est quod minus est vim patiatur & ita planè publicani & meretrices rapiunt cœlum, cum filij regni ab eo eiciantur. Gloria Israël patribus debita, à prophetis prænunciata, à Christo oblata, fide gentiū rapitur.

V. Beda libr. 2. in Lucam. cap. 27. arundo est, qui vel fauore vel detractioe mouetur. [*mollibus.*] Non Deo, sed terreno regno militat, qui pro Deo pati aspera fugit, nemo ergo existimet in luxu, & vestium studio deesse peccatum, alioqui Ioannes non esset de vestium asperitate laudatus. Quauis intelligi possit Ioannem non fuisse mollem peccantium fautorem. [*angelus.*] Quia vitæ dignitate angelis non inferior, & sacerdotes angeli dicuntur: imo & quiuis prædicator alios ad cœlum inuitans.

Rupertus libr. 9. de gloriis. Ioannes Christi testis est: itidem & Christus Ioannis. [*non surrexit maior.*] Digna Ioanne laus, dicit, non sum dignus soluere corrigiam, at Dominus, nullum Ioanne maiorem fatetur. [*minor in regno colorum.*] Non intelligit de Patria, nescimus enim quis sit in ea minor. Intelligitur ergo Ecclesia, in qua minor est Christus, qui non venit ministrari, sed ministrare: vt qui humilium

humillimus esset. Hoc igitur regnum præsentia Christi est, in regnum intrare est poenitentiam agere. Merito ergo lex & propheta vsque ad Ioannem, quia illi dicebant venturum hoc regnum, at Christus dicit iam regnum intra nos esse. In quod regnum peccatores nihil in ipsum iuris habentes faciunt violentiam, per humilitatem per quam Moses Deum tenere potuit ne puniret Iudæos, ipse est Elias dictum enim de Elia, est eius aduentus sicut ignis, & verbum ipsius quasi facula ardens, ita fuit & Ioannes.

Diuus Thomas. [*mollibus.*] Num est peccatum mollibus indui? Augustinus docet, quemuis posse vestiri secundum usum sibi conuenientem, sed si laxius quam usus exigat, vel ex superbia vestiris, peccatum est. [*plusquam propheta.*] Quia angeli vident faciem patris, & Ioannes specialiter vidit Christum, & ideo angelus dictus est. [*surrexit maior.*] Rectè dicit surrexit, quia omnes nascimur filij iræ, & qui inde ad gratiam venit, surgit. An verò maior sit omnibus Ioannes? Certè argumentum valet, nullus est maior inter angelos, ergo inter angelos est maximus siquidem inter eos est ordo naturæ. Atqui inter homines argumentum non valet, siquidem inter eos non est ordo naturæ sed gratiæ. Sed profecto nullum est incommodum dicere Ioannem fuisse maiorem patribus veteris testamenti, vt esset præcursor Domini. [*qui minor est in reg.*] Primò sensus est, quilibet beatus est maior actu quam quiuis homo ad regnum nondum assumptus. Alioqui poterat in virtute aliquis hominum maius meritum habere, quam aliquis beatus. Secundus sensus, Christus qui post Ioannem venit, ante Ioannem est. Tertius sensus, ex statu status noui testamenti maior est, quam status veteris, ergo maiores sunt Christiani quam status Ioannis, licet in statu Ioannis inueniri possent multo meliores, quam aliqui Christiani, sicut status virginū melior est statu conjugatorum, licet multi coniugati sint meliores multis virginibus.

Simon de Casili libr. 3. capi. 3. O quam sanctum esset ijs, qui patiuntur iniuste, si suam à Deo expectarent excusationem. Patitur Ioannes iniuste, & ideo à Domino laudatur. Et si contenti essemus extremo examine Iudicis nostri, eò erit melior laus, quo

quo vilior nunc est patientis conditio. Laudatur ergo Ioannes, quia fortis, & non arundo, nec enim flexus est tanta illa gloria, quæ sibi offerebatur à Iudæis illum creditibus esse Messiam: nec flexus est tam vili morte quam passus est. [*mollibus.*] Non damnat Reges aut Regum aulas, sine quibus non esset respublica tuta nec damnat molles vestes, quæ sunt aliquando necessaria, sed perfectionem Ioannis ostendit, nihil cum Aulicis communicantis. [*plusquam propheta.*] Ad condemnationem, Iudæorum spectat, q̄ tanto propheta non crediderint, dicitur enim. Ipsi rebelles fuerunt lumini, vt enim multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum: ita ægritudo est, eorum consilij non acquiescere. [*ecce ego mitto.*] Solius Ioannis prophetias Christus explicauit, at nullus ita explicare prophetias potest, quam qui eas condidit. [*qui parauit viam Domino.*] Et nos etiam angeli si viam Domino parauerimus, nihil terrenum cupientes, erit Seraphim, qui ardet eo igne qui Deus est. Erit Cherubim qui intelligit, erroris depulsa caligine, erit Thronus, qui Thronum in se Christo parat, erit Dominatio qui per rationem sibi dominatur. Erit Principatus, qui principium actionum in Deo constituit, erit Virtus, qui mirabiliter supra naturam viuit. [*internatos.*] Aliquid interius magnum vidit Christus in Ioanne quod laudaret, siquidem sanctitatem in vtero habuit. Ieremias desertum etiam coluit Elias, tactū in baptismo: etiam & sacerdotes tangunt Eucharistiam. Denique quæ Ioannes habuit reperientur etiam in alijs. Sed iterius aliquid habuit quo alios excederet: ita & virgo sacra in exterioribus forte ab alijs exceditur, at in interioribus omnes transcendit. Et nos igitur studeamus sanctitati interiori, vt commendationis Christi simus participes. [*à tempore Ioannis regnum vim patitur.*] Non à tempore quo natus est Ioannes, sed ex quo prædicauit, tunc magnæ iniquitates finem sumpserunt multi enim conuersi sunt per eius prædicationem, & ceperunt deserere usum peccandi. [*violenti.*] Periclitantur Christiani in ocio seruantur in agone. [*vsque ad Ioannem.*] Quia eatenus velatum Christum profitebatur lex, sed Ioannes prædicat eum sine velamine. [*ipse est Elias.*] Qui magnus Iudæis habebatur.

s. Cor. 6.

Hugo. [*in domibus regum.*] Petrus in

atrio, ancillæ voce, negauit. [*à diebus Ioannis vsque nunc.*] Ecce ergo nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. [*vim patitur.*] Si non potes vel emere, vel rapere, certè vim patere, & compulsus intra. Hoc regnum vndique portas habet, ab oriente, occidente, &c. Atqui cum pateat regnum, homines rapiunt infernum, emunt sibi, imo sibi violentiam faciunt, vt in ipsum intrent. Porro de fidei dicitur, ad prædam ascendisti fili mi, & apud Iosue terra promissionis violenter occupatur. Siquidem militia est vita hominis, ideo enim Christi, id est, vncti dicimur, vt militemus. Et iuxta Bernardum, alij emunt cœlum, qui faciunt eleemosynas, facientes sibi amicos ex mammona. Alij rapiunt, vt qui relinquunt omnia, vt Christum lucrifaciant. Alij furantur, qui occultè bona faciunt, alij compelluntur intrare, vt quibus Dominus calamitates mittit iuxta illud, exi in vicos, & cæcos claudos compellere intrare. Luce. 14.

Caietanus. Cum Dominus videt Ioannis gloriam, & testimonium quod dedit periclitari, tunc laudat, à constantia animæ, austeritate vitæ, à dono gratiæ maiore quam prophetiæ, siquidem nullus fuit propheta Ioanne maior, vt ex Marco habetur. [*qui minor est in regno.*] In regno inchoato, scilicet, in ecclesia maior est. Christus dicitur minor, quia ministrat. [*regnum vim patitur.*] Quia olim homines non operabantur explicitè propter regnum Dei, sed sub obedientia Dei, propter mercedem, quam à Messia expectabant, nunc verò explicitè propter adipiscendum regnum operari, id est, violenter rapere. Et sanè cœlum non est habile hominibus, si illud possident violentia est, non quidem est violentia ex vi naturæ, sed ex vi Spiritus Sancti, totam naturam excedentis. [*vsque nunc.*] Id est, vsque ad tempus meum, quod tempus vltimum est. [*si vultis recipere.*] Docuit Christus, non esse necessarium sensus mysticos recipere: qualis est quod Ioannes sit Elias. [*qui habet aures.*] Erat enim mysterium duorum aduentuum, in quorum secundo præcedet Christum Elias, in priori præcessit Ioannes in spiritu Elie, huius admonuit Iudæos Dominus, ne ratione aduentuum deciperentur.

Glossa inter. [*ante faciem tuam.*] Id est, ante manifestationem tuam, per uia enim tibi

Ephes. 2.

Math. 20.

Luc. 17.

Eccle. 47.

Iob. 24.

gen. penul.

Iob. 7.

Philip. 3.

Luce. 14.

ve. 11.

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

tibi corda fidelium reddet, baptizando, & poenitentiam prædicando. [natos mulierum] Sed non virginis. [maior.] Potest tamen esse æqualis Ioanni.

Glossa ordi. [violenti.] Intrat peccator quo ius non habet, & est grandis violentia in terram natum, cœlos possidere.

Lyra. [domibus regum.] Rectè Diogenes cuidam Philosopho dixit, si hæc legumina edere velles: Dionysio non adularer.

Cui autem similem æstimabo.

Isai. 5. Diuus Hieronymus. Pueri sedentes in foro, ij sunt de quibus dicitur, ecce ego & pueri mei, & in psal. sapientiam præstans paruulis, & iterum, ex ore infantium, hi prouocauerunt Iudæos, dicentes, saltate ad nostram tibi, sicut Dauid saltabat coram arca Dei. Aut certè poenitentiam agite de peccatis. At vtrunque spreuistis, si ieiunium placebat: Cur Ioannes ieiunans non placuit? Si saturitas, cur filius hominis displicet? Merito ergo iustificata est sapientia, id est, iuste egit, à vobis prudentibus abscondens, quæ reuelauit paruulis. [Tyro & Sidoni.] Quia hæc ciuitates solam calcauerunt legem naturæ, at Capharnaum & Bethsaida calcauerunt legem naturalem, scriptam, Domini prædicationem, eiusque virtutes. Tu Capharnaum meo hospitio exaltata ad inferni grauissimas poenas descendens. [in Sodomis.] Dices cur ergo Dominus non prædicauit Sodomis? Respon. nos ignorare Dei iudicia. Alioqui decretum erat Christo fines Iudææ non transire, ne occasionem præberet Pharisæis.

Diuus Ambrosius libr. 6. in capit. 7. Luca. [sapientia iustificata.] Aperit Lucas quam sapientiam intelligat, cum dicit. Omnis populus & publicani audientes iustificauerunt Deum. Deus ergo sapientia & publicanis, peccata sua confitentibus, & se sic iustificantibus, iuxta illud. Dic tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris. Tunc ergo iustificatur Deus, quia cognoscunt homines munus Dei per eius iustitiam, & quod illud munus non nisi per baptismum innocentibus confertur. Iustificat ergo qui poenitet Deum, ei cedens Vincenti. [cantauimus vobis] Iudæi nec trinum

phus nec excidijs ad Deum vel mentem leuare, id est, saltare: vel culpam flere, id est, plangere voluerunt. Iustificatur ergo sapientia, quæ tribuitur fidelibus, negatur verò perfidis. Vide verò Mossem submerso Pharaone cantantem: Esaiam canticum viæ canentem, & tres pueros psallentes in flammis. At Iudæi non saltant, id est, non tripudiant animo bonis operibus eleuati: organa sua in falicibus suspendentes. Sanè cum anima Christo sponsatur rectè saltat, sumit enim psalmum, dat etiam tympanum, &c.

Chrysof. homi. 38. Solent venatores fugacissimas feras, diuersis vijs aggredi: ita Christus Iudæos & abstinentia Ioannis, & sua laxitate adortus est. Non quin Dominus etiam arctam viam voluerit, siquidem ieiunauit, quadraginta diebus: & non habens vbi suum caput reclinaret. Sed postea, vt omnes saluaret, communem viam sequutus est. Si ergo admiramini ieiunantes, cur Ioanni non creditis? Si graue est ieiunare, cur non creditis Christo? Id ergo dicit, cantauimus vobis laxiori & laxiori via proposita: lamentauimus; difficiliore, neutram vos elegistis. Iustificata est ergo sapientia, quæ nihil intentatum reliquit, quominus attraheret vos, vt nec impudentissimus vllam excusationem aut querelam habeat, & sanè miraculum est, siquidem & Christum & Ioannem Iudæi dæmonium habere dixerunt. Igitur cum nec blanditijs nec austeritate eos attrahere potuerit, ad probra se conuertit, vt vel sic eos emolliat, dicens, ve tibi, &c. [in Sodomis.] Grauiora minatur Iudæis quam Sodomis, quæ etiam euenient nobis, si sicut illi contemnimus, illi in lege naturæ peccauerunt, nos in lege gratiæ, illi verbum non audierunt, nos quotidie, quod vt nobis profit, munde mus aures nostras stercore oblitas.

Euthymius, Ioannes vt prædicator poenitentia, viam poenitentia elegit, Christus vt largitor venia laxiorem complexus est, & Ioannes nullum fecit signum. Christus verò à diuinis miraculis testimonium adeptus est. [iustificata est.] Id est, admirationi habita est, vt quæ diuersis vijs homines ad se attrahere voluit. [Sodoma.] Hanc nominauit vt libidine in signem, sicut Tyrum idolotriam celebrem.

Diuus Basilius in psalm. 29. Quilibet sanctus tibia est Sancto Spiritu inflata, horum sanctorum sermones ad vitam nos san-

ctam prouocant. Prius tamen ad luctum & lamentationem, quam ad lætitiã, vt lugeamus prius exitium nostrum, postea rumpatur sacculus noster, & circumdemur lætitiã.

Diuus Hylarius. cant. 11. Pueri canentes sunt Prophetæ qui in simplicitate sensus prædicauerunt, qui & letè, & lugubriter ad legis obseruantiam prouocabant. Porro Iudæi Ioannem, id est, legem dicunt dæmonium habere, id est, grauem esse. At prædicato Euangelio, & legis vinculis laxatis, nec ita Christus, placet. Iustificatur ergo sapientia ab Apostolis, dicentibus dignum esse Christum Dei sapientia auerti à Iudæis, & conuerti ad Gentes.

Agor. 13. V. Bedali. 2. in Luca. c. 7. Pueri sunt prophetæ quia humiles, cantant in foro, id est, synagoga, vel Hierusalem, vbi leges condebantur. Cantatur in psalm. sumite psalmum, quid verò sequitur? & non audivit populus meus. Rursum luget Propheta. Conuertimini in toto corde vro in ieiunio fletu & planctu, sed infra sequitur, stultus populus me non cognouit. Vt ergo tunc contempsistis: ita & nunc contemnitis, & Ioannem, & me. [iustificata.] Dei dispensatio, qua superbis restitit, & humilibus gratiam dedit, à fidelibus comprobatur. Vel secundo iustificata est ab intelligentibus, quod nec in luctu nec in gaudio est iustitia sed in corde, si ne luctu frangitur nec gaudio corrumpitur.

Idem libr. 3. in cap. 10. Luca. [olim in cilicio.] Poenitentia fieri debet in cilicio, quod fit ex pilis caprinis capri verò ad sinistram in die iudicii statuendi sunt peccatores, igitur memoria peccatorum cilicium est, in hac debet poenitentia fieri, & in cinere, id est, in mortis recordatione, & sedendo, id est, in humilitate.

Rupertus libr. 9. de glorific. Puerorum cantantium primus fuit Iesus, de quo dicitur, ecce puer meus exaltabitur & eleuabitur, etiam Apostoli fuerunt pueri dicitur enim ecce ego & pueri mei. Coepit cantare Dominus manducans & bibens, sed ad hunc cantum, non exaltauerunt Iudæi, coepit lugere Ioannes, dicens, genimina viparum, nec responderunt Iudæi. [in Tyro.] Cur igitur Deus, qui vult omnes saluos fieri, non misit Tyrijs prædicores vt poeniterent? Respon. si misisset prædicores qui regnum cœli prædicarent, illi non

poenituissent. Quod si poeniterent, id esset ne regnum perderent terrenum, quod Deus parum curat. At Iudæi his peiores, nec timore amittendi regni cœlestis nec terreni poenituerunt. Porro mysticè Corozaim, significat mysterium, notat enim superbos sapientes. Bethsaida, id est, domus frugum, significat diuites. Capharnaum, id est, villa delitiosa, significat delitiosos, ijsvæ, nisi poeniteant.

Diuus Thomas. [pueris cantantibus.] Pueri liberi à curis, incedunt lusibus & quia sociales sunt, ad forum veniunt, erat ergo pueris olim mos iste, ex vna parte stantabantur pueri canentes, vt oppositi pueri saltarent, quod si non facerent, iniuria afficiebant cantores. Ita ergo Iudæi affecerunt iniuria Ioannem qui specie sanctitatis canebat, & Christum, qui specie familiaritatis cantabat, cantabant igitur Iudæis non saltantibus. Cur ergo Dominus edebat & bibebat? quia periculum non erat, quod cibo & potu malè vteretur. [iustificata est.] Iusta apparuit faciens quod debuit, iustus enim apparet qui quod debet facit, siue lauderetur, siue vituperetur. Cur igitur Dominus non abstinit, vt Ioannes? quia si abstinisset crederemus neminem nisi abstinentem saluandum. [exprobrauit.] Non exprobrat Dominus peccata, sed quod eorum non fiat poenitentia, sed cur Dominus dicit vā, & maledicit, eam dictum sit. Nolite maledicere? Respon. cum non dicimus malum eo, affectu vt veniat, sed nunciando quæ ex iustitia ventura sunt, id non est malum. [Tyro.] Cur igitur non misit Tyrijs prædicores, siquidem si misisset, Tyrii saluarentur? Primo teste Gregorio, quia eis non promiserat. Secundo, quia Ex Remigio, quia inter Tyrios essent multi non credentes, licet etiam alij acceptarent prædicationem. Tertio ex Aug. quia non durassent in fide recepta.

Hugo. [non saltastis.] Erant in lege benedictiones, ijs qui implerent legem, & maledictiones violatoribus. Illas Ezechiel vocat carmina, has vocat lamentationes & vā. At Iudæi nec his nec illis moti sunt. Cuncta enim dictum sit, flere cum flentibus, & gaudere, &c. [Tyro.] Quia maior facta est iniquitas populi mei quam Sodomorum, quia in infernum. Iuxta illud, si ascenderit vobis ad cœlum superbia eius, quasi sterquilinum in fine perdetur: & illud, si exaltaueris vt aquila nidum tuum, in deo habitabit te; & c.

Pri. Tho. P 3 lud,

Isai. 5.
Psalm. 18.
psalm. 8.
Matth. 11.
Isai. 43.

Agor. 13.
Psalm. 80.
Ioclis. 2.
Matth. 25.
Isai. 52.
Isai. 8.
Matth. 3.

Rom. 12.
Deut. 28.
Ezec. 12.
Rom. 12.
Thyreno. 4.
Iob. 20. 19.
Iere. 49.
Amos. 9.

Iud, si ascenderint vsque ad coelos inde detrahant eos. Vide etiam Abdiam c. i.

Caletanus, Licet pueri non habeant responsales qui saltent, non ideo referunt iniuriam: ita nec retulerunt Ioannes & Christus.

Glossa interli. [manducans & bibens.] Id est, cibo & potu scitiam regni futuri significans. [sim Tyro.] Minor culpa est nuncios veritatis non habuisse, quam refutasse.

Glossa ordi. [non saltastis.] Id est, non habuistis deuotionem.

Lyra: [non saltastis.] Erat mos pueris Iudæorum (est siquidem grande negocium, à pueris, alluere bono) in duas partes æquales diuidi, hi canebant: illi flebant. Postea exprobrant sibi, quod non inuicem compaffi essent, vt inde alluere compatiendum esse in bono & in malo. [manducans.] Debit enim mediator Dei & hominū, eā vitā habere, à qua cōmunes homines non abhorrent. [Corozaim.] Quæ primo suscepit verba Domini, nam alleuata terra illa fuit vt Matth. 4. habetur, sed postea ad vomitum redijt. [remissus erit.] Quia veritati agnitæ repugnare est peccatum in Spiritum Sanctum, quod est maius vitio Sodomorum contra naturam.

Druthmarus, Dominus sumebat à publicanis & ab eis, cum quibus prandebat corporalem cibum, vt eis traderet spiritualem, ideo laxius vivebat.

In illo tempore respondens.

Diuus Hieronymus. Verbum confitetur non semper poenitentium est: aliquando enim est gratiarum actionis, vt in psalm. sapè legitur. [tibi pater.] Pater Christi, sed Dominus cœli & terræ, Christus enim non est creatura. [sapiens.] Qui sibi videntur esse sapientes. [ita pater.] blandientis affectus est, vt inceptum compleat beneficium. [omnia mihi tradita.] Id est, homines mihi traditi sunt, vt perfidiam accessum habeant ad gratiam. [Et inquit.] Grauis esse peccati pondus, Zacharias tradit, cum ait, iniquitatem super pondus plumbi sedere, & item iniquitates in ea aggrauata sunt, super caput meum. [iugum leue.] Quomodo leue, cum lex homicidium, & Euange-

lium non solum homicidium, sed iram etiam puniat? in lege adulterium, in Euangelio, etiam concupiscentia? Respond. Certè Paulus multa esse in lege docet, quæ impleri nequeant, at Euangelium non præcepit nisi quæ possumus. Lex virginem in persecutione perstitutam repudiat, sed hæc in euangelio non peccat, si voluntate non consentit.

Diuus Augustinus in libr. quæstion. veter. & nou. testament. quæstione. 100. abscondit Deus sapientiam suam ab his qui prudentes mundi sunt, & reuelat eam ijs qui voluntati Dei se inclinant, & suæ scientiæ legem Dei anteponunt. Repudiat Dominus eos qui ornari se potius volunt sermonibus, quam operibus. Acceptat verò eos qui sunt simplici verbo, magna verò vita, non enim est regnum Dei in sublimitate sermonis, sed in virtute. Ne ergo doleas si forensibus literis careas, sanctus ius, & plura videbis quam sapientes.

Idem libr. de verbis Domini sermon. 8. [à sapientibus.] Id est, à non paruulis. [paruulis.] Id est, humilibus, exultat ergo Dominus, quia via quæ ante latebat, nunc patet, sed humilibus, nam sapientes dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Dicergo tu, te lumine carere, insipientem esse, idque dic in animo & coram Deo. & sapiens eris, & lux Dei veniet tibi, rectè enim dicitur, illuminans lucernam meam, lucerna sumus, sed à Deo lumen est.

Idem libr. 1. quæstion. Euangeli. quæstione. 1. Verbum nostrum se, & eum cuius verbum est declarat. Ita & Verbum Deise & Patrem suum manifestat, nemo ergo nouit Patrem aut filium, nisi ex verbi reuelatione. [ego reficiam vos.] Sed contra omnes qui pie volunt viuere in Christo patientur persecutionem, & illi qui ociosi erant in foro, ad laborem vineæ vocantur, ad laborem dici & æstus, & apostolus dicit, in omnibus commendemus nosmet ipsos in multa patientia. Respond. adest Spiritus Sanctus nouum hominem faciens. Et gustata requies deliciarum Dei, & cœlorum spes accepta, graues labores leues facit, nam momentaneum & leue est pondus tribulationis Apostolico spiritui. Certè vt se a seccari permittit, æger propter salutem transituram, grauis exercetur miles in bello propter vilem mercedem, horridis se committit periculis mercator, nec minoribus venator: puer item flagellis subij-

subijcitur, laboribus multis qui student. Qui hæc amant, leuia se pati putant, qui non amant graua. Omnia læua, & immania, facilia facit amor, & ideo lex iusto non est posita. Nihil facilius voluisti, quam ipsa sibi, hæc verò satis est Deo, pax igitur hominibus bonæ voluntatis, fidelis enim Deus, qui non permittit vos tentari super id quod potestis.

1. Thimo. 1. Luc. 1. 1. Co. 10.

Et homi. 10. Discite à me non cœlos fabricare, non mundum gubernare, sed quia mitis sum, si vis vsque ad conspectum Dei tuum surgere ædificium, profundum pone fundamentum.

Et homi. 12. de verbis Apосто. si non sentis bellum carnis tuæ, vide ne sit pax ista peruersa, si sentis vide ne consentias, ne peccatum regnet in tuo mortali corpore. Regnat verò si consentis desiderijs carnis, si non regnat, non est meriti tui sed doni Dei, si laboras ne peccatum regnet, veni ad Christum, ipse enim qui fecit, reficit. Quomodo reficiet? tollite inquit iugum meum: Quomodo tolletur? Discite à me, quia mitis sum, ego Deus exinanivi me, vos mortales humiliamini. Tolle ergo iugum Domini: senties te habere sefforem, & rectorem.

Et homi. 34. Omnia si vis habere, omnia per Christum habebis. Nemo nouit Patrem nisi filius, accede ad eum, & ipse tibi Patrem reuelabit. Vocaris ad angustam portam, quia tumorem habes, intrare non vales, discite humilis esse. [discite.] A magno artifice magna discuntur. Alijs dedit hic magister leprofos mundare: alijs, miracula facere, sed non omnia membra eundem actum habent. Quid verò tibi proderit facere miracula, si superbus sis, dicitur tibi, nescio vos, recedite à me.

Idem libr. de Sancta virginitate cap. 35. Video te ò bone Iesu, quasi in concione generis humani, clamantem, discite à me. Hucce redacti sunt omnes thesauri sapientiæ tuæ, vt pro magno discamus à te, quod humilis sis adeò ne magnum est esse paruam, vt nisi à te qui magnus es, disci non possit? Ita planè, nec enim aliter inueniri requies animæ potest, nisi digesto animæ tumore, quo sibi magna esse videbatur. Audiet, ergo te publicanus, qui in cœlum oculos leuare non audet. Audiet & Centurio, qui indignum se iu-

dicabat, vt in eius domum intrares, audient publicani & meretrices, qui nequissimam suam videntes & indulgentissimam misericordiam tuam, mites & humiles erunt.

Diuus Ambrosius libr. 7. in cap. 10. Lucæ [sapiens.] Stultam enim fecit Deus sapientiam. [paruulis.] Ille paruulus, qui dixit, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, tales vult nos Apóstolus dicens, qui est sapiens inter vos, stultus fiat vt sit sapiens. [omnia mihi.] Ergo omnipotens est vt Pater, sed quia sibi tradita sunt, filium se esse tradentis fatetur, sunt omnia propria, vnus iure substantiæ, non dono gratiæ collata.

Diuus Gregorius libr. 4. Mora. cap. 39. in illud. Ibi impij cessauerunt à tumultu, ibi requieverunt fessi robore. Inquit. Mediatoris aduentu gentes ad vitæ suæ requiem venerunt. Quia quod Israel non est consequutus electio consequuta est, in hac luce, impij cognita neq. iustia sua, cessant, & tranquillitati intimi amoris acquiescunt, ad quod inuitat Dominus dicens, Venite ad me, &c. [Tollite iugum.] Non est graue iugum, quod præcipit vitari omne quod turbat, & sic qui fuit impius cessat à tumultu.

Idem libr. 20. capi. 26. in illud esse sub sentibus delicias computabit, inquit. Non sine grauibus curis licet aut honores, aut diuitias custodire, potentiam ostendere alios timere, at qui in his sentibus sunt, in delicijs se esse putant, iuxta illud, inebriauit me absinthio. Ebrij enim quod patiuntur nesciunt, amant ergo seculi homines vt ebrij absinthium tribulationum, vt quadret in eos illud, vitula Ephraim docta eligere trituras. Auocat ergo suos Dominus à laboribus his, & ex labore externo ad gaudia contemplationis, licet populus Israeliticus fastidiat manna, quod sine labore dabatur, & colligebatur: & cupit ollas carniū, quæ non nisi igne tribulationis loquuntur: cupit porros & allia, quæ comedentibus lachrymas excutiunt.

Idem super Ezechi, homi. 17. [iugum suauem.] Certè charitas lata est: quia latum mandatum tuum nimis, & quia posuisti in loco spaciofo pedes meos. At contrarium videtur, dictum enim est, arcta est via, & item propter verba laborum tuorum ergo custodiui vias duras. Certè incho-

tibus arcta via est, perfectis lata.

Diuus Chrysoſt. homi. 39. Latatur Dominus quod hæc sint abscondita a sapientibus non latatur quia hi pereunt, sed quia humiles seruantur, nec laudabilem sapientiam damnat, sed eam quæ a seculari doctrina præstatur, ubi docemur superbia flatum fugere, simplicitatem admittere. Agit verò gratias Patri ex charitate ad Patrem, sicut & pro nobis orat ad Deum ex charitate quam ad nos habet, & nota Lucas refert hanc confessionem prolatam a Christo cum septuaginta discipuli redirent fugatis dæmonibus. Ne ergo hi tu merent, & reuelatione Patris indignos se redderent, admonet eos, id totum ad Patrem esse referendum. [abscondistis.] Non quod id Deus fecerit, sed quod illi occasionem præbuerunt, ut illud tradidit Deus eos in reprobum sensum. [nemo nouit Patrem.] Si miramini quod omnia mihi tradita sunt, illud maius est, quod sim eiusdem cum Patre substantiæ. Quem reuelo, non quia id mihi iussum sit, sed cui volo, reuelo. Porro non dicit Patrem a nemine nisi a filio cognosci, sed non cognosci, ea cognitione qua cognoscit filius. [venite ad me.] Salutem vestram sitio, non gloriam quæro, dabo vobis salutem & requiem. [iugum leue.] Nisi ignauia dissolutus sis & magnitudo retributionis omne onus leue facit, & non est tam graue onus, quin si grandi animo accipias, leue fiat, & veniat in mentem viam vicij esse durior, id ita esse docet Dominus dicens, qui laboratis & onerati estis. Requiro enim quid grauius est, mille ciborum curam habere, ut placeas ventri, an vnus cibi simplicitatis habere curam? mille quarere vestes, an vnã? vos testes adhibeo, qui nunquam non dicitis, grauibus vos curis premi, cum contra sancti nunquam non gaudeant. Si percussus quæris vindictam, mille curis angeris: si obuertis maxillam, omnia finijisti. Nihil suauius innocentia.

Author innominatus homi. 28. [a sapientibus.] Sapientes naturali sapientia creaturarum, quo magis Deum scire contendebant, hoc magis ignorare fatebantur. Ergo sanctitati incumbere, & in dies magis Deum videbis. [paruulis.] Paruuli sunt, toto corde bonum recipientes, & malum

fugientes nihil discutientes, sicut Christus qui dixit, quia sic placitum est ante te, nihil discutiens, qua ratione placitum esset. [omnia mihi tradita sunt.] Secundum carnem, in qua Paulominus angelis minoratus est, non secundum Deitatem, in qua non rapinam putat esse se æqualem Patri. Omnia tradita sunt, ut omne genus spectaretur, celestium, terre, & inferi. Omnia tradita, ut iam nemo credat creaturas esse Deos: ergo tradita sunt vita & mors, paupertas, & diuitiæ, seruitus & regnum, ut mihi omnia seruiant. [nemo nouit.] Ex viribus suis. [qui laboratis.] Sub onere legis, contententes & non potentes ad iustitiam peruenire, lex enim præceptum nudum est, gratia verò virtus est legem implens. Ergo lex iugum graue, quia graui præcipiens, ad faciendum non auxiliatur, gratia leue iugum, quia ad agendum auxiliatur, omnia enim possum, in eo qui me confortat, & ideo nos, scientes quod per legem nemo iustificatur, credimus in Christum, ut ex fide iustificemur. Qui ergo laborat, & laboris sui fructu non fruitur, oneratur, qui fruitur leuis fit & delectatur. Non ergo quærit Dominus ociosos, sed laborantes. Etiam vocat iniquos sub peccatorum onere pressos, qui dicunt lassati sumus in via iniquitatis. At sicut Spiritus Christi verò laborantes delectat: ita & Spiritus diaboli falsè delectat. [iugum meum.] O gratissimum pondus, quod non tenet, sed confortat portantium vires, non enim nos gratiam, sed nos gratia portat. [requiem animabus.] Quia corpora laborant, in Christo pacem habent, sed in mundo tribulationem.

Euthymius. [iugum.] Iugum nominauit Euangelium, quod in iugi modum imponatur credentibus, ut ipsos colligat ad inuicem, & ad aurigam Christum. [humilis corde.] Nam fortuita humilitas infructuosa est, & de humilitate meminit, quia est omnium virtutum radix, se verò exemplum posuit, ut facilius sermo reciperetur. [innemittis requiem.] Quia quæ humilis patitur, verbo pati sibi videtur, nec turbatur. Nota, iugum dixit, & suauis. Onus verò, & leue, ut neque despicias quasi facilia, neque refugias tanquam laboriosa.

Diuus

Diuus Hilarius Cano. 11. Gaudet Dominus de fide gentium, facti huius æquitatem, filius Patri tribuit, ut qui dedignantur in Deum paruuli fieri, in sua sapientia fiant adulti. [iugum meum.] Ut Sacramento Crucis ad Christum veniant omnes. Quid verò hoc iugum suauis, scilicet, a seclere abstinere, malum nolle, velle bonum, omnes amare, nullum odisse presentibus non irretiri, æterna concupiscere.

Venerabilis Beda lib. 3. in Lucam capit. 43. Sapientibus opposuit humiles, ut intelligas damnari tumorem, non acumen. Clavis scientiæ humilitas est fidei. [sic placitum est.] In consilio æternæ prædestinationis, non ratio sed Dei voluntas quærenda est, iuxta illud, an non possum quod volo facere? [omnia mihi.] De paruulis intelligit, quos ei dedit Pater.

Diuus Bernardus Sermo. 15. in Psalm. [iugum Domini.] Iugum beneficiorum est, minus quidem graue, sed non minus grande. Onerat Deus beneficio, cum exonerat peccato. Onus sentiebat qui dixit, quid retribuam Domino, & exiit me quia peccator sum, & semper timui Dominum quasi tumentes fluctus. Idem in Sermo. de subiectione voluntatis nostræ. Quidam ambulant in lumine vultus sui, qui, scilicet, sibi placere student, quidam ambulant in lumine vultus alieni, qui alijs placent. Hi omnes confusi sunt, quia Dominus spreuit eos, contritio & infelicitas in viscerum. Venite ergo ad Christum qui laboratis, iugum enim eius suauis, quanto suauis est Dei, quam humana clementia. Qui igitur ambulant in lumine vultus Dei, quærentes, quomodo ei placeant, nunc quidem exultant in nomine tuo, & non est illis scandalum, & tandem introibunt in potentias Domini. Idem in vigilia natalis Domini. Qui nouit sibi diffidere, se deserere, & super dilectum inniti, hic delictis affluit, & ideo mitis est, sociale enim vitam cum gratia tractat. Idem Sermo. 1. natalis. [humilis corde.] Exinaniuit se ipsum, ut prius præstaret exemplo, quod erat docturus verbo. Ut non ultra apponeret magnificare se homo super terram. Intolerabilis enim impudentiæ est, ut ibi intumescat vermiculus, ubi se exinaniuit insectas.

Rupertus lib. 9. de glorifi. Cum memo

rat scriptura Patrem filio loquentum, memorat etiam Filium Patri respondisse cum laude. Ut cum Pater dicit, Surge gloria mea. Filius respondet, surgam diluculo, propterea confitebor tibi in nationibus. Ita hoc loco. Pater dixit, Ecce ego mitto angelum meum parare viam. Respondet Filius. Confitebor tibi Pater. [omnia mihi.] Iuxta Daniele, veniebat, quasi si filius hominis, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem, honorem, regnum, &c. Nemo potest omnia dare alicui, nisi Pater filio. Quærebatis Iudæi an ipse esset, qui venturus erat, en confitetur, se esse cui Pater omnia dedit. [filius reuelare.] In qua reuelatione inuenietis requiem, quæ sentiri potest dici non potest. In cor enim non ascenderunt quæ parasti diligentibus, nobis autem reuelauit, per spiritum suum. [iugum.] O vos detriti iugo hominum, qui imaginem leuæ & vrfi & ferarum habent, venite ad me, qui imaginem hominis habeo, & mitis sum, intelligetis, quod seruire mihi regnare sit.

Diuus Thomas. [Respondens Iesus.] Cuius tacite obiectioni, quæ illi fieri poterat, cur prædicasti Iudæis non penitentibus, & non Tyrijs, respondet, quia sic placitum est ante te. [tibi pater.] Ergo generatio est, non creatio, contra Arium. [paruulis.] Nisi conuersi efficiamini ut paruuli & item malicia paruuli estote. Hos deligit Deus. Si quidem infirma mundi elegit, dictum enim est apud Ecclesiastem. capit. 7. dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me. [nemo nouit Patrem nisi filius.] An non etiam nouit Spiritus sanctus? ita, quia nomina exclusiua addita personis, non excludunt essentiam. [qui laboratis.] Vel onere legis, vel peccatorum, vel naturæ nostræ, dicitur enim in laboribus à iuuentute mea. [iugum.] Quid? nos putabamus te iugum excussisse nostrum. Planè iugum peccati excussum est, de quo Isaias iugum oneris ergo superasti, & Apostolus, liberati eratis a peccato, serui facti sumus iustitiæ. [suauis.] Contra, doctrina est grauis? Ita nisi cor mutetur: Qui enim amat temporalia durum ei est, si amittat, & principio grauis est, non sic postea, dicitur enim ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui.

Pri. Tho. P 5 Simon

Simon de Casia. libr. 9. cap. 27. Non agit Patri filius gratias vt Deus, sed vt homo. [nemo nouit.] Generationem, qua filius est à Patre. Vt enim Deitas habet separatum modum essendi: ita & cognoscendi, nisi per reuelationem. [omnia mihi.] Si Pater dedit nobis filium, cui omnia dedit, ergo cum filio donauit nobis omnia. Cum igitur Filius habeat omnia solus reficere hominum mentes potest. Sed quia non erat humanæ audaciæ ad eum venire, ideo nos ipse vocat, & neminem excludit. [venite.] Inquit. [ad me omnes.] Certè ex Adam omnes nascimur ad laborem. Siquidem in sudore vultus tui vesceris pane, & item homo natus ad laborem, & homo totus intendit laboribus vanis, quos conqueritur totus Ecclesiastes. A laboribus vanis ædificandi, multa sciendi vocamur ad requiem. Sunt etiam labores in iniquitate, vt enim iniquè agerent laborauerunt, vocantur etiam & hi vt poeniteant. Est alius labor cū bonitate, de quo Paulus, tu vero vigila, in omnibus labora, & item labora sicut bonus miles Christi, huic labori specialiter promittitur requies. [iugum meum.] Est iugum ferreum Babilonicum quod positum erat super collum cunctarum gentium. Iugum hoc est, tradi in reprobum sensum. Omnis enim iniquitas prædominans iugum est, de quo Iere. vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius, tunc vero iugum vigilat, cum à Domino quærit vindictam. Est secundum iugum humanæ seruitutis, quo Salomon oppressit Iudeos. Est tertium iugum, nature humanæ impositum, sollicitudo, de qua. Occupatio magna creata est hominibus, & iugum graue super filios Adam. Est iugum Domini, disciplina rerum bonarum agendarum, de quo, bonum est viro si portauerit iugum Domini ab adolescentia, & item, à seculo cōfregisti iugum, ad hoc iugum vocamur. [mitis.] Quali, id est, inuariat⁹ animus. [humilis.] Hic descendit in abyssum: ideo non inuenitur à diabolo impugnato. Quod si inuenitur, & ei tribulationes adduxerit, putat ille maiores sibi deberi, si rationes, ille credit simpliciter. Humilis est sepultus, ideo terrena non curat. Hos humiles saluat Dominus, humiles spiritu saluabit, & alibi, ponet humiles in sublimi, & Maria sacra inquit, exaltabit humiles. [inuenietis requiem.] Quia quiescet mens in vero, vbi sunt omnes thesauri scientiæ, quiescet voluntas in bono, quod est summum bonum, quiescet memoria in eo quod omnia tempora claudit. Sedebit er-

go populus in multitudine pacis, in requie opulenta. Tunc, cum quiescent sancti à laboribus suis. Si oppressa es, opta penas vt columbæ, vt voles & quiescas, non super terram, quia columba non inueniebat vbi poneret pedes.

Hugo. [nemo nouit.] Nemo potest aperire signacula libri, nisi agnus, & leo de tribu Iuda. [venite ad me.] Figura huius fuit, quod ad Dauidem venerunt omnes grauati ære alieno & afflicti. [qui laboratis.] Impij laborant, habent cor vt mare feruens, & qui adorant bestiam non habent requiem die ac nocte. Ipsi testibus qui dicunt, ambulauimus vias difficiles. At Ieremias inquit. Ego nō sum turbatus te pastorem sequens. [ego reficiam.] Ita erat promissum. Ego pascam oues meas, ego accubare faciam, iuxta illud psalm. Dominus regit me nihil mihi deerit, & illud, Sapientia ædificauit domū, miscuit vinum, proposuit mensam. [inuenietis requiem.] Idem in Ierem. inuenietis refrigerium animabus vestris, & item modicum laboraui & multam requiem inueni, & item in paucis vexati, in multis bene disponentur. [iugum.] Computrescet iugum à facie olei, id est, gratiæ. Certè Auis adiecto pondere alarum volat, sine alis volare nequit. Panis qui asper est, adiecto melle glutitur. Amor facit leue pondus, videbantur enim Iacob anni pauci præ amore. Leue fit ex adiutorio sacramentorum effundam enim aquam mundam, & mundab. Leue etiam fit audito Euangelij sermone, & Christi exemplo, & Sanctorum. Dicitur enim est, mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis. Etiam leue fit ex adiutorio Dei, dictum enim est, Dominus nobiscum nolite timere. Item ex hostium infirmitate. Christus enim deuicit principatus & pote. Item ex magnitudine premiorum, non enim sunt condignæ passiones, &c. Item quia momentaneum & leue est pondus tribulationis.

Caietanus. [Respondens Iesus.] Discipulis, scilicet, regredientibus à prædicatione. [sapientibus.] Circa res diuinas & prudentibus circa res humanas. [reuelasti.] Illustrando eos lumine interno. Sapientia enim & prudentia humana non patiuntur intellectum captiuari: & voluntatem flecti in obsequium Christi. Ideo primi Christiani, scilicet, Apostoli paruulifuerunt in oculis

oculis suis, similes infantibus. Tales placuerunt Deo semper, vt saul cum paruulus esset [nemo nouit.] Certè Deum & angeli & homines nouerunt, vt ad Rom. 1. dicitur. Sed quod Deus Deum filium habeat, ad reuelationem spectat. [cui voluerit filius.] Licet reuelare sit comune opus omnibus personis, appropriatur tamen filio, qui est sapientia, & ita dicit, manifestauit nomen tuum hominibus. Ergo venite ad me filium Dei, cui omnia tradita sunt, qui reuelare mysteria possum, ego reficiam, per me ipsum, non auferendo laborem exterius, reficiam interius. [tollite iugum.] Voluntariè accipite Euangelij iugum, non iuxta aut infra vos, sed supra. Lex enim Diuina est, non humana. [discite a.] Cum Christus omnes virtutes ex corde habuerit, in duabus se exemplum posuit. Quia humilis, Deo patet: mitis, hominibus, quibus se placidum exhibet. Ab alijs virtutibus possent se homines excutare, ab his non, in quibus Euangelij perfectio consistit. Et cum incredibilis sit fructus, requies animi, nemo eam nouit, nisi mitis & humilis. [iugum suauis.] Siquidè præcepta moralia Euangelij, eadem sunt præcepta naturæ. Præcepta vero Fidei, eadem sunt conformia naturæ. [onus leue.] Onus est, sed leue. Quia supra præcepta naturæ addit credere in Deum, in eum sperare, eum super omnia diligere, proximum sicut se, & baptizari in remissionem peccatorum. Dicit autem onus meum, quia reliqua onera importabilia, quæ quidam animi istius Ecclesiæ imponunt hominibus, non sunt onera Christi.

Glosa interli. [paruulis.] Id est, humilibus spiritu. [sic fuit placitum.] Vt humilis redeat, qui per superbiam recessit. [venite ad me.] Per me enim est accessus ad Patrem. [mitis sum.] nullum lædo. [humilis.] Nullum despicio. [onus leue.] Non detrectantibus.

Lyranus. [Paruulis.] Quia humilitas est dispositio ad sapientiam. Vbi enim humilitas, ibi sapientia. [sic fuit placitum.] Licet enim in generali assignetur ratio electionis, (scilicet, hos elegit, vt in illis resfulgeat misericordia, & illos reprobauit, vt monstratur iustitia:) sed in particulari, quare hunc, non illum eligat sola voluntas causa est.

Felix Papa Epist. Si filius Patrem nouit, ergo est eius substantialis. Deum enim nemq̄ vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu Patris ipse enarrat.

Alexander Alexandria Epist. ad Alex. Huius scientiæ Christiana Sacramentum

vltra omnem naturam est, soli Patri adiacet, & cui voluerit filius reuelare.

CAP V T. XII.

In illo tempore abiit Iesus.



Ius Hieronymus. [vellere spicas.] Vitæ austerioris indicium est, non lautas sed simplices epulas quærentium. [quid fecerit Dauid.] Hostia enim Deo placabilis, salus hominum est.

Diuus Augustinus. libr. 1. quæst. Euangel. quæst. 2. Discipuli non comedunt spicas nisi manibus confricatas, non enim quisque transit in cibum Christi & Apostolorum nisi confricatus, & expoliens veterem hominē, & rursus ex Apostolo, circuncidi debet circuncisione non carnali, sed spirituali. Idem in quæst. super Matth. quæst. 10. Achimelech sacerdos & Dauid rex violaret panes propositionis, ille dando, hic accipiendo: poterit ergo Christus Rex & sacerdos sabbatum violare.

Diuus Ambrosius libr. 5. in cap. Lucæ. 6. Ager est hic mundus, numerosa hominum satione seminatus. Spicæ agri, sunt fructus Ecclesiæ, quos cum Apostoli discutunt, & bona eorum opera inueniunt, comedunt, quia nostro profectu aluntur. His spicis spiritualibus eadem contingere pericula possunt quæ alijs terrespicis, æquè enim aut imbre marcescunt, aut sole torrentur, aut certè à messoribus foeliciter, in receptacula reconduuntur. Receperat ergo terra Dei verbum, & celesti semine satus ager diuites foetus effuderat. Esuriebant, discipuli salutem hominum, & mentium fructus à folliculis corporum, ad fidei lucem, præclaris suis miraculis eruebant. Credebant verò Iudæi hoc, sabbato non licere. Christus verò designabat, per munus gratiæ iam oculi esse legis, & opus gratiæ. Quod vero Lucas dicit factum fuisse hoc quod Matthæus recenset sabbato secundo primo, significat Legem gratiæ sabbatum esse secundo primum, secundo quidem, quia eam lex præcessit. Primum verò, quia lege soluta, gratia firma perseverat, vel secundo primum, quia quod secundo sancitum est, primum est in prædestinatione. Ergo Christus violans sabbatum, docuit inania legis non esse

Psal. 17.
Psal. 33.
Iob. 5.

Isai. 32.
Apoc. 14.
Apoc. 5.
1. Reg. 11.
Isai. 57.
Apoc. 14.
Sapi. 5.
Ierem. 17.
Ezech. 34.
Psal. 11.
Prou. 9.
Ierem. 6.
Sapi. 5.
Isai. 10.
Genes. 27.
2. Mach. 4.
Numer. 14.
Coloss. 2.
Rom. 8.
1. Cor. 4.

Ioan. 17.

Coloss. 2.
Coloss. 3.
1. Reg. 21.

esse curanda, sed que vtilia, esse sequenda. Quod vero Dauid fugit Saulem, ostendit quod principem mundi lateat Christus.

Quod autem Dauid dat focijs sacerdotalem cibum, notat Christum dantem suis fidelibus sacram Eucharistiam, & quod omnes Christiani debeant vitam sacerdotalem imitari: imo quod sacerdotes simus, nos ipsos Deo offerentes. Porro Christum spicas euellere concedens, non violabat sed implebat legem. Sabbatum enim in vtilitatem hominis conditum erat. At vtile erat homini, vt abdicatis terræ fructibus, veteris famis ieiunia vitaret. Attēde & illud, Dauid sumpto cibo arma Goliath sibi sumit, & tu si Christum acceperis Goliathem spoliabis. Doeg vero qui aderat quādo Dauid panes accepit, figura est pastoris gregis infructuosi: qui reuera Iudæ proditoris figura est.

Diuus Chrysostomus, homi. 40. Sabbatū secundo primum dicebatur, quando erat sabbatum Domini, & succendentis solēnitatis. Ducit vero Dominus discipulos sabbato per fata, vt eorum cōsulat necessitati: & propter eam à crimine discipulos vindicat, & considera discipulos à Christo nec propter famem discedentes, qua nisi premerentur, non violassent sabbatum: In discipulorum vero excusatione Dauidem, magnæ apud illos existimationis adducit. Nec contentus Dauidis excusatione, affert aliam ab ipsis sacerdotibus, violentibus sabbatum, cum in eo circūcidebant. Dices. Cur ergo qui olim colligebat ligna in sabbato, occidi iussus est? Certè quia tunc lex incipiebat, quæ si cōtemni cōpisset, nunquam seruata fuisset. [sabbatum propter hominem.] Vt homines cessarent male agere, prohibiti sunt agere. [misericordiam volo.] Sitis misericordes sicut Pater vester: nullumq; humanum præceptum auocet vos à vestri Patris imitatione. Neq; vnum diem festū solum agite, quibus tota vita solēnitas est, habemus enim intra nos altare, cor nostrum vbi sacrificemus, agamus ergo solēnitatem bonis operibus intendentes à vanis laboribus abstinentes. Quid enim aliud est labori inquirendi auri incumbere, quam sub Pharaone in operibus luti exerceri?

Diuus Hilarius Cano. 12. Dauid cum suis, satiatur panibus sibi illicitis: significans Christum cum discipulis suis satiandum Gentilium profectu, quem Iudæi illicitum esse putabant.

Rupertus libr. 9. de glorifi. Hæc historia præcedenti Christi confessiōni, annexa est,

quia enim Dominus se in ea Dei filium confessus est, cui essent omnia tradita, ideo factō confirmat, se esse templo maiorem, & Dominum etiam sabbati. Porro excusantur discipuli ex necessitate, sicut & qui cum Dauid erant, ex eadem excusantur. Dices, cur ergo ille qui sabbato collegit ligna occiditur? Certè quia sabbatum contempfit. Ideo enim subditur, anima quæ per superbiam aliquid commiserit, quia aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo: verbum enim Domini contempfit. Dices sacerdotēs excusantur quia faciunt Dei autoritate? & item discipuli faciunt ex Christi concessione.

Diuus Thomas. Sinit Dominus discipulos violare sabbatum, quia lex vsq; ad Ioannem. Porro discipuli esuriūt quia pauperes, & quia impediēbātur à turbis vt nec locum haberent comedendi. Contenti verò erant spicis, quia habentes alimenta & quibus tege. &c. Sed cur Pharisei non reprehendunt discipulos, alienas spicas vellentes? Ratio est, quia illud erat in lege permissum. Adducit Dominus exēplum Dauidis, quia sacerdos abstulit panes ab altari die sabbati, alio enim die auferre nō licebat. Imo erat ille dies neomeniæ.

Simon de Cassia. Discipuli nec portant peram, nec parant mensam, ideo cum esuriunt, ad aliena manus extendunt, quia lex necessitatis legem tollit proprietatis. Licet etiam omne ius haberent discipuli edendi, cum serui essent creatoris omnium. [misericordiam.] Id est, misericordia præstanda est est his, qui non ex contemptu, vel animi prauitate legem violant, sed ex necessitate. [Dominus est filius hominis.] Licet voluntariē legi subiecerit.

Venerab. Beda libr. 2. in Luca. capit. 6. Sata sunt regiones illæ, de quibus Dominus, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia sunt albæ iam ad messem. Fames discipulorum similis est fami Petri, cui dicitur. Surge, occide, manduca, idem ergo est confricere manibus, & occidere, aliter nemo transit in Christum. Ergo euellere spicas est homines à terrena intentione, vbi radices fixerat, eruere, fricare vero manibus, est exemplis virtutum, ab ipsa carnis concupiscentia, quasi à folliculorum & aristarum impuritate expoliare, & ita, pura membra Christi effici, est manducari. Reprehenduntur à Phariseis discipuli, sed Dominus arguit pro mansuetis terræ.

Hugo.

Psal. 18.

Genesis. 1.

Prou. 27.

Hugo. Statim post iugum & onus meminit de manducatione, quia in custodiendis illis retributio multa, & item, germinet terra herbam virentem, & linum pomiferum. [esurientes.] Anima esuriens amarum pro dulci sumet. [Pharisei videntes.] Tales sunt qui Prælatos nimis de grege sollicitos reprehendunt. [quando esuriit.] Dicit Abimelechum dispensasse cum Dauid, iuxta enim est causa dispensandi, necessitas vel vtilitas communis aliàs non dispensatio, sed dissipatio est.

Caeteranus. Cum discipuli vellebant spicas erat festiuitas constans ex multis sabbatis. Nam festum paschæ ita constabat, & festum etiam tabernaculorum. Porro hoc festum erat paschæ, si quidem erant in eo spicæ. [Dauid.] Est argumentum à maiori. Si laicis licuit panibus sanctis vesci, multo magis discipulis spicas confricare. [templo maior est hic.] Si vos excusamini, quia seruitis templo, magis excusantur discipuli, qui seruiunt mihi. [misericordiam volo.] Qua succurri & dispensari cum discipulis esurientibus.

Glosa ordi. Sata sunt scripturæ, quas discipuli in sabbato, in ocio percurrunt. Esuriunt verò dum Dei amorem quærunt, confricāt, cum singula discutiunt. [misericordiam.] Si sciretis quod per misericordiam Deo statuat mundum liberare, non per legis rigorem nō condēnassetis, &c.

Lyranus. Sata sunt scripturæ gentilium: vbi sunt spicæ veræ doctrinæ, quas discipuli Christi purgant à vanitate & fallitate, & eis vtantur. Quod si quis hac causa, eos reprehēderit, excusantur à Christo.

Diuus Gregorius. vt habetur. 6. quæst. 3. capit. scriptum est, scriptum est, per alienam messem transiens falcem non mittes, sed manu grana cōteres & manducabis, id est, in munus alienum falcem iudicij non mittes, sed per affectum bonum admonendo & persuadendo, fratres à vitijis expoliare licebit. 25. quæst. 1. cap. ideo. Gratianus dicit. Christus seruauit legem, non vt legi subiectus, eam enim aliquādo violabat: ita Papa seruet canones, non vt eis subiectus. De poenit. d. 1. ca. libenter. Libenter debet sacerdos impartiri indulgentiam, quia misericordiam volo, & Christus non venit vocare iustos, & demum, lex per Mosem, sed gratia per Christum.

Et cum inde transisset.

Diuus Hieronymus. [interrogabant eum.]

Vt si non curaret, imbecillitatis, aut crudelitatis, si vero curaret, sabbati eum violati accusarent. [extende.] In euangelio Nazarethum habetur hunc hominem fuisse cementarium, & ideo rogasse Iesum, vt eius manum curaret, qua cibum quæreret. [restituta est.] Vsq; ad Christum manus synagogæ erat arida, neque enim opera Dei faciebat. At vbi ille venit reddita est Apostolis credentibus dextera.

Diuus Augustinus libr. 2. quæst. Euange. capit. 7. Cum Dominus voluerit sanare dextram corporis manum, cur dixit, animam saluam facere. Respon. accipitur anima pro homine.

Diuus Ambrosius libr. 5. in. cap. 6. Lucæ. Manum illam quam Adam extendit, Dominus sanat, vt quæ crimine aruerat bonis operibus sanaret. [extende manum.] Generalis medicina est, vide tu qui te putas manū habere sanā, ne auaritia aut sacrilegio cōtrahatur, extēde ergo eam vt frequenter proximum iues. Memor esto Hieroboam, qui cum Idolis sacrificasset, manum cōtraxit, quam Deū rogans extendit.

Beda libr. 2. in capit. 6. Lucæ. Sabbatis Dominus curat, vt spirituale sabbatum bonorum operum designet. Et quia sabbato frequentior erat populi concursus. At piscatores ibi retia extendunt, vbi plurimos vident esse pisces. Homo ergo ille humanum genus designat, in fecunditate bonorum operum arte factum, sed per redemptoris gratiam, dum in fontes manus in crucis arbore tenderet, arte etiam succis bonorum operum, restituit. Itē reprehendit Iudæos, vt qui non intelligerēt in lege opus prohiberi seruile, ne sabbato fiat, est vero peccatum seruile opus, nā qui facit peccatum seruus est peccati. [extende manum.] Nullo ordine debilitas animæ melius sanatur, quam elemosynarum largiōe. Ita Ioannes rogatus, quomodo saluarentur, respondit, qui duas tunicas habet, det vnam, &c. & in Eccles. non sit manus tua addandā collecta, frustra enim tēdis ad Deum manus rogans, quas roganti pauperi contrahis.

Rupertus li. 9. de glorifi. O Iudæe, si Christo non credis dicenti. Confiteor tibi Pater, certè eius operibus crede. Dixit Lucifer Deus ego sum, sed non id opere confirmauit, mendax ergo fuit, at non ita Christus.

Diuus Thomas. Non eodem sabbato spicæ euelluntur, & manus restituitur, sed sequenti. [uenit ergo in synagogam.] Iuxta illud, in occulto loquutus sum

Luc. 3.

Eccle. 4.

Ioan. 18.

Pfal. 39. sum nihil, & illud, annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna. [*homo.*] Est genus humanum, & quiuis nostrum, quando sumus potentes in malo, impotentes in bono. [*quanso melior est homo.*] Incōparabiliter melior est homo brutis. Sunt enim omnia propter eum, qui constitutus est super omnia opera manuum Dei. [*licet benefacere.*] Collige ex dictis quæ excusentur in die festo, primo enim excusantur quæ fiunt ex necessitate, vt discipuli vellentes spicas. Secundo, quæ ad cultum Dei spectant vt circuncidere. Tertio, quæ ad salutem corporis spectant vt mederi. [*extende manum.*] Extendere manus sanitati restituit, iuxta illud, peccata tua eleemosynis redime, & illud, ignem ardētē extinguit aqua, & eleemosyna peccatum.

Dan. 3.
Eccl. 3.

Simon de Cassia. lib. cap. 22. In omni mēbro legimus naturam hominis fuisse multatam, etiam in manu, vbi est hominis actio. Dextera ergo arida est, cū operari cessat pro æternis. Nam cum ad dexteram nauigium mittitur, magna piscium captura est. Sanat vero Dominus in sabbato vt pro sabbato illo superno, quiuis in hoc tempore operetur.

Ioan. 31.

Prou. 21.

Hugo [*Extendit manum.*] Qui obturat aures ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Glosa inter. [*sabbatis benefa.*] Licet in festis, vtile quemq; sibi facere. Glos. ordi. Non est feriandum sabbato à bonis, sed à malis, sicut in sabbato futuro, idest, æterno, non feriamus à bonis, sed à malis. [*restituta est sicut altera.*] Quia quæ congregauerat auidē, distribuit ex charitate.

Exeuntes autem Pharisei.

Diuus Hieronymus. Quod Pharisei querant Christum interficere, lior est in causa, quod enim erat crimen manum homini restituere? [*recessit.*] Auferens occasionem impietati. [*no audiet aliquis in plateis vocem eius.*] Vox eius non auditur in spaciose perditionis vestra, sed in arcta salutis. [*calamum.*] Qui peccatori non porrigit manus, calamum casatum confringit, & qui modicam fidei scintillam contemnit in paruulis, linum fumigans extinguit. At Christus venit saluum facere quod perierat.

Diuus Chryso. Homi. 41. Iudei nulla iniuria vexati necem Christo querunt, adeo peccatiens malum est inuidia: quod tunc maxime efferatur, cum alij iuuantur, vel ad meliora reuocantur. Sed mitis Dominus curam omnium languentium habens, quibus eos

potest modis mitigat. Hæc verò ante prædixerant propheta, neque quicquam, vel minutum, fit à Domino, nisi ante prænuntiatum. [*non clamabit.*] Immensa est mansuetudo, scilicet, curare volentis, & cum iniquum illorum animum videt, recedit, ne contendat. [*calamum.*] Tantæ est Dominus virtutis, vt nos velut quassatos calamos confringere possit, & nostras iras fumigantes, vt qui aquam conijcit extingueret. Sed non in perpetuum eos sustinebit. Puniet eos, cum eiecerit iudicium in victoriam.

Diuus Basilus resp. 291. Calamus quassatus est, qui non ea qua oportuit animi tynce ritate mandatum Domini exercet, hic non est conterendus, sed sanandus. Linum fumigans, cum mandatum Domini quis exequitur: sed non tam ardenti desiderio vt oportebat, qui extinguendus non est, sed inflammandus assidua memoria promissionum & poenarum.

Diuus Hilarius cano. 12. [*recessit.*] Longè enim abest à consilijs malignantium. [*præcipit ne eum manifestarent.*] Quia salus cuique reddita testis erat, sed vbi que iactantiam declinare docet. In hoc vero silentio Christi, prophetia impleta est, non clamabit inquit, &c. Quassatus calamus fuerunt Gentes, qui non conteruntur, sed sanantur, linum fumigans sunt Iudæi à quibus veteris gratiæ spiritus non est ablati, hi etiam sanabuntur, tūc cum est ei sciendum iudicium ad victoriam.

Rupertus libr. 9. de glori. [*recessit.*] Vt absconderet à sapientibus quæ reuelaret paruulis. [*ne manifestum.*] Sic enim mandauerat Apostolis, ne apud illos docerent. Igitur mandauit nubibus ne pluerent super eos. [*non contendet.*] Quia prædicare Iudæis cum contentione fiebat, ideo idem est dicere, non contendet, ac, non eis prædicabit. [*calamus quassatus.*] In excidio Ierosolymitano, Iudæi quassati sunt, & qui ardebant, fumigare ceperunt: sed non sunt fracti aut penitus extincti, cecitas enim ex parte contingit Iraeli. Donec vincat illud iudicium de quo dicitur, in iudicium veni in mundum vt videtes non videat, donec igitur compleatur hoc iudicium, & plenitudo Gentium intret, fumabunt sed non extinguentur Iudæi, iuxta illud, ne occidas eos, sed depone eos Domine.

Diuus Thomas. [*recessit.*] Quia non erat patiendi tempus. 2. vt monstraret discipulis aliquando esse fugiendum. 3. Vt se hominem monstraret. 4. ne eos iritaret.

Eccl. 8. iritaret. Faciant ergo similiter prædicatores, ne incendantur flamma ignis peccatorum. **Ioannis. 10.** [*sequuti sunt eum.*] Vocē enim eius oues audiūt [*curauit eos.*] Misit enim verbum suum, & sanauit eos. [*ecce puer.*] Idest, seruus secundum humanitatem. [*quem elegi.*] Homines non ponunt gratiā in eo quem amant. At Deus gratiam ei quem diligit præstat, ideo dicit, quem elegi, vt esset filius Dei. Et etiam elegi ad opus redemptionis. Addit, dilectus meus, & vt intelligatur eū super omnes fuisse dilectū, addit, in quo placuit animę meæ. Ponam super eum spiritum meum, totum. Cæteris vero per partes. Christo vero nō ad mensuram. [*iudicium gentibus.*] Idest, habet officium docendi gentes de iudicijs Dei, vt iam non gloriantur Iudæi, quod non fecerit taliter omni nationi. Porro quia in iudice debet esse clementia, ideo Christus non clamabit, nec contendet. [*calamum.*] Idest, potestatem regiam Iudeorum non penitus confringet, sed quassatam, idest, subditam Romanis relinquet. [*linum fumigans.*] Idest, sacerdotium, quod lino induebatur. Possent etiam intelligi peccatores per calamum quassatū, & tepidi per linum fumigans, sed nec his nec illis est præclusa via salutis. [*donec iudicium.*] Factum est id sub Vespasiano, sed plenius in die iudicij.

Roma. 7.

Simon de Cassia. [*calami.*] Sunt peccantes ex fragilitate, qui quod nolunt malū faciunt, quod volunt bonum non inueniunt, calami enim recti ex se manent, si flectuntur, non id sua sponte faciunt. Linum fumigans, sunt superbi sursum elati. Neutros Dominus repellat si ad eum conuertantur, vel secundo exponitur. Calamo scribuntur ea quæ mandari memoriæ cupimus, significat ergo sapientiam humanam. De qua dictum est, in crepa feras arundinis, siue calami. At si hæc sapientia Christo humilietur non confringetur. Linum verò est corporalis mundicies. Quæ si igne charitatis inflammetur, nō extinguetur.

Hugo Cardi. [*sequuti sunt eum.*] Simples sequuntur, docti persequuntur. [*electus.*] Electus ex milib⁹. Nihil enim in eo erat quod displiceret. [*non clamabit.*] Contra quia clamabat, si quis sitit, veniat ad me. Ita, sed non erat clamor. Semper enim tacuit, semper siluit, sed vt parturiens loquetur. [*in plateis.*] Quia cum malediceretur, non maledicebat, fuit enim ouis ad occisionem, & agnus ad victimā. [*ad iudicium.*] Quo ille iudicatus est: quod sibi ad victoriam celsit. [*in illo gentes.*]

Can. 5.

Ioan. 7.

Isai. 42.

1. Petri. 2.
Ierc. 11.

Quia non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluari, &c.

Caietanus. [*recessit.*] Opus ergo perfectio nis est recedere aliquando quod in hoc monstratum est, quia sequuti sunt eum multi, fuit enim recedere vtilius ad salutem animarum. [*ne manifestum.*] Ne maius illorum odium concitaret. Et ita impletus est sermo Isaia de Christi silentio & mansuetudine. Poterat enim illos vno verbo destruere. [*puer.*] Nomen est subiectionis. [*dilectus.*] Et homini & Deo conuenire potest. [*in quo complacui.*] Quia nihil in eo fuit, quod Patri nō sum me placeret. [*ponam super eum spiritum meum.*] Quia requiescet super eum spiritus Domini. [*iudicium gentibus.*] Nō per se, sed per suū Euangelium. [*non clamabit.*] Ex ira. [*audiet in plateis.*] Tumultuantem. [*calamum quassatum.*] Eo tempore erāt Iudæi quassati sub imperio Romano. Sed non sunt fracti. Ipsi etiam Iudæi sunt linum fumigans, quatenus persequerentur Christum, ideo fumum & tenebras habebant. [*donec iudicium.*] Quo iudicatus est à Pilato deducat ad victoriam resurgendo: mittendo Spiritum sanctum: & prædicando euangelium, quo factus calamus contractus est, & linum extinctum per Vespasianum. Postquam destructionem gentes in Christum sperant.

Glosa interli. [*quem elegi.*] Ad opus, quod nemo alius poterat præstare, scilicet, redimere homines. [*complacui.*] Quia ipse solus est agnus sine macula. [*ponam spiritum meum.*] Non super Deitatem, sed super humanitatem.

Glosa ordi. [*recessit.*] Compleuit quod supra dixerat, cum vos persequerentur, &c. [*calamum.*] Iudæi sunt calami omni vento agitati, & quia discrepando, ab inuicem separati sunt, ideo calami sunt quassati. Donec iudicium quod in eo fiebat, ad victoriam perueniret, idest, donec pulso mundi principe, ad regnum rediret, & poneret inimicos suos, sub pedibus suis. [*linum.*] Gentes sunt linum, quia naturalis legis ardore ferè extincto fumum erroris amarissimi & odoris noxij proferebant. Hos non extingit, sed e parua scintilla, in magnum ignem amoris Diuini suscitauit. [*Donec ponam iudicium.*] Idest, tandiu prædicatio eius mundo lucebit, nullis infidijs superata, donec ponat in terra iudicium, idest, donec fiat voluntas sua in terra sicut in celo.

Lyra. [*curauit eos.*] Vide benignitatem, non desinere

definit curare eos etiam cum persequuntur. [iudicium gentibus.] Quia secundum humanitatem perferet iudij sententiam, in die ultimo, in qua enim forma iudicatus est, iudicabit. [non contendet.] Ut se vindicet. [non clamabit.] Ut liberetur, ut patet in sua passione. [donec eiciat.] Donec veniat ad extremum iudicium, ubi sua victoria manifestabitur.

Tunc oblatus est ei.

Diuus Hieronymus. Tria hic signa simul facta sunt. Cæcus videt, mutus loquitur, dæmoniacus liberatur. Et quod tunc carnaliter factum est, quotidie spiritualiter fit in ecclesia. Expulso enim demone primo lumen fidei aspiciunt credentes, mox in laudes Dei tacetia prius oralaxatur. [sciens cogitationes.] Ad eorum cogitationes respondet, ut vel sic conuertantur. Iam cum concordia parua res crescant, & discordia maxime dilabuntur. Si Satanas contra se pugnat, est igitur orbis confusio, bellum enim illorum, hominum pax est. Quod si in principe dæmoniorum eicit Christus dæmonia, ut sic dæmones deludant ignorantes. Quid dicetis de alijs sanationibus à Christo patratiss? [filij vestri.] Id est, exorcistæ, vel etiam Apostoli, quorum opera si non tribuitis diabolo, cur mea tribuitis? Ideo ipsi iudices vestri erunt, non potestate, sed comparatione. Apostoli etiam iudiceserunt, cum sederint super sedes. [digito Dei.] Hic est digitus quem Magi Agyptiorum confitentur: & quo tabulæ Moy si scribuntur. Si igitur manus Dei est filius, & huius manus digitus est spiritus sanctus, igitur Pater filius & spiritus vnus substantiæ sunt. [peruenit in vos regnum.] Regnum Dei vel est filius, de quo Lucas, regnū Dei intra vos est, vel est regnum gratiæ, de quo, agite pœnitentiā & ap. in v. r. D. vel est sacra scriptura, quæ datur genti facienti fructus eius. [in domum fortis.] Cur securi sumus, cum aduersarius fortis sit, etiam Christi confessione. Domus eius est mundus, propter delinquentium copiam, vasa eius nos fuimus. Religatus est fortis in Tartarū, & pede Christi concalcatus, cuius sedibus direptis captiua ab eo ablata est captiuitas. [qui non est mecum.] De hereticis non est sermo, sed de diabolo. [non remittetur.] Cur igitur quidam Episcopos & presbyteros postquam blasphemauit in spiritum, in gradum suum recipiunt? Secundo explicatur, qui dixerit filium habere diabolum, cui eius opera tribuat, hæc blasphemia

non remittitur. Tertio, qui dicit me esse voracem, culpa non caret, habet tamen veniam propter carnis vilitatē, sed qui manifeste intelligens opera Dei, inuidia stimulat, illa opera dicit esse diaboli, caret remissione. [facite arborem.] Si in me diabolus est, bona facere nequeo. Si bona sunt, a diabolo non sunt. [progenies.] Mala arbor estis, ideo prodit à vobis blasphemia. [bonus homo.] Bonus est Christus qui de bono thesauro profert bona. [omne verbum.] Si verbum ociosum iudicandum est, quanto potius blasphemia vestra? Ociosum est, quod caret vtilitate loquentis, vel audientis, qui turpia dicit, non ociosum verbum, sed criminofum profert.

Diuus Augustinus. lib. 1. quæst. Euangel. cap. 4. & 5. [fortis armatus.] Fortem illum appellat, quia tenebat homines, ne viribus suis, à peccatis se eximeret, vasa eius, sunt omnes infideles. Eum alligare est, potestatem adimere impediendi fideles, ne Christum sequantur. Idem Serm. 197. de tempore, alligauit Christus diabolum, sicut Dauid gigantem. Dices si ligatus est, cur tantum potest? certe si potest, potest in negligentibus, & tepidis. Neminem enim potest mordere, nisi qui illi securitate pestifera se coniunxerit, latrare & sollicitari potest, mordere non potest, nisi volentem. Imo sicut Dauid armis gigantis gigantem interfecit: ita fideles dæmonem deiciunt ipsa persequutione, quæ eis ille excita uit. Arma vero gigantis posuit Dauid in tabernaculo suo, id est, in templo suo, ubi nos qui diaboli eramus arma collocauit. Idem de verbis Domini, serm. 11. [si Satanas.] Aut vos Iudæi creditis Satanam posse eicere Satanam, aut non posse, ergo Christus in Satana non eicit Satanam, si posse, ergo regnum Satane diuisum est, ergo non stat, ergo fugite à regno cadenti. [ipsi iudices vestri erunt.] Ut pote conscij, nihil malarum artium à suo magistro didicisse. [si in digito.] Si ego & hi discipuli, filij Dei destruius regnum diaboli, ergo eius regno euerso peruenit in vos regnum Dei. [alligauerit fortem.] Si videtis ciues vestros, corpore & animo è manibus diaboli ereptos, igitur ego sum qui vinculis iustitiæ fortem alligauit, & feci vasa misericordie, quæ prius vasa iræ fuerant. Et ut nemo credat in regno Christi esse diuisiones videns in eo heredes esse, ideo addit. [qui non est mecum contra est.] Hæretici non sunt de regno Christi, non enim qui nomen Christi inuocat, de regno ei est, sed qui verbo & factis inuocat, recedat enim ab iniquitate qui inuocat nomen Domini.

mini. [omne peccatum & blasphemia.] Quid ergo num infideles, qui Christum fuisse magum dixerunt, spe veniæ carebunt? num ad fidem conuerti nequeunt? Num & hæreticis negantibus Spiritum sanctum, venia si conuertantur negabitur? Quidam dixerunt solos baptizatos posse peccare in Spiritum sanctum, sed nescio an sit vera sententia. Cur enim in Ecclesia prædicatur pœnitentia? & in textu non dicitur, qui baptizatus dixerit verbum in spiritum, sed simpliciter, qui dixerit verbum. Certè nulla maior quæstio in S. literis, aut difficilior est, quam ista. Et primum non dicit Dominus, qui dixerit omne verbum. Sed aliquod. Quæramus quod sit illud? & planè cum de spiritu mentio est: de Spiritu sancto agitur ut apud Lucā aperte habetur. Qui etiam aperte dicit, qui blasphemauerit in Spiritum sanctum non remittetur ei. Non ergo est aliud, verbū, apud Matthæum, quam blasphemia apud Lucā. Ergo sensus est, si quis blasphemauerit corde impœnitenti, huic non remittetur, ut enim ille locus, Deus neminem tentat, intelligitur, neminem tentat ad peccatum, & ille qui crediderit & baptizatus fuerit, non intelligitur de omni genere credendi, & ille, qui manducat meam carnem, non intelligitur de omni genere manducandi. Ita & hic qui blasphemauerit, non intelligitur de omni genere blasphemiarum, sed de ea quæ est contra Spiritum sanctum qui est remissio peccatorum. Contra hanc remissionem loquitur cor impœnitens. Sola ergo impœnitentia est quæ caret remissione. Quodcunq; vero peccatum pœnitentia tangit, remittetur. Non est igitur maior spiritus quam filius, sed peccatum quod contra filium fit, si pœnitentia tangatur, remittitur. Sed cur Spiritui sancto tribuitur remissio peccatorum? certè quia facit filios Dei, in eo enim clamamus abba pater, & reddit testimonium spiritui nostro, quod filij Dei sumus.

Diuus Ambrosius. in capitul. 11. Lucæ. lib. 7. Num maior est Spiritus sanctus filio? ut negantes spiritum, venia careant: negantes filium, allequantur? Minimè, vna enim est Trinitatis vnitas. Quid ergo? Certè hæc dicta sunt, ut intelligamus, negare Deitatem & spiritum à Christo, esse irremissibile. Nā si peccatorum venia habenda est, confiteri oportet, Deum esse Christum, qui in carne venerit. [omne regnum diuisum.] Ostendit regnum suum esse indiuisum, & ideo perpetuum, vna enim est fides, vnum baptisma,

vnus Deus. [digito.] Digitus dicitur spiritus quia est in eo operatoria virtus, iuxta illud, hæc omnia operatur vnus spiritus. [si in digito Dei ej. de. peruenit in vos.] Ergo estimare debemus imperatoriam esse potestatem Spiritus sancti, cum in eo regnum sit, nos etiam in quibus habitat spiritus regalem domum habemus.

Diuus Chrysostomus Homi. 41. [cæcus & mutus.] O pestiferam dæmonis astutiam, vtramque viam obstruxit, qua erat ille crediturus, Dominus autem vtramq; reuertit. [Pharisæi audientes.] Profectò nihil magni turbæ dixerant. Sed beneficijs aliorum ut acerbo morfu agitantur, torquenturq; peius dæmone, qui exijt nihil dicens, ipsi autem querunt Dominum interficere, tale malum inuidia est, alia vitia veluptatem afferunt inuidia se ipsam cruciat. Scarabæus est, qui alieno malo, velut alieno stercore latatur. Certè hostes hostium suorum malis solent compati, hi aliorum malis gaudent. Certè inuidia fuit quæ terram primo homicidio foedauit, inuidia absorbit Dathā & Core, per inuidiam Laban infectatur Jacob, Maria & Aaron Mosem, & ipse diabolus, id est, calumniator ex inuidia vocatur. Cum igitur Deum & Angelos imitari precipiamur, at nos diabolum ardentè zelamus. Dices, deiecit me ille dignitate, si eras dignitate indignus: planè beneficium tibi contulit, si dignus, maiorem apud Deum gratiam obtines, patiens iniuste, & profecto, qui dignitatem habet, ab ea ut à lasciuia puella fugere deberet. [omne regnum.] Ostendit se Christus Deum, tum quia eorum cogitationes agnoscit, tum quia dæmones eicit. Ostendit igitur se non esse dæmoniacum. Et quidem satis ostendit, tam mansuetè respondens. Igitur regnum quantumuis rerum suarum magnitudine firmum, si diuidatur cadat necesse est. Si ergo ego dæmoniacus dæmonia eicio, diuisum est regnum dæmoniorum, cadit igitur. Nota, si Satanas Satanam, magna est eorum concordia, qui eodem nomine nominantur. Secunda ratio. Filij vestri (filios dicit, ut parentes in nobilitatem filiorum reuocaret,) eiciunt dæmonia potestate à me data, & quidem nunquam somnastis eos habere dæmonium, non ergo euidetis iudiciū in quo ipsi iudices erūt. Quod si ego in digito Dei, id est, in maxima virtute eicio dæmonia, peruenit in vos regnum Dei: quod tantopere propheta decantauerunt, ad vos venit bonum hoc, cur laceratis

Pri. Tho. Q & con-

Iacobi. 1.
Marci. vlii.

Ioan. 6.

Roma. 8:

Ephes. 4.
1. Corin. 12.

Genesi. 3.
Nume. 26.
Gene. 31.

& contēnitis illud? Prophetæ enim dixerūt hæc signa quæ videtis, faciēda: cum venisset illud regnum. Nunc imbecillior Satanas est, quomodo ergo, robustum alium, Satanam destruet. [quomodo potest.] Ad eodē procul absūm vt scio diabolo vtar, vt contra, cum eo mihi perpetuum bellum sit, eum vincio, eum expolio. Cuius est experientia, quia eius arma dirempta videtis. Iam si dæmoniorum princeps vincētus est, vincētī sunt & reliqui. [Qui non est mecum.] Quid ego quæro? vniuersos ad Deum reducere. Quid diabolus? omnia contraria, quomodo igitur is qui mecum non colligit, me sua operatione iuuabit? cum contra totis viribus contendat mea omnia dispergere, quomodo igitur mecum consentiet ad eijciendos dæmones? subdit. Omne peccatum quod contra filium hominis illi dixerunt vult illis esse dimissum. Siquidem, ob assumptam carnem, non credebant eum esse filiū Dei, ideo omnia peccata vsque ad mortem crucis eis dimittit, dicens, dimitte eis, non enim sciunt quid faciunt. Porro peccatum illud, quo opera Spiritus sancti, quæ clarissima erant, diabolo tribuebant, neutriquam dimittit, nisi poenitentiam agant. Reliqua peccata dimissa esse voluit, quæ ex offendiculo carnis in eum admirerant, ne videlicet, propter ea paterentur, sed propter infidelitatem. [nec in hoc seculo.] Sunt qui puniuntur in hoc seculo & futuro, vt Gomorræi, & Sodomæi, sunt qui in alio seculo, & non in præsentī, vt diues ille epulo, sunt qui in hoc non in alio, vt fornicarius ille apud Paulum, & qui in hoc mundo iudicantur, ne damnentur. [aut facite arborem.] Cur mihi cōuiciamini, cum operibus nihil detrahare possitis? [progenies viperarum.] Quia pro spiritu verba facit, acius inuehitur. Satis monstratis quam mali sitis, cum bona non possitis loqui, malæ arboris pessimi fructus. [ex abundantia.] Christus hæc dicere potuit, qui latentia in corde cognoscit, nos non item, potest enim turpe verbum ex non turpi mente prodire. [thesauro cordis.] Id est, ex nimia bonitate, ideo enim thesaurus dicitur. [ex verbis suis.] Iustum iudicium, vt ex verbis tuis, quæ in tua sunt potestate iustificeris aut damneris. Nulla ergo damnatio audienti conuicium, sed dicenti. Tuus ignis te calcificat, aut exurit, Saul iniuriam intulit, David patitur, quis gloriosior? Laban persequitur, Iacob patitur, quis beatior?

Autor innoti. Homi. 29. [Tunc oblatus.]

Tunc cum egressus est e synagoga: cū eam in mysterio contempserit. [homo cæcus.] In vno homine totus mundus cæcus fuit & mutus, qui non agnoscebat factorem suum. Et certe nisi Iudæam reliquisset, homo sanus non fuisset. Sed dices, an non dictum est, non repellet Dominus plebem suam. Certè spiritualem non repulit: sed magis elegit. [cæcus & mutus.] Non sat est fidem habere ad Deum cognoscendum, nisi confitearis, ideo cæco sano, etiam sanatur mutus, sed qui loquitur, & non Deum, mutus est. [stupēbant.] Quia ignorabant quis esset. Si enim ipsum quantus esset artifex nouissent, nouissent etiam magni artificis esse, non nisi magna facere. Ergo si nouissent esse filium Dei, non stuporem, sed fidem habuissent. [Pharisæi.] Hæc dixerunt, vt turbam stupētem à Christo auerterent, aut certè in corde dixerunt, & Dominus ad eorū respondit. [omne regnum.] Fieri potest vt dæmon dæmonem deceptorie deijciat, ex facta conuentione. At Christus ex odio dæmonis & non ex pacto eijcit. Planè Matthæi. 7. Dicitur quod dam malos eijcere dæmones, id verò spectata, an in ore eijcientis sit veritas, & in manibus iustitia. Si non est: non ex Deo: sed ex diabolo eijcit. [filij vestri.] Quibus dæmonia subdebantur. [regnum Dei.] Id est, ego ipse perueni in vos, licet cum in virtute diaboli eijcientur dæmonia, Antichristi regnum erit. [alligauerit fortem.] Quomodo possunt homines ad libertatem mentis venire, & ad Deum suum cōuerti, nisi alligatus esset iam fortis, qui mentes hominum alligatas tenebat? Fortè verò dicit, principem dæmoniorum, quod dicit, non vt nos terreat, sed vt sollicitos faciat. Nec enim timeat fortè, qui principem habet fortiozem, licet in fiducia fortioris non sit fortis negligendus. Fortem enim eum nostra negligentia facit. Cuius si te terret fortitudo, consoletur, quod eius cum eijciebatur, fortitudo ligabatur, alioqui quomodo tu carnalis eum vincere potuisses? Quod si quidam nunc eum sequuntur, non est eius virtus, sed horum amor. Domus ergo diaboli est mundus iste. Vasa, peccatores, fuge mundum, conuersatione non corpore. [qui non est mecum.] Hæc est quarta ratio. Ego prædico virtutes: diabolus verò vitia, ergo contra me est, si qui non est mecum contra me est, quāto magis erit aduersarius qui contra me est.

Diuus Basilii. resp. 174. Ille blasphematur contra Spiritum sanctum, qui eius effectus, diabolo

diabolo tribuit, quod peccatum incurrimus multi, cum strenuū vocamus ambitiosum: zelatorem, iracundum, &c.

Diuus Hilarius. Cano. 12. In vnius cæci forma gentium salus fit, vt qui erat habitatio dæmonum, Deo habitaculum pararetur. [si Satanas Satana.] Si diuisio in regno Satanæ facta est, maior est eo, qui eam diuisionem fecit. [ligauit fortem.] In prima tentatione eum ligauit, & ex nobis velut spolijs ab eo direptis, vilem sibi domum effecit. [remittetur.] Phariseorum seueritatem seuerissima definitione condemnat. Qui Deum negat in Christo caret misericordia. Quid enim magis extra veniam est, quam Christo adimere Deitatem, cui in spiritu Dei omne opus consumet, & ipse sit regnum cælorum, & Deus in eo mundū sibi reconciliet? [aut facite.] Hæc igitur est venia, si ex opinio nis errore, malam simul arborem, & malos fructus eius faciatis. Cæterum ex operum magnitudine bona dicere opera, & ex inuidia arborem malam, id verò venia caret. Id verbum ociosum & inutile est, talem beneuolentiam in iudicio reperitur, qualem erga Christum ostendit.

V. Beda libr. 4. in c. 11. Lucæ. Beelzebub, Deus est Accaron, significans Deum muscarum, ob sordes immolatiij cruoris. [omne regnum.] Contra Arrianos qui regnum patris diuidunt à filio. Cum ergo vnum sit vtriusque regnum, & indiuisum, nunquam destruetur. [iudices vestri.] Cum nunc sint contemptibilia mundi, in quibus non est artificiosa malignitas, sed meæ virtutis simplicitas. [atrium suum.] Id est, mūdum, qui positus est in maligno, ideo dicitur est diabolus princeps mundi huius. [qui non est mecum.] prædicat Christus Deum, diabolus idola, quo modo ergo sunt concordēs, quorum sunt operata diuisa? Idem in Lucæ. c. 12. Qui ex inuidia opera quæ scit esse Dei, diabolo tribuit, caret venia, si poeniteret, veniā haberet sed ita blasphemans nunquam poenitebit. Idem in Marci. c. 3. [omnia peccata remittentur.] Sed non omnibus, nisi verè poenitentibus. Vbi damnatur Nouatianus negans poenitentibus (qui in martyrio negauerunt) remissionem. Damnatur & Origenes asserens etiam damnatos aliquando veniam habituros. Sed quia blasphemus in Spiritum sanctum ita eius exigentibus meritis nūquam poenitebit, ideo nunquam veniam assequetur, est enim hoc crimen simile diabolo, scilicet, ex inuidia Dei opera negare.

Rupertur. libr. 9. de gloria & honore filij ho. Ordo mysticus est, vbi recessit à synagoga illuminat gentes, futurū vero erat vt propter hanc illuminationem Iudæi magis blasphemarent, vt contra Paulum demonstratū est. Propter hanc blasphemiam eorū regnū diuisum est. Cum vallata eorū ciuitate per Vespasianum, in tres ipsi factiones sunt diuisi, Ioannis, Eleazari, & Simonis: ad eodē miserè vt & ipsis hostibus fuerint miserandum spectaculum. Prædicat ergo eis Dominus, eorū regnum diuidendum.

D. Thomas. Erat dæmoniacus, quia qui Ioan. 8. facit peccatum, seruus est peccati. [sanauit eum.] Quia eius opera sunt perfecta, sanat enim omnes infirmitates tuas. [Pharisæi.] Impletum ergo est, abscondisti hæc à sapientibus. [in Beelzebub.] Quem credebant esse principem dæmoniorum. [omne regnum.] Siue ciuitas, siue domus, horū enim vita est pax, nam disparitas humorum in vno corpore mortis causa est. [desolabitur.] Ita dicitur, diuisum est cor eorum, nunc interibunt. [si Osee. 9. Satanas.] Dices, ex pacto cū dæmone Christum eijcere dæmonia. Id verò locum nō habet, quia si ex pacto eijciuntur, igitur volentes eijciuntur, cur ergo gementes exhibent? Si igitur eorū regnum à me impugnatur, ruir igitur. [si ego in Beelzebub.] Hæc est secunda ratio. Si Apostoli in nomine meo eijciunt ergo peruenit in vos regnū, at stultus est, qui regnum ad se veniens non amplectitur. [si fortis.] Tertia ratio. Nemo eijcitur à domo sua, nisi à fortiori coactus, eijcitur nūc à me dæmon, igitur sum illo fortior. Diabolus fortis, quia nō est potestas quæ comparetur ei, & fortior sit, quia nos ei vires damus. Vasa diaboli, sunt hi in quibus diabolus continetur & habitat, & hi per quos vt per arma alios ad peccandum trahit, de vtriusque triūpha uit Christus confidenter. [ligauit eum.] Potestate nocendi cohibita, ex potentia enim Christi alligantur reges eorū in cōpedibus. [qui non est mecum.] Cōtrarij sunt qui in operibus non cōueniunt. Quæ verò conuentionio Christi ad Belial, est enim contra vitā mors, cōtra iustū peccator, Christus in brachio suo cōgregat agnos. Isai. 40. Sed diabolus dispergit oues, sed contra. Lucæ. 9. Dicitur, qui nō est cōtra vos, pro vobis est. Respō. Qui cum Deo nō est, sine dæbio, cōtra eum est, sed fieri potest vt qui nō est cum homine, ei aduersetur. [remittetur.] Remittit se ad expositionē Hilarij & Chrysostomi, sed ex Magistro sententiarum adducitur. 6. peccata in Spiritu Pri. Tho. Q. 2. san-

sanctum. Desperatio. Præsumptio, impoenitentia. Obstinatio. Impugnatio veritatis agnita. Inuidia fraternæ gratiæ. Hæc dicuntur non remitti, quia non facile remittuntur. [progenies vipera.] Quia contra Christum acuerunt linguas suas vt serpentes. [omne verbum.] Prouocat eos ad poenitentiam, quia de omni verbo reddent rationem stabimus enim omnes ad tribunal Christi. Quod si de verbo ocioso exigetur ratio, quid de pernicioso? [ex verbis tuis damnaberis.] In hac vita, alij te damnant, in illo iudicio, ex te damnaberis.

- Regū. 11. Hugo. [cacus.] Dæmon excæcat. Naas enim qui interpretatur serpens valebat erue re Israelitis oculos dextros. [mutus.] Habēt enim maxillas constrictas chamo & freno, ne confiteantur Deum. [alligauerit fortem.] Habet nunc minorem potentiam, intrinsicus per fomitem. [qui non congregat.] Opus Christi est congregare ad cultum Dei, vnita rem fidei, ad illud vnum, quod est necessarium, & congregat à quatuor plagis terre, ab Oriente superbiæ, Occidente timoris, meridie prosperitatis, aquilone aduersitatis, iuxta illud. A quatuor ventis veni spiritus, & in fla, super interfectos istos, & reuiuifcent. Opus diaboli est dispergere vnitos, in hæreses, in vanitates, in discordias. [non remittitur.] Primò, quia aduersatur gratiæ, quæ est fons remissionis. 2. quia non habet excusationem, quia est ex sola malitia, spirante ad odiū dei sicut Spiritus sanctus spirat ad eius amorem. Tertio, quia vix se humiliare potest ad veniam, si agnoscit peccatum, potius desperat, quam orat. Quarto, quia rarò & paucis remittitur. Quinto, quia nunquam legitur remissum. Sexto, quia nihil de poena ei debita remittitur, aut relaxatur. Septimò, quia talis meretur non poenitere, vt recipiatur ad remissionem. Octauò, quia cum illud peccatū sit odium Dei, reliqua peccata carnalia, in hac vita cessant, odium vero non cessat, ideo reus odij, reus est æterni delicti. [arborem bonam.] Christus dicitur arbor, vt malus inter ligna syluarū. [progenies viperarum.] Filius viperæ, matrem occidit, ita malæ nostræ cogitationes occidūt nos. [profert mala.] Mors & vita in manibus linguæ. [bono thesauro.] Doctrinæ, Gratia, Gloria. Dedit enim ex thesauro doctrinæ suæ os & sapiētiam. Rursum, gratiā & gloriā dedit. Malus thesaurus est cupiditatis, iniquitatis, & inferni. [verbum ociosum.] Qui dicit, videat quid dicit. Sit fermo eius sale conditus in gratia, videat cui

dicit, cum stulto nō multū loquatur, videat quando loquatur est enim tempus tacendi.

Caieta. Prima Christi ratio est. Nullus tyrannus suum regnum dissipat, ergo nec Satanus se impugnat. Secūda. Exorcistæ qui in nomine meo eijciunt dæmonia, non habent dæmonium, igitur neq; ego. Tertia. Ego in digito Dei eijcio dæmonia, ergo peruenit in vos reg. D. Probat antecedens, quia fortem armatum diripio, alligo, spolio, experientia docente, quot à peccatis liberaui. Probatur consequentia, quia si ille non est mecū, aperte colligitur cōtra me esse, igitur eiecto eius regnò, regnum Dei ad vos peruenit. Quarta ratio. [ideo dico vobis.] Vos afficitis iniuria spiritum qui in me est, & quem operari in me videtis. Omnis ergo culpa remittetur hominibus (aliquibus enim hominibus remittitur, licet non omnibus.) Sed blasphemia spiritus, (id est, non ex ignorantia, sed ex malicia) Paulus enim blasphemauit, sed ignorans fecit: at blasphemia ex spiritu, id est, ex affectu & voluntate blasphemandi, non remittetur, non dicit, est irremissibilis. Sed quod regulariter non remittetur. Nec enim Diuina potentia ligata est ne remittat, sed ordinariè non remittitur, quia habet conitatem obliuionem. Et similiter, peccatū contra Christum vt hominem remittitur. Sed contra Deum sanctificantem per Christum homines, regulariter non remittitur. At misericordia Dei est super omnem cursum regularem, nemini ergo desperandum. [neque in futuro.] Ergo purgatoriuum est, vbi non solum poena peccati, sed etiam culpa remittitur, nam peccatum propriè culpam dicit, aliam ergo culpam Dominus allerit in purgatorio remitti. [fructus malos.] Bona enim arbor non potest omnes fructus malos facere, sicut cōtra mala arbor, non potest omnes fructus facere bonos, at omnes fructus ex me prodeuntes bonos esse videtis. [verbum ociosum.] Quanto magis peccatum in Spiritum sanctum?

Glossa inter. [progenies vipere.] Filij diaboli eius veneno corrupti ideo fructus, vester blasphemia est. [de bono thesauro.] Tantū enim quis boni facit aut mali, quantum facere intendit. Glossa ordin. Necessaria complexio est, aut in potestate dæmonis dæmones eijcio, aut Dei, si dæmonis, ergo desolaturregnū eius. Si Dei, ergo peruenit in vos regnū eius. [non remittitur.] Si Ecclesia deseratur. [neque in futuro.] In futuro seculo parua culpræ laxantur, si homo dum viueret, bonis operi-

operibus meruit, vt laxarentur. [thesauro.] Id est, ex bona intentione.

Lyra. [filij vestri.] Non loquitur de discipulis, sed de his qui cum non sequerentur Iesum, in eius nomine dæmones eijciebant, de quibus dicere non poterant, dæmoniacos esse. [alligauerit.] Apostoli dæmones ligauerunt, ne in ciuitatibus darent responsa, [non remittetur.] Pharisei certò cognouerunt Iesum esse Messiam, dixerunt enim licet hæres, ex inuidia vero, sumpta quādā occasione, vocabat eum potorem, sed eam hæc peccata remitti poterant, at sine vlla occasione data, Iesum vocare participem dæmonis, hoc peccatum est de se irremissibile, quia directè repugnat Spiritui sancto. Sed demum remitti potest. [fructus bonos.] Si Christus haberet dæmonem, miracula eius nō essent solida: sed vana & curiosa, vt quod statua loquatur, taurus occisus viuere videat.

Simon de Casia lib. 8. c. 22. Aliud est blasphemia: aliud spiritus blasphemia. Blasphemia est Idolo vel creaturæ cultum Dei exhibere, aut Deo tribuere quod non habet, aut Ecclesiæ, vel sanctis iniuriam irrogare, Spiritus blasphemia, est cum ex corde & voluntate illa fiūt. Vt illud, dixit insipiens in corde suo non est Deus, & illud. Oblitus est Deus, auertit faciem suam ne videat in finē, & illud. Ascēdam super aquilonem, & exaltabo solium meum, hæc non remittuntur, quia difficile & rarò remittuntur, & non leguntur remissa. [ex fructibus arbor cognoscitur.] Procul este Philistini. Gratia super naturam potest, imo etiam ipsa libertas, sed ex actionibus exterioribus anima cognoscitur. In quæ enim quis impensè afficitur, de his libenter loquitur & operatur. [verbum ociosum.] Ociosum est, cum verbis res non respondet. Vt si Christianum te dicis, sine operibus. De hoc exactam rationem dabis, numerus enim malus, non est signum boni thesauri, ita & verbum ociosum non est signum boni animi.

De poeniten. dist. 3. c. Sunt plures, sanatur dæmoniacus, & fit videns & audiēs, quia nō potest vnum peccatū in poenitentia sine alio sanari, ideo enim tota legio eijcitur à dæmoniacò, & à muliere dæmonia septem. c. 25. q. 2. c. Si ea. Quæ antecessores edificauerunt successor Papa ne destruat, ne regnum diuisum desoletur. c. Distin. 25. c. qualis hinc. Docet Grego. ex illo neq; in hoc seculo neq; in futuro, Purgatoriū esse, pro paruis minimisq; peccatis. c. De poeni. d. 3. ca. inter hæc hyrcū,

blasphemia in Spiritum sanctum est in sceleribus vsq; ad finem perseuerare, de potentia & misericordia Redemptoris diffidere, de sua salute desperare.

Tunc responderunt.

D. Hierony. [volumus à te signum.] Sic signum postulant, ac si que viderant, signa nō fuissent. Sed apud Marcum ostendūt, quid velint, volebant enim signum de coelo, vt Elię ignem de coelo, Samuelis pluuiā, Moyse si manna, quasi verò hæc calumniā pati non possint. Nam dicerent, Magos in Aegypto multa signa fecisse. [prouocat ad altera.] Quæ Deum virum suum dimisit, & se amatoribus multis copulauit. [tribus diebus.] Sumendo partem pro toto, per synecdochē, pars enim Parasceues, & diei Dominicæ, pro diebus integris accipitur. [Niniuita cōdemnabunt.] Nō potestate, sed exemplo. [plusquam Ionas.] Prædicat Ionas tribus diebus, ego tribus annis, ille absirijs, ego populo Dei, ille exteris, ego ciuibus, ille sine signis, ego cum illis. [cum immundus spiritus.] Quidam intelligūt de hæreticis, qui multo peiores sunt gentilibus. Sed applicandum est Iudæis. A quibus exijt diabolus, cum legem acceperunt, ille vagatus per gentium solitudines, non inuenit requiem redijt ergo ad Iudæos vacantes nec enim Christum hospitem receperunt, ipse enim dicit, surgite eamus hinc, & item, ecce relinquetur domus vestra deserta. Porro diabolus inuenit eos ornatos varijs legis obseruationibus. [peiora prioribus.] Quia minus est venturum non credere, quam vbi venit, non recipere. [septem spiritus.] Quia sicut in Christo sunt septem dona spiritus, ita & in diabolo vitia septē. [qua est mater mea.] Non negat se habere matrem, nō enim erat phantasma vt Marcio dixit, sed carni spiritum prætulit. [fratres mei.] Quidam dicunt Ioseph habuisse filios ex Escha, quos hic fratres Domini textus dicit, sed hæc sunt deliria. Dicimus ergo fratres Domini fuisse eius consobrinos: ex matertera Domini, matre Iacob minoris, Iosephi, & Iudæ.

Diuus Augustinus, in Epistol. ad. 6. quæstiones Paganorum quæstio. 6. Ionas fuit figura Christi. Iactus ille de nauis in coetum: Christus de cruce in sepulchrum & mortē. Ille iactus pro salute naufragantium: hic similiter. Ille non prædicat Niniuitis, nisi euomitur à coetu: huius prædicatio non peruenit ad gentes, nisi vbi à morte euomitur est,

Pri. Tho. Q; ille

ille morabatur sub umbra, & dolet de salute Niniuitarum, in quibus rebus figura fuit Iudaici populi, qui sub umbra legis morabatur, & de gentium salute dolebat. Vermis, quo corrodēte cucurbitæ umbra aruit, Christus est, quo consumente legis umbras, tota lex tranſlata eſt. Porro dicitur Christus vermis matutinus, quia mane surrexit. ¶ Idem libro. 4. de Trinita. capitul. 6. Dies illi quibus Christus fuit mortuus, ita numerantur. Primus dies cœpit ex nocte qua patiebatur, vsque ad initium noctis ſequentis. Secundus à nocte ſecunda, cum. 12. horis diei ſabbati. Tertius à nocte tertia vsque ad crepusculum diei Dominicæ, quo surrexit Dominus. Numerantur à tenebris ad lucem, quia Deus dixit de tenebris lucem ſplendescere, & item, eratis tenebræ, nunc lux in Domino. Licet in productione Adę prius nominetur lux, quia fuit ille prius in luce gratiæ. ¶ Idem de quæſtio. Euangeliorum. lib. 1. capitul. 8. [cum immundus spiritus.] Significat futuros quosdam, qui labores continentiæ ferre non poſſent, quorum nouiſſima fiunt peiora, quia pro. 7. virtutibus in. 7. vitia cadunt. ¶ Idem libr. de fide & operi. capitul. 25. Fideles ſclerati viuentes, ſunt fontes ſicci, vt Petrus dicit, ſunt nubes ſine aqua, vt ait Iudas. Sunt vxor Loth, retro reſpiciens, eorum nouiſſi. ſunt peiora, &c. ¶ Idem libr. de ſancta virgi. capit. 5. [Qui facit voluntatem patris mater mea eſt.] Non eſt cur contriſtetur virgines, quæ matres carnis eſſe nō poſſunt. Illum enim ſolum decenter virginitas parere poteſt, qui in ſua Natiuitate parem habere non poteſt. Ipſa igitur virgines cum Maria, matres Chriſti ſunt ſi patris faciant voluntatem. Hinc enim Maria beatus & laudabilius Chriſti mater eſt, quia voluntatem patris fecit. Rurſum mater Chriſti eſt Eccleſia, quæ fideles, Chriſti membra, parit. Item mater Chriſti eſt omnis anima pia, patris voluntatem faciens, foecunda charitate, in his quos parturit, donec formetur Chriſtus in eis. Maria ergo faciens voluntatem Dei, ſola eſt corporaliter mater Dei: ſed ſpiritualiter, ſoror & mater. Sed mater ſpiritu, non ipſius Saluatoris. (Potius enim omnes fideles & ipſa ex ſaluatore naſcuntur ſpiritualiter, dicimur enim filij ſponſi) ſed membrorum eius, qui ſumus nos. Sua enim charitate cooperata eſt, vt nos naſceremur.

Diuus Ambroſi. libro. 7. in Lucam. Iudæorum plebe damnata, Eccleſiæ myſterium euidenter exprimitur, quæ in Niniui-

tis, per pœnitentiam, & in Regina Sabba, per ſapientiæ ſtudio, de totius orbis finibus congregatur vt pacifici Salomonis verba cognoſcat. Planè regina, cuius regnum eſt indiuiſum licet ex multis ſit populis. Igitur ex duobus conſtat Eccleſia, ſcilicet, vt peccare neſcias, quod Sabba præſtat ſapientia, vel vt à peccato. pœniteas cum Niniuitis. [Septem ſpiritus.] Non inueniens diabolus requiē in Gentibus credētibus, (quæ Chriſtus dæmoni incendium eſt) redijt ad Iudæos, qui facti ſunt vitij pollutiſſimi, id ſignificat ſeptem ſpiritus, id eſt, vniuerſitas vitiorum. ¶ Idem libr. 6. [mater tua & fratres foris ſtant.] Non debuerunt foris ſtare, qui Chriſtum quærebant. Propè enim eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Intus verbum, intus lumen. Si ergo nec ipſi parentes agnoſcuntur foris ſtantes, propter noſtrum exemplum, quanto minus nos agnoſcemur ſi foris ſtemus. [quæ eſt mater.] Non matrem negat, quam etiam in cruce agnouit. Sed celeſtia præferuntur, & allegoricè, Eccleſia Iudaïſmo præfertur.

Diuus Chriſtoſto. Homil. 44. Volunt ſignum videre, ò ſtolidos, quaſi nullum ſignū viderēt: ſed non quærunt quod videant, ſed quod carpant. [Magiſter volumus.] Verba ſunt adulatione & deriſione plena. Ideo Dominus acriter reſpondet. Cum tamen prius ad conuicia humiliter reſponſiſſet. [generatio.] Filios eos docet eorū qui olim Deum offenderunt, & eius ingrati fuerunt beneficijs, vt ſe etiam patri parem innuat. [praua.] Quæ beneficijs ad malignitatem inclinatur, quod eſt extremæ iniquitatis. [adultera.] Præſens & præterita iniquitas denotatur, & rurſum ſe patri parem ſignificat. Siquidē ſibi & patri non credentes adulterij crimine ſugillat. [non dabitur niſi ſignum Iona.] Quid nonne & alia eis edidit ſigna? ita. At non vt Iudæos, ſed alios alliceret, vel aliter, non dabitur ſignum tam durum nūc, dabitur verò, poſt meam reſurrectionem, vbi deſtructa ciuitate, & templo, & libertate amiſſa, erit vobis id ſufficiens ſignum, maximè, quia hanc libertatem veſtram nemo reparare poterit. [in corde terra.] Id eſt, ſepulchro. Tribus diebus voluit mortuus eſſe, vt eum nemo mortuum ambigeret. Si enim figura Ionæ veritas fuit, potius ipſa veritas mortis Chriſti vera etiam fuit. Ideo nos in omnibus ſacramentis cruce vtimur, mortem Chriſti teſtantes. [cum immundus.] Niniuitæ euaserunt minas Ionæ, ne ergo Iudæi

dæi putarent ſe etiam euafuros Chriſti minas, ideo ſimilitudinem de dæmone adduxit. [regina auſtri.] Illa tanto interuallo diſtans venit: ego ad vos venio, illa ex vltimis terræ partibus: ego ad vos, in vrbe veſtra ſedentes, illa adit Salomonem de herbis diſcrepentem: ego de ſacramentis diſero. ¶ Quod vero de ſpiritu immundo dicit tale eſt. Dæmoniaci ſemel liberati, ſi corrumpantur, peiores patiuntur imaginationes. Vos eratis dæmoniaci idolorum cultores. Non tunc vos reliqui, ſed per meos prophetas admonui: & nunc per me liberare conſtitui, ſed quia non vultis, imo in me ſæuitis, grauiora quam olim, patiemini. Tunc enim licet caſtigabamini, verum à Deo defendebamini. Nunc vero ab eo deſerti, omnibus dæmonibus ſubdimini. Vbi nunc ſunt, qui miracula quærunt. Iudæi cum ſignis non credunt. Credunt Niniuitæ ſine ſignis. Iudæi cum ſignis peiores efficiuntur. Tu ergo ſi caſtigatus reſpuiſti, ne pecces, ne deterius tibi contingat. Dices, quid peius quam. 38. habere annos, in infirmitate? Imò apud Deum magna punitionum copia eſt, vt videre eſt in Pharaone punito. Eleganter Deus, vidi te pollutam, laui te, & vnxi, ſed ſi repolluatur, grauiora minatur. [ecce mater tua.] Neque ſi Chriſtum concepſti, neque ſi mirabile feſtum dedicaſti, neque ſi eremum habites, quicquam prodeſt, niſi voluntatem patris facias. [quæ eſt mater.] Non de matre verècundatur, alioqui non de ea naſceretur. Sed docet, fruſtra eſſe matrem, niſi virtutem colat. Ne ergo dixeritis patrē habemus Abraham. Si enim filij Abraham eſtis opera Abraham facite. [qui facit voluntatem patris, hic mater.] O mirabilem honorem, ò virtutis incredibiles vires? Quæ non mulieres virginē dicunt eſſe beatam, & optant omnibus contemptis, matres eſſe Dei? En vobis via facilis eſt, vt non foeminis ſolis, ſed etiam viris ad hunc honorem peruenire liceat, imo ad maiorem, maius enim eſt facere volūtatē patris, quam filium corporaliter genuiſſe, Dominus vero ne videretur matrem negaſſe, ſtatim domo exijt, & matrem ſequutus eſt. Sicut in Chana, durius reſpōdit, ſed iuſa fecit.

Autor in nomina. Homi. 30. Petere à Deo ſignum eſt mendacem eum facere, non credendo verbis eius. [ſignum videre.] Quia eatenus nullum viderant, licet enim corporaliter vidiffent: ſed non ſpiritualiter. Sicut terra arenosa, bibito imbre ſitit, & febrici-

tans, quò plus bibit, plus ſitit, & alijs occupatus, etiam ſi audiat, non audit. [adultera.] Anima fidelis eſt ſponſa Chriſti, in fide & dilectione, quæ verò non credit eſt meretrix. Facta enim eſt meretrix ciuitas fidelis. [ſignum petir.] Vbi ergo eratis, cum dæmones pellebantur, ipſi ſentiunt, & vos non. [ſignum Iona.] Quod? ſcandalum crucis, quod Iudæis ſcandalum eſt. [plusquam Iona.] Niniuitæ nunquam eruditi credunt, & vos tanto ante eruditi non creditis. [regina auſtri.] Illa ſcœmina: vos verò ſacerdotes, illa nuda verba admiratur: vos diuina opera contemnitis illa audita fama venit: vos viſis operibus fugitis, quid feciſſet illa, ſi opera videret? illa munera adducit: vos adducta deſpiciſtis. Reſerri hæc ad Chriſtianos debent. [ſeptem ſpiritus.] Quia ex ſeptem capitalibus vicijs reliqua prodeunt. [quæ eſt mater mea.] Aſſerebat ſe ille Deum, cum videretur homo, eratque periculum viſa ibi matre, ne Deus crederetur, ideo dicit, neſcio parentes in terra, prior eis ſum: quia in principio erat verbum. Præponit ergo generationem ſpiritualem, quæ non niſi ſcientibus & volentibus contingit, cum generatio carnalis neſcientibus contingat.

Diuus Hilarius. Cano. 12. [per loca arida & in aquosa.] Id eſt, per gentes baptiſmo carentes. [reuertar.] Tanta eſt iniquitatis facta poſſeſſio, quanta erat futura donorum, ſeptem enim ſunt dona. Et quia hæc erat loquutus in maiestate Diuina, ideo venienti matri reſpondit, quæ eſt mater?

Eutimius. [arentia loca.] Id eſt, animas, nullum affectionis humorem habentes, nullo vicio foecundas. [ecce mater mea.] Quasi doctrinæ verbum in intelligibili animæ vtero ſuſcipientes, & quaſi congruo tempore, poſtea parientes. Fratres verò, à patre celeſti adoptatos, per fidem, factosq; regni eiusdem cohæredes.

V. Beda libro. 4. in Lucam capitulo. 49. Non dedit indignis ſignum de cœlo, ſed de profundo terræ, quale fuit & Ionæ; erepti de faucibus mortis, dedit ſignum paſſionis, non reſurrectionis: at diſcipulis ſe tranſfiguratum, & in cœlum alcendentem oſtendit.

Diuus Thomas. [Tunc reſponderūt.] Quasi ſi qui nullum ſignum vidiffent, vt verum illud ſit, quaſi cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto ſapientiam. [magiſter.] Loquuntur pacem cum proximo, mala autem in cordibus eorum. [ſignum de cœlo.] Sed ſi Pri. Tho. Q4 terre-

Ioan. 3: terrena dixi vobis & non creditis, quid si dixerero caelestia? [*adultera.*] Semen adulteri, & fornicariae. [*nisi signum Iona.*] Quantum ad animam, signum fuit de inferno, quia eo descendit anima Christi sed signum fuit de terra, quantum ad corpus. Fuit tamen signum summæ charitatis Dei, qua per mortem filij sui, nos sibi inimicos reconciliauit. Fuit etiam signum summæ potentiae Dei.

1. Cori. 15. Fuit etiam signum nostræ cum Christo mortis, & resurrectionis. [*regina Austri.*] Hæc significabat Ecclesiam, quæ astitit à dextris, vestita varietate. Dicitur verò regina Austri, propter Spiritum sanctum, qui Auster est, sicut eius aduersarius dæmon, dicitur Aquilo. Surge inquit Aquilo, sed perfla Auster. [*per loca arida quærens requiem & non inuenit.*] Habitat enim in secreto, sub vmbra calami, in locis humentibus. [*quærens requiem.*] Circuit enim quærens quem deuoret. [*reuertar.*] Nunquam ergo tutus quisquam sit. Semper diabolus tentat. [*vacantem.*] Triplex fuit dæmoni redeundi occasio. Prima, vacare. Multa enim mala docuit ociositas, & inimici eius deriserunt sabbata eius. Secunda, mundatam scopis, quia scopæ mundant non interiora, sed quæ exterius leuiter hærent. Tertia, ornatam. Ornatu est in exterioribus, at si in solis cæremonijs confidimus, sicut Iudæi fidebant, redibit ad nos hostis. [*septem spiritus.*] Peius est reciduum. Et secundum Augu. Qui negligenter agit de peccatis poenitentiam, procliuor in malum fit, & ita traditur in reprobum sensum. [*habitant ibi.*] Apprehendent mendacium, & noluerunt reuerti. [*peiora.*] Melius fuisset eis, viam veritatis non agnouisse. [*fratres sui.*] Dicuntur variè fratres. Primò, qui sunt vnus gentis, vt Deuterono. 17. Non poteris constituere regem, qui non sit frater tuus. Secundò, qui sunt vnus religionis, vt Matthæ. 23. Omnes fratres estis. Tertio, qui sunt homines, vt Malach. 2. Cur vnusquisque despicit fratrem suum, nunquid non est pater vnus omnium? Quarto, qui sunt consanguinei, Abraham dicit ad Loth fratres sumus. Genesi. 13. Ita capitur hic. [*frater meus est.*] Frater est, qui firmior: qui infirmior, est soror, mater verò, qui non solum sanctus est, sed & alios conuertit. Hic enim generat Christum in alijs. Sicut qui alios ad peccandum prouocat, Christum occidit, Paulus adhuc parturit, donec formetur Christus.

Simon de Calsia. libro. 8. capitulo. 27.

[*Generatio praua.*] Generatio ex se donum Dei est, ad conseruationem speciei, vnde ergo habet, vt mala sit? Sanè Moses dicit, generatio praua atque peruersa. Certè quia erat infida, & iniqua, quia peccauerunt ei, non filij eius in sordibus, id est, in peccatis. Ergo & nos, qui habemus sordes in pedibus, generatio etiam sumus praua, quod explicatur, cum Psaltes dicit, non est creditus cum Deo spiritus eius, id est, rupit hæc generatio fœdus & fidem quam Deo debebat. Sed locupletius explicatur quæ generatio sit mala cum dicit Salomon, generatio, quæ sibi munda videtur, cuius sunt oculi excelsi, quæ pro dentibus gladios habet. Ergo qui dicunt peccatum non habemus: qui facilè de alijs iudicant, qui alijs detrahunt, generatio mala sunt. [*adultera.*] Quæ viuente viro, qui est Deus, alteri per amorem inhæret. [*signum de calo.*] At Dominus semper respondet signum suæ mortis, vt cum Iudæi dicunt, quod signum ostendis nobis? responderet. Soluite templum Iona. hoc de morte corporis intelligens. [*signum non dabitur.*] Quia non signa fidem, sed fides signa facit. Ideo Ecclesia iam ablactata, signa non facit. Signa fallere possunt: sed fides firma stat. Est tamen miraculum infidelem ad fidem, sensualitatem ad bonos mores venire. Certè videri libidinoso poterat, prius montem è suo loco diuelli, quam se à libidine sua. Vt ergo maior est anima corpore: ita maiora mentis quam corporis signa. [*Salomonem.*] Salomon Rex pacificus. Cuius sapientia à cœlo fuit, qui rex constituitur patre viuente, qui patris sui vlciscitur iniurias. Quadrant in Christum melius hæc omnia. Venit verò Regina Sabba, id est, Ecclesia audire Christum, nisi enim venerit, salua esse nequit. Non enim sat est sapientia Platonis, aut Aristotelis: Christi necessaria est, quæ vita est, qua qui caret, vt nihilum reputabitur. Item regina hæc, quælibet anima est, quæ si mundi ornatum & structuram intelligeret, magis stuperet sapientiam Christi, quam illa Salomonem, quid si dispositionem Ecclesiæ cõtueri posset? Quid si cœli? an non in exstasi fieret? [*nequiores se.*] Quia nunquam sola est vna inclinatio mala. Iam quia vnus spiritus adducit septem alios, ergo ipsi sunt. 8. Videlicet, quia peccatorem priuant octaua resurrectionis.

[*Idem libro. 2. capitulo. 26. [ecce mater.] Mater nimium diligens filium, eius absentiam*

CAP V T. XIII.

In illo die exiens Iesus de.



IVVS Hieronymus. Populus intrare non potest, in domum vbi Apostoli audiunt mysteria. Ideo Dominus misericors egressus è domo sua, sedet iuxta mare seculi huius, vt ibi congregentur turbæ, & audiant, quod intus non merètur audire. Christus in medijs fluctibus stat in sua maiestate securus. Populus verò periculum tentationum ferre non sustinens stat in littore fixo gradu. [*multa in parabolis.*] Vt quia populus varius est, ex varijs parabolis sumat quod vtile fuerit, docet verò in parabolis multa, sed non omnia, vt ex his quæ intelligerent, in reliquorum notitiam veniant. Igitur sator est filius Dei, qui Patris sui vult seminare sermonem. [*qui habet aures.*] Prouocat ad dictorum intellectum. [*qui habet dabitur ei.*] Apostolis habentibus fidem, dabitur si quid deest illis virtutis. Iudæis verò, si quid bonum videtur inesse, tollitur. Neque enim quicquam bonum habent sapientiæ, qui caput non habet sapientiæ. [*Audientes non audiunt.*] De turbis dictum est, quæ sonitu secularium fluctuum perstreptente, non audiunt ad liquidum quæ dicuntur, ac cedamus ergo nos ad Christum rogantes vt ediserat parabolam. [*incrassatum.*] Non ex natura, sed ex culpa, quia clauerunt oculos. [*multi propheta.*] An non Abraham vidit & gauisus est? Ita, ideo non dicit, nullum propheta tam vidisse, sed multos non vidisse, & si Abraham vidit, id fuit in spiritu & enigmate. [*quod in corde seminatum est.*] Ergo Christus in corde seminat. [*in tentatione recedit.*] Differentia est inter eum qui multis têtationibus ictus cadit, & eum, qui ictu primo deijcitur. [*qui inter spinas.*] Hic est Adam, qui iubetur inter spinas panem suum comedere. Qui ergo curis & voluptatibus vitæ se miscet, panem cælestem inter spinas comedit. Eleganter verò dicit fallaciam diuitiarum, siquidem aliud agunt, aliud pollicentes, & meritò difficile diuites intrant in regnum suffocant enim diuitiæ verbum, & virtutum rigorem emolliunt. Porro centesimus fructus virginum est. Sexagesimus viduarum. Trigessimus coniugatorum.

To. primus. Q. D. Au

tiam diu non sustinet, damnum rata esse, si ne quo benè esse non potest. Alium illa amorem, quam filij nesciebat. At qui terribilis est vt mors dilectio, potius mori quam aueli ab amato concupiscit. Cum alijs ergo eum audiebat, non illa interpellauit, sed Iudæus quidam. Exijt Christus ad matrem, bis matrem. Mater erat carnis, quod nulla alia, & spiritus, plusquam alia.

Hugo Cardina. [*signum de calo.*] Pharisæi nostri etiam signum de calo quærun, volunt enim esse sublimes. At Christus signum est cui contradicetur, & pastoribus signum est infans in præsepio, quæ sunt humilitatis. [*Audire sapientia.*] Venit illa de extremis audire verba hominis. Nos nec de domibus nostris venimus audire verba Dei. [*loca arida.*] Habitat dæmon, id est, Pharao, in terra fluminum, id est, in terra humenti. [*vacantem.*] Dauid ociosus peccat, & peccatum Sodomorum fuit saturitas panis & ocium.

Caietanus. Generatio mala, secundum voluntatem adultera, secundum intellectum, quia suum Messiam non credit. [*signum non dabitur.*] nisi ruinæ Iudæorum. [*tribus diebus.*] Non dixit tribus diebus integris, & ita fuerunt tres dies. Sexta feria. Sabbatum, dies Dominica. [*peiora.*] Significatur infœlicitas maior his Iudæis, quam fuerint patrū suorum infœlicitates.

Glossa interli. [*signum non dabitur.*] Sublimitatis: sed humilitatis, id est, passionis suæ. [*reuertar vnde exiui.*] Sacramentum facit dæmonem exire. [*vacantem.*] per negligentiam. [*mundatam.*] per baptismum. [*ornatam.*] Simulatis virtutibus. [*septem spiritus.*] quia quem cupiditas arripit, in omnia vitia eum detrudit.

Glossa ordinaria. (*signum de calo.*) Si calumniaris ea quæ vides, & vnde vtilitatem capis, magis calumniaberis ea, quæ vnde sint nescis. (*tribus diebus.*) More Hebræo, quo à nocte dies computatur, & ita computatur primus dies à nocte qua pati cœpit.

Lyra. (*signum quærit.*) Curiosi Theologi, sublimia speculantes, sæpe in errore strudunt. (*ecce mater tua.*) Id dixit calumniator quidam, cupiens videre, an propter matrem prædicationem dimitteret, vt inde colligeret, eum non esse Deum.

De poenitentia. di. 4. c. Reuertar in domum vnde exiui. Timendus est iste versiculus non exponendus. Ne culpa quæ in nobis extincta credebamus per incuriam, vacantes opprimat.

Galat. 4.

Deuter. 31.

Thren. 1.

Prover. 10.

Luc. 8.

Ezech. 29
Ezech. 16

Ioan. 1.

Ioannis. 8

D. Augusti. in sermo. notho. de. 4. feria. c. 2. Dominus præcepit iaci semē, sine alicuius glebæ discretione, siue sit via, siue petra. [*in terrā bonam.*] Illa ergo terra bona est, quæ affert fructus, non enim auditores sed factores iustificantur. Ne igitur prædicator timeat in ter spinas seminare, vtiq; perueniet in terrā bonam. Auditor reddet rationem spinarum suarum. Si non prædicauero, dicitur mihi, cur non posuisti pecuniam meam ad mensam. Qui verò terra petrosa est, accedat ad Christum, vt ponat desertū in stagna. Qui terra spinosa est, terra, scicet maledicta terrens spinas, quibus caput Christi punctum est, cruce eius exaretur eius sanguine perfundatur, vt foecundetur. Vnde terra illa pretio sanguinis empta, ager sanguinis dicta est.

Psal. 106

Matth. 17

¶ Idem lib. 1. q. 9. Centesimus fructus est martyr. Sexagesimus virginum, quæ in ocio sunt, ocium enim sexagenarijs tribuitur, videlicet, post militiam, aut actiones publicas. Trigismus coniugatorum, nā tricenijs pugnare mandatum est, habent verò coniugati maiorem pugnam cum libidine. ¶ Idem lib. de sancta virgi. c. 46. dicit per. 100. 60. 30. Melius intelligi varios fructificantium ordines, alij enim multum fructū edunt, alij medium, alij minimum. ¶ Idem de bono perseuer. lib. 2. c. 14. [*vobis datū est nosse, alijs in parabolis.*] Illud misericordiae est, hoc verò iudicij. Dicit enim psaltes, misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Igitur nec prædestinatio, debet impedire fidei prædicationem, sed omnes audiant, qui verò obedit sciat se nō ex se, sed ex Deo obedire. His igitur quibus datur obedire dantur etiam aures audiendi, ad quos dicitur, vt audiant, & veniant ad eum, ad quem nemo venit, nisi tractus à Patre. Cur verò trahuntur alij, alij nō item? Quis nouit sensum Dñi?

D. Gregorius lib. 1. Moralium. c. 4. Solet rerum abundantia timorem Domini solvere, nam dum per multa mens spargitur, in intimis stare prohibetur. Ideo dicitur verbum Dei seminari super spinas, quæ verbum Dei suffocāt, hæ enim sunt diuitiæ. ¶ Idem super Ezechi. homili. 16. Bona terra fructū trecesimum affert, cū fidem trinitatis conceperit. Sexagesimum, cum fructus bonæ vitæ laborando protulerit, sex enim perfectionis est. Centesimum, cum ad cōtemplationem peruenierit. Sex enim diebus perfecit Deus opera sua, sed denario legem absoluit.

¶ Idem super hoc Euangelium. Diuitiæ spinæ sunt, quæ cogitationum suarum pun-

tionibus mentē lacerant, & cum ad peccatum pertrahūt, velut inflicto vulnere cruentant. Fallaces verò sunt, quia diu nobiscum permanere non possunt, quia inopiam mentis nostræ non expellunt. Solæ virtutes veræ diuitiæ sunt. [*in tempore tentationis recedūt.*] Multi sermone Domini audito, lachrymas fundunt, sed occasione peccati redeunte, iterum ad peccata redeunt. Ita Balaam cōtemplatus populi Israelitici tabernacula fleuit, & dixit, moriatur anima mea morte iustorum. Sed mox oblatis auaritiæ muneribus, oblitus lachrymarum, consilium perdidit populi dedit. Nota simul diuitias esse sollicitas, & voluptuarias: possessores enim suos afflictos faciunt & lubricos. [*fructum bonū ferunt in patientia.*] Nulla enim sunt bona quæ agimus, nisi patienter proximorum mala toleremus. Flagella vir bonus patienter sustinet, & post flagella ad requiē suscipitur. Vt vna quæ prius calcatur, mox in suauē liquorē liquatur, & oliua, quæ primum exprimitur, mox pinguem liquorem reddit, & graua tritici teruntur vt purgantur.

D. Chrysolto. homi. 45. [*se debat secus mare.*] vt omnes eū haberent à fronte. [*in parabolis.*] Nā sic dicta vehementius herēt. [*exijt*] Vnde exijt qui omnia replet? Certè per incarnationem factus est nobis propior: nam quia peccata vetabant, ne ad eum accederemus, ipse ad nos egreditur. Ad quid venit? certè vt optimo cultu agrū coleret, ager anima est. Iam tribus partibus sementis perditis, vna saluatur. Promiscuè enim seminat dominus, sciens seminationis exitum, vt dicere possit. Quid debui facere, quod non feci. Quod verò tantum feminis pereat, non sementis sed nostri culpa est, quo docētur prædicatores, ne despondeant animo si multū feminis amittant, videntes id etiam Domino accidisse. Cur verò in lapidibus & vepribus seminat? quis enim sator ita seminaret? ratio est, quia anima petrosa, & senticosa bona terra fieri potest, & ita fructum afferre. Via, sunt ociosi, Petrosi, sunt instabiles, Spinosi, diuites. Nec tamen diuitiarum hæc culpa est, sed eius qui spinas crescere sinit potest enim quiuis rectè diuitijs vti. Vide verò misericordiam satoris, non ab omnibus requirit fructum centesimum, sed non est contentus nisi tricesimo. Porro diuitiæ vocantur spinæ, quas si non ita esse credis, qui sunt longè ab eis, planè ita esse vident. Ergo discipulis exponit parabolam, quia charitate flagrabant, qua aliorum potius quā sua

Nume. 11

Matth. 14

commoda quærebāt, quod ostendūt dicentes. Dimitte turbas, &c. Alijs autē in parabolis, ne torpore tabescāt. [*qui habet dabitur ei*] Id est, qui vehementi studio virtutē inquirat, ei ex Deo cuncta præstantur, qui verò nullo studio, inquirat, auxilium ei Dei denegatur. Ita enim nos attentos plura docemus, negligentes negligimus. [*videntes non videant.*] Idcirco ergo non eorum oculos aperuit? quia ex eo, nullam essent vtilitatē suscepturi, si quidem eius opera tribuebant dæmoni. Quin & ipsi seiplos visu & auditu priuabant. Alio qui si Dominus obscure loquebatur, cur ipsi non accedebant, cum discipulis vt expositio nem peteret? [*beati oculi.*] Priores prophete Christi opera fide viderunt, sed Apostoli, oculis & fide. Ergo isti beatiores.

Author in nomina. homi. 31. [*congregata sunt ad eum.*] Vt gauderet medici, reges, sacerdotis, cum eos multi sequuntur, ita gaudebat Dominus videns turbas. Ideo ascendit nauem, vt eo visu delectetur. [*exijt.*] Deus est vbi iustitia est, & ideo in cælis est, vbi sunt sancti, veniens ergo in mundum vbi iustitia non est, exijt è loco suo, venit in alienum.

[*seminare.*] Nō semel seminat, est enim eius officium seminare: seminauit in Adam. Per Mosem, & prophetas. Sed per semetipsum diuina seminauit. [*secus viam.*] Via mundus est, de quo dicitur, incola ego sum in terra. Vt enim viator nihil sollicitus est de via, sed de patria: ita & nos esse oportet. Desperatus homo est, qui patriam & domum non habet. Hi igitur secus viam sunt, qui secundum mundum viuunt, nihil nisi mundum cogitantes, in quibus cum sit cupiditas malorum radix, verbi Dei dulcedo non sentitur, vt si in magno aceti vase, guttas mellis infundas. Et vt non sapit leoni herba, ita nec mundo caelestia. Qui cum intus non feruet verbum de cælo cadens, rapitur à Dæmone, qui exposita rapit. Ideo dicit psaltes. In corde meo abscondi eloquia tua [*qui autem super petrosam.*] Petra naturalem habet firmitatem, propter quam sancti petra dicuntur, habet etiam duritiā, & propter eam mali petra dici possunt, iuxta illud, auferam ab eis cor lapideū. Sunt ergo quidam naturali quadam bonitate ad verbum Dei gaudentes, sed quia non sunt integri fideles, cum tentātur, recedunt, & dicunt, ecce peccatores abundantes in seculo. Nos verò ex quo fideles sumus tentamur. Non attendunt hi, neminem coronari, nisi qui legitime certauerit. Peccatores verò velociter sicut foenum arescent. Sanè ex

Psal. 38

Psal. 118

Ieremi. 32

Psal. 72

plum habent Iudæos qui cum in gratia Dei erant, nunquam non castigabantur. [*inter spinas.*] Diues ad ecclesiam nō venit, & vbi venit: corpore, non mente venit, mētem enim sollicitudo tenet diuitiarum. Porro fructus fidei in pace est bene facere: in persecutione, est martyr. At diuitiarum cupiditas vetat in pace benefacere, & earū mollicies vetat in bello martyriū. [*fructū trigessimū.*] Hi sunt diuites, qui diuitias nō aggerāt, sed bene elargiuntur, qui verò eas contēnunt, fructum faciunt sexagesimum. Si verò in tribulatione sustinent centesimum. Atq; ita, lob primo habuit tricesimum, sed demum habuit centesimum. [*illis non est datum.*] Multi excusant se. dicentes tibi mihi non datur nosse mysterium, cur accisor? At si tibi non datur, cur non tu petis? [*auferetur quod non habet.*] Quomodo auferetur, si non habet? Planè quia Deo non habet, vt oculus videns iniquitatē, Deo cæcus est, & qui Deo non viuunt, mortui sunt. Ergo si Iudæus cui data erat lex, secundum eam vixisset, data ei esset veritatis notitia. Sed quia non ita vixerunt, etiā ipsa lex ablata est. Ita Christianis bonis vltra Euāgelium dabitur regnum. Malis ipsum Euāgelium auferetur, fiunt enim hæretici, & traduntur in spiritum erroris.

Ad Eph. 2.

2. Thess. 2.

D. Hilarius cano. 13. Turbæ extra nauim sunt, ideo parabolas non intelligunt. Verbū enim Dei intra Ecclesiæ nauem est, & intus intelligitur non foris, maxime ab his qui in arena litoris sunt, ideoq; steriles & inutiles. [*dabitur ei.*] Regni mysteria fides accipit.

D. Bernar. in serm. S. Benedicti. O genus hominum, quam multi seminauerunt in te, quam pretiosum semen, quam male peribis, & quam meritò, si tale tibi semen perierit. Seminauit tota trinitas, angeli, Apostoli, martyres, confessores, ipse filius, & etiam Spiritus sanctus. Pater panem de cælo, filius veritatem, Spiritus sanctus charitatem.

Euthymius. [*habenti dabitur.*] habenti fidem, dabitur secretorum cognitio. Non habenti, auferetur id donum quod habet. Nemo enim sine aliquo dono est. (*audientes non intelligent.*) Partim qui sua prauitate facti sunt indigni, partim ne contradicendi, illis datur occasio. (*verbum regni.*) Id est, verbū fidei, qui enim plenè credit affectibus imperat, & conregnat Christo.

Venerabilis Beda libro secundo Lucæ, capitulo octauo, & vigesimo nono. Hanc parabolam exposuit Christus, vt in his quæ non exposuit, sciamus expositionem

est

Pfal. 73
Pfal. 118
Math: 7.
Ioannis. 1
Iob penul.
Isaiæ. 18
Ephe. 5
Ieremi. 4.
Ioan. 15.

esse quærendam [secus viam.] Via est cor, malarum cogitationum transitu attritum & arefactum. [volucres cali.] Id est, demones, quia spūales sunt aut quia per aera volitant. [petra.] Id est, cor durū, fidei vomere non penetratum, humor verò est quo lapades accenduntur, id est, amor & perseverantia virtutis. [centesimum.] Id est, nimis perfectum, nam qui omnia relinquit centuplum dicitur recepturus, id est, vitæ perfectionem. [ceteris in parabolis.] Id est, his qui foris sunt Nos igitur intremus in sanctuarium Dei, vt intelligamus, accedamus ad pedes eius, vt de doctrina capiamus. Reuelat igitur Dñe oculos meos, ne videntes non videant. [petrosa.] Sunt hi, qui gustant quidem verbum, sed retardantur, aut prosperis, aut aduersis, ideo enim Paulus dicit, per arma iustitiæ à dextris & sinistris. [in patientia.] Mirū est, quo magis dilectio Dei in anima crescit, eo magis aduersitas contra animam crescit.

D. Thomas. [Exijt.] Exeundum enim ex ocio cōtemplationis ad prædicationē, quod cum fit, profectus contingit, & ideo dicitur, congregatæ sunt ad eum turbæ. [in nauim.] Prædicator non exponat suos fluctibus periculorum, sed statuat in tuto, id est, in littore. [in parabolis.] Ita non dabitur, sanctum canibus, & etiam, quia spiritualia, cum longe superent corporalia, non possunt nisi per parabolas explicari. [Exijt.] Ex occulto patris, ex Iudæa ad gentes, ex profundo Sapientiæ in publicum doctrinæ. [qui seminatur.] Vt etiā baptizat, in ministris suis. [semen suum.] Hoc est initium bonæ operationis, hoc enim à Deo est, alioqui vanè prædicator prædicat, nisi gratia ad sit saluatoris. Alij seminant mala, sed Christus semen suum, semen, quia facit simile ei à quo procedit, sunt enim Dij qui verbum recipiunt, iuxta illud, dedit eis potestatem filios Dei fieri. [viam.] Vanū cor, cuius cogitationi patens est via. Secundū quod verbo Dei opponitur est durities, factum est cor eius sicut lapis, & sicut incus malleatoris, contra amor mollicat, durum cogitur intra se, amor extendit se. Petrosi ergo sunt, qui non multum amorem, licet quādam deuotionem habeant de his dicitur, ante messē totus effloruit, & immatura perfectiogermineauit, Contra iubet Paulus, in charitate fundati & radicati. [super spinas.] Nolite ferere super spinas, spinæ enim ortæ sunt super agrum hominis pigri Prouer. 24. [vobis datum est.] Vos dixi amicos quia quæ a diuina Patre, &c. [qui habet dabitur.] Quatuor

unt præparationes, vt alicui aliquod donū detur. Prima, desiderium, quia concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum, habenti igitur desiderium dabitur: tepido auferetur incipiam enim te euomere ab ore meo. Secunda, studium, Si enim quæsieris illam tanquā thesaurum, scientiā Dei inuenies. A non thudente auferetur. Tertia, charitas, quæ facit proficere, mater enim est omnium bonorū, igitur à non amante auferetur, quia qui nō diligit manet in morte. Quarta, fides, Apparet enim sapientia his qui fidem habent in illam, qui hanc non habet, peccatum habet, quia, quod non est ex fide peccatum est (non vident.) Quia in tenebris ambulant, ergo non intelligūt vt bene agant. Eleganter Isaias. Educ foras populum meum, cæcū habentem oculos, surdū habentem aures. [incrasatum.] Vt enim ad videndum corporaliter requiritur puritas, ita spiritualiter. Igitur terrenorum delideria incrasant. Ideo Apostolus Non contemplantibus nobis quæ videntur, rectè ergo dicitur. Incrasatus dilectus & impinguius reliquit factorem suum. Huius in durationis homo causa est, q̄ declinare vult oculos ne videat cælum: Deus verò non indurat, nisi quia non dat gratiam. (ne quādo videant.) Primus sensus. Clauserunt oculos, ne quando videant. Secundus, Ne quando videant vbi conuersi fuerint. Tertius, Ideo incrasantur, vt aliquando conuertantur. Licet aliquando eorum peccatis exigētibus incrasentur, ne cōuertātur vnquā. (vestri vero beati oculi qui vident.) Beatitudo æterna est in visione: ita & beatitudo inchoata. In hoc igitur gloriatur qui gloriatur, scire & nosse se. (multi propheta.) An non vidit Abraham. Isaias c. 6. & iterū Isai. c. 56. Respō. Viderūt, sed nō ita manifestè. Alijs enim generationibus nō est reuelatum filijs hominum, sicut nunc reuelatū est. Itē viderūt, sed non in carne. Sed rursus est argumentū, quia beati qui nō viderunt. Resp. non videre & credere est beati tudo ad meritū. Sed videre est beatitudo, ad foelicitatem. Nota cor nostrum dici agrum de quo, exerce diligente agrū tuū. Hic ager est omni custodia custodiendus. (sed temporalis est.) Est enim socius amicus mēlæ, & non permanebit in die necessitatis. (continuo scandalizantur.) Pax multa diligentibus legē tuā & nō est illis scādalu, & si scandalizatur, sed non cōtinuo. (fallacia diuitiarū.) Apostolus dicit, in incerto diuitiarū. (succidatur) Candelā extinguitur, vel quia non habet humorē, vel quia habet multum humorem.

Simon

Simon de Casia lib. 6. c. 2. [semen suum.]
Diues Deus, qui semē & agrum habet. [vobis datum est.] Sine merito datum est nosse. Qui igitur ignorans est, non doleat, melius enim est assequi meritum regni, quam sine meritis nosse mysteria regni. [auferetur ab eo.] Nemo est qui non aliquid habeat, certè habet esse. Sed speciatim Iudæi scripturis lege, regno, sacerdotio, templo & cultu Dei priuati sunt. [Ite in parabolis.] Hæc Iudæis dicta, in nos dētorquentur, siquidem eorū in nos iniquitates declinauerunt. [semen est verbum Dei.] Potens semen, vt quod facit elementa transfere in sacramenta. Humanis diuina fociari, corruptibilia fieri immortalia, peccatores mutari in sanctos, fugari demones, effici miracula, nos ab inferno liberari, nisi enim Dominus reliquisset nobis semen sicut Sodoma ellemus. [rapit semen.] Quia eius obliuionem inducit. [quia non habebat radicem.] Radix sapientiæ timor Domini. [temporales sunt.] Temporalia sapientes. [in spinis.] Vt in his spinis gaudent, volutantur [in patientia.] Quæ opus perfectum habet.

Hugo Cardi. [exijt.] Contra eos qui nolunt ad humiliora descendere, vt prædicent verbum. Et contra inueteratos in studio, nō prædicantes. [qui seminatur.] Id est, qui habet gratiam, & scientiam ad prædicandum. [semen suum.] Per intellectu & affectum, ideo dicitur, germinet terra herbam, virentem, & afferentem semen, cuius semen sit in semetipso. Igitur mane semina semen, sed vespere non cesset manus tua. Ne seras duplici femine, quod facit, qui aliter viuit quam prædicet. [secus viam.] Posuisti corpus tuum vt terram, & quasi viam transeuntibus, ideo meretrix, & ideo concipere non potes, & item, venerunt latrones, & fecerunt sibi viam per me. [volucres cali.] Ita Deus dicit. Feris & auibus, omnique volatili, & bestijs terræ dedit ad deuorandum, & rursus, Deuorabunt te morsu amarissimo. [comederunt ea.] Cum seminasset Israel, ascendebat Madiam Amalech, & ceteri Orientalium nationum, & sicut erat in herba cuncta vastabat. Et itē. Vendemiauerunt eam omnes qui prætergre diuntur viam. [profunditate terræ.] Id est, patientiæ. [sole orto.] Id est, persecutione, ita capitur cum dicit, exortus est sol cum ardore, & item aruerunt ossa mea præ caumate. [super spinas.] Esse sub sentibus delicias computauerunt, filij stultorū. [bona terra.] Bona terra debet esse nigra. Nigra sed formosa. Cā

Ma. 11
Eccl. 1
Iacobi. 3
Genes. 1
Eccl. 11
Isaiæ. 51.
Iob. 19
Deut. 32.
Judith. 6
Pfal. 79
Iacobi. 1
Iob. 30
Iob. 30

tic. i. Debet esse capax & lata ex charitate. Circundata, ne pateat alienis in diuitibus. [et resim.] Seminavit Isaac, & eo anno inuenit centuplum. [videntes non vide.] Quia in terra sanctorum iniqua gesserunt, ideo non vident gloriam Dei. [incrasatum.] Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: [cupierunt videre.] Et non viderunt, nisi a longè, non acceptis promissionibus. Sed dulcius est fonte hauries ipso. Nota esse semen seminatum: verbum Dei. Semen inspiratum: voluntas benefaciendi. Semen cooperatum: gratia & virtutes, quas Deus nostra cooperatione in nobis seminat. Semen inortum: bonum propositum. Semen datum: elemosyna. De qua dicitur, qui parce seminatus, parce & metet. [fallacia diuitiarum.] Fallax enim equus est ad salutem. [fructum afferit.] Bonarū cogitationum: verborum, operum, & gloriæ: quasi fructum ad inuentionum suarum comedet. Nota primum Dei semen fuisse angelos ex quibus qui mali fuerunt, conculcati sunt. Secundum, semē fuit Adam, qui vt natus est aruit, in tempore enim tentationis recessit. Tertium semen Iudæi, qui inter diuitiarum spinas seminati sunt. Quartū, Christus, seminat in vtero virginis, & in cruce.

Caietanus. [ascendit in nauiculam.] Vt ab omnibus videretur. [sedens.] Conueniebat ille situs Christo. (ecce exijt) Nunc tempus est, cum ego exijt. [semen suum.] Alij prædicatores seminant semen non suum. Christus verò suum. [secus viam.] Vt solet cadere nō nihil in via. Nota terræ feracitatem, quæ vt minimū profert. 30. [vobis datum est.] Ex gratia est nosse mysteria regni. (qui habet.) Cōgrua dispositio ex nobis est, vt ita intelligatur gratia, ne libertas negetur arbitrij, ille igitur dicitur habere, qui rectè vtitur naturalibus bonis & gratuitis, qui verò vel male vtitur, vel non vtitur, ea quæ habet, amittet. (incrasatum.) Vt crassi difficile gradiuntur: ita incrasata voluntas à multa malitia, non facile videt. (clauserunt oculos.) voluntarie: nō enim dicit, eos sibi ereptos. (beati oculi.) Ergo beatitudo huius vitæ, est nosse mysteria regni, ignorasse miseria est. (non viderunt.) Quia fas eis non fuit, cum Christo loqui, & familiariter viuere. (venit malus.) Id est, dæmon, qui immutabiliter malo adhæret. (temporales sunt.) Quia solum tempore pacis boni sunt.

Glossa interliniali. (exijt.) De domo Iudæorum in mare gentium, & turbæ propter prædicationem Apostolorum, congregata

Genes. 16
Deuter. 32
Hebræ. 11.
2. Cor. 9.
Pfal. 32
Isaiæ. 3

congregantur ad eum: ita vt in nauiculam, idest, Ecclesiam, in medio contradicentium positam ascenderet, idest, sua gratia illustraret, & in ea verba faceret. [secus viam.] Qui nec prædicatione compunguntur, nec bene agere disponunt. [terram multam.] Idest, lenitatem animæ obedientis. [aruerunt.] Virorem fidei amiserunt. [qui habet dabitur.] Habenti amorem verbi, datur sensus intelligendi. [videntes non vident.] Idest, presumes de ingenio suo, priuantur intellectu spiritali. [grauiter audierunt.] Idest, ingratis & inuidis. [beata aures qua audiunt.] Idest, obediunt. [verbum regni.] Quo promittitur regnum. [non intelligit.] Idest, nullam utilitatem capit. [sollitudo huius seculi.] Cupiditas acquirendi, metus etiam perdendi. [fallacia diuitiarum.] Quia promittunt quod non præstant.

Glossa ordi. Indæi ad Christum non intrat, foris in litera fixi. [exiit seminare.] Verbum quod apud Patrem audiuit [conculcatur] Ex Luca, ab hominibus, dum malorum suasionibus tollitur. [in parabolis.] Non solum dicta Christi, sed & facta mystica sunt & expositione indigent. [clausurunt oculos.] Idest, mentem, quæ est acies ad aliquid intelligendum, & auris ad discendum.

Lyra. [exiens de domo.] Quia domus tot capere non poterat. [volucres calis.] Idest de mones, propter peccatum superbiæ alta petentes. Est enim ipse rex super omnes filios superbiæ. [super petrosa.] Ex de cursu scripturæ apparet Iudæos fuisse auaros, & cupiditatis amore cæcatos. [centesimus.] In qua libet virtute est gradus triplex, summus medius, & infimus. [vobis datum est.] Vt fundatoribus Ecclesiæ, fuerunt enim fundamenta nouæ ciuitatis: in quibus sunt scripta & reuelata nomina Apostolorum & Agni. [habenti dabitur.] Habenti fidem, dabitur intellectus scripturæ. Aperuit enim illis sensum. [vestri beati oculi.] Non solum corporaliter videndo, sed virtutem diuinitatis latenter intelligendo, & exterius audiendo, interius vero credendo.

Aliam parabolam proposuit.

Leo papa ser. 18. de pass. Domini. Omnes diaboli caute veritas qui non solum per carnis concupiscentias insidiatur, sed inter ipsa quoque semina fidei zizanij falsitatum, veritatis studet violare culturam, vt quos non potuit corrumpere malis actibus, impijs subnertat erroribus, fugite ergo mundanæ argu

menta doctrinæ, & viperea hæreticorum vitate colloquia.

D. Hiero. Dñs quasi diues inuitator, inuitatos diuersis reficit cibis, vt vnusquisque iuxta naturam stomachi sui, sumat quod voluerit. Primam parabolam ipse Dñs explicabit. [simile est regnum grano synapis.] Regnum est prædicatione euangelij & notitia scripturarum, de qua dictum est, auferetur a vobis regnum. Homo qui seminat, est animus noster, qui suscipiens verbum, ipsumque humore fidei fouens, facit in agro pectoris sui fructum pullulare. Porro prædicatione fidei minima est omnibus disciplinis. Siquidem prima fronte, non habet speciem veri, quod Deus sit mortuus, quod cruce redempti sumus. Tū si contuleris Euangelium dogmatibus philosophorum, splendore eloquentiæ videbis quanto sit minor prædicatione Euangelij. At hæc, viuendum habet, & mordax. Nihil tale philosophorum habet doctrina: sed exurgens in holera cito arefcit: at fides quæ parua videbatur, quantum creuit. Certè volucres cæli, idest, fortitudines Dei, in hac arbore inhabitant, ramos huius arboris, arbitror fidei dogmata: assumamus nos penas vt colubæ, vt in arbore habitare possim. ¶ Quarta parabola. Mulier hæc Ecclesia est, hæc intelligentiam scripturarum abscondit in fatibus, idest, in corpore, anima, & spiritu, vt cum hi tres conuenerint, accipiant quod a Patre petierint. Aliter alij. Mulier est Ecclesia quæ fidem hominis miscet credulitati Patris, Filij, & Spiritus sancti, quæ cum in vnum sit fermentata, non ad triplicem, sed ad vnum Deum nos perducit. [sati.] Mensura est Palæstinis, modium & dimidium capiens. [per prophetam.] Locus est. Psal. 71. Ex quo habetur verbum illud, aperiam in parabolis os meum, de Christo esse intelligendum. ¶ Iam audiamus primam parabolam a Dño explicatam. Homines qui dormiunt, magistros Ecclesiarum intellige. Serui patris familias Angeli sunt, qui quotidie faciem patris vident. Diabolus est inimicus homo, quod Deusse desijt, de quo dicitur, exurge Deus non preualeat homo. [ne simul eradicetis triticum.] Locus datur poenitentię. Contrarium huic videtur, illud, auferte malum de medio vtri, & illud, cum his neque cibum sumere. Resp. Inter triticum & zizaniam siue lolium in herba est parum discriminis inuenitur. Præmonet ergo Dñs, ne vbi quod ambiguum est, cito sententiam proferamus, sed contra Deo seruemus, secus verò cum lolium spicam protulit, vbi est clara ad triticum differentia. [sicut sol.] Iusti in hoc seculo fulgent vt lux, sed in futuro vt sol.

D. Au-

D. Augusti. lib. 1. q. super Matth. c. 11. Cum mortui sunt Apostoli, seminavit diabolus malos filios: hi sunt hæretici, & sunt & mali Christiani, licet hi potius palea, quam zizania dici debeant. Sicut etiam mali pisces malos Christianos designant, quos cum bonis rete Euangelicæ prædicationis conclusit. Si militer schismatici potius corruptis, spicis videntur similes, quam zizanijs. Boni catholici hi sunt qui fidem integram sequuntur & bonos mores. Siquidem docet, docent quod est visitatum & confirmatum, & si quid inusitatum est, ita docent, vt querere videantur, non præcipere. Bonos verò mores sequuntur ita vt vel temporalium amor aut sit in eis extinctus, aut ita subiectus, vt facile, si accenditur, reprimatur. Porro si hæretici tolerantur tunc sit, cum non defendunt falsitatem suæ sententiæ, vt intentam multitudinem faciunt nam si id fecerint pellantur. [serui dixerunt.] Serui, idest, boni homines. Non enim de Angelis facile dices, eos ignorare quis zizania superfeminavit. At cum homines boni coeperint esse spirituales, tunc apparent hæreses, & errores, qui a regula veritatis discedunt. Hi ergo serui Dei, si potestatem habeant, dicunt Deo, vis eamus & occidamus hæreticos? At Dominus vetat, ne occidentes malos, occidantur ij qui boni futuri sunt, aut lædatur ij quibus mali sunt vtilis. [alligate in fasciculos.] Multi sunt fasciculi, quia variæ sunt hæreses. Cum ergo in conuenticula sua iunguntur, alligari incipiunt vt comburantur.

Isa. 53

Matth. 10

Ezechi. 3

¶ Idem serm. 18. de verbis Domini. Cur tolerantur iniqui, cum dicatur, exite, recedite, immundum nolite tangere. Resp. recedere iubet corde, non corpore, & exire, idest, facere quod fieri ad correctionem eorum poterit, salua semper pace. Ita præcipit Dominus excutere pedes a puluere, & ita Dominus, si prædicatore prædicante, peccator contempserit, prædicator liber erit, hoc est exire. Certè clamabant propheta, & ita recedebant corde ab iniquis, sed non corpore, & Moses cum dux alteri populo deligit, dicit, dele me de libro vitæ, aut parce, non ergo corpore ab eis recessit. ¶ Idem serm. de tempore, qui est. 233. Inter vos segetes Dei, mista sunt zizania, amatores mundi, pecuniæ diuitiarum, quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. ¶ Idem sermo. 39. de sanctis. [ligate in fasciculos.] Rapaces, scilicet cum rapacibus, adulteros cum adulteris, &c. similes cum similibus.

Diuis Ambrosi. in Lucæ cap. 13. Granum

synapis fides est, & hæc eadem est regnum, quia regnum intra vos est Petrus enim habens fidem, clauis habet regni. Si hæc fides teratur aduersis, gratiam suæ virtutis effundit, vt in martyribus visum est. Imò & ipse Dominus granum est synapis. Teri voluit, & seminari semina eum tu in horto tuo. Est igitur Christus granum frumenti, quia cor hominis confirmat. Est & granum synapis, quod cor hominis accendit. Granum frumenti, in resurrectione qua cor affectu firmat. Granum synapis in passione, acrimoniam enim habet, vt visa eius passione, a nostris voluptatibus temperemus. Semè est Christus, in quo benedicentur omnes gentes. Semen est minimum, non enim venit cum regno, potentia aut diuitijs. Subito creuit, vt sponsa sub ipso dicat requiescere. Sanè minimus cum ei dicitur, nonne hic est filius fabri? Sed creuit cum dicitur, unde huic ista sapientia? In huius ramis ille passer solitarius in tecto, raptus in paradysum, rapiendus in caelum requiescit, requiescunt Angeli, requieuit & Ioannes, cum in eius sinu recubuit. Rami etiam sunt Petrus & Paulus in quorum recessu & nos etiam quiescimus. ¶ Idem Christus est fermentum, quod cum sit ex farina, vi tamè est supra farinam: ita Christus carne, Patrum massæ est æqualis, sed diuinitate eminentior. Hoc fermentum abscondit Ecclesia in cordibus nostris. Cum eum verum esse Deum docet ex scripturis. ¶ Iuuat tamen, fermentum pro doctrina recipere, vt Dominus docuit dicens, caute a fermento Phariseorum, & alibi non in fermento veteri. Sed aliud est fermentum tritici, aliud zizaniorum. Igitur Ecclesia renatum hominum bonis authoribus acquiescentem, in corpore, anima, & spiritu sanctificat: eundemque crescere facit, per doctrinæ officium. Tandiu enim Ecclesia vim spiritualis doctrinæ admiscet, donec totus interior homo fermentetur, & in gratiam celestis panis assurgat, fitque tunc totum fermentum, quando caro non concupiscit aduersum spiritum, & anima est afflatu Dei, flatum sumpsisse conscia, contagia terrena declinat, quod Apostolus admonet dicens, vt veterem hominem exuamus.

D. Gregorius lib. 9. Moralium. c. 47. [alligate eos in fasciculos.] Vt par poena eos cruciet, qui pari culpa tenebantur. ¶ Idem lib. 19. Moral. cap. 1. Volucris illa prima, volatu se extulit vt diceret, in celum conscendam quem volatum hominibus persuasit, vt vellet esse sicut dii. At bonæ volucres in arbore synapis

Psal. 102

Gene. 22

Canti. 5

Marci. 6

1. Cor. 12

Ioan. 13

Isa. 24

Genes. 3

Iob. 41

Apoca. 21

Lucæ. vii.

1. Cor.

Eodem.

synapis poni volunt. Christus granū est synapis qui in horti sepulchro plantatus arbor magna surrexit, granū fuit cum moreretur adeo paruum, vt non esset ei aspectus. Sed arbor cum surrexit, speciosus forma. Huius arboris rami sunt prædicatores, quorum vox exijt in omnem terram, velut ramis patientibus. Animæ ergo sanctæ quæ volucres sunt, sustollentes se à terrenis, à terrenorum fatigatione respirant, &c.

D. Chrysolsto. homi. 47. Illud diaboli artibus astutè fit, vt veritati errores connexi, per similitudinem decipiant leuiore. Propterea nõ alia semina, sed zizania tritico simillima, dixit. [dormientibus.] Præfulibus, & alijs. Iugiter ergo & perpetua custodia opus est, alios enim perdit diabolus via, alios petra, alios spinis, alios deniq; somno, quare Paulus dicit, Vigilate, itate in fide. Sed notandū quod ait. Cum germinauit, & foenum protulit, apparuerunt zizania. Solēt hæretici obumbrare se in principijs, quousq; fauore multitudinis iuuentur, tunc apparent. [inimicus homo] Conatus enim demonis est aduersus nos: sed causa quare nos impugnet à Dei odio profecta est. Vide autem seruorum diligentiam sedulo ad euellenda zizania festinantium, quæ res diligentiam eorum contra Satanam ostendit: non tam vt inimicus luat, quam ne fata depereant. Sed non sibi fidunt, sed Dominum interrogant. [grano synapis.] Prædicatio Euāgelij, per orbem conuulsatur prædicatur per huius oleris similitudinem. [fermentum.] Vt fermentum modicum grande massam farinae conuertit: ita & vos modici totum mundum conuerteris. Nolite ergo timere in vniuersum orbem missi: non enim splendor vester peribit, sed omnes superabit. [satis tribus.] Id est, multis de more scripturæ. Synapis verò & fermenti meminit, quia cum agrestibus hominibus loquebatur. Ergo vel hac prophetia futuræ prosperitatis Euāgelij, credāt gentes, cum eam videant adimpletam, & nota fermentum, rursus posse fermentare, quanta ergo est malignitas nostra, qui alios non fermentamus, & multi sumus, at Apostoli pauci totum orbē fermentarunt. [ediscere parabolā.] fidenter interrogat, quia Dominus dixit, vobis datum est nosse mysteria. [mittent in caminum.] Per se Dominus misericors seminat sed per alios punit. [sicut sol.] Plus sole fulgebunt, sed aliud non est in orbe fulgentius sole, ideo dicit fulgebunt vt sol.

Euthy. [inimicus homo] Homo dicit diabo

lus, eo quod sit affectionibus & voluptatibus subiectus, equè ac homo amāsterrena. [grano synapis.] Ideo dicitur verbum abbreviatū & item propter modicā apparentiam, & vilitatem eloquentiæ. [in ramis.] Id est, fidelibus hominibus Angeli quiescunt ad eorum custodiam, vel rami sunt virtutes in quibus sancti terrena superātes quiescunt. [mulier.] Id est, sapientia, vel Christus, eo quod fertilis sit, & nutriat. [massam corrumpit.] Prædicatio fideles in vnam massam vnit, in alterā virtutum conuersionem è mortis traditurfursumque in cælū ascendere facit: sicut fermentum facit in farina.

D. Hilarius Cano. 13. Rami huius arboris sunt Apostoli, mundū inumbrantes, in quos gentes in spē vitæ aduolant, & à diaboli spiritu vexati, requiescunt. [mulier abscondit.] Id est, Synagoga, abscondit per iudiciū mortis. [satis tribus.] Legis, Prophetarum, Euāgelij, quæ sunt sibi consona.

Venera. Beda. lib. 3. in Lucam. c. 57. Regnū Dei est prædicatio Euāgelij, id est, granum synapis ob feruorem, vel quod synapis dicitur venena pellere: ita fides sua simplicitate & humilitate omnia dogmata prauitatis deuincit, & benedicit, homo seuit, quia dona quæ cum patre in diuinitate communicat, ex humanitate accipit. Vnde illud, accepit dona in hominibus. [creuit.] Et in orbe, & in cuiusvis corde: nemo enim fit repente perfectus, sed ibūt de virtute in virtutem. Neq; enim crescit cito sicut herba, sed sicut arbor tardius, longa videlicet anno sitate, & optima fertilitate. Nota in lege ficus arefcit: in Euāgelio arbor synapis crescit. Fermentum est dilectio, quæ excitat mentem. Mulier, Ecclesia, cuius nos sumus, qui timoris, & spei exercicio: quasi superiori & inferiori mola conterimur, vt panis simus. Hanc dilectionem abscondis in satis tribus, præcipiens vt sit ex toto corde, anima, virtute. In cuius figura dicitur Saræ. Accelera, tria fata farinae commisce, & fac subcineritios panes. [donec fermentetur totum.] Id est, donec anima nihil aliud amet aut cogitet, nisi dilectū, quod in hoc seculo incipitur, in futuro perficitur.

D. Thomas. Capitur hic semē pro bonis hominibus: nam infra dicitur, semen sunt filij regni. Ita Isaias. c. 6. semen sanctum erit, quod steterit in ea. Ager mundus, quia mundus per ipsum factus est. [cum dormirent.] Id est, mortui essent, ita Paulus, scio quod post decessum meum surgent Pseudoapostoli. [super seminavit.] Prius fuerunt catholici

1. Ioann. 2. lici, postea hæretici, qui ex nobis erant, sed vtique non erant ex nobis. [in medio tritici.] Nulla ergo est societas in qua non sit aliquis malus. In angelis enim reperit prauitatem, & in Apostolis Iudam. [serui.] sunt homines boni, nam angeli sunt ineflores. [vnde ergo zizania.] Similis quæstio est. Ego plantaui vineam electam, quomodo conuersa mihi es in prauam? [inimicus homo.] Cuius inuidia mors intrauit in mundū. [Domine vis imus.] Zelum habent, sed nihil sine Dei consilio faciūt. Omnia tua consilia in ipso permaneāt. [Aucillis non.] Dominus ne pereant, aut vt veniant bona sustinet mala. Quia per malos exercentur boni, vt qui probati sunt manifestant, & quia qui nunc est malus fiet bonus, ex Basan enim conuertit Dominus, & quia multi videntur mali, non sunt tamen, ideo dicitur. Nolite ante tempus iudicare, & item quia mali sunt aliquando principes, & multitudo eos sequitur, ideo communitas non excommunicatur. Absit ergo, inquit Abraham, à te ne occidas iustum cum impio. [sinite vtraque crescere.] Qui in fordibus est tordescat adhuc. Num ergo hæretici occidendi sine periculo nequeunt occidi, ne occidantur, at vbi periculum maiustimetur, post primam & secundam correctionem occidantur. [messores.] Duplex est messis. Prioris fuerunt Apostoli messores, cum regiones erant albæ ad messem. Posterioris erunt angeli messores, cum aruerit messis terræ. [ligate eos.] Quia erit irreuocabilis damnatio. [congregate.] Quia erit sanctorum in cælo maxima vnitas, & quia, vbi fuerit corpus congregantur & aquilæ [in horreum.] Id est, in tranquillitate & pace sempiterna. [granum synapis.] Doctrina fide prædicantis Christū crucifixum, quod est scandalum & stultitia nõ credentibus. [maius, est omnibus oleribus.] Nulla enim doctrina nec legis, nec Philosophiæ adeo propagata est, est arbor solida, non fundata in humana ratione, cuius sunt incertæ prouidentie, sed in verbo Domini, quod manet in æternum. Est arbor ramosa generalis cõiugatis clericis & omnibus. [Fermentum.] Non est incommodum, aliquid in bonum & malum sumi, ergo fermentum sunt Apostoli, quos sapientia Diuina abscondit in tribus, id est, multis gentibus, donec totus mundus conuertatur. [eructabo.] Ex intima sapientia quæ abscondita est ab oculis viuientium iuxta illud, quod alijs generationibus non est reuelatum. [dimissis turbis.] Si quid intelligere volumus sine turbis, veniamus ad domum,

iuxta illud. Intrans domum meam conquiescam cum illa. [angelos suos.] Ergo Deus est, cum angeli eius sint. [fletus.] Quia damnati puniuntur in anima & corpore ex fumo fletus, ex frigore & desperatione stridor dentium: ita enim scriptura hos affectus exprimit. Simon de Cassia. li. 6. c. 3. si fator bonus semē bonū & ager bonus, vnde ergo zizaniū? Quæ est à Patribus definita. Interim certū est, semē bonū vocari pios: hoc enim est semē Iōgeuū, quod Christus ponens animā pro peccato, videt, & item, hoc est semen cui benedixit Deus. [qui habet aures, audiat.] Et caueat ne interfiliis nequam computetur. [dormirent serui.] Dormire significat minus prouidam contra vitia cautelam. Dormit Noe, & nudatur. Dormit ancilla Miphiboseth, & iste interficitur. Dormit Holofernes, & occidit. Dormit Loth, & incestum admittit. Dormit Sanson, & Philistæis subditur. Dormitio fit, luce Diuina derelinquente hemispherium mentis humanæ. [seminavit zizania, & abyss.] Non enim potest commorari quātum vult, siquidem est in nobis arbitrij libertas. [accesserunt serui.] Hanc accedendi securitatem præstat fides & charitas. Admiratio vero inde caufatur, quod res quæ est, cõturbetur ab eo quod non est, id est, a malo. [sinite ea.] Quia solus Deus cognouit qui sunt eius: & ita solus ipse zizania nouit. [ligate in fasciculos.] Quia inde nullus se aboluere poterit. Scandala vero auferenda sunt, qui in Christo scandalizantur, vt Matth. 18. & qui scādalo alijs sunt Marcus dicit. Etiam factorem dormisse, id est, permisisse quēuis agere quod vult. Addit etiā quod terra vltro profert bonū semē, quia bonū naturale est. Itē inquit, primò profertur herba, secundo spica, tertio plenum frumentum, id est, prior est fides, secundo charitas, quam quia Effraiz nesciunt nominare moriuntur. Tertio est perfectio: cum perfecta charitas foras mittit timorem, vel aliter, primum est bona voluntas, sed infirma. 2. est bona voluntas faciens bona sed modica. 3. est eadem iam bona magna faciens. Volucres celi quiescunt in arbore synapis, id est, homines in vanitate seculi versantes, veniunt vt quiescant in fide. Fermentum absconditur in tribus satis farinae. Farina pertinet ad contritionem, quam Iudæi egressuri de Aegypto portare iubentur, & cum ad Babylonem abducuntur, dicitur eis. Tolle molam, & mole farinam. Contritio autem fit ex tribus causis, quæ hic dicuntur tria fata. Quia, scilicet, peccatum. Pri. Tho. R. catum

Isa. 53
Psal. 44

Roma. 10

1. Cor. 16

1. Ioann. 2.
Iob. 4.
Ierem. 2.
Sapi. 2.
Tob. 4i
1. Cor. 11.
Psal. 47.
1. Cor. 4.
Genesis, 18.
Ioannis.
Apoc. 14.
Matth. 24.
Isai. 35.
Sapi. 9.
Iob. 28.
Ephe. 3.

Sap. 8.
Isai. 43.
Isai. 61.
Gen. 9.
1. Reg. 4.
Iudi. 11.
Isai. 43.

1. Ioan. 2.
Iudi. 11.

catum offendit, Deum, Proximum, & peccatorem, vel tria fata sunt. Intellectus, memoria, voluntas.

Prover. 6.

Hugo. [cum dormiret.] Vsq; quo piger dormies? & amos. 6. dicitur, ve qui dormitis in lectis eburneis, & item. Sobrii estote & vigilate, & item. Vigilate ne intretis in tentationem. Zizania semen est diaboli, dictum enim est. Inimicitias ponat inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius. [inimicus homo.] Ab homine deuicto dicitur diabolus homo, sicut Scipio dicitur Africanus. Vel etiam, quia hominem, sub specie humanæ rationis decipit. [vis imus.] Eodem feruore Petrus amputat auriculam Malchi, & discipuli dicunt, vis dicamus, vt ignis de coelo descendat. [vtraque crescere.] Vt sit liliū inter spinas. Iacob enim habet fratrem Esau. Porro cum delictum est iam damnatum, aut notorium, tunc auferendum est. [in fasciculos.] Quomodo apud Isaiam dicuntur ligari in fascem vnum? Resp. quia erit vnica poena damni, licet variæ sint poenæ sensus. ¶ Volucres cœli, sunt viri spirituales, ante quorum oculos, frustra iacitur rete. Rami vero arboris habent fructus in cibum & folia in medicinam, illic ergo passeris nidificat. Merito ergo sub ramis sapientiæ, eius filij morabuntur. ¶ Fermentum passum eleuat: lapidam reddit, & leuem: ad suam trahit saporem, hæc charitati conueniunt. ¶ Sicut Sol, designantur quatuor doctores corporum sanctorum. Lux, Agilitas, volat enim lux eius subito ab oriente in occidentem. Subtilitas, quia lux etiam vitru penetrat. Impassibilitas, quia lux armis non læditur. Igitur homo sensatus in sapientiâ suâ manebit sicut Sol.

Math. 26.

Luc. 9.

Prover. 1.
Ezech. 47.
Eccle. 14.

Eccle. 17.

Cætera. Regnum Dei, ex quo scandala auferuntur, Ecclesia est. [cum dormiens.] Id est cum cubum vitæ suæ agerent: nunc vigilando; nunc dormiendo. Alioqui non hic fuit culpæ dormire, siquidem viuente Christo seminatus est Iudas. Et viuentibus Apostolis seminatus est Simon Magus. [super seminavit.] Naturaliter bonum est priusquam malum. [in medio tritici.] Satagit enim optimos quosq; fallere. [et abiit.] curat ille occultare se, & ostendere, quod quæ ille instigat, non sint contra præcepta Dei. [serui.] Sunt ministri iustitiæ, zelo Dei contra iniquos armati. [sinite crescere.] Non enim generaliter omnes mali sunt eradicandi, sed hi specialiter, quos damnauerit iudex. ¶ Granum synapis. Principiorum hæc est conditio vt mole parua: sunt, sed magna virtute. Iam nihil est abie-

ctius doctrina crucifixi: sed ad vegetandas animas nihil maius. Albertus magnus, credit minus esse semē papaueris quā synapis, ac contrarium habet experientia. ¶ Fermentū fuit pusillus in principio grex Christi, hunc gregē mulier, (id est, Ecclesia adhuc seculari potentia infirma) abscondit, (viles enim erant tunc Christiani:) in farinam, id est, in electos, qui dicuntur tria fata, vt notentur incipientes, proficientes, & perfecti. [sine parabola nō loquebatur.] Id est, non docebat nisi misceret parabolas.

Glosa inter. bonum semen bonus homo seminatur, cupiens semen bonæ voluntatis ad bonum opus perducere. [ne eradicetis.] Eradicat, qui vicem reddens malis, est scandalū viris bonis. [congregate.] Vnitatem amauerunt, igitur congregentur in horreum. [tunc iniusti fulgebunt.] Nunc enim vita eorum eliminatur insania. [sicut Sol.] nunquam desiciens.

Glosa ordina. Docet hoc loco Dominus bonam voluntatem, cautelam, patientiam, discretionem, longanimitatem, iustitiam. [ne forte eradicetis.] Docetur patientia, vt nolati patienter feramus, & docetur dari malis poenitentia locum. [sinite.] Docetur discretio, ne eradicemus malos dum ambigui sunt. [alligat.] In hac vita non est alligatio, alioqui non esset poenitentia locus.

Liran. [vsque ad messem.] Erant ergo heretici pijs multi, vsq; ad iudicium. [synapis minus est.] Ecclesia minor fuit, donec habuit fautores reges, qui eam defenderant. [volucres cœli.] Id est, diuites & potentes, qui requiescunt, & gubernantur consilio ecclesiasticorum. [tribus satis.] Asia, Africa, Europa, vbi prædicatum est Euangelium.

In causa. 23. quæst. 4. Gratianus eleganter disputat an heretici & mali sint tolerandi, adducit primo textus multos, quibus probatur tolerandos esse, vt. c. tolerandi. c. tu bonus. c. quid ergo. Tandem in. c. cum in lege. §. his ergo, respondet, malos tolerandos, cum nostri iuris non sunt: vel si sunt, manifestis indicijs probari nequeunt, & in. c. cum quisque, cum crimen inquit est notum, & execrabile omnibus apparet, neque periculum schismatis timetur, non dormiat seueritas discipline & cap. quidam. Tolerandi sunt canes ob pacem ecclesiæ, ea parta, sanctum non est illis dandum.

Simile est regnum cœlorū.

Diuus

Diuus Hieronymus. Thesaurus absconditus in agro, est verbum in carne. Si quidem in illo sunt omnes thesauri. Aut est sancta scriptura, vbi est notitia seruatoris, quæ qui inuenit, omnia contemnat, vt eum cõseruet quem reperit. [abscondit.] Timens ne perdat eum, propter quem omnia contempsit [margaritas.] Id est, legem & prophetas. [vna pretiosa.] Id est, notitia saluatoris: sacramentum passionis & resurrectionis. Hoc qui inuenit sit similis Paulo, qui propter Christum repertum, omnia detrimentum fecit, nō quod lex antiqua damnetur, sed quod collatione ad Christum omnis gemma vilior est. [sagena.] Impletur ergo vaticinium Ieremiæ. cap. 16. c. Petrus ergo Ioannes & reliqui piscatores hominum, texuerunt rete siue sagenam ex dogmatibus vtriusque testamenti, miseruntque in medium mare huius seculi, quod amarum est. Inde ceperunt bonos & malos, sed in fine, separabuntur boni à malis. [intellexistis hæc.] Non vt reliqua turba, sed velut populorum magistri, hi sunt Christi scribæ & notarij, qui eius verba in tabulis cordis scribunt, hi sunt opulenti patres familiæ ex thesauro suæ eruditionis proferentes noua & vetera, id est, noua, ex lege antiqua confirmantes. Sicut sponsa quæ dicit, noua & vetera seruauit tibi. Post hæc transit Christus in patriam, vbi apertius doceat. Sed stulti Nazareti sapientiæ mirantur sapientiam. In hac patria pauca miracula facit ne incredulos ciues condemnet, ac inter gentes edit quotidie maiora.

Philip. 3.

Can. 7.

Rom. 13.
1. Cor. 5.

Diuus Augustinus. libr. 1. quæst. Euangelicarum. cap. 13. Thesaurus absconditus, duo sunt testamenta in Ecclesia, quæ cum quis reperit, contemptu temporalium, ocium quærit, vt sit diues in cognitione Dei. ¶ Idem in quæst. super Mattheum. cap. 13. [querenti bonus magis.] Ille negotiator quærens bonos homines cum quibus conuerteretur, inuenit vnū præ omnibus, id est, Christum. Aut præcepta iustitiæ quærens, inuenit præceptum dilectionis proximi: in quo reliqua continentur. Aut bonos intellectus quærens inuenit vnū illud quod Verbum caro factum est, & testudine carnis relicta, iam non nouit Christum secundum carnē. Neq; enim alius intellectus est margaritæ nomine dignus, nisi hic. Si quidem iste reliquos sensus continet, per Verbum enim facta sunt omnia. Ad vnā quāque harum margaritarum emendam, pretiū fumus nos. Dem? ergo nos pro eis, nō quod tantum valcamus acillæ, sed quos plus dare

nequeamus. [profert de thesauro suo noua & vetera.] Igitur nouum & vetus testamentum sunt thesaurus iste, qui est gladius biceps. [vnde huic sapientiæ & virtutes.] Sapientia in dictis: virtus in factis, vnde Paulus vocat Christum Dei sapientiam & virtutem.

Heb. 4.

1. Cor. 1.

Diuus Ambrosius. libr. 4. in Lucam. [non poterat miracula facere.] Non facit miracula apud inuidos, qui amoris causas in acerba odia inflectunt. Alioqui Christus ciues suos amans, fecisset in eis miracula.

Diuus Gregorius libr. 33. Moral. cap. 23. Sagena est Ecclesia, congregat ex omni genere piscium, quia nullum respuit. Ideo Dominus apud Iob inquit. Num tu o Iob poteris sagenam pelle demonis, id est, vilius peccatoribus implere: & etiam capite ipsius Leuitam, id est, potentibus & fortibus, sicut ego impleui? qui prius infirma mundi elegerat, vt postea concluderem fortes in sagenam. ¶ Et lib. 5. cap. 3. Thesaurus est sapientia inuisibilis relinque igitur visibilia vt inuisibilem assequaris. Facile thesaurum inueniet, qui male se prementem terrenæ cogitationis mole repulerit. Ideo Iob dicit, gaudent vehementer, cum sepulchrum inuenerint. Est enim Diuina contemplatio sepulchrū vbi absconditur anima, cum enim mundo viuunt anima, in eo vagatur, ac cum sepelimur mundo, celandur anima in Deo. Mortificant se sancti verbi Diuini gladio, & eos abscondit Dominus in abscondito vultus sui, a conturbatione hominū, vnde Paulus hos vocat mortuos, quorum est vita abscondita est in Deo.

1. Cor. 7.

Psal. 30.

D. Basilius respon. 8. Planum est pretiosam margaritam regnum dei esse. Quod nos assequi Dominus negat, nisi pro eo omnia neglexerimus. Id enim significat illud, nemo potest duobus Dominis seruire, & illud vnde de omnia quæ habes, & da pauperibus, & qui non renuntiauerit omnibus non potest meus esse discipulus, & ideo Paul? dicit, propter quem omnia detrimentum feci Mattheus cum reliquis Apostolis omnia relinquunt vt Christum sequantur. Exuēdus est igitur vetus homo cum actibus suis. Et demū crucifigendi sumus mundo.

Lucæ. 14.

Philip. 3.

Coloss. 4.

Diuus Chrysostomus. homi. 48. Per thesaurum, & margaritam docentur prædicatores, prædicationem Euangelij omnibus alijs antepone, vt quæ summi sit pretij. Nec solum docemur relinquere, sed id summo gaudio facere. Sic enim quæstiuosissima fit mercatura. [vna pretiosa mar.] Vna enim est veritas, nec in multas partes discinditur. Iam fr-

Pri. Tho. R 2 cut

cur qui margaritam vnā habet, licet oculam, & vili reconditam loco estimat se tamē diuitem: ita & qui toto animo prædicationis veritati adhæret, opulentum se iudicat. [*ſagena.*] Vides alios perire quia ſunt ſecus viâ, alios quia petroſi, alios quia ſpinofi: alios quia ſunt zizania, alios etiã in ipſa ſagena. Quot ergo ſunt perditionis viæ? lata eſt via perditionis. [*Patri familias.*] Ergo qui imperiti ſunt, non erunt patres familias. Similiter nec illi, qui nouum aut vetus teſtamentum reiiciunt. Sunt enim ambo teſtamenta magno nexu deuincta. Ergo vt qui veſtes habet, excutit, ne rodantur à tineis: ita & tu libros excute, vt imago virtutis nunquam tibi excidat. [*transiit inde.*] Vt & alijs ciuitatibus prædicaret. [*ſigna multa non fecit.*] Ne eos maiori inuidia exagitet. [*ſilius Joſeph.*] Cur non aduertunt Dauid, Amos, Moſem natos inferiori loco? Quin eo magis admirari debuiffent, quod humili loco natus talia prædicaret: vt non iã homo videretur prædicare, ſed Deus. Si fabri filius: ergo miraculum eſt multo maius. Peſſima res eſt inuidia, etiam ſibi repugnans. Non ergo fecit ſigna multa, quia non ſuam oſtentionem, ſed aliorum vtilitatem quærebat. [*non eſt propheta.*] Magiſter veritatis non exardeſcit contra calumniatores.

Eutyrius. Sermo fidei eſt theſaurus, propter Spiritus ſancti diuitias quæ in illo ſunt. In mundo igitur eſt abſconſa fides, in fide vero diuitiæ ſpiritus. Qui autem omnia non reſpuit, & qui non cum gaudio reſpuit, fidei theſaurum non inuenit. [*ſagena miſſa in mare.*] Mare vocatur mundus, propter amaritudinem, & vndas tentationum. [*litus.*] Locus eſt vbi iudicaturus eſt Dominus. [*vaſa.*] Sūt premia parata iuſtis. [*ſeparabunt.*] Angeli ſeparant miniſterio, Chriſtus iuſſu. [*intellexiſtis.*] Sciebant eos intelligere, ſed more humano interrogat. [*unde huic hæc omnia.*] Omani, nõ ob diuitias, aut nobilitatem, ſed ob vitæ ſanctitatem Deus intelligentiam & potentiam edendi miracula præſtat.

Diuus Hilarius Can. 13. Theſaurus ſunt ſpei noſtræ opes in Chriſto repositæ, in cuius pretium ſunt omnia vendenda, quia ſine damno temporali cœleſtes opes non poſſidentur. [*rete.*] Prædicatione eſt, quæ nos à profundis ſæculi huius ad veri Solis lumen educit. [*patriſa.*] Laudat diſcipulos ſuos, ſuum illis nomen tribuens. [*fabri.*] Fabrum ferrarium intelligit, non carpentarium, unde, ferrum omne ſuo igne Chriſtus vincit.

Venerab. Beda. libr. 2. in Lucam capit. 12. [*fabri filius.*] Vere faber eſt, faber enim in eo operatur & ſpiritu: ita Chriſtus baptizat ſpiritu ſancto & igne, vaſa ferrea emolli t, vt vaſa miſericordiæ ſint, & Malachias dicit, ſedebit conſans, & emundans filios Leui, & conſabit eos, quafi aurum. [*nemo propheta.*] De propheta illo dicit, de quo Moſes, prophetã Ducerit. 11 ſuſcitat vobis. &c.

Diuus Bernardus Ser. 26. ex paruis. Ager corpus eſt, quod ſpinas & tribulos gignit, e-mere agrum eſt, ipſum à concupiſcentijs vëdicare, dato pretio occaſionibus concupiſcētiarum, vbi verò intra te theſaurum inueniris, eſto negotiator. Sanè pro theſauro dedit peccator quæ habuit, id eſt, peccata & peccatorum occaſiones, hoc reperto vnā pretioſam margaritam, id eſt, vnitatem quærat, tunc omnia det, non parcat ieiunijs orationibus, ſed illam omnibus præferat. Tunc ſit, ſicut ſagena, omnes ſinu charitatis excipiens. Erit enim cum foras malos excludat.

Diuus Thomas. Theſaurus eſt ſacra doctrina in eccleſia recondita. Iuxta illud, in corde meo abſconſi eloquia tua. Dumque magis abſconditur, magis ardet. Jerem. 20. factum eſt verbum Domini, quafi ignis æſtuans clauſus in oſſibus meis, & psalm. 38. in meditatione mea exardeſcet ignis. Lux cum latet, tutior eſt à periculo gloriæ vanæ, ideo enim iubemur orate in abſcondito, & Ezechias qui theſauros oſtendit amiſit. Sed cum homo confirmatus eſt, tunc luceat lux theſauri, vt videant opera veſtra bona. [*vndit.*] Incipit proficere. [*vendit.*] Ideſt, cõtequitur. [*emit.*] Querendo bonam ſocietatem: vel ocium. Ita ſponſa, ſi dedit homo omne ſubſtantiam ſuam pro dilectione, quafi nihilum deſpiciet eam. [*inuenta vna.*] Vel ſancta doctrina, vel gloria æterna, vel Chriſto. [*ſagena.*] Lex vetus non fuit miſſa in mare. Non enim fecit taliter omni nationi. Sed lex noua mittitur in mare, cum dicit, prædicatæ Euangelium omni creaturæ, & cõ Paulus dicit, omnibus debitor ſum. [*litus.*] Finis eſt mundi, tunc ſedebunt ſancti in ſecura quiete. [*in vaſa ſua.*] Quia in domo Patris mei mansiones multe ſunt, & item, recipiet vos in æterna tabernacula. [*exibunt angeli.*] Hi vident ſemper faciem Patris, ſed exeunt, cum aliquid exterius exercet. [*ſeparabunt.*] Illa erit mala excommunicatio. Nunc enim fallitur eccleſia aliquando, ſed non tunc. [*intellexiſtis hæc.*] In tribus debent examinari ſurturi magiſtri. Primum ſi intelligunt hæc omnia.

Deuter. 11

Iſai. 33

Cant. 1

Matth. 23

Luc. 16

Matth. 49

Ioan. vltim. Math. 20. 2. Cor. 3. 1. Cor. 13. Acto. 5. Geneſ. 24. Gene. 29. Sap. 1 Sapi. 6. nia. Secundo, ſi amant plus his? vt Petrus examinatus eſt. Tertio, ſi poſſunt bibere calicem Chriſti. [*ſcriba.*] Sunt ſcribæ, qui in tabulis cordis ſui & aliorum ſcribunt verba Dei. Paulus ait, epiftola noſtra vos eſtis. [*noua & vetera.*] Non ſolum gloriam, ſed & poenâ proferat prædicator. [*faber.*] Lignarius. [*propheta.*] Non eſt Dominus propheta, quia enigmaticè aliquam rem videat, ſed quia apertos oculos habet.

Simon Caſien. libr. 6. capit. 6. theſaurum abſcondens eſt Pater. Theſaurus abſconditus eſt filius. Ager eſt actio. Inuenior eſt qui vis Chriſtianus. Pater abſcondit filium in carne, & in Sacramentis eccleſiæ. Adam peccator abſconditus eſt, Chriſtus remittens peccata: ille nudus, hic carne veſtitus, vt reddat quã ille auiferat ſtollam. Ager eſt omnium virtutum congeries, vbi verè eſt Deus abſconditus, nunc enim videtur Deus in enigmate. Ager alienus eſt, emitur vero non taxato pretio, ſed totius ſubſtantię derelictione. Porro eccleſia quæ mulier illa fortis eſt conſiderauit agrum, ſi quid in eo lateret, reperit latere Sacramenta & virtutes. Cum igitur in his lateat Chriſtus qui ſoluſ eſt vtilis filijs hominum, ſi conſideraſti agrum, & quid in eo vtile ſit, eme illum. Non eſt tuus, eme illum. Sed vbi pretium tantæ rei? vade vende omnia. Nihil tibi cum Anania & Saphira relinquant. Propria ſunt peccata, hæc ſi abieciſti, omnia vendidiſti, & hæc eſt diſpoſitio ad emendum agrum. In hoc agro meditatatur Iſaac: & ideo ſponſam ſuam Rebeccam, id eſt, gratiam, vidit. In hoc agro puteum profundæ ſapientiæ Iſaac inuenit. In hoc agro poſt tergum metentium Ruth collegit ſpicas, id eſt, poſt mortem ſanctorum, eorum exempla collegit. [*negotiatori.*] Quilibet Chriſtianus negotiator eſt, dum quærit ſciencias quæ mentem non fatiant, vna eſt margarita, Euangelij doctrina quæ qui inuenit, inuenit vitam, Chriſtus etiam eſt hæc margarita, quæ reſtus in ſimplicitate cordis, & in toto corde vt Ieremias dicit. cap. 29. & cum diligentiâ, qui enim mane vigilant ad me inueniet me. [*intellexiſtis hæc.*] Quæ non intelligere, incomparabile bonum amittere facit, ſed non eſt ſat intelligere, niſi actio adſit, cui premium debetur. [*ſcriba.*] doctus, hic ſcriba Chriſtus eſt, protulit vetera, cum dixit, vt vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Noua verò, cum protulit Sacramenta. Vetera, cum infernum: noua, cum reſurre-

ctionem prædicat. Hugo. Theſaurus eſt Chriſtus, in agro, quia agendo & operando inuenitur. Ieremias inquit. Emi agrum ab Ananel filio patru mei: & appèdi pro eo. 7. ſtateres, & decem argenteos. Ananel eſt gratia Dei, à qua eſt quicquid boni agimus. Eſt vero gratia filia Chriſti, qui eſt patruus noſter, frater Ade patris noſtri. 7. ſtateres ſunt. 7. opera miſericordiæ. 10. verò argentei, ſunt decalogus. Per theſaurum intelligi poteſt virginitas, in agro carnis per humilitatem abſcondita. rarus eſt hic theſaurus pretioſus, quia non eſt comparatio continentis animæ. [*negotiatori.*] Negotiamini dum venio, ſcilicet, ieiunijs & orationibus, ita gultauit illa & vidit, quia bona eſt negotiatio eius. [*ſagena.*] Habet & diabolus ſuas ſagenas, eſt enim mulier ſagena amarior morte. [*ex omni genere.*] Ita in arca Noe, & in lintheo Petri, & in templo Salomonis erat atrium mundorũ & immundorũ. [*ſecus litus.*] Zabulo habitat in litore, facit tabernaculũ, ſcilicet, in alia vita. [*mittent foras.*] Foras canes, foras venefici. [*in camino.*] Eruſ omnes facientes iniquitatem: ſtipula. Malach. 4. Caminus triplex, tribulationis. In quo tres pueri manent illaſi, homines receptibiles probantur in camino humiliationis. Caminus gloriæ, iuxta illud, cuius ignis in Sion & caminus in Ierufalem. Caminus inferni de quo hic. Parabolam prior videtur ſignificare virgines, ſecunda martyres, tertia doctores. [*niſi in patria ſua.*] Joſeph in patria ſua venditur: in aliena fit rex Abraham iubetur egredi de patria ſua, & contra Moſem iurgantur eius fratres.

Caietanus. Regnum cœlorum eſt vita Euangelica, quæ eſt iuſtitia pax & gaudium in ſpiritu, ſcilicet. Hæc eſt in agro, quia poteſt emi, magno tamen pretio. Sed incomparabilem excellum theſauri ad pretium indicat, & gaudium inuenientis: & quod pro eo donauit omnia. Vendere vero omnia, eſt relinquere omnes paſſiones & impedimenta, vt integritatem Euangelij aſſequaris. Ager eſt eccleſiaſticum ſtudium, in cuius intimis inuenitur profectio vitæ Euangelicæ. [*negotiatori.*] Diligentia indicatur. [*bonas margar..*] Vita actiua, contemplatiua, vacare lectioni, curæ infirmorum. [*inuenta vna.*] Quia nemo omnibus ſatis eſt, inuenta ergo commensurata ipſi inuenienti, ad quam emendam opes ſufficiunt propriæ, tanto chariorem eam habet, quanto pro ea nihil ſibi proprium relinquit. [*ſa- Pri. Tho. R 3 gena.*]

Ierem. 52

Luc. 19

Prou. 34 Eccle. 7

Geneſ. 49

Apoc. 22

Eccle. 2

Gene. 42

Rom. 14

gene.] Hastenus de Euangelio ordinato ad bonum cuiusque priuatum, nunc de eo, ad bonum commune. Sagena ergo sunt prædicatores: congregantes bonos & malos. [*scriba doctus.*] Hæc quarta parabola docet, quid sit necessarium Euangelico prædicatori. Sit Pater familias in prudentia. Proferrat noua & vetera, adeo doctus esse debet. Neque dicit, qui habet, sed qui profert, qui enim non profert, ferè doctor habendus non est. [*ut mirarentur.*] Testantur ergo Christum non vacasse studio literarum. [*scandalizabantur.*] Vides donum Dei esse credere, hi enim videbant Christum non didicisse literas, videbant eius sapientiam & virtutes, nec credunt tamen. [*nemo propheta.*] Non credunt iniuriam, sed asserit, commune id sibi esse cum prophetis superioribus. [*propter incredulitatem.*] Lege Euangelium & videbis fidem fuisse dispositionem admiracula, ergo infidelitas erit impedimento.

Glosa interli. Regnum cœlorum est conuersatio iustorum. Ager est cœlestis studij disciplina. [*qui inuenit homo.*] Per gratiã Dei. [*vadit.*] Vadit ille qui incipit diligere. [*negotiatori.*] Qui cum pauper sit multis laboribus negociatur. [*vna pretiosa.*] Quæ est cœlestis vitæ dulcedo, qua gustata omnia vitescunt. [*vendit.*] Renunciauit omnibus, etiam sibi. [*similis est Patri familias.*] Id est, Christo. [*noua & vet.*] Nouum præfertur.

Glosa ordina. [*abscondit.*] Ut seruetur à malignis spiritibus, & laudibus hominum. [*bonas margar.*] Legem & prophetas. [*noua & vet.*] Est ille prædicator doctus, qui nouit poenis terrere, quem premia non allidunt.

Lyranus. Thesaurus est sapientia in scriptura absconsa, quæ est infinitus thesaurus hominibus, quam qui inuenit, præponit regnis & sedibus. Margaritæ sunt virtutes, inter quas vna est pretiosa charitas. Sagena est regularis obseruantia. Thesaurus est premium cœleste, propter quod sancti Episcopi omnem laborem suum infumunt. Porro thesaurum inueniens in agro alieno, dimidium eius domino agri tribuit, ut ergo totum possideat, agrum emit. [*vna pretiosa.*] Hæc est vita contemplatiua, quæ vnit, quia actiua non vnit, sed distrahit, pretiosa, quia est optima illa pars. Ad hanc habendam requiritur abiectio omnium terrenorum, saltem in particulari. [*Patri familias.*] Pater familias tenetur filios alere panẽ terreno.

Doctor, cœlesti. [*noua & vet.*] Ideo duplex cornu habent in mitra nostri Pontifices.

CAPVT. XIII.

In illo tempore, audiuit Hero.



Iuus Hieronymus. Areta rex filiam habuit Herodidem, quam Tetrarcha Philippo dedit vxorem. Cum quo ortis simultatibus, filiam illi abstulit, tradens Herodi fratri Philippi. Sub quo Herode Dominus passus est. Natus enim fuit sub huius Herodis patre. At Ioannes Baptista eodem spiritu hunc Herodem reprehendit, quo Elias Achab & Iezabelem, ut qui non posset vxorem fratris viuientis habere. [*timebat plebem.*] Timebat ne oriretur seditio, ab his quos Ioannes baptizauerat. [*die vero natalis.*] Nullus inuenitur suum celebrasse natalem, nisi Herodes & Pharaos, pares in impietate viri. [*propter insurandum autem.*] Num si filia Herodiadis, patris aut matris caput postulasset, impetrasset? Minime. Cur ergo facis in Ioanne, quod in te contemnis. [*da mihi caput.*] Dignum saltationis premium. [*conristatus rex.*] Exterius, nam interius latabatur. [*propter insurandum.*] Occasionem pietatis impio prætexit facinori. [*Allatum est caput.*] Flaminius fuit curia pulsus (licet dux esset Romanus) quia in conuiuio (rogatus à meretricula, quæ nunquam viderat hominem decollatum) hominem decollari fecit facinosum. Quanto sceleratior Herodes? Et quidem Iudæi caput omnium Christum interemerunt. [*audiens Iesus secessit.*] Ne illi hostes homicidium homicidio copularent, vel differens suam mortem vsque ad pascha, quando erat immolandus agnus, vel auferens temeritatem eorum, qui se obijciunt morti, neque enim eadem constantia qua se obijciunt, in tormentis durant, vel quia truncato Ioanne perijt lingua propheta, cessante verò propheta Iudæis, transijt Christus ad gentes, quæ erant desertum, quia virum non habebant, erant ergo viro desertæ.

Diuus Augustinus serm. 230. de tempore. Ebrius

Ebrius Pharaos magistrum pistorum iubet suspendi. Populus postquam manducauit, & bibit, surrexit ludere. Herodes occidit Ioannem. Ergo verum illud est. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes; & illud. In greditur vinum blandè sed in nouissimo mortu detyt coluber. Paulus ait, nolite inebriari vino in quo est luxuria. Et item, nolite regib dare vinum, ne forte bibant & obliuiscantur operum Dei. Tandem, ebriosi regnum Dei non possidebunt.

Diuus Gregorius lib. 3. capit. 4. Quis non miretur tam sanctum Iob, filios amittere, sanem in sterquilino radere? Dominus quos tam charè diligit, tam vehementer affligit. Ioannes ille ante sanctus quam natus, amicus sponsi pro saltatu puellæ capite truncatur, & vir tantæ seueritatis pro risu turpium iugulatur, num peccauit Ioannes, ut culpam tali morte purgaret? minime. Sed Deus premit in minimis, ut in æternum remuneret in summis: & foris vsque ad despecta deiicit, quia intus vsque ad incomprehensibilia perducit. Quid verò passuri sunt, quos reprobat, si hic ita patiuntur quos amat.

Diuus Chrysostomus. homi. 49. [*audiuit Herodes.*] Hæc est conditio principum, post multum tempus miracula cognoscunt. Tu verò vires virtutis intellige, etiam Herodem virtus Ioannis facit de resurrectione Philosphari. [*Ioannes quem ego occidi.*] Vides quam eum timuerit? & ambitione hic miscet, quasi grãde aliquid occidendo fecerit. [*saltauit.*] Quam est insensatus, qui iuramento, alij petendi potestatem facit? Porro reprehendebat Ioannes Herodem, quia vxorem fratris cum liberis defuncti duxisset, alioqui si absque liberis mortuus esset lex erat, ut vidua duceretur. Tu verò specta conuiuium vino, & temulentia plenum, vbi erat licentia dicendi, & faciendi quæ vellent, & Puella, quæ vt virgo abscondi debuerat, omnes meretrices impudentia superat, & quo die Herodes debuerat maiores gratias agere, ut pote quia eum produxerat, eo ad maiora scelera animatur. Sed ille dimidium regni, iuuenes verò nostri etiam animas diabolo tribuunt. Vbi saltus est lasciuus ibi diabolus est. Pedes non saltationi, sed modestiæ dati sunt. Illud considera, non est territus Herodes, nec puella sacri capitis, & sacri sanguinis aspectu, adeo mala forma truculentissima est, & aduertia homicidia faciunt, cupiunt enim aduere & virorum & aliorum qui impedimento esse possunt, mortem & interitum. Sed con

trarium illis euenit, maiori enim infamia respurguntur post cedem. In conuiuijs nostris non caput Ioannis ab eius ceruicibus amputatur: sed Christus ab anima nostra auferitur. Laute edis, & Christus interim in paupere famescit, quæ poena esles dignus, si tutor orphanus esles, qui fame periret, te luxuriante? Scurra pro facetia plenus abit: Christus pro regno cœlorum panem non accipit. Reprehendit Dominus Simonem, quod osculum non dederit, quanto magis te, qui pauperes Christi fastidis?

Eutymius, etiam defunctum rex timet iniquus, Sancti etiam mortui terrent viuos iniquos. [*da statim caput.*] Petit statim, ne viuo decocto negaret Herodes, & ne intercessores haberet suæ vitæ Ioannes. [*propter insurandum, & eos qui discumbebant.*] O mulieris mancipium, periurij testes timuisti, & homicidij spectatores tam iniusti, non formidasti? at melius erat peierare, è duobus enim malis, leuius est fugiendum. [*datum est.*] Verè pessimæ matris filia.

Venerabilis Beda lib. 2. in cap. 6. Marci. [*dicebant Ioannes surrexit.*] O Iudæorum inuidiam. Ioannes nullum signum facit & creditur surgere à mortuis. Dominum autem tot miraculis probatum, resurrexisse negant. Et rectè fatentur illud, Ioannem surrexisse, & operari virtutes, quia sancti vbi surrexerint maior erunt potentia, quam cum viuebant. Illud etiam rectè, quod sponte resurrectionem fatentur. [*diem natalis.*] Vtilius ergo est diem mortis timendo, & castè viuendo memorari: quam diem natalis luxuriando celebrare, ad laborem nascimur ad requiem morimur, si pij sumus. Iosephus vult Ioannem vincitum in Acherunte. Historia ecclesiastica, sepultum in Samaria. Cuius monumento pagani inuidentes, ossa Ioannis per agros eiecerunt, & partim cremauerunt. Sed Christiani ossa collecta ad suum abbatem Philippum detulerunt, qui ea ad Athanasium remisit. Postea iubente Theodosio pro æde Serapis, templum ossibus Ioannis dicatum est.

Diuus Thomas. Herodes sub quo natus est Christus. 6. filios habuit, tres ipse occidit, quartum Archelaum, ut tyranum Romani regno priuant, & regnum Iudæe in quatuor partes seu tetrarchias diuidunt, earum duas Archelao, tertiam Philippo, quartam Herodi tribuentes: qui Herodes Philippo viuenti, vxorem Herodiadem abstulit. [*natalis.*] Melior est dies mortis quam natiuitatis. [*iuravit.*] Iurationi, non alluecat os tuum, sunt Pri. Tho. R 4 enim

Sap. 8.

1. Cor. 13.

Luce. 10.

Lib. 114

Eccle. 6.

Eccle. 23. enim multi casus in illa. [*da mihi caput.*] Ergo non est malicia super maliciam mulieris. Eccle. 25. [*insurandum.*] Iurabis ergo in iustitia iudicio & veritate. [*sepelierunt.*] Gratum habet hoc officium defunctus, quia affectum habet ad cadauer suum. [*uenientes nuntiauerunt.*] Multi in tribulatione conuertuntur. Ergo in tribulatione mane confurgent ad me.

Simon de Casia lib. 3. cap. 2. Verè iustus (etiam cū discrimine vitæ) reprehendit. Verè iniquus Herodes, qui cum custos vxoris fratris esse debuisset, reprehensorem adulterij occidit. Sed mos hic principum est. [*insidiabatur.*] O impatiens foemina amor, o impotens odium, igitur odio habuerunt reprehendentem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt. Nihil vero nequius quam peccare: & veritatem in super velle extinguere. [*sciens virum iustum.*] Quid ergo prodest nosse iustitiam nisi eam ames: id certè augebit poenam. Item aduerte, bona faciebat Herodes audito Ioanne, quid ergo prodest bona facere, nisi mala caueas? [*salsasser.*] Membra illa à nature situ distorta facinus aliquod prælagiunt. [*cum placuisset.*] Placuit regi, & tacent omnes, lachrale silentium est, cum vitia non redarguuntur, cum iniquitas premiū habet, cum id reges faciunt. O verò si puella regis oculum aut manum postulasset: sed principes faciles sunt ad malum alienum, modo non imminet suum. [*quam exisset.*] Vnum hoc fuit in eo conuiuiū laudabile, quod foemina non cum viris cœnabant. [*noluit eam contristare.*] Hinc tota nobis nata est infelicitas. Perdidit nos Adam ne Euam contristaret. Perderet magister discipulum, medicus infirmum si ei vetita concedat, ne contristetur. At Deus omnium bonorum regula, negat amans, quæ petimus, concedit dolens quæ non conueniunt. [*ulerunt corpus.*] Quia eius anima descenderat ad limbum, renūtiatura captiuis liberationem. Caput in disco significat ludibriū esse, Christum sine sua ecclesia credere. Sicut ludibrium est iudicium rationis sine opere, sicut contra corpus sine capite sepultum, significat omnia opera esse sepulta, quæ rationis iudicio priuantur. Discipuli vero humanes corpus docent sanctis defunctis reuerentiam esse exhibendam.

Hugo Cardina. Philippus significat, os lampadis, per quod significatur Christus, huius vxor est gloria, gloriam enim meam alteri non dabo. Igitur cum Christi gloriam hæreticus sibi præripit & corrumpit, Hero-

dem representat. Sicut etiam literatus qui aliena dicta sibi arrogat, de quibus Dominus. Ecce ego ad prophetas, qui furantur verba mea, vnusquisque à proximo suo. Hi incarceratione Ioannem, gratiam Dei offuscantes. [*alligauit eum.*] Mali prælati alligant suos subiectos graui onere obedientiæ. Item alligat, qui talentum in terra defodit, & qui Prædicatori silentium imponit. [*propter insurandum.*] Etiam David iurauerat occidere Nabalem, sed non fecit.

Caietanus. A baptismo Christi ad pascha, prope quod decollatus est Ioannes, ferè biennium fluxit. [*propter Herodiam.*] Licet Iosephus dicat incarcerationem propter concursum populi, ad Ioannem. Hanc Herodiam dicit Iosephus fuisse filiam Aristobuli, & vxorem Herodis fratris Philippi, forsan & hic Philippus vocabatur Herodes, vt pater. [*contristatus est rex.*] Gaudebat ille, sed quia regiam habebat potestatem, simulauit se tristem. Quare meritò vocatus est à Domino vulpis.

Glosa ordina. [*timebat populum.*] Timor enim Dei corrigit hominem sed timor hominum, quo plus differt animum, auidiorem facit ad crimen. Herodes significat populum Iudæorum, qui sociauit sibi infidelitatem, vxorem populi gentilis. Id Ioannes clamat non licere, lex enim id prohibet. At cum Iudæi legem loqui non permittunt, Ioannem alligant. At in die voluptatis saltat praua voluntas ex infidelitate orta, & postulat Christum auferri de legis intellectu. Ita faciunt Iudæi: & sic satisfaciunt infidelitati.

Lyanus. Omnium opinio est, meliorem futuram statum resurgentium, ideo dicunt, virtutes operantur in Ioanne resuscitato. [*non licet tibi.*] Viuebat enim Philippus teste A. E. Gesippo. lib. 2. de excidio Ierosol. cap. 4. [*etiam si dimidium regni.*] Simulata fuit promissio: ita volente Herode, vt Ioannis caput si peteretur, non negaretur. [*secessit inde.*] Docens prædicatores, vt cedant humane maliciæ, fugiendumque eis in desertum, vbi defleant culpas in populis commissas, vt in oratione hauriant, quod alijs prædicent.

Distinct. 26. cap. vna. §. Ioannes probatur ex hac Ioannis contra Herodem reprehensione etiã inter infideles vera esse coniugia. Quare qui infidelis vni nupsit, & postea fidelis alteri bigamus est. Idem August. ibi cap. acutius. Idem Innoc. ibi. c. Deinde. 22. quæst. 4. c. actione. Septima synodus asserit iuramentū rerū illicitarū seruandum nō esse.

Quod

Quod cum audisset Iesus.

Luc. 15. Diuus Hierony. [*sequuntur eum.*] Non in iumētis, sed pedestres, vt ardore mentis ostēderēt. Et nota, sequuntur eum turbæ multæ postquam in desertū gentiū venit. Prius enim ab vno tantū populo colebatur. [*exiit vidit.*] Ita & Pater familias exiens vidit filiū prodigum, quia homo vires perueniendi ad Deum non habet, nisi Deus ad eū exeat. Visa verò turba, curatur, vt fides eius plena premium statim cōsequatur. Id vero facit vespere. Tunc enim maximè curantur homines, cum sol iustitiæ occubuit. [*non habent necesse ire.*] Ad quærendos ignotos cibos, cum cœlestē panē secum habeant. [*vos date.*] Vt his nō habentibus, signi magnitudo mōltretur. [*est puer vnus.*] Hic est Moses. Igitur Apostoli ante passionem Domini, id est, ante fractionem panis, non habent nisi quinque panes legis Mosaicæ, & duos pisces (par em numerus ad legem refertur) qui in amaris legis aquis versabantur. [*afferte eos huc.*] Legem ad se adduci iubet, vt eam sanctificet. [*per quinquagenos.*] Vt calcato focno carnis, pœnitentiã (quæ quinquagenarij, numero significatur) ad centesimum perfectionis culmen perueniant. [*oculis in calum.*] Vt illuc leuare eos doceat. [*frangit.*] Frangitur lex & propheta, vt quod integrum non alebat, diuisum multitudinem gentiū alat. [*discipuli dederunt turbis.*] Per discipulos alit Dñs turbas. [*cophinos.*] Vt ex reliquijs doceat veros illos fuisse panes. [*quinque millia.*] Nondum peruenerat ad septenarium, nam qui comederunt septē panes, erant quatuor milia, vicina numero Euāgeliorū. Porrò qui comederat erant viri foemina em & pueri sexus fragilis, nō cœsentur in numerū. [*compulsi discipulos.*] Amabat eū, ideo nisi compulsi ab eo nō discedebant.

Diuus August. li. 83. q. q. 61. Lex significatur per. 5. panes, quia carnalibus hominibus, id est, quinque sensibus deditis, data fuit, qua ratione & turbæ erant. 5. milia. Hordeacei erant panes, quia medulla legis sub te gumentis & corporalibus figuris operta erat vel quia populus nondum erat expoliatus carnalium desiderio: imo paleæ tenacissimè hærens, hordeum enim nec trituratū paleā amittit. Duo pisces, sunt regia potestas, & sacerdotalis, quarum officium est in procelloso quæstionum mari versari, Christus verò vtriusq; personam gerit. Rex est, vt qui modū pugnandi & vincēdi, ipse pugnans, & vincens demonstrat, sacerdos est, secundum or-

Psal. 109.
Heb. 9.

dinē Melchise. se ipsum in holocaustū offerēs. Ideo Matthæus lineã seruatoris regiã tenuit. Lucas sacerdotale, & in Matthæo, linea descendit, quia Christus descendit purgaturus peccata: sed ijs purgatis in Luca, ad Deū post baptismum ascendit. [*super focnum.*] Iudæi spem regni carnalis habent, ideo sunt super focnum, omnis enim caro focnū. [*12. cophinos.*] Impleuit Dñs. 12. Apostolos pane sapientiæ (quasi. 12. cophinos) quando eis aperuit sensum vt intelligerent scripturas. Secūdo pavit Dñs. 4. milia. 7. panibus, qui pastus significauit prædicationē euāgelij, septenario numero donorū Spiritus Sancti exornatam, & ideo illi panes. 7. non dicuntur hordeacei, & qui comederūt fuerunt. 4. milia, id est, numerum virtutum cardinaliū habentes: & nō duo pisces: sed pauci pisciculi, id est, Apostoli, qui mundū gubernauerunt, legatione fungētes, pro magno illo pisce Christo. Et quinque panum pastio in focno fit, septē vero, in terra nuda, nos em reuelata facie gloriã Dñi speculamur. Iã cū pascat quatuor milia, miseretur turbæ Dñs, iam triduo sustinētis, id est, sustentis in lege naturæ veteris, & gratiæ, nam tempus gloriæ speratur.

D. Ambro. li. 6. in c. 9. Lucæ. Datur cibus non ociosis, nec in ciuitate manētibus, quasi in seculari dignitate: sed inter deserta quæretibus Christū. At prius sanat Dñs turbā: tū reficit, nec sanat, nisi prius doceat. Nemo igitur accipiat cibum Christi, nisi ante sanatus. Licet turba nondū validioribus reficiatur alimēntis. Sed cibus qui lactis vicē habet, significatur per hos quinque panes, cibus vero solidior per septē panes quib⁹ postea quatuor milia aluit, cibus demū vehemētior est corp⁹ & sanguis Christi. [*nisi nos eamus et emamus.*] Nōdum nouerant discipuli escas Christi nō esse venales, sed gratuitas. Cū tamen nos esse mus emendi, seu redimendi, & Apostoli nec dum habebant pretiū quo nos emerent, sed nunciam habemus, si quis nunc defecerit in via nō defect⁹ est cibi, sed culpa sua est.

Pluit enim Dominus super iustos & iniustos. Et si panis sufficit Eliæ per. 40. dies. Panis noster sat erit ad. 40. annos. i. ex quo egressus es ex Aegypto, quousque in pmissionis terrā peruenias. Dñs igitur omnibus diuidit epulas modo velint extēdere manus: mō etiã tribus diebus cū Chō perseuerent. Cur verò. 5. milia 5. panib⁹ sed. 7. panibus. 4. milia satiat? Per. 5. milia significatur. 5. sensus, quos corporaliter Dominus satiat. Porrò quia homo constat. 4. elementis, ei septenarium præbet cibus.

Pri. Tho. R 5 bum

Isai. 49.

2. Cor. 3

Hebr. 6.

Matth. 5.

bum, id est, requiem, quæ post laborem. 6. dierum hominibus dabitur. Primi verò panes hordeacei sunt, carnalibus (quibus laete opus est) idonei. Perfectioribus dantur septem panes ex tritico, & demum perfectis, datur ex adipe frumenti. Quinque milia super sceno, id est, loco molliore. Quatuor milia super terra: sed terra proferente triticum vinum & oleum gratiæ. Et. 5. milia discubunt sed. 4. milia recumbunt, maior verò requies est recumbentis. Cum pascuntur. 5. milia Dominus benedicit, cum verò. 4. milia Dominus gratias agit, maior enim gratia fuit satiate ecclesiæ ex quatuor mundi partibus collectam. Quod verò satiatur turba indicat, non esurire, qui cibum capiat Christi. Nam illud diuinum est. Quod sicut iuges sunt fontes aquarum: ita iugis erat fluuius particulae panis testantium creatorem naturæ, videm in pane, quod in aqua efficere posse. Hac differentia, quod aquarum fons haustus non augetur, sed fluuius ille verbi diuini cum diuiditur augetur. Nec ociosè reliquias colligunt Apostoli, quia quæ diuina sunt facilius apud electos inueniuntur, quàm apud turbam. Cophini. 12. colliguntur, vt manus ille quæ prius lutum in cophinis colligebat, cælestis iam vitæ operetur alimoniam, sed hæc alimonia non paucorum est, sed omnium, nam. 12. cophini. 12. tribubus, id est, omnibus dicantur.

D. Chrysost. homil. 50. Turbæ sequuntur Christum, non deterritæ morte Ioannis adeo res amor est valida. [ducetos denarios.] Discipuli adhuc imperfecti, non credebant Christum esse Deum, licet tunc multos curasset. [hordeaceos.] Deliciarum luxum ex ipso Apostolorum docet esse calcandum, talis erat prophetarum mensa. [respexit cælum.] Miracula cum potestate facit, sed in in cælum respicit, vt se, à Patre missum doceat, id que cum parua miracula facit, nã edes magna, solo iussu edit, vt cum peccata dimittit legem soluit, mortuos excitat. At cum cibum tollit oculos in cælum, vt nos doceat cum ad mensam accedimus cælum suspicere. Porro se esse creatorem illum docet, de quo dixerunt Iudæi, nunquid poterit dare panem ad manducandum, & parare mensam in deserto? Aduerte, quãtus fuit corporis neglectus, duodecim homines non habere nisi. 5. panes, & 2. pisces: adeo rerum spiritualium cura tenebantur: vt & hæc ipsa faciliè alijs comunicarent, vt doceamur, ex paucis quæ habemus libenter alijs tribuamus. [dedit disci-

plis.] Honorauit eos miraculi ministros facies vt hac ratione, nec in eo dubitarent, nec obliuiscerentur. Qua causa nõ fecit miraculum donec turba media vexaretur, licet discipuli rogarent, vt permitterentur abire. Quod vero non plures panes propositi sint: & quod cõmuniter omnibus allati, quodq; æqualiter distributi: ad abstinentiam, humilitatem, & charitatẽ prouocat, vt scilicet, omnia sint cõmunia. Porro diuidit Dñs panes, ne viderentur non esse illorum quinque reliquæ. Abundant cophini, vt eius omnipotentiam agnoscas: ideo enim populus illum voluit regem cõstituere, quod in nullo alio signo factum est. Magnum miraculum hoc vbi mulieres & pueri laborem deserti contemnunt, & vbi. 12. tantum cophini superant, nõ plus aut minus. Bis porro Dominus turbam pauit docens non esse ventri seruiendum.

Euthymius. [vidit turbam.] Ab his fides non expetebat, satis enim eam demonstraauerant, eum sequentes pedestres, & sine alimento. [cum vespera esset.] Expectauit occasionẽ, ne videretur ad miraculi, operationem alsilire. [vos illis date.] Non dixit ego illis dabo, fugiens arrogantiam. [est puer vnus hic.] Proculdubio hic puer panes illis vendebat. Docuit in hoc miraculo Dñs multa ab accubitu sceno, modestiam, à solo pane & pisce, tẽperantiam, à communi distributione æquitatem.

D. Hylariuscano. 14. Dominus relicta Iudæa ad ecclesiam gentium vëit, eius miseretur, eam curat, ab ea dæmones pellit, animam & corpus sanat. Admonetque discipulos, à se sanatos non egere venalis doctrinæ, nec redire ad Iudæam, vt inde cibos emant, ideo dicit, vos date illis manducare. Apostoli respõdēt se non habere panes, quo reficiatur turba nisi solos. 5. libros Moyli, & duos pisces prædicationis Prophetarum & Ioannis. Hæc Apostoli offerunt. Ab his enim Euangelica prædicatio profecta est, & ab hac origine creuit. Agit vero Dñs gratias quod post temperalegis, ipse in cibum Euangelicam cõuertatur iubetur qui uis iacere super sceno, ne suffulciatur in terra nuda, sine fructibus operis sui. Per Apostolos panes multiplicantur, quia per eos diuinæ gratiæ erant dona reddenda. Tunc verò satiatur turba ex illa doctrina, sed 12. cophini futurae Ecclesiæ referuantur. Porro quot comederunt ex Iudæis, tot postea Petro prædicante conuersi sunt. Porro fragmenta panum fragmentis succedunt.

Nescio an hæc crementa, fuerint in mensa, in manibus, in ore, superat omnem naturam virtus operatis, & sola relinquatur admiratio potestatis.

V. Bedain. 6. c. Marci. [turbam multa.] Magna felicitas illorum temporum, & docentium & discipulorum. Vtinam nostro rediret seculo vt docentes nec spacium sua curandi corpora haberet: ita enim minus relinqueretur cura radis corporis illecebris. Imo, cum doctrina frequenter exigitur, docens cõsequenter inflammatur: vt quæ docet verbo, non impugnet exemplo. [miserus estis.] Eos docendo, sanando, reficiendo, hoc enim est misereri. Turbæ ergo perseverantes in ieiunio & labore itineris, quantum salutẽ optent, indicant. Dñs sanando, & docendo, quantum de eorũ deuotione lætetur ostendit. Porro hæc refectio fit, anno ante Domini passionẽ, fit enim in pascha, sequenti verò pascha Dñs moritur. [panes. 5.] Sunt. 5. libri legis, pisces, sunt Prophetæ & psalmi. Ergo prior refectio est ex panibus hordeaceis, secunda ex tritico. 3. ex corpore Dñi. 4. erit in regno Dei. [quinquageni.] Multi status indicatur, sed omnes vnam Dei ecclesiã faciunt. Porro quia. 50. significat lobeum: indicatur ad comedendũ panem Christi, requiescendũ esse à peccato. [acceptis. 5. panibus.] Nõ noua docet, veniens enim in carne, non alia, quam vetera prædicabat: monstrabat tamẽ, quam esset sacra vetus scriptura grauida, suspicit cælum docens, modo etiam inde scientiæ lumen esse requirendum. Frãgit & distribuit quia legis sacramenta doctoribus Ecclesiæ patefecit. 12. Cophini significant Apostoles, cophini enim feruilibus operibus dicantur, hos verò seruos elegit Deus, & donis suis impleuit. Erant quinque millia. Qui in seculari habitu suis. 5. senibus benè vruntur, hos legalibus necesse est instrui præceptis, quasi. 5. panibus. Sed qui mundo renunciauerunt, quaternario numero designantur, & hi perfectiori numero, scilicet, septenario sunt alendi, spirituales. scilicet, spiritualem. [compulit eos.] Cum rex est cõstituedus fugit, cum est crucifigendus occurrat, melius enim est tribulatione torqueri, quam fauore sustolli.

D. Thomas. [non habent necesse ire.] Hoc enim loco est, qui dat escam omni carni. [ni si. 5. panes.] Carnis curam ne feceritis. [duos pisces.] Dominus ergo est terræ & maris. [super sanum.] Significat mortificationem, mortificate membra vestra. [benedixit.] Superum benedicere auget. Benedixit enim cre-

scite inquit & multiplicamini. In hoc miraculo altera materia conuersa est in illa fragmenta. [saturati sunt.] Edent pauperes & saturabuntur. [5. milia.] Ergo ex quouis pane, mille facti sunt.

Simon de Cassia lib. 5. ca. 3. [excepti illos.] Suscipit Dominus benignè sequentes se, dulcedine non fallaci eos alliciens. [dimitte illos.] O imperitum consilium, non enim vel ad modicum à Christo diuellendi sumus, solent hoc consilium etiam boni dare, sub pietatis velamine. [in castella & villas.] At vnicavilla est Ecclesia, vbi sunt escæ animarum, non in castellis diuitum, & c. Neque incutiat nobis solitudinem desertũ. Pluit. n. in deserto mana. 40. annis. Et si opus est: melius erit cum Christo ieiunare, quam sine Christo refici. Non sit timor famis, vbi pastor est vitæ. Tentatur Philippus vt scias, quam fuerint sapientes illi orbis expugnatore. [turbam multa.] Cuius est turbari, sed auctor quietis eam quiescere facit. [non habebant quod manducarent.] Nihil mirũ, nec em ex nobis habemus vnde viuamus: sed vnde moriamur. Nostrum est nihil: Dei est refectio. [miserere.] Qui omnium miseretur, plus enim habet, quàm omnes possint haurire. Paratissimam habet voluntatem, non omnibus sed sustinentibus se. Sustine Dominum viriliter age. Porro miserus est Dñs in deserto, si cut & miserus est Iudæorũ qui erant in deserto. 40. annis, & apud Ieremiam dicitur, te

cordatus sum tui, miserans adolescentiã tuã quãdo sequuta me es in deserto, in terra quæ non seminatur. [deficient in via.] Nã qui ieiunant à sacramentis & escis spiritualibus, aut cadunt, aut errant. [quidam enim de longe venerant.] Qui, scilicet, sunt maioribus implicati criminibus. [vnde ememus panes.] Nemo habet panes quibus satiet homines in deserto huius vitæ. Nam vno corporali cibo sumpto, alterius gula succrescit, nisi reficiantur gratia Dei. [discubuerunt.] Discubitus ille significat quod debet esse ordo in ecclesia & illud federe significat subiectionem fidelium ad sacramenta, quæ sunt. 7. vt sunt. 7. dona spiritus, quæ per Prælatorũ manus hominibus distribuuntur. Pisciculi significant spiritualem dulcedinem, examitudine maris vitæ huius, conuiuio spirituali addita.

D. Cyrillus in Ioannem. [vnde ememus panes.] Charitati assuefacit discipulos. [satis discumbere.] Docet cõfidere in Deo cū paupertas premit. [distribuite.] Docet liberaliter dãdũ [colligerunt. 12. cophi.] Pro ministerio discipuli

Psal. 4.

Psal. 80.

Lucæ. 7.

Matth. 2.

Lucæ. 7.

Psalmo. 77.

2. Cor. 4.

Ioanis. 6.

Ioa. 19.

Psal. 135.

Roma. 13.

Coloss. 3.

Genes. 22.

Psal. 21.

Psal. 124.

Iere. 2.

puli & Prælati reportant. id est, mercedē copiosissimam.

Hugo. [Exiens vidit turbam.] Ita prædicator exeat de contemplatione ad actionem, quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. [dimitte eos.] Discipuli hoc loco significant Prælatos negligentes, qui suos subditos permittunt ire ad prauas doctrinas, & mores corruptos, vbi sicut filius ille prodigus fatientur siliquis porcorum. [tulerunt reliquias.] Quia quæ non potest populus capere. Apostoli retineant: secreta, scilicet, scripturę. [Vos date illis.] Pascite qui in vobis est gregem Dñi, & Dominus ter præcipit Petro pasce oves meas, at nūc pastores pascunt se ipsos. Ideo pecora vocantur pecora occisionis. Quinque panes sunt satietas quinque sensuum & duo pisces sunt cognitio illuminans, & dilectio inflammans, satietate ergo & fastidio rerum temporalium, tū cognitionem & amore diuino satiatur homines à Christo. [benedixit & fregit.] Oratione impetratur expositio scripturę, iuxta illud, orantes pro nobis, vt Deus aperiat nobis os solum sermonis. [discipuli dederunt.] Nō vendiderunt, gratis enim acceperant, susceperantque mōtes pacem populo, & rursum illuminans tu mirabiliter à montibus eternis, qui fuerūt Apostoli. [saturati sunt.] Mūndus non satiat. Comedistis, inquit, & non estis saturati, at pauperes Christi edent, & saturabuntur, dicit enim pauperes eius saturabo panibus, & itē, iustus comedit & replet animam suam: sed venter impiorum in saturabilis. [statim compulit.] Fugies regiū honorē, iuxta illud noli iudex fieri, nisi valeas virtute irrumperē iniquitates. [precedere eum.] Vt misericordia præcedat nos & sequatur. [ascendit in montem.] Dñs ascendit in montem prædicaturus, secundum illud, ascende tu qui Euangelizas. 2. ascendit oraturus: ita & nos ascendamus in montē, vt doceat nos de vijs suis. 3. ascendit tentandus in desertū. 4. in montem transfigurandus. 5. in asinam simplicitatis, in crucem passionis, in cœlum æternitatis.

Caietanus. Secepsit Dñs. Hærodes. n. occidit Ioannē propter cōcursum populi, at qui maior concursus fiebat ad Christum, ideo secessit cedens furori principium.

Lyra. [Pedestres.] Quia erāt pauperes, cauebant iumentis. [vespere.] Tanta erat deuotio vt nec nocte turbaretur.

Statim compulit discip.

Diuis Hierony. [iaculabatur magnis fluctibus.] Iure ergo discipuli inuiti discedunt à Iesu, ne naufragium patiantur. Tandiu enim venti surgunt & periclitantur Apostoli, quā diu abest Iesus. [quarta vigilia.] Sub finem noctis succurrit, vt significet in fine mundi: auxilium venturum. [habete fiduciam.] Causam timoris curat. [ego sum.] Is sum qui per obscuræ noctis tenebras, per Mosē vobis loquebar, dicebam enim qui est misit me ad vos. [iube me venire.] In omnibus inuenitur Petrus ardere in fide. Et licet alicubierret in sensu, vt cum reuocabat à cruce Christū: nūquam tamen errat in affectu. Dicit ergo tu præcipe, illico solidabūtur aquæ: & corpus meū per se graue leue fiet. [capisset mergi.] Ardebat fides: sed humana fragilitas in profundum trahebat. Relinquitur ergo tēratio ni, vt augeatur fides: & intelligat, se non facilitate postulationis, sed potētia Domini cōseruatum. [modica fidei.] Si ardentis fidei Petri, modice fidei dixit, quid de nobis dixisset. [adorauerunt eum.] Ad vnum signum, eū adorant, & Arius eum esse Deum diffinitur. [in lacum Genesareth.] Liberatam ecclesiā de persecutione transducit ad littus & in tranquillissimo collocat portu. (viri miserunt in vniuersam regionem.) Mira fides hominum, mittunt ad regionē, vt omnes currant ad iudicum. [fimbriam vesti.] Id est, minimum mādatum: quod qui non seruat minimus vocabitur in regno cœlorū, vel fimbria est assumptio carnis, per quam venit ad verbū Dei qui igitur malē habent, hanc fimbriam tangent.

D. Aug. li. 1. q. Euāg. c. 15. (phantasma est.) Significat id quod alias dixit. Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in Israel? qui enim cesserunt diabolo, de fide dubitabunt. (salua me.) Significat Ecclesiam per tribulationes esse purgandam, saluus enim erit, sic tamen quasi per ignem. Idem lib. 3. de mirabili. script. ca. 8. An aqua fuerit solidata, an Petri corpus leuigatum? vtrunque fieri potuit potētia creatoris. Sunt etiā qui ita arte natandi valent, vt super aquas ludant. Et resurgentium corpora, etiam per aëra volabūt, occurremus enim obuiā Christo per aëra. Quid? quod aqua maris humana corpora, & Liburnicas substat naues? At Petrum diffidentem aqua non sustinet, si quidem Dathan & Abiron nec terra sustinuit. Igitur duæ sunt rerum administrationes, inferior quæ consueta est, qua ex seminibus triticum, & arbores longo tempore

fiant

Ioannis. 6. fiunt, superior & in sueta, qua vnus panis subitō vertitur in mille, qua nunc aqua pedibus Petri non cedit. Idem tracta. in Ioanē. 2. Ipse factus est via, per mare, vt ostenderet in mari esse viam, sed tu qui non potes super mare sicut ipse ambulare, ligno te cōmitte, id est, crede in crucem, tu ueras superbia, humiliare, & venies ad portum. Idem lib. de cantico nouo. Nō metuat anima nostra hoc mare magnum, vbi sunt procellæ dæmoniorum. Iā enim sancti homines hos fluctus calcauerunt, & ad patriam peruenerunt, si exurgit ventus validus, id est, cupiditas, & incipis titubare, dabit Christus mergenti manum.

Diuis Chrysof. homi. 51. [ascendit in montem solus orare.] Docet orandum in solitudine. Sedans verò fluctus maris ad maiora eos prouocat: absentemque desiderare cogit, & tempestas fluctuum, & hyemis rigor, venit verò quarta vigilia, docens nō statim se tempestatem profligaturum: malaque magno animo esse ferenda. Imo cum venit liberaturus terrorem incutit, maior enim terror eos inuasit ex credito phantasmate, quā ex proxima tempestate. Vt amici Iob, qui cum venissent consolaturi, magis dolorem exacerbauerunt. Iacob in fine peregrinationis à socero & fratre torquetur. Abraham in vitæ fine grauisimè super filio Isaac tentatur, vt consolatio postea veniens gratior sit. Petrus dicit, iube, non ora, vt veniam, adeo fide ardebat, amabat, ideo non dicit iube vt super aquas ambulem, sed vt ad te veniam, detinere enim se quin ad Christum veniret, non poterat. Venit igitur sed à periculo victus superatur. Ea enim naturæ nostræ conditio est, vt difficilioribus superatis in minoribus superemur. Id quod Eliæ accidit. 3. regum. 19. Mōsi Exod. 2. Dauidi cum Bethsabee. 2. regum. 11. Petrus igitur iuxta Christū superatur, quia non valet propē Christum esse loco, nisi sis & fide. Porro apprehendit Christum Petrum, vt aus pullum enido exeuntem: sed volare nescium, in nidum restituit. [adorauerunt eum.] Sensim eos adduxit ad fidem, prius enim admirabantur, sed postea adorauerunt. [fimbriam eius.] Si qui tangebant fimbriam sanabantur, sanabimur nos si mundē accedimus, cum totum eum manducamus.

Euthymius. [compulit eos.] Nec enim semper versandum est cū multitudine, nec semper est ab ea fugiendum, sed vtrunque, cum fuerit opus. [ad orandum.] Nox enim & solitudo. silentium, & immobilitatem præbent orationi. [iube vt veniam.] Eius vocē audiens

nimis gauissus, optabat ante alios ad eum accedere. [adorauerunt eum.] Adorauerunt iam cum essent propē terram, prius enim non intelligebant miraculum vt Marcus habet.

Diuis Hylarius can. 14. Quod vesperes solus sit, suę solitudinem passionis significat. [Quarta vigilia venit.] Prima vigilia fuit legis. 2. prophetarum. 3. primi aduentus. 4. iudicij, vbi inuenit ecclesiam festam iactationibus Antichristi, & totius seculi motibus. Quo tēpore, quia Antichristus vehementer vrgebit Christi aduentum rem putabunt, phantasticam & confictam. Porro quod Petrus solus in mare descendat, indicium fuit constantiæ Petri, qui solus Christum patientem sequēbatur, sed sicut in fluctibus timuit: ita & in passione negauit, at cum cœpisset mergi clamat, sicut post negationem plorat. Quod verò non venit ad Christum Petrus, sed Christi extensa manu saluatur, significat neminē æquari Christo posse in eius passione, solus. n. dolores passionis, vt fluctus maris calcat. Igitur redemptio ab vno solo expectanda est. Demū finitis iam temporibus legis, & quinque milibus Iudæorum intra Ecclesiam collocatis, occurrit populus gentium post quē sanabit Dominus Iudæos perfidem, eius fimbriam (id est, carnem) tangentem.

V. Beda in Ioannem. [ascendit solus orare.] Quia sumus sacerdos semel solus in sancta intrabat: non sine sanguine. Ita Christo ascēdente in cœlum eius Ecclesia iactatur. [tenebra erant.] Quo enim magis mundus finitur, eo magis crescunt errores, & recedit charitas, quæ apud Ioannem dicitur lux. Dicit enim qui odit fratrem in tenebris est, si quis ergo charitatis, & abundantia iniquitatis, hi sunt fluctus turbantes nauem. Nauis his quatitur sed non mergitur. Idem in Marcum li. 2. capit. 28. [ascendit in montem.] Non omnis qui orat ascendit, est enim oratio quæ peccatum facit, est etiam oratio pro diuitijs, honoribus hæc in infimis iacet: non ascendit. Christus Ioan. 13. verò licet, habeat omnia in manibus orata men non pro se, sed vt pro me impetret, est enim aduocatus noster & iudex. [ipse erat solus in terra.] Tot enim præssure aliquando foedant ecclesiam, vt eam Christus deseruisse videatur. Ecclesiæ est illa vox, vt quid Dñe resisti longe, &c. [quarta vigilia.] Quo tempore stella quæ Lucifer dicitur, splendere incipit. Iam cum ecclesia viribus suis difflata lumē cœleste respicere incipit, tunc adiutoriū sentit. [phantasma est.] Theodorus dicit, corpus Christi sine pondere fuisse, & ideo

super

Luc. 15.

1. Pet. vit.

Ezech. 34.

Zacha. 11.

Goloss. 4.

Psal. 74.

Agge. 2.

psalm. 131.

Prou. 13.

Ecc. 7.

Isa. 40.

Isa. 2.

Matth. 4.

Mrth. 16.

Matth. 21.

Exod. 3.

Matth. 1.

1. Co. 1.

Matth. 16.

Leui. 16.

Ioan. 13.

Psal. 9.

CAPVT XV.

Tunc accesserunt ad eum.



Iuus Hieronym. Mira Pharisæorum stultitia Dominum arguunt, quod eius discipuli manus non lauent. Animarum manus, id est, opera, non manus corporis sunt lauandæ.

Falsam igitur eorum calumniam vera responsione confutat, vos negligitis præcepta diuina, cur arguitis negligentes humana. Præcipit Deus honorare patres. Honor verò subsidiū est, ut primo, ad I'himo. 5. viduas inquit honora, & item, qui benè præstant presbyteri duplici honore digni sunt. Ergo parentum penuria subleuanda est, etiam eorum ætas, & imbecillitas. At pharisæi hanc legem subuertebant docentes, si filius aliquid obtulisset Deo, ea quæ patribuserant offerenda, parentes illa non posse iam contrectare: nisi sacrilegè: ita miseri patres fame conficiebatur: & Pharisæi de oblationibus dicebant, si milititer & obligatus ære alieno, illud Deo sacrabat, ut in pharisæorum vsu veniret.

D. Aug. li. 1. q. 16. Docebant pharisæi filios cum ætate haberet, ut dicere possent patribus suis, pater offert pro te, nã ego pro me offeram: iam reos non esse, si parentibus non obedirent.

D. Chrysost. hom. 52. Scilicet, cum Christus tot signis claruerat, tunc eum audent reprehendere. Accesserunt Pharisæi. Scilicet, Hierosolymitani, qui inter omnes erant pessimi. Traditiones seniorum. Cauerat Moyses, ne quid legi adderetur. Deutero. 4. At seniores addiderant multa: & in dies addebant, ne præcipatum amitterent: & ita obseruari volebant plusquam diuina. Iam discipuli scrijs occupati, hæc omittebant, ex obliuione, nõ ex contemptu Dñs ergo non dixit seniores male statuisse: aut discipulos rectè violasse: ne pharisæi irritarentur, aliorum ergo via recriminatus est, reprehendens illos, eum Dei legem violassent docentes pueros, ut eum quid ab eis patris sui petisset. Nouem aut quid aliud: responderet, iam id Deo promissum esse: ideoque dari nõ posse, & tamen nec Deo, nec parentibus dabat. Ergo Dñs hoc dicturus refricat legem Dei dicentem, qui maledixerit patri aut matri moriatur, at vos inquit, non ore, sed opere læditis, & cum Deum eiusque legem contempnatis, quid mirum si me reprehenditis.

Diuus

Caietanus. Cum contra ventum remigat non timent, sed cum phantasma esse putant, timent. Petrus vero quia non sciebat certò esse Iesum, & hæc incertitudo licita fuit, sæpè enim angelus Satanæ trãfiguratur se in angelum lucis, ideo exauditus est, ut veniret super aquas. In eius animo facta est securitas, & in eius corpore manente grauitate, actus ponderandi ablatusest. At qui non timebat præsentem subuersionem, cepit timere futuram procellam. Nec credas esse ei ablatam fidem infusam, sed illam Dei assistentiam, qua erat eius animus securus, quia secundum animæ merita, sic assitit gratia diuina. Vel fimbriam. Non est sermo de legali fimbria de qua numer. 25. Ne viderentur in legali fimbria spem ponere, sed sensus est, rogabant, ut vel minimū vestis eos tangeret. Poterant tamen sanari sine contactu vestis solo verbo.

Glossa interli. Ceperunt clamare. Indiciū magni timoris est confusus clamor. Statim Iesus. Prope enim est omnibus inuocantibus se. Extendit manum. Non enim est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. Apprehendit eum. Nullus ergo prædestinatus perit.

Glossa ordin. Phantasma est. Sæpè fit, ut in subita tribulationum procella, non statim liberatio credatur. Descendens Petrus. Qui de humano desperat adiutorio, mente calcat præssuras, ut Christo sit conformis.

Lyra. Nauicula iactabatur. Qui Christo cauent, tentationibus exponuntur. At qui Petrus propriam fragilitatem cognouit ex summissione: Christi verò diuinitatem ex liberatione. In his verò duobus consistit nostra salus. Cessauit ventus. Est ergo Christus Dominus ventorum. Adoratione latræ. Fimbriam. Illam legalem, quæ facilius tangebatur: Notat prædicatores debere sanare verbo & fimbria, id est, opere.

D. Ambrosius vobatur. 1. quæstion. 4. c. turbatur, habet nauiculam istam iactatam propter peccata Iudæ. Aliena siquidem peccata licet non maculent alios, quoad culpam, nocent tamen quo ad poenam. Idem habetur. 24. quæstion. 1. capi. non turbatur. Multa discipulorum merita naufragabant: vnius proditoris perfidia nauem agitabat. Petrus qui suis meritis est firmus turbatur alienis. Cauemus ergo ne per vnum pereamus plurimi.

super aquas ambulasse, at fides dicit corpus eius cum pondere super aquas ambulasse, vt Diony. lib. de diu. no. dicit. Confidite. Prima Domini subuentio est, conceptum expellere timorem. 2. tempestatum furias compescere. Vbi verò Dominus in nauem cordis intrauerit, vniuersa vitiõrum & malignorū spirituum bella quiescunt.

Diuus Cirillus li. 3. in Ioan. c. 24. Mare magnum, mundus est. Christus ascendens in montem, est ipse ascendens in coelū, iactatur tunc Ecclesia, at in fine descendet Dominus in maiestate non sine magno discipulorum metu, descendet nocturno mundo vitijs sopito. Tunc illico nauis ibit ad terram. Ecclesia ad terram viuentium.

Diuus Thomas. Compulit discipulos. Discipulos suos Christus periculis exponit, qui enim pie viuere volunt patientur pericula fluminum, latronum, &c. Solus orare. Exemplum dedit nobis vt sicut ille fecit: ita & nos, igitur oraturus, turbam cogitationum dimitte, claude ostium cubiculi tui. Tunc ascende eleua te super te, iuxta illud sedebit solitarius, & eleuabit se super se. Tunc solus esto, vt tibi Christus loquatur ad cor. Venit super mare. Tu enim dominaris, potestati maris, & motum eius tu mitigas. Porro non assumpsit Dominus hic suas dotes, vt agilis esset, sed ambulatio fuit miraculosa. Phantasma est. Quia in fine mundi multa phantastica fiunt. Ego sum. Oues vocem eius audiunt. Sube me. Num contemnit Deum? non quia ex desiderio id petiuit. Caput mergi. Ne crederet, id ex se facere. Sciat ergo Petrus Pastor ecclesiæ futurus, se infirmū esse. Extendit manum. Mitte manū tuā de alto, & eripe me, & item, operi manuum tuarum porriges dextram. Iam qui fidelis permanet mergi non potest. Stetit procella. Dixit & stetit spiritus procellæ. Item quando est cum suis Christus nihil mali habent, sed adoratur à suis. Fimbriam. Id est, baptismum, quia qui crediderit & bap. fu. saluus erit.

Simon de Calsia lib. 5. ca. 3. Corpus Petri agilitatem non habuit, alioqui mergi nequiuisset. Porro omnis vita nostra velut ars, nauica est agens in incerto pelago incertam nauigationem. Apostolica nauis in medio mari est, ad æquanimiter tolerandas tribulationes. Est enim ferè impossibile ecclesiam siue animam quietam persistere, tot sunt obstantia mala, intus & extra, laborandum est in remigando: sed sine me nihil potestis facere faciet verò cum tentatione prouentum, si e-

nim producit ventos de thesauris iudicij sui, vtique non ad nostram damnationem producit. quarta. Vigilia venit: vt quadriduanum Lazarum resuscitat. Prima vigilia vsque ad Noe. 2. ad Mosem. 3. ad Christum. 4. venit Christus. Vide quam certauerint cum tribulationibus pij illi viri ante Christum. Post aduentum Domini sunt quatuor vigiliae, in prima pugnatum est contra Iudæos in. 2. contra Idolatras, in. 3. contra hæreticos nuncin. 4. cõtra vicia. Volebat eos prætere. Fictè, vt illud de Emaus. Phantasma est. hæc vox, futura prælagiebat, plurimi hæretici id dixerunt, plurimi gentiles vitã Christi putant phantasmam, & nunc multi idem putant, cum eis dicitur vt sint casti, pauperes, humiles, &c. Ego sum. Christus nunc non videtur sed sui Euangelij voce cognoscitur, fides enim est ex audito. Venit Petrus super aquas. Vt circa Noe super diluuium. Ecclesia super baptismum, & super vnam sanguinis sui, sed spiritus Domini super aquas, & vox Domini super aquas, & manus Domini super aquas. Ergo & nos super aquas esse oportet, si spiritum, vocem, & manum Domini sentire volumus. Videns ventum. Prius etiam viderat, sed nemo ita videt, quam qui ardua petit. Tunc senties bellum vitiõrum, cum eis rebellare disponis. Meritò timuit, erat enim ventus ille de deserto, qui domum filiorum Iob subuertit. Clamauit tamen & ereptus est, vt Dauid sæpè, clamans eripitur. Modica fides. Si magna esset fides de celo, de inferno, nõ peccaremus. Venit ad terram. Anima vehens Christum peruenit quo ibat, vehitur enim à Christo. Adorauerunt. Credentes in mente, cum esse Deum, qui miraculis fulgebat. Cum egressi essent cognouerunt. Res enim melius in pace quam in bello cognoscitur. Sentit enim vulnera miles, cū pugna cessauit. Quocunque introibat. Ergo prius ille ingreditur quam nos occurramus. Nota ingreditur Christus in omnem locum, & patuum & magnum. Fimbriam. Id est, persecutionem vsque in finem.

Hugo. Nolite timere. Quia ego vici mundum. Cum enim transieris per aquam ego tecum erò, & item ne timeas à facie eorum, ego enim tecum sum. Domine saluum me fac. Quia cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te. Sunt verò. 4. vigiliae, prima. Conticinium quod Marcus vocat, secundo. nox in tempesta. 3. gallicinium, vel gallicantus. 4. ante lucanum, vel mane.

Caieta-

2. Cor. 11

Matth. 6

Threno. 3

Osce. 2

Psalm. 88.

vide, 3. parte.

psalm. 143.

1. Co. 10.

Psalm. 134.

Luc. 24.

Genes. 1.

Exod. 7.

Iob. 1.

Isa. 43.

Ieremi. 1.

2. Paral. 18.

Marc. 13.

Paulus de Palacio.

Diuis Hylarius cano. 14. Phariseis respōdet Dominus breui sermone, scilicet, illas traditiones hominum esse destruendas, omnis enim plantatio quam non plantauit Pater eradicabitur.

V. Beda li. 2. in Marcum ca. 29. o quam uerè dixit Dominus. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Nam simplices adorauerunt Dominum, at scribæ eum reprehendunt, & cū in manibus animæ, id est, operibus nihil reperissent pollutū, pollutas corporis manus criminantur, homines carnales, legerant in propheta, lauamini, mundi estote, idque de manibus corporis intelligebant. Nos uerò qui panem cœlestem sumus esuri: in spiritu frequenter lauari decet.

Diuis Thomas. [quare discipuli.] Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo. [honora.] Honor est exhibitio reuerentiæ, quam ille exhibet qui necessaria subministrat. [munus quod est ex me.] Sensus est, o pater id munus quod tēplo offero, tibi spiritualiter proderit, plusquam corporaliter exhibitum. At qui hoc erat falsum, quia qui subtrahit patri aut matri, particeps est homicidæ, ergo homicida est, qui dimisso patre extremè indigenti intrat religionē. [labijs me honorat.] Dicendo munus Deo esse consecrandum, sed cor longe est, cū rapinā à parentib⁹ præcipiat. [potentes doctrinas hominum.] Num ergo malæ sunt hominum doctrinæ? Certè sunt, si diuinis mandatis præiudicant, obediendum enim est potius Deo, quam hominibus.

Simon de Cassia lib. 11. c. 22. sunt quidam peruersi, putantes cuncta malè agi, nisi fiant, ut ipsi faciūt, aut ut ipsi fieri præcipiunt, sunt etiam qui cultui corporis dediti, cultum interiorē reliquerunt. Hi sunt Pharisei. At Christus cum discipulis suis internis studebant. Tu uerò attende discipulos Christi fordescentes, non humano sed cœlesti regno idoneos, primordia enim Euāgelij rusticitatem potius quam urbanitatem redolent. Porro sunt humanæ traditiones, quæ conferunt ut diuinæ seruentur, hæc seruandæ sunt, sunt quæ nec profunt nec obsunt, hæc post habendæ, tale est præceptum de corban, uide quo procedat humana auaritia, ut contemnat diuina præcepta. [cor longe est.] Abierat enim in longinquam regionem, at Deus cor exigit. Præbe enim mihi cor tuū, ad cor enim sunt omnes leges diuinæ.

Hugo Cardi. [quare discipuli.] Conartur culpam discipulorum in magistrum refundere, sicut & discipuli Ioannis fecerant. At

Dominus sicut de adultera dixit, qui sine peccato est, lapidem mittat: ita & nunc qui sine peccato est, reprehendat. [traditiones hominum.] Iuxta illud, timuerunt me mandato hominum, ideo ponam eos ut admirationē, &c. [tibi proderit.] Ita multi sub specie pietatis cognatis, seruire non uolunt. [sine causa colunt me.] Id est sine mercede æterna.

Caieta. Nō reprehēdunt pharisei discipulos, quia nō lauabant manus ante cænā, aut prandiū, sed quia nō crebrò lauabāt. [quare vos.] Si amor iustitiæ uos mouet, cur nō pri⁹ uos ipsi legē Dei seruatis? Zelus ergo est & inuidia. [munus quodcunq.] Planè religio Dei præferri debet honori parentum, dicitur enim qui non odit patres non est me dignus: sed dum casus extremæ parentum indigentię occurrit, etiam filius Deo sacri, & quælibet alia res à templo debet auferri, ut parentum necessitati succurrat. Neque enim offerri Deo debet quod alteri debetur, unde qui nupsit, si castitatem uouit, reddere debitum suæ uxori tenetur. Hac ratione panes propositionis dati sunt Dauidi famem patienti. Non enim ordo gratiæ ordinem peruertit naturæ. [sine causa honorant me.] Ex hoc loco Lutherani exautorant Ecclesiæ traditiones, sed expendant locum Isaiæ quem in suum fauorem citant. Is locus planè dicit putasse Iudæos cultum Dei collocari in mandatis hominum, quod non ita est, collocatur enim in mādatis Dei præcipuè quibus si addas hominum mandata erit implere omnem iustitiam.

Lyra. A tempore Moy si erant. 70. iudices ordinarij ad regimem populi. Hi morabantur Hierosolymis dirimentes omnem litem. Hi statuebant quædam necessaria, & quædā decētia, quale erat hoc de lotionē manuum. At Pharisei addebant hanc manuū lotionem comparare munditiam spiritualem. [mandatum Dei.] Pater debet filio provide-re, & thesaurizare. Filius uerò patri si indigerit, si igitur eo indigente fili⁹ remedium patris Deo offerat, est uouere de alieno, sed si ante patris indigentiam filius Deo se consecrarit; postea ex religione aut sacerdotio exire nequit, sicut si nubat uxorem relinquere non debet, subueniat uerò monachus patri indigenti meliori modo quo secundum regulam suam poterit.

Burgēsis ex libro Nedarim, id est, uotorū, Iudæos habuisse morem sacrandi sua tum Deo: (& tunc solum templū utebatur oblati) tum alicui homini; & tunc solus ille ho-

mo uti non poterat re sibi sacrata, cæteris licebat. Iam si filius uellet patrem defraudare aliquo bono, ipsum illi sacrabat, dicēs. Quod eunq; ex me tibi prodesse potest, munus sit, sacrumq; sit, & ita patri uti non licebat.

Et conuocatis ad se.

D. Hierony. Iudæi credentes se esse fortē & partem Dei, quæ animalia ipsi non comederant, communia, id est, immunda dicebāt, unde Actorum. 10. Quod Deus sanctificauit tu commune ne dixeris, unde communicare apud eos, est inquinare. Iam patet quid sit quod intrat per os non communicat, id est, non inquinat, hominem. Dices, ergo comedere idolo thytum non inquinat? Ita est, sed inuocatio dæmonum inquinat. [omnis plantatio.] Dices, ergo quod plantat Paulus, & rigat Apollo eradicabitur? Minime, quia plā tante Paulo, plantabat Deus. Dei enim cooperatorum sumus. Dices, igitur quod plantat Deus eradicari non poterit? Cuius cōtrarium habetur in Ieremi. Ego plantaui uos, uineam electam, quomodo conuersi estis in amaritudinem uitis alienæ? Respondeo, plātatio Dei eradicari nequit, nisi nostro arbitrio consentiente. [caci sunt.] Doctor malus difficilè conuertitur, ita Paulus hæreticū hominem, post unam & alteram correctionem deuita. [edifere hanc parab.] Putabat Petrus parabolam esse, quod planè dicebatur, ideo corripitur & corripit debent, qui uel obscura manifestè, uel manifesta obscurè uolunt intelligi. [ex corde.] Secundum Platonē principale animæ est in cerebro, at secundū Christum in corde. Malè etiam dicūt, qui malas cogitationes ex dæmone nasci dicunt, nascūtur enim ex corde, licet eas diabolus incendat, & ideo diabolus cor rimari nequit: sed quale sit ex coniecturis agnoscit.

D. August. ad Consentium. c. 16. exponit illud uerbum, quod procedit de ore, coinquinat, hoc debet intelligi de ore cordis, nā cor aliquando loquitur, ut illud, qui loquitur ueritatem in corde suo, unde & illud, os quod mentitur occidit animam, debet intelligi, de ore cordis. Et lib. de continentia. c. Contēdit illud, pone Domine custodiam ori meo, debere intelligi, de ore cordis nā statim subdit, non declines cor meum in uerba malitiæ, id est, non consentiat uerbis malitiæ. Habet igitur homo suum os interius, de quo dictum est. Dixit in spiritibus in corde suo non est Deus. Idem contra Adimantum ca. 15. Licet lex dicat immundas esse carnes a simile

poris, &c. Non tamen Euangelium est: legi contrarium cum dicit, nihil esse immundum. Quia lex dixit carnes illas esse immundas in figura uitiorum, quæ à Christianis edi non debent. Euangelium uerò excussit figuram, relinquens claram ueritatem. Licet Apostoli assueti legi suæ putarint Christum fuisse figuratè locutum. At Dominus respondet. Infidelitatem quam pater non plantauerat, fore eradicandam. Sed lib. 1. q. Euange. c. 17. Plantationem eradicandam intelligit cupiditatem carnalem. Idem lib. de pastorib⁹ cap. 10. [ambo in foueam cadunt.] Non igitur credat ouis se securam, si sequatur sui operam pastoris, meritò enim dictum est, quæ dixerint uobis facite, secundum opera eorum nolite facere. Dicunt enim mea, & faciunt sua.

D. Ambrosii. in illud, os meū aperuī, dicit, habet os anima quæ habet & reliqua membra, hoc os aperit Christo, cū clamat ad Christum, os ergo cor est, ex quo exeūt malæ cogitationes, &c.

D. Gregorius homi. 7. in Ezechielem. Aliquando cauendum est scandalum proximorum, aliquando negligendum. Cauit Dominus, quando iussit solui didrachma, ne scandalum petentibus esset. At hoc loco, cum dicit, sinite, cæci sunt, scandalum neglexit. Igitur uitare debemus, cum sine peccato possumus. Sed si de ueritate nascitur, uilius scandalum nasci permittitur, quam quod ueritas relinquatur, & ideo animalia plena sunt oculis, ut omnia cautè circumspeciant. Contra superbiam cæca est, ut hi Pharisei cæci.

D. Chrysost. homi. 52. Dominus hoc loco conuocata turba, & petita attentione sermonē hūc enuntiat: dicens non quod intrat, &c. Alioqui & discipuli ipsi pro ciborum obseruantia dicunt, scis quod Pharisei audito hoc uerbo scandalizantur, nam & ipsi scandalū passi sunt. [omnis plantatio.] De traditionibus illis humanis intelligebat. [si cæcus.] Malum est cæcum esse, sed grauissimum est, cū sis cæcus uelle illuminare.

Diuis Thomas, Immundum est duplex aliud ex natura sua, & sic mundus est omnis cibus, ut. 1. ad Timothæum. 4. habetur nihil enim reiiciendum, quod cum gratiarū actio ne percipitur, Aliud ex significatione, & ita erant immunda, quæ in lege uerbatur, quare luce Euangelij ueniente, nihil est prohibitum. Dices cur ergo Apostoli prohibuerunt suffocatum & sanguinem? Respondi. Tunc illa prohibita, ne essent occasio scandalii, & ita Paulus. Videte ne hæc licentia uer-

To. primus, S tra

Marc. 7.

Isai. 10.

Matth. 7.

Prou. 28.

Act. 4.

Luc. 11.

Prou. 23.

1. Cor. 3

Matth. 11

nume 11

Pfal. 14

Pfa. 104

Psal. 118

Matth. 17

Act. 15

1. Cor. 8.

stra offendiculum fit infirmis. Dices, ergo comedere carnes in quadragesima non inquinabit. Respon. inquinat non ex se, sed ex violatione præcepti. [scandalizantur.] Duplex est scandalum. Actiuum, quod est opus minus rectum præbens occasionem ruinæ, hoc vitandum, & passiuum, cum occasionem ruinæ quis accipit, hoc contemnendū. [omnis plantatio.] Quod ex charitate non fit, eradicabitur, quia omne opus corruptibile, in fine deficit. At Gamaliel dicit. Si fuerit à Deo, non poteritis contradicere. [finite eos.] Scandalum quod sine præiudicio veritatis, aut iustitiæ vitari potest, vitandum est, est enim id scandalum pusillorum: sed scandalum nascens ex malicia, contemnatur dicitur enim curauimus Babylonem, & non est sanata, relinquamus eam. [in secessum vadit.] non totum, sed pars. [hæc coinquinant.] Quæ sunt contra præcepta primæ aut secundæ tabulæ.

Simon de Cassia lib. II. cap. 23. [conuocatis turbis.] Officium prædicatoris est turbas admonere, ne falsa pro veris accipiant: neue credant in exteriori mundicia esse posse salutem: aut animam ab alio quam à se, posse fordere. [omnis plantatio.] Quid an non plātauit Pater paradysum, & synagogam? & quid est, quod Pater non plantet? Certè de vita hypocritica sermo est, quæ eradicabitur, quia vult coli Deus in spiritu & veritate. [finite] Lux non est regenda, licet infirmis noceat oculis. [ambo infoueam.] Sed peior est casus ducentis. [interrogabant.] Melius negociamur cum Christo sine turbis. [non coinquinat.] Quia anima habet esse præter corpus ideo à nullo corporeo attingitur. Dices, nū non attingit eam baptismus, & ignis inferni? Ita, sed attingunt, vt sunt instrumenta diuinæ iustitiæ. Igitur animalia non vetantur in lege, quia inquinare animam possent, sed vt obedientia Iudæorum ad legem monstraretur, sicut & lignum sciētiae boni & mali vetitum est Ade. Ergo exteriora nō inquinant animam. Cum contra vita Christiana sordet exterius. Dicente sponsa nolite me considerare quod fusca sim. Ipse enim spōsus hanc exteriorē sui negligentiam facit.

Hugo. [non quod intrat.] Apertè omnes obseruantias legales eliminat, his enim legalibus de cibis reiectis, quæ potiora erant, reliquæ reijciuntur. [cæci sunt.] Speculatores eius cæci omnes. Quis cæcus nisi populus meus? vt habetur Isaias. 42. Porro qualis re-

tor ciuitatis, tales habitantes in ea. [secessum.] Seccessus est omnis pars per quam excrementa eiiciuntur. (homicidia.) Sub quibus sunt odia, qui enim odit fratrem homicida est. [adulteria.] Sub his idololatria. (falsæ testimonia.) Sub his falsæ doctrinæ.

Caletanus. (omnis plantatio.) Quæ non affert fructum cœlestis munditiæ, talis meretur non solum scandalizari, sed etiam eradicari. (ambo infoueam.) Ita tellis est experientia Iudæos incidisse in foueam præsentis seruitutis, & æternæ damnationis. (omne quod intrat in os.) Id est, ex omni specie cibi, non totū sed pars vadit in secessum. Iam si quod in cibo impurius est, id abijcitur per secessum: illa pars quæ manet, vt hominem ciber, vt quæ pura est, inquinare nequit. (quæ procedunt de ore.) Quatenus etiam ex corde exeunt, ea inquinant. (mala cogitationes.) Licet executioni non mandentur. [furta.] Hæc peccata non sunt oris, sed inter ea numerantur: quia naturali ordine, prius dicuntur quam fiant.

Glossa interlinia. (omnis plantatio.) Id est doctores in Christo non fundati, sed in terra, eradicabuntur de terra viuentium. (in secessum.) Scilicet facta digestionē.

Lyra. (non quod intrat in os inquinat.) Scilicet nisi animus afficiatur, (omnis plantatio.) Id est, doctrina ab hominibus inuenta, Deo non consona.

De renuntiatione cap. Nisi. ex hoc rextu finite, cæci sunt probatur non omne scandalum esse vitandum. At si multitudo defendere non vult malum quod facit, deserere potest doctrina ne scandalum oriatur, vt habetur, distin. 44. can. Comellationes. At si vult defendere, est prædicanda veritas etiam cum scandalo, vt habetur de poeniten. distin. 6. c. 1. & 7. quæst. 1. §. cum autem.

De renuntiatione cap. Post translationē. Papa dicit posse episcopum propter ignorantiam suam deserere episcopatum, ne cæcus cæco dux sit. ¶ 11. q. 3. cap. Inter verba. Si laudaris, inquit Gregor. in mentem tuam recurere, vbi si bonum de quo laudaris non inuenis dolo. Si vituperaris, & malum non inuenis gaude, voca tamen vituperantes te, & redde illis rationem, ne scandalizentur. Si noluerint, sine eos vt cæcos. ¶ Distin. 37. cap. Ideo prohibetur, habetur quam sit damnosa Prælati ignorantia: ne cæci sint, quod vberius docetur distin. 36. Porro distin. 38. cap. Quæ ipsis. habetur quid sit necesse sciri à sacerdotibus. 5. sacramentorum liber, computus, canones

nones poenitentiales, psalterium, homilia dominicis & festis diebus aptæ. Sed dist. 38. cap. Omnes, habentur scienda ab Episcopo, vt profunde norit sacros canones, Euangelium Apostolū, & omnem sacram scripturam, & docere populū.

Et egressus inde.

D. Hierony. [fili David.] Inde nouerat vocare filium David, quia erat egressa de finibus suis: & errorem Sidoniorum loci & fidei cōmutatione dimiserat. [fili mea.] Ego filiam Cananæ animas credentium puto: quæ malè à dæmonio vexabantur, ignorantes creatorem, adorantes lapideum. [non respondit.] Quia iusserat Apostolis ne in viam gentium abirent, perfectam eorum salutē, suo tempore reseruans. [dimitte eum.] Vel misericordia commouentur, vel importunitate carere cupiunt. [non sum missus.] Prius fuerat missus ad Iudæos: vt inde ad gentes iusta fieret transitio. [illa venit.] Mira sub persona huius mulieris Ecclesiæ fides significatur, quæ credit sanari posse filiam: & patientia, quæ toties contempta in precibus perseuerat, & humilitas, quæ se non canibus, sed catellis comparat. Canes sunt idololatræ, qui sanguine satiantur. Nota, hanc prius vocasse filium David, tum Dominum, demum adorare vt Deum. [etiam Domine.] Non mereor integros capere cibos, & ad mensam sedere cum patre, micas cupio, vt inde ad integritatem panum veniam. Nota, gentes prius canes, postea filij. Iudæi prius filij, postea canes videte inquit canes, & psaltes, circumdederunt me canes multi.

D. Augusti. sermo. 74. de tempore. Mulier hæc non de populo vnde Christus, clamabat ad Christum instantissime, & dissiuulabatur, non vt misericordia denegaret: sed vt desiderium accenderetur, & humilitas cōmēdaretur. [non sum missus.] Prius enim pro Apostolis & fidelibus ex Iudæis mortuus est, quibus obtulit præsentiam suam, prædicationem & miracula. Ad gentes ipse non venit, sed misit discipulos suos, vt verum esset illud: populus quem non cognoui seruiuit mihi, at, quod viderunt, crucifixi erunt: & qui non viderunt crediderunt, & impleta est figura Hamorrhœisse quæ retrō tægit, & interrogatur, quis me tetigit, quasi dicat, non noui populum hunc qui me tangit, non sum ad hanc missus. Sed tactus fimbriæ sanatur. Fimbria fuit Paulus, qui dicebat, non sum di-

gnus vocari Apostolus, sum minimus omnium Apostolorum. Porro differebatur hæc mulier, quia dictum est, petite & accipietis. Nā quæ pulsando est canis, cui sanctum dari debet: perseuerando fit homo, cui detur. Canis, inquit illa, sum. Sed quia perseuerasti detur tibi. Igitur commedatur humilitas. Nā quia Iudæi habebant vnde superbirent, superbi noluerunt humiliari Christo, humilitatis auctori, & superbiæ hosti: vt qui cum esset Deus factus est homo: & ideo ex oliua in oleastrum conuersi sunt. Contra: gentes humiles, propter humilitatem inserti sunt oliuæ. Hanc humilitatem docet Chananaea dicens, canis sum, & Centurio dicens, non sum dignus, &c. at Chananaea audit, magna est fides tua, vnde magna? quia humilis, & Centurio, non inueni tantam fidem, vnde tantam? ex minimo. Est enim fides vt granum sinapis, discamus ergo habere humilitatem.

Idem de fide & operibus. ca. 16. Dominus non laudat fidem Chananaeæ sine operibus, nec enim dicit, o canis magna est fides tua. Sed quia ex cane in filiam mutata est, ideo dicit o mulier magna est fides tua. Non ergo satis est fides sine morum conuersione, alioqui & dæmones credunt, requiritur igitur fides quæ per dilectionem operatur.

D. Chrysolto. homi. 53. [egressus.] Cur egressus? nisi quia legalia contemnenda esse docuerat? Recto itinere ad gentes vadit: sicut Petrus, qui vbi cognouit nihil esse immunum, ad Centurionem proficiscitur. Cur ergo it ad gentes, ad quas discipulos ire vetuerat? Primum quia non obligabatur discipulorum præcepta seruare. Secundum, nōibat prædicaturus, nam Marcus dicit, eum latere voluisse. Tertiū, sicut erat ordinis, nō prius ire ad gentes, quam ad Iudæos: ita erat humanitatis venientes recipere. Nam & fugientes rogandi sunt, vt veniant. Quartum, erat etiā mulier omni beneficio digna, quæ ex humilitate non est ausa ire Ierusalem, alioqui iuisset, vt erat ardens in fide. [ecce Chananaea.] Videtur eā Euangelista accusare, erant enim Chananaei iniquissimi: eieci à Deo ne Iudæos corrūperent. At hi ad Christum veniunt, Iudæis venientem ad se, contemnentibus. Miserum verò de se spectaculum exhibet, clamans, miserere mei, quia filia mea in sensata iacet, ego verò mille vexor erumnis. [non respondit verbum.] Quid? Iudæi tot oculis, & miraculis admoniti, & blasphemantes rogantur à Christo: hæc verò tam reuerenter adorans, nec responsum accipit? & cum To. primus. S. 2 mul

Eccle. 14
Acto: 5

Ieremi. 51

Ioan. 4: 1

Genes. 3

Canti. 3.

Isa. 56
Eccle. 10

Matth. 10

Philip. 3
Psal. 11

Psal. 71

i. Cor. 15

Romæ. 11

Matth. 8

Lucæ. 13

Actor. 10
Marth. 10

multiimò & discipuli scandalum patiuntur illa tamen non commouetur. [*etiam Domine.*] Verè est Dominus, & id venatus est, vt mulieris constantiam demonstraret, sicut cum Centurione fecit. Tacuit igitur Christus, vt eam digna corona illustraret dicens, magna est fides tua. [*fiat tibi.*] Affinis est hæc vox illi, fiat cælum, fiat lux.

Diuus Basilius homi. 13. Chananæam imitare, dicens, licet filiam non habeam vexatam à diabolo, habeo tamen animam ab eo occupatam, magnus enim dæmon est peccatum. Sed qui eum patitur misericordiam inuenit. [*Miserere mei.*] Verbum breue, sed magnum benignitatis pelagus, vbi misericordia, non exigitur ratio: iudicium vacat: salus promittitur: denique salutaria omnia, clama ergo licet extra charitatem sis: non te hic locus deterreat, Hieremias è luto Deum atrahit. Daniel è lacu, pueri in camino, latro in cruce. Iob in stercore, modo clames ex animo. Nam Moses etiam tacens clamat.

Venerabilis Beda lib. secundo in Marcū cap. 7. [*non est bonum sumere panem filiorum.*] Futurum est vt gentes saturentur: at oportet prius refici filios. [*sub mensa.*] Mensa est scriptura. De qua dicitur, parasti in conspectu meo mensam. Micæ, sunt mysteria quæ reuelantur paruulis. Igitur catelli, id est qui subduntur mensæ & præceptis Dei, nolunt crustas, id est, superficiem literæ: sed micam, id est, eius mysteria.

Diuus Thomas. [*secce sit.*] Quia enim à Iudæis repellitur, ad gentes transit, ita enim Paulus, vobis oportebat primum loqui, &c. [*ecce Chananæa.*] Id est, mutata, debet enim qui orat prius mutari, quia ante orationem præpara animam tuam. Secundo, qui orat, debet clamare, magno, scilicet, affectu, iuxta illud, ad Dominum cum tribularet clamauit. Tertio, qui orat debet esse misericors: alienæ miseriæ compatiens, Iob dicente, stebam super eum qui afflictus erat. Quarto habet fidem. Ita enim Chananæa dicit. Domine fili David, dicitur enim postulet in fide, nihil hæsitans. [*vexatur.*] Ita vexantur qui contra conscientiam agunt. [*ille nihil respondit.*] Quia legem statuerat, ne in viam gentium iretur. At, qui orat, etiam contra legem impetrat, grandis adeo est virtus orationis. Sed Dominus non respondit, quia hæc tenuis hæc mulier pietatem solum naturalem ostenderat, eum tamen Dominus confessionem fidei ab orante requirat. [*non sum missus.*] Ex promissione Iudæis debebat

tur, sed ex misericordia gentes in eum sperabunt. [*Adorauit.*] Cognouit igitur esse Deum, dicitur enim Dominum Deum tuum adorabis. [*adiuu me.*] Quia auxilium meum à Domino. Nota, non dixit, ora pro me, sed adiuua me. (*dare canibus.*) Maximè probatur humilitas cum eius gēs exprobratur, mira verò humilitas vocatur canis, ipsa se catellum dicit. Iudæi filij dicuntur, ipsa dominos appellat, propterea respexit Deus in orationem humilium, & item, oratio humiliantis se, penetrat nubes. [*fiat tibi.*] Voluntatem timentium se facit. At sermo eius potestate plenus est.

Simon de Cassia libro quinto capitu. 24. (*secce sit in partes.*) Quia non est acceptor personarum. Solis enim lumen omnibus cōmunicare volentibus patet, ita & lux fidei patet omnibus (*Chananæa syrophœnissa.*) Ex primitur genus & patria, siletur verò nomē, quia natura habetur in pretio non nomen. Item non nocet aorum iniquitas, si tu humiliter venis ad Christum. (*proci dit ad pedes Iesu.*) Et ita supra sydera eleuatur. (*miserere.*) Misera misericordiam non peteret, nisi à miseria vexaretur. Porro tribulatio facit miserem vt Iudith inqt: audi me miserā de precantē facit etiā peccatū, iuxta illud, miseros populos peccatū facit. Cū igitur nemo à miseria expers sit omnibus ad misericordiam recurrendum est. (*malè à damonio vexatur.*) Num ne vexatur aliquis benè ita. Martyres enim benè vexabantur cedebat enim eis ad coronam vexatio, licet ex intentione diaboli malè vexarentur. Hæc verò mulier, cum eius filia benè vexata sunt. Porro multæ sunt filiarum hominum voluntas, quæ mille tentationibus impugnatur. Intelligentia, quæ mille erroribus deluditur. Dæmones etiam sunt multi: nam. A smodeus tentat libidinosos, est etiam dæmonium meridianum. (*dimittite eam.*) O foelicem, qui Apostolos meretur intercessores, sed nemo meretur, nisi qui eos imitatur. Quod si ita intercedebant in terra, quid facient in cælo? & quomodo subsisteret nostra indefessa militia, nisi per tales intercessores? (*panem filiorum.*) Panis est omne subsidium, quod debetur verè credentibus,

ijj qui acceperunt potestatem filios Dei fieri. Dominus verò conculcit animum mulieris, in præfagium earum concussionum, quas Ecclesia, & quælibet fidelis anima passura est. Animantur etiam orantes, vt persistent, etiam si nō illico acquirant quod petunt. (*etiam Domine.*) Tales oratores querunt

rit Deus, humiles & importunos, qui Deo non decernant, quid & quando dabit, nouit enim Pater bona data dare filiis suis, ad quam filiationem prouocatur Chananæa ac si ei diceretur, facile haberes panem, si ex filiis esses. Dominus enim sedet in mensa ineffabilem gratiarum, perseuera igitur petens, saltem post mortem recipies. [*fiat.*] Si vis bonum, pete bonum, & recipies bonum.

Hugo Cardinalis. [*egressus Iesus.*] Vt iuxta suum nomen saluaret. [*Chananæa egressa.*] Egressus est Ioseph è carcere, & induitur mutatorijs, Iesus Iosedece expoliatur vestibus fordidis: & induitur nouis. Egredini igitur de Babylone, & fugite à Chaldæis. [*egressa de finibus illis.*] Non tantum de euitate, nam Abrahā iubetur exire de terra sua, & cognatione sua, & Loth dicitur, non stes, in omni circa regione. Egreditur igitur Dominus, & egreditur Chananæa, & sibi occurrunt. Egressus enim Isaac in agrum occurrit Rebecca. Benè ergo sponsa, veni dilecte mi, egrediamur in agrum. [*catelli.*] Ita Prodigus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. [*à damonio vexatur.*] Dæmon interpretatur Sciens, & ita scientia vexat in honoribus, diuitijs, & delicijs acquirendis. [*magna est fides.*] Facit fides magnos. Abraham enim & Moses fide facti sunt grandes, fides nostra vincit mundum. [*fiat tibi.*] Plus ergo valet si tu accedas, quam si alij intercedant.

Glossa ordinaria. [*panem filiorum.*] Id est verbum salutis. [*magna est fides.*] Vt quæ si dem Ecclesiæ significabat, sicut & Centurionis.

Lyra. [*panem filiorum.*] Doctrina & miracula promissa Iudæis: vt filiis. [*magna fides.*] Magna, vt quæ non cessat, etiam si Dominus taceat, neget, impropere. Moraliter. Chananæa, ratio superior: filius eius, ratio inferior. Dæmon eam torquens, sensualitas, à cuius vexatione ratio superior liberari petit.

Et cum transisset inde.

Diuus Hieronymus. [*Habentes multos, caecos, claudos, debiles.*] Pro debilibus Græci habent *κωαδους*, id est, manum habentes debilem Dominus verò prius sanat, quam pascat. Vocat verò discipulos, admonens maiores, vt cū minoribus sua comunicent consilia. [*triduo sustinent.*] Id est, quia credunt in patrem filium, Spiritum sanctum. [*quod mandu.*] Turba semper esurit & indiget, nisi fiat

à Domino. Esuriunt verò post languores, & per patientiam futuros expectant cibos. [*deficient.*] Rectè enim dictū est, Surge & manduca, grandis enim tibi restat via. In reliquis hoc signum est conforme superiori de quinque panibus. Nisi quod horum, quatuor millium ipse Dominus miseretur. Miseretur enim eorum qui longè à quinque sensibus sunt, & in quaternario, numero laudato, recensentur. Sunt enim quatuor Euangelia.

Diuus Ambrosius Epi. 19. lib. septimi, dicit numerum septenarium (quot fuere panes quibus satiantur quatuor millia) sacrum esse septem enim sunt dona Spiritu sancti, septem planetæ, septem triones, septem hominis aetates. Septenaria ingressa sunt animalia in arcam Noe. Idem libro. 2. de Iacob cap. 6. Septies adorauit Iacob fratrem Esau, non solum septies sed septuagies septies debet remissio fieri, in fine septem hebdomadarum annorū celebratur Iobileus, in fine septuagesimæ, septimæ generationis nascitur Christus. Multo his plura philosophatur Gregorius Nazanzenus super septenario, oratione in sanct. Pentecostē. Plura etiam Basilius homi. 11. in Hexameron. Inde petat curiosiores.

Diuus Chrysofost. homi. 53. Claudi ascendunt in montes, & ad pedes Domini se proieciunt, duplici ratione sancti, & quia claudi ascendunt: & quia nihil aliud querunt, sed ad pedes Domini prouoluti sanari posse credunt. Summa erat admiratio, videre claudos ambulare, & summa facilitate curari. Chananæa tardius sanatur, vt feruentior: sed claudi facilius, vt Iudæis ora obstruatur: quia qui multa recipit beneficia, magis reus est, si ingratus perseueret. Sed cur discipuli non dicunt, dimitte turbas, sicut supra cap. 14. dixerunt? Certè aut quia facti erant meliores, aut quia turbæ non tanta vexabantur inedia. Nota, turbas nihil petijisse: sed Dominus qui curam omnium gerit, etiam non petentibus largitur. Expetauit porro vsque ad diem tertium, vt omnibus cibis consumptis indigentia coacti, maiori admiratione miraculū prosequeretur, ideo dicunt, ne deficient in via, vt potest quibus nil erat reliquum cibi. [*unde panes in solitudine.*] Non fiunt attentiores ex superiori miraculo, sed solitudinem memorant, vt magis miraculum fiat perspicuum. Vide verò quam sint discipuli ventre superiores qui triduo habent septem panes: Aduerte aliud miraculū, septem soli corbes fragmentorum super sunt.

Euthymius. [*Unde nobis panes.*] Si indignis cœcitati discipulorum, quod non recordentur superioris miraculi, admirare illorum veritatem qui proprios defectus tam ingenuè fatentur. [*Septem corbes.*] Iuxta septem panes ubique monstrat potentiam, qui tot facit, quot vult.

¶ Porro quinquies mille, sunt imperfectiores quatuor mille perfectiores. Multi hi quidem & illi. Sed imperfecti vincunt numero semper. Edunt verò & hi & illi spirituales doctrinam, sed illi minusedunt ideo eis plura superflunt. Perfectiores verò edunt plus, ideo superflunt eis pauciora.

Diuus Hilarius Cano. 15. Sicut superius miraculum de quinque panibus Iudæis: ita & hoc gentibus conuenit, hæc detinentur ad diem tertium, quia credunt in Trinitatem, & quia eorum baptismus detinetur ad diem resurrectionis ideo videntur perseverare ieiunio. [*Unde nobis panes.*] Intelligunt nullam esse in lege & prophetis salutem, nisi in septem panibus, idest, septem donis Spiritus sancti. Ideo non super foenum, idest, cæremonias legis, sed super nuda humo, nudæ suæ originis hærentes, idest, super peccatis suis. In definitis piscium numerus significat varias Spiritus sancti administrationes, quibus Ecclesia saluatur. Sportarum septem redundantiæ, sunt, septem dona Spiritu sancti, quæ saturatis nobis sunt semper ditiora. Quatuor millia sunt gentes ex quatuor mundi partibus congregatæ.

Venerabilis Beda libro secundo in Marcum cap. 32. [*miserere super turbam.*] Misere ri hominis est: pascere turbam, Dei. Viam ergo seculi transire nequimus nisi nos suo verbo & gratia alat. Inter priorem verò refectionem, & hanc, id distat. Illa enim vetus testamentum spirituali gratia plenum indicat, hæc nouum designat. Vtraque tamen in monte fit: quia vtraque scriptura rectè intellecta, altitudinem & præceptorum & premiorum indicat. Expectat triduo turba, conuertens se in cogitatione, verbo, opere. [*quidam de longe venerant.*] O Dei misericordiam, etiam magnis peccatoribus, qui de longe veniunt, escam dat. Item non solum Iudæos cibavit, qui erant propè: sed etiam gentes, quæ erant longè [*septem panes.*] In nouo testamento sunt septiformis gratia Saluatoris, non iam hordei tenacibus literæ paleis contenti. [*super terram.*] Quia in nouo testamento, non solum carnalibus quæ faci-

num sunt, licitè vti, sed & omnia temporalia relinquere iubemur, quod non adeo mandabatur in veteri lege. Secundo, Iudæi promissione foeni, idest, terrenorum alliciebantur, nos verò promissione nuda terræ illius viuientium contenti esse debemus. [*dabat discipulis.*] Per quorum manus vitæ cibaria distribui vult. [*fregit.*] Mysteria sunt iã aperta. Væ tamē, quia paruulis petentibus panē, non est qui frangat. [*gratias agit.*] Ostendens quantum gaudeat de nostra salute. [*paucos pisciculos.*] Hi pisciculi sunt sancti illi, qui de seculi mari erepti vitæ suæ exemplo nobis refectionis sunt, ne deficiamus in via. Ij verò manducare dicuntur, qui audientes verbum, & intuentes exemplum, vitam suam emendant, & hi saturari dicuntur, qui verò audiunt, nec faciunt, manducant, sed non in saturitate, nec enim interiorem cibi sentiunt dulcedinem. Septem sportæ, perfecti viri sunt, ex septiformi Spiritu sancti gratia contexti, cõtexuntur sportæ ex iuncis, qui radicem ad æternitatis fontem applicant, ne arecant, vel cõtexuntur ex palmis victoriarum, quam sancti semper reportant. Erant quatuor millia, sumus enim cibati ex quatuor Euangeliorum doctrina.

Diuus Thomas. Sani cibantur, quia escæ abominatur anima infirmorum. [*miserere.*] Dominus dicitur misereri, quia ita miseriam nostram repellit, ac si haberet vt suam. Porro qui triduo perseverant, reficiuntur. Per mortem enim Christi, qui triduo mortuus est, saluamur. Die enim tertia suscitabit nos [*Unde in deserto panes tanti.*] Discipuli tardi sunt, & indigni, sed en mysterium, per hos tardos & indignos, suos panes Christus comunicat. Nam & Moses dicit se tardioris lingue, & Isaias dicit, non sum medicus, & Ieremias fatetur se nescire loqui. [*accepit panem.*] Primo, quia fecit, quæ præcepit, secundo quia dona alijs data, fuerunt in Christo non ad mensuram, ideo accepit, quæ diuisim alijs distribuit, non enim omnibus data sunt omnia. Sed ante plebem, accipiant discipuli, sicut ministri & dispensatores. [*quatuor millia.*] habentes quatuor virtutes cardinales. [*exceptis mulieribus.*] Imperfecti enim à plena doctrina excluduntur.

Simon de Calsia, lege eum supra. ca. 14
Hugo Cardinalis. [*Ascendens in montem*] Docet ascendere in montem, iuxta illud, in monte saluum te fac, & illud. Hi soli salui facti sunt qui ascenderunt in petram Remon, idest, sublimè. [*claudos.*] Claudus est beneficiatus

2. Reg. 5.
Isa. 53.
Deute. 33
2. Cori. 13.
Genes. 40
Exo. 5
Actor. 9
Genes. 41
Ioannis. 6

ficiatus qui per se temporalia, & per vicarium spiritualia gerit. At claudi non intrant in templum. [*ad pedes eius.*] Idest, ad Doctores, de quibus dicitur, quam pulchri pedes euangelizantium, & item, qui appropinquant ad pedes eius, accipient de doctrina illius. [*miserere.*] Maiorum est cõpati, quia quis infirmatur & ego non infirmor? [*triduo.*] Quia adhuc tres dies & recordabitur Pharao ministerij tui, & item, & Deus Hebræorum vocauit nos vt eamus viam trium dierum. [*ne deficiat in via.*] Ideo Paulus post inediã trium dierum, sumpsit cibum & confortatus est. [*septem panes.*] Septem spicæ erant in culmo vno, idest, in Christo, ex quo satiatur Aegyptus, & septem gradibus templum ascenditur. [*discipuli dederunt turbis.*] Igitur nõ vendiderunt. [*ascendit in nauim.*] Fugies suspensionem tyrannidis.

Caietanus. Sicut in Iesu fuit timor & tristitia: ita & misericordia, quæ est passio & tristitiæ species, & condolentia miseræ alienæ, vt propriæ. Igitur ostendit se hominem. [*triduo.*] Multa sequentium deuotio significatur. [*dimisit discipulos.*] Docens, fugiendas esse laudes ex publico beneficio.

Glossa interliniali. [*ascendens in montem*] Vt auditores erigat ad superna. [*se debat ibi*] Non est querenda requies nisi in supernis. [*accesserunt ad eum.*] Iam regnantem in celo, ad quem turbæ accedunt propter eius verbum, & exemplum. [*claudos.*] Per deuia peccatorum euntes. [*proiecerunt eos.*] Prædicatores subiiciunt populum humilem mediatori, vt curetur. [*ad pedes.*] Quasi confitendo humanitatem in Christo, & eam adorando. [*ita vt turba mirarentur.*] Est enim gaudium inestimabile, cum à peccatis homines curantur. [*magnificabant Deum.*] Dicentes, quis Deus magnus vt Dominus. [*in deserto.*] Idest, in ipsijs Apostolis adhuc infocundis. Septem panes sunt nouum testamentum. Pisciculi, illi à quibus ipsum est conditum. [*super terram.*] Super mentis soliditate, nullo foeno interposito. [*accipiens panes.*] Quia sanctorum vitam in se primum compleuit. [*quod superfluit.*] Hæc sunt consilia. [*septem sportas.*] Hæc est summa perfectio. [*quatuor millia.*] Idest, populus, non quinque sensibus subiectus, sed quatuor virtutibus exornatus.

Glossa ordinaria. [*triduo.*] Tres sunt dies legis naturæ, scripturæ, gratiæ, quartus dies sine nocte est foelicitas. [*Unde nobis.*] Tam infocundis, vt tam audis demus panes. [*se-*

ptem panes.) Sunt dona Spiritus sancti, adiuucta paucis pisciculis, idest, authoritati Apostolicæ, qui nos refecerunt verbo & exemplo. [*dimissis turbis.*] Quibus refectis, concludantur prædicatores vt reficiantur. [*Magedam*] Vel Dalmanutha, significat poma, hortum cõclusum, & fontem signatum ubi, poma virtutum crescunt.

Lyra. [*proiecerunt ad pedes.*] Vt cæci & multi, qui lingua Christi non poterant fateri hoc factio faterentur. [*curauit verbo.*] Quo & mundum fecerat. [*dimissis turbis.*] Fugiat ergo prædicator applausum & reuerentiam. [*Mageda.*] Hoc loco vulneratus est Iosias occurrens regi Aegypti.

CAPVT. XVI.

Et accesserunt ad eum phari-



IVVS Hieron. Ex elementorum ordine dies pluuij & serenipranoscuntur: vos autem, ex prophetarum vario nio, non intelligitis vestri Messia & Saluatoris aduentum. [*in fermento phar.*] Si fermentum phariseorum sunt peruersa & heretica dogmata, igitur panis quo nutritur populus Dei veræ & integram doctrinam significat. Igitur modicum heresis fermentum magnam flammam excitat, & totam massam corrumpit.

D. August. lib. 1. q. 20. [*Serenum erit, rubicundum enim est calum.*] In primo Christi aduentu, coelum rubet sanguine Christi, ideo serenum est, ad indulgentiam peccatorum dandam. At in secundo aduentu erit tepestas & ira, quia rubebit triste coelum ex igne præcedente iudiciu. ¶ Idem de verbis Domini ser. 45. Fermentum phariseorum est eorum doctrina, scilicet, gloriam ab inuicem querere, gloriam à Deo non expectare. Zelum Dei habere, sed non secundum scientiam Ignorantes Dei iustitiam, & suam querentes: statuere, iustitiæ Dei non subdi.

D. Chryso. homi. 54. Marcus dicit, Dominum cum ab eo quesissent signum, ingemuisse, quia cuiusuis animum illa petitio ad iram prouocasset. At ille misericors miserum miseratur, nec enim vt crederent petebant: sed vt caluniarentur, & ideo hypocritæ nuncupantur, aliud querentes, aliud tegentes, alioqui illis certè dedisset, qui panem in deserto di-

tribuit. Quærebant verò illi, vel solem fisti, vel fulmina dei. At Dominus, sicut signis hyemis cognitis, nullus sereni signū requirit: ita & vos signis primi aduentus habitis, non est cur secundi signa aduentus queratis. Tunc signis de cælo opus erit, nunc vt medicus aduenio: tunc vt iudex, nunc humilis: tunc cælo & elementis turbatis, nunc ad passionem: tunc ad gloriam. Ideo enim dictum est, non clamabit, nec contendet: & item, de scendet sicut pluuia in vellus, id est, quiete & humiliter. Si hæc parua non creditis, quomodo magna creditis? parua dico, quantum ad pompam: nam in re, quid maius remissionem peccatorum, vita mortuorum? [quid cogitatis inter vos modica fidei.] Nunquam adeo acriter increpauit suos discipulos Dominus, sed fecit, vt ciborum obseruationem legalē ab eis eijceret, & ita salutem concederet. Neque verborum remissio semper laudanda est, vide verò quantum hæc reprehensio valuerit. Intellexerunt inquit, quod nō de fermento loqueretur, sed de doctrina. Ergo nō sunt semper prospera à Christo expectanda, misceri debent aduersis, nunc sit nox, nūc dies: nunc estas, nunc hyemis: nunc dolor, postea voluptas: nunc sanitas, inde morbus.

D. Hilarius cano. 16. [nisi signum Iona.] Signum sui Dominus dat. Ipse enim defcuentibus ventis (id est, immūdis spiritibus) proiectus est in mare (id est, in iudicium Pilati) & à cæto (id est, à morte) vocatus, viuus postea erat eijciendus. Ergo illos obstinatos reliquit. [cauete.] Veniente enim veritate cessat vmbra.

Venera. Bedain. 8. cap. Marci. Signū quærebant, ac si quæ viderant signa non fuissent. Sed quærebant de cælo, quale fuit manna, aut ignis ab Elia descēdere iussus. Dominus de eorum errore ingemiscit: sicut de salute lætatur. vt sup. c. 10. exultauit in Spiritu sancto, at cum Iudas perit, turbatur. Signum ergo non dabitur ei, quia infideles sunt: nam fidelibus datur signum ascensionis in cælum, & aduentus Spiritus sancti. ¶ Idem in ca. 12.

Lucæ. Poterāt pharisæi aduentus Christi habere signa, quæ lex & prophetæ manifestis indicijs, præntiauerunt. Ne verò causarentur se legem non intellexisse, ideo addit, cur à vobis non iudicatis quod iustum est? naturali enim ingenio, qui ius iudicabit, eum qui facit opera quæ nemo alius fecit, supra hominem esse credendū. Nubem verò venientē ab occasu dicit carnē suam à morte surgentē ab illa enim imber euangelicæ prædicationis

omnibus infusus est. Sed flante Austro estus fit, quia ante iudicium tribulationes erunt. ¶ Idem in c. 8. Marci, quod discipuli sumere panem obliuiscantur ostendunt, quæ exigua sui habeat curā, etiam in his quæ necessaria sunt. Porro fermentū phariseorum est legē Dei traditionibus humanis postponere. Legē Dei verbis prædicare, factis impugnare, Deum tentare, signa petere. Fermentū verò Herodis est odium in Christū, & eius præcursorē, nos verò Christiani cauentes à fermento epulemur in azimis sinceritatis.

D. Thomas. Qui tardus est videtur excusationem habere, vos verò adeo docti terrenis, vt faciē cæli iudicatis, adeo tardi in cælestibus, omni excusatione caretis. [serenū est.] Scilicet, quia tūc sunt pauci vapores, & ideo recipere radios solis possunt, quod nequeunt, quando vapores multi sunt, sed mysticē. Vespere fuit passionis Domini, ad vespere enim demorabitur fletus. Sed post hanc passionem & tempestatem tranquillū & serenum fecit Dñs. Mane verò fuit resurrectio: rubra ex passione martyrum: sed peccatoribus tempestuosa. Item vos queritis signum, en vobis, cæci vident, claudi ambulat. Hoc signū Isaias dederat. [nisi signum Iona.] Cur datur signum resurrectionis? quia per eā salus nobis venit, quia si credideris, quod Christus surrexit, saluus eris. Cetera verò signa: vt Lazari, & alia ad hoc referuntur. [fermentum.] Per fermentum intellige errorem pertinentem ad fidem, ea enim exinanita, vt quæ fundamentum sit, reliqua pereunt.

Simon de Cassia libro. 9. cap. 23. [cauete.] Cum Euangelium sit in comprehensibile, & prædicatoribus & explicatoribus egeat, admonet cauendum ab hypocritis, qui difficilius cauentur, & peius persequuntur, quā aperti persecutores.

Hugo. [tentantes.] At tentare Deum erat prohibitum, quia non tentabis Dominum Deum tuum, & item, ne sis quasi homo qui tentat Deum. [modica fidei.] Vel quia fidē spiritualis intellectus de facto miraculo nō habuerunt: vel quia habitabāt, super inopia panis.

Caiet. [sadducæi.] Hi erāt cōtrariæ heresis quā pharisæi, sed cōtra Christū vniūtur [signum de calo.] Quo declararet se esse Messiam. [serenū erit.] Nō ita semper, sed sæpius cōtingit [nisi signū Iona.] Mors enim & resurrectio locupletissima signa fuerūt eum esse Messiam. [fermento] Accipitur eadem res in bonū

bonum & malum, hic fermentū est mala doctrina, quod in superbiā eleuat. Contra Euāgelium est fermentū, quia subleuat in cælū.

Glossa inter. [accesserunt pharisæi.] Legis fiducia insolentes, virtutū opera dedignant. [facto vespere erit serenum.] Id est, debetis per vespere mortis meæ remissionem peccatorū intelligere, & per mane tribulationū futurarum, iudicij extremi aduentū. [adultera.] Quæ pro spirituali intellectu carnalem habet. [fermento.] Vanis traditionibus: quibus Pharisei videntur esse, & non sunt. [nō dum intelligitis.] Hæc mysteria.

Lyra. Quidā Pharisæi & tunc, & nūc mathematicis intendebant: vt inde mutationes tēporū & legū præntiauerent. Cur verò nō intelligebāt signa temporū, quæ sunt apud Danielē. c. 9. & Genes. 49. de duratione scēptri ex tribu Iuda? Moraliter, quidā veniūt ad lectionē & prædicationē, subtilia querentes, hi signū de cælo querūt. [nō intelligitis.] Ex operibus, verbis, miraculis intelligere de bueratis non mihi esse curam de pane materiali, qui tot fatiaui cum. 5. panibus.

Venit autem Iesus in partes.

D. Leo Papa ser. 3. de Apostolis. Primus Petrus est in Christi cōfessione, qui primus est in Apostolica dignitate, ideo beat⁹, quia pater meus te docuit: nec terrena opinio fefellit, sed cœlestis inspiratio instruxit. Sicut ergo pater tibi indicauit diuinitatem meā: ego indico tibi excellētiam tuam. Tu es Petrus, id est. Cum ego sim inuiolabilis petra, & lapis angularis faciens vtraq; vnū, & fundamentū, præter quod nemo potest aliud ponere: tu quoq; petra es, quia mea virtute solidaris: vt quæ mihi potestate sunt propria: sint tibi participatione cōmunia, super hanc petram æternū ædificabo tēplū. Hæc vox vitæ est, & vt suos confessores ad cœlestia prouehet: ita suos negatores ad inferna demerget. Ideo dantur tibi clauēs. Et licet hæc potestas clauū, ad alios principes Ecclesiæ commeauerit: tamen Petro singulariter creditur, quia cunctis rectoribus Petrus præponitur.

D. Hierony. Philippus frater est Herodis qui ædificauit in honorē Tiberij, ad fontes Iordanis ciuitatem Cæsaream. Ideo Cæsarea Philippi dicitur, alteram enim Cæsareā huius Philippi pater ædificauerat, quæ prius turris Stratonis [quem dicunt homines esse filiū hō.] Humiliter de se loquitur, vbi nota, ho-

mines sunt, qui Christi humanitatem intelligunt. Dij, qui diuinitatem. [alij Eliam.] Errabant hi, sicut Herodes Christū credens esse Ioannē. [vos autem.] Qui iam estis Dij. [filius Dei viui.] Quia Saturn⁹ & Iuppiter Dij erāt mortui. At Petrus meruit confessionis suæ mercedē, tu es Simō bariona, id est, filius colūbæ, id est, filius Spiritus sancti. Quidā cōtēdūt legi debere. Bar Ioana, quia Petrus esset filius Ioanis. Sed vtrūq; dictū mysticē verisimū est. Est enim filius Spiritus sancti, & itē gratiæ, quā Ioannes significat. [neque caro.] Id est, non Iudæi, vt Paulus dicit, nōn ac-

Galat. 1.

quieui carnī & sanguini, & sensus est, non id sciuisi ex doctrina Iudæorū. [ego dico tibi.] At meum dixisse, fecisse est. [Tu es Petrus.] Donauit Apostolis nomē luminis. Cum dixit vos estis lux, donauit & alia vocabula: nūc Simoni cre dēti in petrā, largitur nomē Petri. Et secundū metaphoram petræ, rectē ei dicitur, super hanc petrā ædifi. Eccle. meā, id est, super te ædificabo. [porta inferi.] Id est, vitia, vel hæreses. [quodcumque ligaueris.] Sicut sacerdos læuiticus nō mūdāt leprosum. Deus tamē mittit leprosum ad sacerdotē, vt habeat leprosi, aut nō leprosi notitiā, sic Episcopus aut presbyter aliquādo nō alligat in fontes: sed cū peccatorū varietates audierit, scit quis sit ligandus, qui soluendus. [præcepit, vt nemini dicent.] Cōtrariū supra visus est præcepisse, cum iubet prædicari Euāgelium. Sed tunc præcepit prædicari aduentum Messix, quod est nomen dignitatis. Nūc verò taceri vult nomen Iesu, quod est nomē saluatoris. Donec expleto sanguinis sacramento oportuniū dicat, ite docete omnes gētes.

Matthæi. 5.

D. August. ser. 13. de verbis Dñi, Christus petra, populus Christian⁹ Petrus. Petra em̄ principale nomē est, ideo Petrus à petra, nō petra à Petro, sicut à Christo christianus: nō verò cōtra. Et super hac petra quā confessus es, ædificabo Eccle. m. id est, super me ædificabo, quia super me ædificabo te: non me super te. Nam qui volūt ædificare super homines dicunt. Ego sum Pauli, ego Apollo. At Paulus sicut nō patitur aliquem in nomine Pauli esse baptizatū: ita nec ædificatū. [beatus est simō.] Quia confessus es quæ ex patre didicisti. Sed quando de tuo loqueris, Sathanas es. Ego enim dixi Dij estis: sed si humano more sentitis, sicut homines moriemini.

1. Corinti. 15.

¶ Idē de verbis Apostoli. ser. 16. [tu es Christus.] Petrus hoc dicens, laudatur, dæmones idē dicētes repellūt. Cur ita? quia vna vox est, sed Dominus radicē interrogat, nō florē.

Pri. Tho. S 5 planē

planè quia dæmones credunt timendo. Petrus, amando, Adhibe igitur fidei, dilectionem. Idem ser. 2. in Cathedra S. Petri, pro solemnitate deuotionis, Petrus Ecclesiarum petra dicitur. Dicente domino, super hanc petram edificabo. Ecclesiā meam. Petra dictus est, eo quod primus nationibus, fidei fundamenta posuerit, & vt saxum immobile, totius operis Christiani molem copagēq; contineat. At Dominus petra, pro virtute dicitur, iuxta illud, bibebant de spiritali consequente eos petra. Petra autē erat christus. Rectè verò Petrus consortium meretur nominis, qui cōfortiū meretur & operis. Idē serm. 124. de tempore. Petrus durior erat & feuerus, ergo vt sententias temperaret, permittitur cadere in peccatū. Et totius corporis morbū, in ipso capite curat Ecclesiæ. In ipso vertice componit omniū membrorum sanitatē. Idem lib. 50. Homi. vltima. Quid non fit, vt venia impetretur à rege? pecunia funditur, maria transmeatur, mors subitur, vt mors fugiatur. Quid ergo perdit is qui se clauibus Ecclesiæ subdit: cum certiores illæ sint, quam corda regia? Idem Tracta. 50. in Ioannem. Non solus Petrus accepit claves, alioqui nūc nō ligaret Ecclesia. Petrus igitur suscipiens claves, Ecclesiam repræsentauit. Sicut Iudas vicē malorum tenuit, quādo ei dicitur, pauperes semper habetis vobiscum.

D. Ambro. li. 6. in. c. 9. Lucæ. Petrus dicēs. Tu es Christus, omnia complexus est. Diuinitatem, incarnationem, passionē Christus enim est omnia: quia pater dedit ei omnia. *[nec caro.]* Noli acquiescere carni & sanguini, ne carnis præcepta haurias, & caro ipse reddaris, qui enim carni adhæret, caro fit, sicut qui Deo adhæret, vnus spiritus est. At dicit, non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, qui vefò carnem vicerit, Ecclesiæ fundamentum est, & licet æquari Petro non possit, imitari tamen potest. Magnaverò Christi gratia, sua nobis nomina cōmunicat. Lux, petra, panis, (sumus enim omnes vnus panis.) Vitis, dicitur enim ego plātavi te vitem. *[porta inferi.]* Id est, peccatum mortale, in quod si ingressus es: potens est Deus de portis inferi extrahere te, vt annunties laudes eius, in portis filiæ Sion. *[præcepit ne diceret.]* Voluit enim ignobilis esse, & de passione gloriari: ita Paulus, absit gloriari nisi in cruce. Item præcipit, vt fallat mundi principem: neue discipuli adhuc rudes prædicationis mole opprimantur. Docet igitur Dominus quomodo catechizandi sunt ru-

des, primo enim docēdi sunt, vnū esse Deū. Secundò vana esse idola. 3. per Christum esse salutem, vt in principijs per imperfecta ad perfecta veniatur. Hac causa prohibētur discipuli prædicare Christum esse Dei filium.

D. Grego. in. 4. Psal. pœnitentialem. Portæ inferi, sunt hereses, sunt etiam potestates seculi, quis enim horum persequutiones suffitiat cogitare? vt Neronis, Diocletiani, &c. Sed Ecclesia firma manebit in fide.

D. Chryso. Homi. 55. *[Casarea philippi.]* Vbi discipuli remoti à Iudæis & ab omni solitudine liberi, liberè fateantur quæ sentiunt. Expectauit porrò Dominus tēpus ad hoc interrogandū, quādo Apostoli post multa miracula visa, multa audita dogmata, dignā de Christo proferrent sententiā. Nec interrogat, quem dicūt Pharisei, sed quæ dicunt homines, quia vulgi opinio, minus habet maliciæ. *[esse filium hominis.]* Sic solet suā deitatē appellare, vt ibi, filius hominis qui est in cœlo, & item cum videritis filiū hominis ascendētē vbi erat prius. *[respondens Petrus.]* Vt omniū os, vertex confortij totius. *[tu es filius Dei.]* Si non intelligeret esse filiū proprietatum de patre: nec esset opus reuelatione, nec ideo beatificaretur. Siquidē qui erant in naui dixerūt, tu es filius Dei, & idē Nathanael. *[pater reuelauit.]* Vt intelligas neminem reuelare filium nisi patrē, vt hinc honoris & gloriæ, & substantiæ prædicetur identitas, & ideo Dominus respondet. Sicut tu naturalem Dei filium me prædicasti: ita & ego te naturalem filium Ionæ dico, alioqui, quorsum hæc Dominus diceret. *[petra edificabo.]* Id est, super hanc fidem & confessionem, indicans magnam fore copiam fidelium credentiū, quorum Petrus pastor constituitur. *[ego dico.]* Sicut pater dedit donum tibi, vt cognosceres me: ita ego do sum tibi donum, claves regni, scilicet, remissionem peccatorū, quā solus Deus dare potest. Vbi docet se Christus Deum, qui nō minus hoc donū dedit petro, quā pater suū ei dederat. Rursum dedit donū, vt esset pastor, & caput Ecclesiæ, quæ erat futura immobilis, erat quidē Ieremias colūna ferrea: vnus tamen gentis, at Petrus totius orbis. *[præcepit.]* Nec dum enim turba portare posset eam cōfessionem, nam si Petrus negat ad vocem ancillæ, quid faceret turba? expectatur ergo aliud tempus, quo Petrus & Ioannes fortissimi fateantur Christum.

Euthymius. *[tu es Petrus.]* Vt qui, post abnegationem, fidei petra futurus es, tāquā iam

iam prudētia firmus: & super hac firmitate edificabo fideles, ponēs te eorū fundamentū. *[claves regni.]* Vt ad illud introducas. *[quod cunq; ligaueris.]* Id est, qd nō condonaueris.

D. Hilarius cano. 16. Petrus dignus fuit, qui quod in Christo Dei erat, primus agnosceret. *[tu es filius Dei.]* O in nuncupatione noui nominis, foelix Ecclesiæ fundamentū, dignaque petra, quæ infernas leges & omnia mortis claustra disolueret. *[præcepit ne se prædicent.]* Quia spiritus sui alios voluit esse testes, scilicet, legem & prophetas: suæ verò resurrectionis, Apostolos.

D. Basilus Homi. 29. Petrus locatus in fundamento, tertio negauit, ipse dixerat tu es fili⁹ Dei, vicissim audierat, tu es petra, sed non qualis Christus, Christus immobilis petra. Petrus propter petram. Axiomata ergo sua alijs tribuit Christus, vt diues, qui licet alijs det, nihil sibi minuit, est enim perennis fons, haurire licebit, non exhaurire.

D. Cyprianus lib. de Simplicitate prælatorum. Quauis Apostolis omnibus post resurrectionem parem potestatem tribuat, dicens, sicut misit me pater, mitto vos: tamē vt vnitatem manifestaret, eiusdem vnitatis originem, ab vno incipientem, sua autoritate disposuit. Est igitur Ecclesia vna, sicut solis radij, cum sit vnicū lumē: & sicut rami arboris multi, cū tamē vnū sit robur eorū, riuus fontis multi, sed vnitas seruatur in origine.

D. Gregori. Nazanzenus. ser. de Machabæis. Hic vocatur petra: eiq; Ecclesiæ fundamenta concreduuntur.

D. Thomas. *[quem dicunt.]* Instruimus vt interrogemus, quæ sit fama de nobis? vt corrigamus, si quæ sint mala, curā enim habere de bono nomine. *[ali] Ioannem.]* Quia prædicabat Christus pœnitentiam vt Ioannes. *[ali] Eliam.]* Credebatur esse Elias de quo dicitur, ego mitto Eliā. *[vos autem.]* Oris enim cōfessio fit ad salutem. *[tu es Christus.]* Id est, vnctus, tāgitur fides humanitatis, & notatur rex, sacerdos, propheta. Hi enim vngebatur. *[filius Dei vini.]* Tangitur fides deitatis. Nota, homo viuit, sed ex participatione. Deus viuit, vt fons vite, ego enim inquit sum vita. Ioan. 14. *[beatus es.]* Quia beatitudo est in cognitione supernaturali, beatus enim qui inuenit sapientiā. *[quia caro.]* Non amici, non mea caro, non tua ratio naturalis: sed pater qui est in cœlo reuelans mysteria. *[tu es Petrus.]* Hoc nomē Petro promissum est, Ioannis. 1. Tu inquit vocaberis Cephaz, id est, Petrus, à petra, de qua Isai. ecce ego pono in

Sion lapidē. Quē lapidē vnxit, & capiti suo Iacob subiecit. *[super hanc petrā.]* Vel Christū, vel Petrū, qui à Christo habet fundare Ecclesiā, cū alijs Apostolis. *[nō praualebūt.]* Aliæ Ecclesiæ errorē passæ sunt, sed nō fides Petri, id est, Ecclesiæ occidentalis, rogauit em Christum ne deficiat eius fides. *[tibi dabo clauces.]* Venit Christus inducere nos in cœlū, hoc officiū dedit Petro. Hæ clauces sunt potestas & sciētia, id est, autoritas discernēdi inter peccata, per has clauces (quæ vim receperūt in passiōe Christi) tollūtur peccata, quæ sunt repagula claudentia ne ingrediamur in cœlum. *[quod cunq; solueris.]* Cur nō dixit, aperueris? quia cœlū iā apertū est, homo est qui ligatus peccato indiget absolute. Caue dū abfoluere, neq; enim est Deus, qui mutet peccatoris voluntatē. Secundus error, quod sacerdos nō absoluit sed absolutum ostēdit, est error, sacramenta enim legis nouæ efficiūt, quod significāt. Tertius error. Contritio sola mūdat à culpa: sacerdos diminuit de poena, sed est error, quia sicut baptismus tollit culpā: ita & sacerdos: vt qui ad pœnitentiā venerit attritus, per eā fiat cōtritus: & tunc quod soluit, nō solū quoad culpā, sed etiam quoad poenā, solutū est. Et nota. Tunc sacerdos soluit cū sacramētū ministrat: tūc ligat, quādo nō ministrat. Sicut Deus soluit, cum tribuit gratiā: ligat verò, quando nō tribuit. Nota. 2. aliquos dixisse Petrū ligare solū super terrā: est verò falsum, quia etiā se extendit ad mortuos. Nota. 3. licet alij prælati habeant potestatem ligandi, eā tamē habēt à Petro, qui habet plenariam potestatem.

Simon de Casia. li. 9. c. 35. Nota Dominū hāc interrogationē fecisse præmissa oratione, vt Lucas, & Marcus dicunt. *[tu es Christus.]* Id est, Messias ille Iudæis desideratus & gētibus. *[beatus es.]* Quia nō creaturā habuisti doctorē: sed ipsum patrem, qui Petro par uulo hæc reuelauit. Si sapiens quærit, radix sapiētiae cui reuelata est? & Isaias & brachiū Dñi cui reuelatū est? certè Petro. *[super hanc petrā.]* Id est, Christū, & quia coeleste habet fundamentū, nulla terrena Ecclesiā poterunt diruere. *[præcepit ne cui dicerent.]* Cur? siquidē ex quo natus est, agnosci voluit. Angelis canētibus. Magis adorantibus miraculis, pro dentibus, ipso Samaritanæ se manifestante? Ratio fuit, ne si agnosceretur Deus, eius mors impediretur.

Hugo. *[Caro & sanguis.]* Quid enim nequius, quam quod excogitauit caro & sanguis?

1. Cori. 10.

2. Cori. 12.

Ioan. 13.

Genes. 6.

1. Cori. 10. & Isai. 5.

Galat. 6.

Ioan. 1.

Ioan. 6.

Matth. 14.

Ioan. 11.

Matth. 11.

Hier. 1.

Isai. 28.

Genes. 28.

Apocal. 11.

Luc. 22.

Luc. 9.

Marci. 8.

Matth. 11.

Isai. 35.

Luc. 1.

Matth. 22.

Ecclesi. 17.

guis? [super hanc petram.] Id est, fidei firmitatem. [porta inferi.] Dominus fecit infernū, & ne homines in eum caderent, murum interposuit, murus enim est lex, Christi labores, difficultates mille, quæ in peccatis inueniuntur. Huic verò muro homines peccando portam faciunt. [ligaueris.] Excommunicando. [solueris.] Absoluendo ab excommunicatione.

Caietanus. [quem dicunt.] Vt non negligat prælatus nosse quid de se dicatur. [alij Ioannem.] Credebant animas aliorū, in alios migrare. [vos autem.] Examinat quantū profecerint in sua doctrina. [tu es Christus.] Vnctus ut rex. [filius Dei viui.] At viuentis naturalissimum est generare sibi simile, ideo non dixit filius Dei benedicti, sed viui. [caro & sanguis.] Quia cum consanguineus meus non sis, consanguinitas nō ad id dicendum temouit. [dico tibi.] Non vobis. [tu es Petrus.] Non vocaris, sed es Petrus, id est, Saxum, vt sis Ecclesie fundamentum, tota siquidē Ecclesia ædificatur super firmitate sedis Petri. [porta inferi.] Non solum potestates humana, sed nec diabolica, quæ viribus hominū vtuntur, vt eos in infernum detrudant, sed non præualebunt. Bene præualebunt aduersus eius honores, diuitias, delicias. Sed tunc magis illa in fide & charitate florebit, cum in terrenis magis defloratur, vt in tempore antiquo visum est. [tibi dabo clauis.] Non dixit vobis dabo. Porro hæc promissio nunc facta, Ioannis vltimo impletur. Nota. Prius Dominus principalitatem Petri notauit dicens, eum esse fundamentum, nūcidem notat, in clauium datione. Solent enim clauis regni regibus dari, cum illi primū ad regnū adueniunt: in supremi dominij signum. Sunt verò duæ clauis, prior autoritas iudicandi, hæc dicitur scientia, posterior exequendi, hæc dicitur potestas. [regni celorum.] Nō terrarum, sicut enim Dominus abstinet à regno terrarum: imò & nunc abstinet, non enim accepit possessionem regni terræ vsq; ad diem iudicij: ita & Petrus, qui solum habet ius super spiritualia, quibus augetur & cōseruatur regnum celorum: & item super temporalia, ad hoc regnū relata. [quodcumque solueris.] Id est, vincula culparum, poenarum: præceptorum, iuramentorum, votorū, & difficultatū quæ in fide, & moribus occurrunt. [quod ligaueris.] Non solum præceptis adstringendo, sed etiam definiendo, quæ sit hæresis, vt eam ab Ecclesia arceat, ergo dicit, quodcumque non vnum aut alterum, & dixit

solueris, ligaueris: vt reuera soluere intelligatur. [super terram.] Non sub terra. Animæ enim purgatorij sunt extra forum Petri. Porro intellige absolutiones & ligationes Petri valere: non quilibet, sed quas dignum est cœlestem curiam approbare. [præcepit ne dicerent.] Ne ante tēpus occideretur.

Glossa interline. [non præualebunt.] Non eam separabunt à charitate Dei.

Glossa ordina. [dicunt esse filium hominis.] Christus suam humanitatem profitetur. Discipuli, deitatem. [respondens simon.] Vnus pro omnibus: & ita respondetur ei vni pro omnibus. [caro & san.] Id est, homines humana scientia inflati, qui dicunt eum esse Ioannem, aut vnum ex prophetis. [super hanc petram.] Id est, me vt ego retineam dignitatem fundamenti. Tu super me ordinabis lapides, mundos acceptans, leprosos reijciens. [porta inferi.] Sunt peccata, minæ, blâditia, hæretes, quibus ædificati super arenā, ruunt. Nam qui Christum propter temporalia sequitur facillè ab eo diuellitur, secus qui fidem animo fixit. [quicumque ligaueris.] Id est, quem in peccatis persistentem, æternis poenis adiudicaueris, ligatus erit, quem verò humilem & verè poenitentem absolueris, solutus erit. Porro verè sacerdos peccatū dimittit. Cū enim discipuli Lazarū soluunt, licet ei nō ipsi dederint vitā, dederunt tñ ex præcepto Christi, nō ex se, sed ex Christo.

Lyran. Cæsareæ Philippi. Hæc olim Lachis, postea Dan: quia filij Dan eam occuparunt, postea Cæsarea, nunc Palneas, erat verò ciuitas Gentilium. [vnum ex Prophetis.] Ita Lucæ. 9. dicitur. Surrexit propheta vnus ex prioribus. Credebant enim animam corpore exutam, miracula facere posse. [Dei viui.] Credebatur tunc, excellentes viros, in Deos transferri. Vt Antiochus de patre suo dicit. At isti Dijerant iam mortui, ad eorum differentiam dicit Petrus, tu es filius Dei viui. [hanc Petram.] Id est, Christum. [non præualebunt.] Quo patet Ecclesiam non fundari in hominib; ratione dignitatis. Multi enim Reges & Pontifices à fide declinauerunt. [tibi dabo.] Pro te & pro alijs: licet tibi præcipuè. Clauis sunt autoritas discernendi, & potestas admittendi, vel excludendi eum qui iudicatus esset verò iudicio.

Leo papa. d. 19. c. ita Dominus. Prædicationis sacramentū ita Dominus ad omnium prædicatorū officium pertinere voluit, vt in Petro omnium Apostolorum summo, principaliter collocaret: vt ab eo velut à quodā capite,

pite, dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exors sit diuini ministerij, qui à Petro discederet. [Ecclesiam non posse succumbere portis inferi, nec erroribus, probatur. 24. quæstio. 1. cap. pudenda. cap. à recta.] Et distin. 21. capit. in nouo, dicitur. Primus ligandi potestatem accepit: & licet ceteri Apostoli pari consortio honorem & potestatem acceperint, ipsum verò Petrum principem esse voluerunt. [Pelagius Papa. dist. 21. cano. quauis. Sancta Romana Ecclesia, non synodici decretis, sed ipsa Domini voce primatum obtinuit, cum dixit. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.

Exinde cœpit Iesus.

D. Hieronymus. Et nunc etiam Christus multa patitur ab his qui rursus sibi crucifigunt filium Dei. Item cum seniores sequuntur literam, occidunt Christū, qui totus est in spiritu. [& assumens eum Petrus.] Erat enim in Christum ardoris. Confessus enim Christum esse filium Dei, non credit posse filium Dei crucifigi assumit ergo eum separatim, ne palam videretur arguere, & dicit ei. Propitius sis tibi, ita enim est Græcis. At Dominus, vade Satana, id est, aduersarie, qui meæ volūtati aduersaris. Vnde diabolo Christus dicit simpliciter, vade retro. At Petro ex affectu erranti dicit, vade retro me, id est, meam sententiam sequere, cadat granū frumenti, vt multum fructum adferat. Si quæris cur Petrus nunc vocatus beatus, tam cito errauit? Planè quia nondum clauis acceperat: sed erat ei promissa. [abneget se.] Id est, deponat veterem hominē. Dicens viuo ego, iam non ego, sed viuit in me Christus, qui hæc facit crucem Domini tollit. [quam dabit commutationem.] Pro Israël datur Aegyptus in commutationē, & etiam Aethiopia. Sed pro anima, illa sola datur, quæ habetur in Psal. Quid retribuā Dño? Certè, calicē salutaris accipiā. [filius hominis venturus est in gloria.] Ecce tūc tribus læta succedunt. Si times mortem, audi gloriā. Vereris crucē, ausculta Angelorū ministeria. Dices hæc medicina, in longum differtur, cum præsentia mala cōturbant. Ideo addit, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, en præsentis labori, præsentis premium.

Prius Ambrosius. Aggei 1. D. Grego. Homi. 10. in Ezechielē, qui legunt, & nō seruāt quæ legūt, comedunt quidē, sed nō saturantur, iuxta Aggeū dicentē, comedistis, & non estis satiati, bibistis, & nō

estis inebriati, multū seminastis, & parū intulistis. At electi inebriabuntur ab vbertate domus Dei, qui tāto replētur amore, vt sibi ipsis extranei videātur, vt impleāt illud, qui vult venire post me, abneget se, ebrietas enim mentem mutat, ideo Paulus dicit, circuncisio nihil valet, sed noua creatura, de qua ipse dicit, si qua in Christo, noua creatura. Nam quærere mūdū, vetusti hominis est. [Idē. 3. par. Pastoralis. c. 21. Quid prodest totū mundum lucrari: Siquidem dictum est, hæreditas ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit. Non ergo festinemus hereditari & lucrari in terra. Quid enim prodest, totum quod est extra te congregare, si te damnas? Nam qui amat diuitias, non capiet fructum ex eis, & item qui festinat ditari, non erit innocens, vā enim qui coniungitis domū ad domū, & agrū agrocopulatis, Diuus Ambro. in capit. 9. Lucæ, arduum est crucem tollere, animā periculis: corpus morti offerre, negare quod sis, vt velis esse quod non sis, ideo dicit, sunt quidam de hie stantibus, qua ratione infirmitatem nostrā præsentium remuneratione sustentat. [qui non gustabunt mortem.] Vis non timere mortem? stemus vbi Christus est: Non fat est, stare: nisi stemus, vbi stat Christus. Dices, quis est qui non gustat mortem? Pauci non gustarunt, Enoch, Elias, & vt videtur Ioannes, sed profectō de spirituali morte sermo est. Sicut enim vidua in delicijs, viuens mortua est: & sicut descendunt viuentes in infernum: ita pijs, nec in morte corporis interrūpitur ordo viuendi. Nam Abraham, Isaac, Iacob, viuunt, teste Domino. Neq; enim Petrus ita mortuus est, contra quem portæ inferi non præualeant. Esto ergo & tu Petrus, vt contra te non præualeant. Esto & Ioānes, vt nō recumbas in terra, sed in pectore Dñi.

D. Chryso. Homi. 55. Cum dogma suæ diuinitatis Dñs in discipulis collocasset, tūc de passione meminit. At Petrus in hoc labitur, quia nihil erat ei de passione reuelatū. Porro Christus vt ostēdat se sponte ad passionē venire, increpat Petrū, & Satanā vocat. Audiant, qui crucē verētur. Si Petrus beatus, ita increpatur, ierucis mysterio nō dū audito, quod faciet, qui crucis beatitudinē iam audierunt? Petre putas me passionem dedecere: at præcipuū mihi decus passio est. Baptista dicit, sine modo, sic oportet nos implere omnem iustitiā. Petro dicit, si non lauro te nō habebis partē meā, nō igitur Christus ducit ignominiosam esse humilitatem. Neq; nos ergo pudeat

Matthæi. 4. Coloss. 31 & Galat. 22. Psal. 115. Prius Ambrosius. Aggei 1. Psal. 35. Lucæ. 9. Galat. 5. 2. Corin. 5. Prouer. 20. Ecclesi. 5. Prouer. 28. Isaia. 54. 1. Timo. 5. Psal. 54. Matth. 22. Matthæi. 4. Ioan. 13. Pudeat

pudeat crux, per quam salus, per quam vita. Imò in omni loco est figenda crux, vt victoriæ & salutis nostræ signum. Porro cum cruce signaris, memor esto humilitatis & mansuetudinis Domini: & fiducia te ipsum arma. Timet enim dæmō eam lanceā, quam mortuus est. [tunc dixit ei.] Tu Petre meam vis passionem prohibere, at si tibi, me pati molestum est: nulla erit tibi salus, nisi & participatissimus sis. Neque putes sat esse tibi, quod me filium Dei cōfessus sis, multa sunt præterea pericula subeunda. Posses quidē vos sine passione coronare: sed quo magis ego vos diligo, magis victores cupio. Difficilis res hæc vobis videbitur: sed facilius fiet, vbi toti orbi præcipietur. [abnegate.] Si intelligis quod sit abnegare alium, scies, quid sit abnegare te. Cum alium negasti, quicquid eum pati vides non moueris. Igitur & nec tibi parcas. Id enim verius erit parcere. Patres enim tunc verè parcent, cum non parcent, & vt significantius rem dicat, non dixit, neget, sed abneget se. [tollat crucem.] Non solum te neges vsq; ad pericula & opprobria: sed etiam vsque ad mortem, eamq; turpissimā: & nec semel hæc mors, sed semper est circumferenda. Si verò hanc mortem feras, reliqua omnia ferenda sunt. [sequatur me.] Id est, propter me hæc omnia ferat. Alioqui & latrones hæc patiuntur, & reliqui perdit, etiam eum damno animæ suæ. [qui voluerit animam suam saluam facere.] Tale est quod dicitur: Si studieris filium tuum virga, non morietur: sed animam eius eripies à morte. Dux quidem parcens militibus, amittet eos. Et hi exponunt vitam, quam dux repatere nequit, at tu si in acie cecidisti, vicisti. [perdet eam.] Ore nullo remedio sanabile, ideo magno pondere subdit. [Quid enim prodest homini, si mundum lucretur.] Si ouem aut nummum amisisti, alium afferre potes. Sed si animam, num aliam animam dabis? num totum orbem acceptabit pro anima. Deus vt enim si corpore debilis sis, nullam eam debilitatem commutabis, ita in anima. Cur ergo thesauro tibi congeris, vt alius eis fruatur? Sicut qui metallæ effodiunt, cum suo periculo, in aliorum commodum. [uenturus est in gloria patris.] Habes hinc, si patris & filij gloria vna, igitur & substantia vna. Sed Petre, cur reformidas mortem meam, qua ego & tu futuri sumus in gloria? [qui non gustabunt mortem.] Quia danum perdidisti vitam erat præsens, & spes remota, apponit spem in hac vita etiam, scilicet, visuros eos regnū

Dei in hoc seculo. Et vide. Regnum hic videri voluit non gehēnam: ita enim rudioribus erat necesse. Verum est, etiam in Lazari historia, gehēnam fuisse delineatam.

Euthymius. [vade satana.] Id est, qui in hac passionis meæ prohibitione Satanam imitatis. Siquidem Satanus, vt mendaces faceret prophetas, de Christi morte loquutos, nolebat Christum occidi. Licet postea sua malicia victus Iudæos ad eum occidendum incitarit. Vide Christum, quam non accipiat personam. Petrum benè loquutum beatificat: eundem malè loquentem Satanam dicit. [siquis vult venire.] Non modo non est indecens mori in cruce: imo si non sic omnes moriantur, non seruabuntur. [abneget se.] Id est, suam voluntatem, voluptatum ac vitæ amorem. Aut suum proprium corpus: vt ei etiam laboranti, & afflicto non parcat, sed illud periculis exponat. Vel etiā ferat in memoria sua mortem, id est, semper sui cædem expectet: ad mortem quotidie paratus, vt moriatur voluntate quotidie. [si vult.] Nemine cogit inuitū. [sequatur me.] Id est, vestigia meæ conuersationis: alioqui non est sat, crucem ferre. [quid dabit commutationis.] Neque mundus totus respondens est animæ rationali, quid igitur dabis, vt eā ab inferno eripias? [qui non gustabunt mortem.] Dicit de Petro, Ioanne, Iacobo, qui nō gustauerunt mortem, donec viderunt Christum transfiguratum.

Diuus Hilarius Cano. 16. Aequalis periculi est, Deum sine corpore, aut corpus sine Deo asserere. Insinuabat ergo Satanus Petro, Christum velut sine corpore esse, vt quem passibilem non crederet: vnde passio nem execratus est. [vade post me.] Id est, ex plo passionis me sequere. Diabolo verò, & non Petro dicit, scandalum mihi es, nō enim conuenit Petro id dictum fuisse, qui paulo ante beatificatus erat. [abneget se.] O beatum damnū, & iactura foelix, voluit nos Dominus nostri corporis & animæ detrimētis difescere: hortaturq; vt ei similes simus: qui in forma Dei existens se exinaniuit, & obediens factus principatum potestatis Diuinæ accepit. Igitur sequendus est Dominus, cruce assumpta, & si non passionis forte, voluntate tamen comitandus est. Contemptu enim vniuersorum Dominus sequendus est, & aternitas spiritualium, terrenorū damno comparanda. [sunt quidam de hic statim.] Hoc præstitit cū post 6. dies transfiguratus

ratus est, qua re ostensum fuit, quod post 6. mille annos gloria Dñi apparebit, & quod tres transfigurationi illi assisat, significauit è tribus filijs Noe, ad gloriam assumendos.

Diuus Bernard. Sermo. 2. de S. Andrea. [abneget se.] Qui vult facere voluntatem meam, frangat suam. Sed statim surgent contra te inimici, tu continuo Regis arma suscipe, scilicet, crucem, dictum enim est. Scuto circumdabit te veritas eius. Sanè id necessarium est, si quidem vndiq; igneis diaboli telis oppugnamur, at nos in alto ocio torpemus. Idem in declamation. Tollere crucem est laborem amplecti, & humilitatem, elegi enim abiectus esse in domo Dei mei. Idem in Apologe. Væ portantibus crucem, non sicut Christus suam, sed sicut Cireneus alienam. Væ citharedis citharizantibus in citharis non suis, sed alienis. Væ enim pauperibus, nō spiritu, sed superbis. Rursum væ portantibus crucem Christi, & non sequentibus Christum, id est, qui passionibus comunicat, non humilitati. Væ igitur quia & temporalis priuantur gaudio & æterno. De torrente in via bibunt, sed non exaltabunt caput. Lugent, sed non consolantur. Idem super Cantica. Sermo. 30. Si tuam deseris voluntatem, si renuncies voluptati, si mortifices membra tua: eris vt Paulus, qui non facit animam suam pretiosiorē, quam se. Galeus & Epicurus iubent indulgere voluptati, & consulere sanitati, Dominus vtrumq; contemnere docet. Qui enim vult seruare animam perdet eam: vel moriēdo sicut martyr, vel affligendo, vt poenitens. Est & hoc genus martyrii, horrore, mitius illo: sed diuturnitate molestius. Idem Episto. 54. [quid dabit commuta.] Grandis res anima, quæ Christi sanguine redempta est, grauis eius casus, qui non cruce potuit reparari.

V. Beda lib. 2. in vlti. c. Marci. [neget se.] Tunc nos negamus, cum vitam quod per verustatem fuimus: & nitimur, quod per nouitatem vocamur. Viuo enim ego, sed iam non ego, igitur nisi à te deficias, Deo nō appropinquas. [tollat crucem.] Paulus castigat corpus suum, & dicit, quis scandalizatur, & ego non vror: Is ergo tollit crucem, qui affligit corpus per abstinentiā: vel animam per compassionem. [qui voluerit animam.] Ac si agricolæ dicas. Si frumentum seruas, perdis: si seminas, seruas. Is igitur perdit animā, qui vel eam martyrio exponit: vel in tempore pacis eius desideria frangit. [donec videant regnum Dei.] Id est, vel Ecclesiam Dei stabili-

tam, Ioannes enim non est mortuus antequam videret Ecclesiam stabilitam, vel si de gloria sermo erat, discipuli non viderunt mortem quin in transfiguratione viderent Christi gloriam.

D. Thomas. [cepit ostendere, oportere ire Ierusalem.] Vt in loco sacrificiorum sacrificaretur, veritasq; figuræ responderet. Tra didit enim se oblationē & hostiam. 2. vt pateretur, vbi prophætæ passi sunt. Neq; enim capit Prophētā mori nisi in Ierusalem. 3. vt monstraret, iam esse viam ex Ierusalem terra ad cœlestem, ab illa enim ad hanc Dominus ibat. [pati à senioribus.] Istorum enim auctoritate passus magis est, quam à militibus. Et vt passio maior esset, passus est à præcellētibus ætate, quia à senioribus: sciētia, quia à scribis: dignitate, quia à principibus. Pati enim à plebe, minus erat. [scandalum mihi es.] Scandalum vt perfectus Christus pati non poterat, licet Petrus ex se scādālū esset: erat igitur scandalum non Christo, sed membris eius. [satana.] Sciat homo, quis ex se sit. [abneget se.] Iuxta illud. Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & non sensi. [tollat crucem.] In præparatione animi: nō propter scelera, sed ob Christum. Ne enim patiamini sicut fur, &c. [sequatur me.] Qui in peccato est, licet patiat, nō sequitur. [perdet animam suam.] Perdidisti omnes qui fornicatur abs te. Igitur qui cum oportet nō se affligit, peribit. Contra, qui affligit, seruatur. Siquidem modicum laboraui, & multā requiē inueni. [uenturus est in gloria patris.] Ne ergo doleas Petre, quod moriturus sim cū dedit core omnium. Omnis enim lingua cōfitebitur quia Christus est in gloria patris. [qui nō gustabunt mortem.] Pij gustant solum mortem, sed impij pascuntur à morte, & deuorantur ab ea.

Simon de Cassia. [cepit ostendere.] Non minus fides solidatur, cum scimus Christū scientem, passum: quam mortuum surrexisse. Nam & Apostoli infidelibus mortē Christi calumniantibus, respondebant, mortuū quidem sed volentem. [scandalum es.] Erat enim impedimento eius consilium, voluntati paternæ: æternæ prædestinationi: humanæ necessitati: Christi charitati. At offenditur amans, si quid offendit amatum. Nota, nō solum Deum offendi cum peccamus: sed etiam cum terrena sapimus. [tollat crucem.] Gladius crucis semper tenendus est. Caro enim nostra, nos incessanter impugnat: eam ergo incessanter reprime, nec enim

Psal. 90.

Psal. 83.

Psal. 109

Matth. 5.

Acto. 21.

Galat. 2.

1. Cori. 11.

Eph. 5.

Matth. 23.

Prou. 23.

1. Petri. 4.

Psal. 72.

Ecclesi. 5.

Philip. 2.

Psal. 77.

enim hostis deuictus est: nec furatus: nec securitatem promittit. Corporalis crux tollenda est, cum necessitas poscit, at spiritualis tollenda semper, id est, tota vita sub disciplina & humilitate transigenda. Ita Dominus explicat nam animam perdere crux est: id vero est mundi abdicatio.

Hugo Cardin. Sapiencia Dei docuit nos, non metuere, quæ non erant metuenda, id est, mortem, nec crucem. [multa pati.] Docet nos, per multas tribulationes esse intrandum in cœlum. Hæc vero retulit Dominus Apostolis, ne in potestate suscepta superbirent. [a senioribus.] Ecce hi magis confregerunt iugum, & alibi dictum est. Facta est mihi hæreditas Domini quasi Leo in Sylua. [absit a te.] Ita Dauid dixit ad Vriam, vade in domum tuam, laua pedes tuos &c. [non sapis quæ Dei sunt.] At iubemur sapere quæ sursum sunt, non quæ super terram. [abneget se.] Id est, affectum, & intellectum. [tollat crucem suam.] Nulli enim sat est crux mea, sine sua. [inueniet eam.] Inuenit feruus tuus, cor suum vt adoraret te, [reddet cuique.] Opera enim sequuntur illos, & item virtus ab altissimo interrogabit opera nostra.

Caieta. [oportet pati eum.] Ad salutem humani generis: & ad intrandum in propriam gloriam, ex æterna Dei prædestinatione. [non erit tibi hoc.] Multus amor prælagire facit falsum. [quia non sapis.] Ideo rejicitur quia non sapis: at diabolus simpliciter rejicitur. Ergo non suffragantur dona prius accepta: nisi gratia perseuerat assistat. [abneget se.] Suum velle Deo subiiciens. [tollat crucem.] Voluntariè ferendo suos cruciatus. [sequatur me.] Me imitetur. [quid prodest homini.] Ne paruipendas vitam, aut mortem futuram, nihil mundi est illi comparabile, hanc vitam daturus est filius hominis, tempus quæris: dabit cum venerit in gloria sua, sed non nisi ex meritis. [qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis.] Impletum est quando cum viderunt a mortuis surrexisse: tunc enim visus est in gloria corporis sui, iuxta illud, non bibam de hoc genimine, donec illud bibam nouum in regno patris.

Glossa interli. [non erit tibi.] Fieri nequit vt filius Dei occidatur. Lyra. [exinde cepit ostendere quod oportet eum pati.] Cœpit ostendere se esse redemptorem mundi. [scandalum mihi es.] Id est, es mihi impedimento, nam scandalum nec actiuum, nec passiuum cadit in Christum. Moraliter. [sunt quidam de stantibus.] Qui

stant patienter sustinentes, mortem neque culpæ neque poenæ videbunt, transibunt enim in regnum Dei.

D. Bonauentura. In Luca. ca. 9. Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec per reuelationem (licet non per claram visionem) videant filium hominis gloriosum. Est ergo promissa aliquibus illorum reuelatio de gloria Christi, ante eorum mortem.

C A P. X V I I.

Et post dies sex assumpsit.



Iuus Leo in sermone huius festi. Aequalis est periculi Christum aut Deum aut hominem negare. Ideo Petro suam deitatem reuelauit, vt Deus esse crederetur, mortem verò discipulis declarauit, vt homo esse sciretur. Ne verò crucis asperitatem trepidarent, post dies octo, claritatem suæ gloriæ demonstrauit. Implens quod dixerat, quosdam discipulorum non gustaturos mortem, donec viderent eum, in regno suo, id est, in regia claritate. Visionem siquidem diuinæ essentiae, carne circumdati viuentes, non poterant in tueri. Et iam Ecclesiæ monstrabatur, quali esset corpore futura, vt eius sibi honoris consortium membra promitterent, qui in capite præfulsisset. Promiserat enim ipse, fulgebunt iusti sicut Sol, & Paulus, vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Porro ad Apostolorum scientiam prouehendam, Moses apparet & Elias, id est, lex & Prophetæ. Vt in ore duorum vel trium stet omne verum. Cum verbo enim Euangelico antiquarum protestationum instrumenta concurrunt. Lex enim per Moysen, gratia & veritas per Christum. Tunc Petrus terrena fastidians mentis rapiebatur excessu. Cupiebat habitare vbi manifesta erat gloria. Ad cuius verba Christus non respondet, significans non in proba esse, sed inordinata. Prius enim Christi morte mundus erat seruandus. Et item vt sciremus, prius tolerantiam esse postulandam, quam gloriam, quia tempora patiendi, non potest præuenire felicitas regnandi. Tunc vox patris audita, & discipuli intelligentes patris & filij communem deitatem, eam timuerunt, ideo ceciderunt, in facies.

Vox

Vox Patris erat. Hic est filius, ergo simul cum patre, non enim prius genitor quam genitus. Filius, eiusdem æternitatis, potestatis, deitatis. Et licet alius (inquit Pater) sim qui genui ab eo quem genui, aliud tamen fas non est, de illo quam de me cogitare. Non rapinam arbitratus est, cum Dei æqualitatem appetit, quæ mecum habet, licet se exinanierit. Ipsum autem dicit, est enim veritas & vita, quem mysteria prænuntiauerunt, prophetæ cecinerunt, qui viam aperit ad cœlum, diabolum ligat, Chiographum dirupit. Quid igitur nos trepidamus redimi? Nā in illis tribus tota audit Ecclesia, si enim in eius confessione & dilectione manemus, & quod vicit, vincimus, & quod promissit accipimus.

Diuus Hieronymus. [post. 6. dies.] At Lucas dicit post octo? Sed Matthæus solos medios numerauit. Lucas addidit extremos. [dixit in montem.] Ducere ad montana pars regni est. [seorsum.] Quia multi sunt vocati, pauci verò electi. [transfiguratus est.] Qualis veniet iudicaturus, non tamen tollitur eius substantia, nec corpus aliud assumitur, sed eiusdem gloria commutatur. [apparuit illis.] Scribis signum de cœlo petentibus negatur, Apostolis datur, Elias de cœlo descendens: & Moses de limbo resurgens. Ideo enim dictum fuit Achaz. Pete tibi signum a Domino siue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Porro loquebatur Elias & Moses de his quæ Dominus passurus esset, Lex enim & prophetæ crebro de passione prænuntiauerunt. [bonum est nos hic esse.] Qui ad montana ascenderunt nolent descendere: sed semper in sublimi remanere. [erit tabernaculum.] Erras Petre tria uolens, vnū est tabernaculum Eangelij, in quo lex & prophetæ recapitulantur. Et si tria ad huc vis, non velis feruis: sed Dño. i. Patri, Filio, Spiritui Sæcto. Petro verò non respondet Dñs, sed pater. Quia filius non perhibet de se testimonium, nisi pater, & Petrus petebat tabernaculum de tentorijs, pater dat de nube. [ceciderunt in fa.] Vel quia errorem suum agnouerat, vel quia erant nube lucenti adumbrati, vel quia humana fragilitas conspectu maioris gloriæ non sustinet. Et quanto quis maiora quæserit, si ignoret mensuram suam ad inferiora collabitur. [terrigit eos.] Et ita timorem fugat, & debilitata membra solidat. [surgite.] Eos sanat imperio. [neminem viderunt.] Si enim perseuerassent, patris vox videretur incerta. Ideo solum vident Iesum stantem ablata nube, & euandis Moysè & Elia, quia postquæ legis & prophetarum vmbra

discesserit, vtrunque reperitur in Euangelio [nemini dixeritis.] Ne post tantam gloriam sequens crux scādalum faciat. [quid ergo scriba dicunt Eliam venire prius.] Audierant Eliam venturum ante Christum, dicunt igitur, si tu venisti, quomodo Elias non venit? Respondit. Elias in Spiritu iam venit. s. Ioannes.

Diuus August. lib. de doct. Chr. 3. ca. 35. [post. 6. dies.] Integros. Lucas inquit post octo dies, computatis partibus diei quando Dominus dixit, & eum transfiguratus est, pro duobus diebus, per synecdochem, vt est synecdoche, post tres dies resurget. Idem de mirabilibus scrip. lib. 3. ca. 10. Apparent Moses, Elias, vt illius facies cornuta, & huius igneus currens, Christi luce obscurentur. Habuit porrò Moses ibi verum corpus, alioqui non conuenisset cum Domino, Elia, & discipulis verum corpus habentibus. Dices ergo non fuit Christus primus qui a mortuis surrexit? Respond. imò fuit primus, qui post resurrectionem, corpus suum non mandauit sepulturæ: vt Moses mandauit. Idem libr. 1. quæstio. Euange. c. 2. [Elias restituet omnia.] Id est, eos quos Antrichristus turbauerat. Idem in soliloquio. c. 22. Renuit consolari anima mea. Peto vt omnia mihi amarescāt, vt tu solus mihi dulcis appareas, qui es dulcedo inæstimabilis, per quam dulcia sunt cuncta amara. Lapidem Stephano dulces. Craticula Laurentio. Crux Andree, gladius Paulo, pro hac emenda pellem detrahit Bartholamæus, hanc vt gustat Petrus, omnium oblitus clamat, bonum est nos hic esse. Vnā stillam dulcedinis gustauit, & omnem aliam fastidiuit, quid si illam magnam gustasset, quæ abscondit Deus timentibus se. Idem libr. 5. de hæresibus. c. 7. [loquebantur cum illo de excessu.] Loquebantur lex & gratia, asperitas & lenitas: terror & mansuetudo, præceptum & adiutorium, ferramentum & medicus, vmbra & lux sententia & misericordia. [faciamus tria] Quid Petre, vides tenebras mundi & vis Christi lucem abscondi? Imò lux Christi supercruis candelabrum collocari debet. [ipsum audite.] Gratia tibi Domine, qui nobis dedisti doctorem, faceat falsa doctrina.

Diuus Ambrosius in capit. 9. Luca. [Post dies. 6.] Sex diebus factus est mundus, qui ergo huius mundi momenta transcenderit, hic in sublimi positus, fructum resurrectionis expectet. [assumpsit Petrum.] Multi viderunt Christum in carne, & in cruce. Sed non nisi electi vident eum in gloria, siquidem non surgunt impij in iudicio. Tres verò vident, quia

Pa. Tho. T per

Actor. 14.

Hiere. 5.

Hiere. 12.

2. Reg. 11.

Coloss. 3.

2. Reg. 7.

Apoca. 14.

Sapient. 6.

Philip. 3.

Luc. 11.

Philip. 3.

Isai. 7.

Ioa. 5. & 8.

Malach. 4.

Psal. 30.

Psal. 1.

2. Co. 3.

per fidẽ Trinitatis, Iudæi licet suum Mosẽm viderint cum gloria, non ascendunt tamẽ in montem cum eo, vt Christum videant. Reuelemus igitur nos faciem, vt gloriam speculantes Domini, in eadem imaginem transformemur, si tantum credis Christum hominẽ minuitur tibi gloria verbi, sed si credis Deũ de virgine natum, in montem ascendis, si credis per mortem triũphasse: oculos custodũ, idest, Iudæorum obtenebratos: mortuos verò, idest gentes de monumentis exisse, iam gloriam verbi vidisti. Tunc verba tibi diuina clarescent, ac propterea vestimenta Domini candida fient, vt nix, verba enim sunt eius vestimenta. Niue enim cadente aues non habent vbi habitent, idest, dæmones fugiẽt, terra verò animarũ foecundatur. [nesciebat Petrus quid diceret.] Premittitur enim splendor deitatis nostri corporis sensus, nam nec solis radios possumus intueri, quanto minus gloriã Deitatis? [euigilans verò vidit gloriam.] Quam nemo nisi vigilans videt. [faciamus tria.] Capitur dulcedine Petrus, ita & Paulus cupit dissolui. Porro non capit humana mortalitas Deo facere, vt Petrus dicebat, tabernaculũ. [Hic est filius meus.] Non Moses aut Elias, hi enim iam abierant, quãdo filius designatur. Non est verò nubes hæc, vt illa antiqua, fumans, terrens, sed lucida, è qua nõ pluuiã, sed vox Dei audiatur. [solus Christus aparuit.] Ipse enim rogat, vt vnum omnes in eo firmus.

Ioan. 17.

Diuis Gregorius. lib. 35. Mora. ca. 9. [Elias restituet omnia.] Idest, Iudæos quos nunc amisit Ecclesia, sed tunc Israel saluus fiet.

Rom. 14.

Origines ho. 13. in Matthæ. [post dies. 6.] His diebus factus est mundus, post hos videtur Christi gloria, quia considerans non ea quæ videntur, & temporalia sunt, sed æterna, hic aspicit gloriam Dei ne igitur concupiscas mundum, nec quæ in mundo sunt. Vide verò, Christus coram diuersis diuersus apparuit: ita verbum Dei simpliciter lectum humile videtur: sed ijs qui ascenderunt in montem videtur gloriosum. His non sola Deitas adoratur, sed eius etiam vestes albescunt.

2. Corint. 4.

Verba, scilicet, Apostolorum quæ sunt Dei vestes clarescunt, cognoscunt enim hæc verba omnia cum Iesu consentire. [fullo non potest facere.] Sapientes mundi sunt fullones conantes verba sua reddere illustria, sed non sicut verba Christi. [faciamus tria.] Imo vnũ tabernaculũ tres debet suscipere. Lex enim & prophetæ testificantur de Christo. [bonum est nos hic esse.] Ita dicũt, qui quæruũt quæ sua

sunt, at non ita qui quæruũt omnium serui esse, cum sint tamen liberi.

1. Corin. 9.

Diuis Chryostomus homi. 57. Cum Dominus dixit, sunt quidam de hic stantibus, hoc spectaculum promisit: vt ipsa prædictio etione, Apostoli paratiores essent, & mora 6. dierum interiecta acueret appetitum videndi. Producentur Moses & Elias, vt videant Apostoli quanta sit horum ad Dominum differentia. Item dicebant Iudæi, Christum legis violatorem: ideo apparet Moses, legillator & Elias legis zelator cum Christo consentientes. Item, vt Dominus ostendatur Christus viuorum & mortuorum: super-norum & infernorum. Item quia iuxta Marcum, Moses loquebatur cum Christo de gloria mortis eius, ideo apparet, vt Petrus sciat crucem & mortem gloriam esse. Item vt Apostoli videant Mosẽm & Eliam, qui centies pro lege vitam posuerunt: ab eisque sumant exemplum. Item vt similes essent Apostoli Mosi in mansuetudine, Eliã in zelo. Ad maiora enim miracula patranda vocabantur hi quam illi. [bonum est.] Timet adhuc Petrus Christo & sibi, ideo laterẽ in monte cupit, & adhuc Dominum seruis connumerat, dicens, tibi vnũ, Mosi vnũ. Porro somnium hic dicit magnam virium resolutionem, ab ea visione factam, sicut fulgor solis oculos languere facit: ita nimis Christi splendore, oculos Apostolorum. Vox patris sonat de nube: ferẽ enim semper de nube est, nubes enim incircuito eius, & item qui ponit nubẽ ascensum suum. Iam cum vult minari, nubes tenebrosa est, cum docere, lucida. [hic est filius meus.] Ne timeas Petre, non perdet Pater filium suum. [cecidert in facies.] Cur ergo turba Patris vocem audiens in Christi baptismo non pauet & item cum tonitrum audit? Respondetur Discipulos expauisse ex solitudine, & transfiguratione, &c. Iam licebat nobis si volumus Christum videre in gloria sua scilicet, in die iudicij. [restituet omnia corda.] Scilicet, Patrum in filios, corda prophetarũ in Apostolos.

Genes. 17.

Diuis Hylarius cano. 16. [post. 6. dies.] Indicatur quod post. 6. mille annos gloria Domini ostendetur. Tribus apparet, quia de Sẽ Cham & Iaphet electi visuri sunt gloriam Dei. Fit Dominus sole splendidior, idest, super omnem opinionem nostram. Doctor Christus proponitur, audiendus, vt qui suo exemplo monstraret, crucem esse tolerandã præsentia neganda.

Euthy-

Lucæ. 9.

Euthymius. [assumpsit Petrum.] Hi enim tres erant reliquis præstantiores, Petrus fide feruebat. Ioãnes erat ille dilectus, Iacobus grauis erat Iudæis, qui gratiã habuerũt Herodi, quando Iacobum occidit. [seorsim.] Quia nihil faciebat ad vanam gloriam. [transformatus est coram eis.] Vt scirent eum posse facere quæ vellet. [visi sunt Moses.] Lucas dicit visos in gloria. Omnes enim qui secundum Deum vixerint, Diuinum induent splendorem. [loquebantur de excessu.] Alij libri dicunt loquebantur de gloria. Crux enim quæ alijs probum fuit, Christo gloria fuit, quis enim non glorificet Christum, qui pro nobis cruci figi voluit? [faciamus tria tabernacula.] Vbi tuti à morte quam prædixisti finis. Maximẽ præsentibus Mose Eliaque, qui in surgere contra hostes poterunt, siquidem Moses gentes deuicerat, & Elias igne multos cremauerat. [filius meus.] Triplex est mihi ad eũ amoris causa, quia filius, quia dilectus, quia me recreat, & in quo oblector.

Exodi. 14

4. Re. 1.

1. Ioan. 35

4. Re. 3

2. Co. 4

Psal. 35

Deut. 18

Coloss. 3

Ioan. 3

Ma. 3

Venerabilis Beda: in Lucæ. 9. & Marci. 9. [vestimenta alba.] Idest, Sancti qui licet nunc sunt filij Dei, nõdum apparuit quid erunt, apparebunt tamen cum in montem ascenderit Dominus. [Moses & Elias.] Significantes omnem sanctorum claritatem esse in Christo, & cum Christo, regnaturi enim sunt cum illo. Soli verò tres viderunt Mosẽm & Eliam, quia obscura prophetarum pauci vident. Imò nec Iudæi Mosẽm viderũt in monte, nec postea nisi velata facie, & Eliã ascendẽtem solus vidit Elisæus. [bonum est.] Si tanta felicitas est videre in terra Christi corpus: quid erit in cœlo eius diuinitatem intueri? Sed nescit Petrus quid dicat, nesciens regnum nõ in terris, sed in cælis esse promissum, nesciens carne circumdatis nunc non dari regnum, nesciens domum manu factam non esse necessariam regnaturis. [facta est nubes.] Non tabernaculum, sed filij hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Deus enim ipse & agnus est templum sanctorum. [Ipsam audite.] Similiter Moses, Ipsam vt me audietis. Nubes verò representabat spiritum sanctum, vt Trinitatis ibi esset imago. [apparuit solus.] Quia cum apparuerit electis erit ipse omnia in omnibus. Propter manicitatem membrorum cum capite dicit Dominus, nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis.

Diuis Thomas. [post. 6. dies.] Post. 6. m. diætates, speramus venire in gloriam. [in m. tem.]

Quia super omnem altitudinem scientiæ & virtutis erit altitudo gloriæ. [seorsim] Scilicet à malis, separat enim agnos ab hædis. [resplenduit facies.] Naturalis ordo erat, vt ex gloria animæ Christi redundaret splendor in corpus. Sed non redundabat ex Dei voluntate, vt Christus esset simul viator, & comprehensor. Igitur hoc loco non accepit Dominus dotes suas, siquidem vestis non erat capax earum, sed miraculose corpus respicenduit & vestis. [Moses.] Ibi erat sola anima Mosi, & videbatur, sicut solent angeli videri. [si vis faciamus.] Ergo semper debet nostra voluntas diuinæ subdi, fiat enim voluntas tua. [hic est filius.] Singulariter, alij enim sunt adoptiui. [Dilectus.] Vt in quem totam bonitatem pater per generationem effudit. [In quo complacui.] Quia recte utebatur acceptis. [Ipsam audite.] Non Mosẽm, nisi quatenus Christum docet. Habuit ergo hic Christus testimonium à cœlo, quia à Patre. Ab inferno, quia à Mose. A paradiso quia ab Elia. A terra, quia à discipulis. Ergo in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium terrest, &c. [cecidert in facies.] Nam impij cadunt retrorsum. Heli enim cadit retrorsum. At sancti adorant cadentes in facies. Apoca. 7. non enim vident quæ retro sunt. Sed anteriora. [accessit.] Igitur non timebo mala, quia tu mecum es & supra me. Igo sum nolite timere. [tetigit eos.] Ideo dedit lassio virtutem, & item manus enim eius tetigit me, & erexit me. [viderunt solum Iesum.] Hic est effectus confortationis, solum videre Iesum. Paulus ait, mihi viuere Christus. [præcepit eis.] Gloria enim spiritualis non nisi per spirituales erat prædicanda, atqui, spiritus nondum erat datus.

Matth. 6. 26

Philip. 2

Ioan. 18

1. Re. 4

Philip. 3

Psal. 22

Isai. 40

Danie. 10

Philip. 2

1. Cor. 2

Ioan. 7

Isai. 49

Simon de Cassia libr. 4. capit. 7. per transfigurationem inuitantur homines ad diuinã, laborantes ad requiem, & ostenditur in tempore, quod est futurum in æternitate, & ostenditur humanitas Deitate coniuncta.

Hugõ, Christi facies mysticẽ sunt clerici, vestes laici, iuxta Isaiam, viuunt Dominus, quia his omnibus, vt vestimento vestieris. Clerus igitur & laici debent lucere & ardere: debent transfigurari, vt similes sint Christo. Imitatores Dei estote vt filij charissimi. Forminã transfigurant se. Contra illud Domini, non potes facere capillum album, at hæ faciunt flauum. Hypocritæ transfigurant se. Sed non post. 6. dies. [apparuerunt Moses mortuus & Elias viuus.]

Pri. Tho. T 2 Quia

Quia visurus gloriam Dei debet esse viuis Deo, mortuus mundo. [*in quo complacet.*] Ut in me. [*ceciderunt in facies.*] Ita Ezechiel. capit. 2. & Danie. 8. Iob. 12. [*donec filius hominis.*] In omni negotio tempus est & oportunitas, & item ne laudes hominem in vita sua. Mala enim aurea, in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. [*quomodo dicunt.*] Credebant discipuli eam transfigurationem esse vltimam resurrectionem, ideo interrogant, quomodo Elias disparuit?

Caietanus. Quia hæc transfiguratio erat signum regni futuri, ideo consentaneum fuit, hanc lucem faciei, ex gloria animæ dimanasse, vestes verò externo splendore fulserunt. Videns porrò Petrus Eliam & Moysen discedere, & cupiens vt manerent dicit. Bonum est nos hic esse. [*omnia restituet.*] Omnes abductos ab Antichristo reducet ad Christum. [*passurus est.*] Toties mortem suam reficit, quia discipuli vix illam fore credebant.

Glossa inter. [*sicut sol.*] Non est aliquid clarius cui comparetur. [*in quo complacuit.*] Qui prius dixerat, poenitet me fecisse hominem. [*oportet venire primum.*] Discipuli dicunt. Cum iam te in gloria viderimus, quorsum veniet Elias?

Glossa ordi. visurus Dominum debet esse firmus in fide vt Petrus: vitiorum supplantator, vt Iacobus: ascribens omnia gratiæ Dei, vt Ioannes. [*loquebantur de excessu.*] Vnica materia laudis est passio Christi. [*bonum est.*] Imò non est hoc bonum hominis, nisi intrare in gaudium Dei.

Lyranus Lux Christi à gloria animæ emanabat, sed non erat dos, quia non erat permanens, sicut lumen quo Paulus vidit Deum, non fuit lumen gloriæ, quia non permansit, alioqui erat eiusdem rationis. [*complacuit.*] In quo beneplacium de mundi redemptione completur. [*oportet venire.*] Id est, cur tam cito discedit Elias, non prædicans, si omnia ille restituet? confundebant hi secundum aduentum cum primo.

Et cum venisset ad turbas.

Diuus Hieronimus Lunaticus est, qui per vitæ momenta mutatur ad vitia, crescit

iste & decrefcit. Nunc proijcit se ignem adulterij, nunc in aquas, quæ non valent extinguere charitatem. Retulit eius pater culpam in Apostolos. Cum plerunque, quod non curetur infirmus eius sit culpa iuxta illud. Fiat tibi secundum fidem tuam. [*de generatio mala.*] Non ex furore hæc Dominus, qui agnus est mansuetus, sed verba medici sunt dicentis, vsque quo operam apud te perdam, quod ostendunt sequentia verba: afferte, inquit, illum ad me. [*increpauit eum.*] Quia propter sua peccata eum oppresserat dæmon. [*quare nos non potuimus.*] Igitur culpa deprecantis est, si non impetret. [*sicut granum.*] Magna est fides, quando granum sinapis est, montes enim illa transferre potest. Mons verò transferendus dæmon est. Neque enim tantum prodesset corporalis montis translatio, quam eius montis, de quo dicitur, quod corrumpat terram. [*nisi per orationem.*] His verbis instituimur ad vitam.

Diuus Augustinus lib. 1. quæstion. Euangel. capit. 22. [*in ignem & aquam.*] Id est, iram & voluptates. [*quare nos non potuimus.*] Admonet discipulos, vt per humilitatem fidei quæ est granum sinapis, terrenam elationem, quæ est mons, transferant. Vel etiam mons, qui est Christus, per fidem è Iudæis transferant ad gentes.

Idem tract. in Ioan. Quadrag. fides est sicut granum, est enim fundamenta domus, radix arboris, vide tamen, quo perducatur, scilicet, ad immortalitatem.

Idem sermo. 230. de tempore. [*nisi per ieiunium & orationem.*] Ieiunium purgat mentem, domat carnem, cor facit contritum & humiliatum, accendit castitatem, commendat humilitatem, docet superfluas esse diuitias, indicat homini suam infirmitatem, quæritque Dei virtutem. Oratio verò refectio est ieiunij, cor emollit, aduocat gratiam, temperat austeritatem, ascendere facit ad cælestia, si quis permanserit in oratione replebitur sicut adipe & pinguedine.

Origenes homi. in Matth. 4. Lunaticus est, qui cum aliquando in virtutibus sit sanus, aliquando passione corripitur, & ita labitur, aliquando in ignem de quo Oseas. Clibanus ardens, is est luxuria, aliquando in mare, id est, in mala presentis seculi, quod mari assimilatur. Contra de iusto dicitur. Iustus sicut sol permanet: insipiens velut luna mutatur, vt enim luna lumen habet, sed nocturnum, ita lunatici habent quod laudantur:

sed tenebrosus. Erat verò lunaticus hic, cæcus, iustum non videns, surdus verbum Domini non audiens. Ideo erat sanatus difficilis. Operatio enim quæ in illis operatur mala est: ita magna & fortis, vt monti assimilatur. Nec expelli potest nisi à grâdi fide, in eum qui hæc mala sanare potest. Nota dæmonem seruare quasdam lunæ diuisiones, vt lunaticum torquerat, vt ea ratione, qui rudiores sunt, stellas culpent; tanquam hominibus noxias. [*de generatio incredula.*] Quia discipuli erant modicæ fidei. Quod si discipulis id dixit, nobis quid dixisset? Quia si enim grauatus humana malicia, dixit, vsque quo patiar vos. [*non eijcitur nisi.*] Ieiunio id est, non eijcitur adiurationibus, sed ieiunijs.

Diuus Chrysostomus homi. 58. Pater lunatici fuit nimis infirmus in fide. Dicit enim si quid potes adiuua nos: & item discipulos coram magistro accusat. Cum profecto scriptura exigat magnam fidem, ab his qui miracula à ministris Christi requirunt. [*de generatio.*] Ad genus Iudæorum dirigit sermonem, quide discipulis malè erant suspicati. [*quousque vobiscum ero.*] Quam mori cupit, & ad Patrem redire? quam igitur non est molesta à Iudæis passio, sed cum illis conuersatio? [*omnia sunt possible credenti.*] Culpa liberat discipulos, ac si dicat, tanta est mea virtus, vt alij etiam, meo nomine miracula edere possint. Iam expende Domini bonitatem, qua dæmones frænat, ne interficiant eos quos in ignem & aquam proijciunt. [*dicitis monti.*] Sanè maius est animam à peccato reuocare, quam montem transferre. Dicuntur tamen aliqui montes transfuisse. Quo fit, vt si necesse fuisset, id discipuli fecissent, sed hoc miraculum tunc non fecerunt, quia fide minores erant. [*non eijcitur nisi ieiunio & oratione.*] Nam qui in delicijs est à dæmone non liberatur, ægrotis enim ieiunio opus est. Porrò ieiunium & oratio duæ sunt alæ quibus super ventos homo supergreditur, homine orante nihil potentius. Quod si ieiunare non potes, viuere non deliciose potes. Origo & mater viciorum, delicta sunt.

Euthymius. Cum discipuli alios curassent hunc curare se posse non crediderunt: & ita curare conantes, non curauerunt. Dominus verò seorsum, ne orbis infamaret præceptores, eorum infidentiam accusat. [*tantum fidem.*] Non quod ipse esset Deus: sed ad facienda miracula. Quæ tunc habetur,

cum sine vlla hæsitacione, credunt se facturos. [*nisi ieiunio.*] Est oratio dæmoni terribilis, & fortior fit per ieiunium, non sinens orationis assiduitatem satietate corporis turbati, nec cerebrum fumis ciborum lædi.

Hylatius cano. 17. obiurgantur discipuli, qui licet in monte credidissent, fidem tamè relaxassent: quia cum turbis manebant. Granum sinapis se dicit, montem diabolum, quem in profundum maris, id est, inferni deberet eijcere, oratione & ieiunio suo. Porrò discipuli per tonam gesserunt Phariseorum, qui si fidem habuissent, peccatorum onus, & in fidelitatis molem seu montem, à populo transfuissent.

Venerabilis Beda in Marcum lib. 3. [*spiritus statim conturbauit eum.*] Sæpè enim cum conuerti ad Dominum post peccata conamur, maioribus antiqui hostis pulsamur insidijs, vt vel odium virtutis incutiat, vel furæ expulsionis vindicet iniuriam. Vnde & nascenti Ecclesiæ tot excitauit certamina. In hoc verò lunatico qui ab infantia lunaticus erat designatur genus hominum, qui à peccato originis, id est, infantiz nisi à Christo liberari non possunt. [*exclamans.*] Nemo enim repente fit summus, hic igitur creuit in fide. [*ne introcas in eum.*] Ille enim liberatur à peccato, qui peccata in posterum vitat, & quem dæmon expulsus, vt mortuum reddit, Domini tactus ad vitam reuocauit.

Diuus Thomas, volebat Petrus in monte manere: sed Dominus qui non quærebat quæ sua sunt, eum descendere fecit: vt homo ille, id est, genus hominum, genibus prouolueretur, id est, vt omnes genu flectant coram Christo. [*quousque patiar vos?*] Si comunicat lupus cum agno: ita iustus cum iniusto, quæ enim conuentio Christi ad Belial? Datur tamen exemplum Prælati, vt etiam si calumniam patiantur, persistant in beneficio. [*adducite ad me.*] Nam qui à passione vincitur, non sanatur, nisi ad Christum adducatur. [*quare nos.*] Num amissimus potestatem, quam dedisti nobis? Ergo vbi est defectus fidei, est defectus miraculorum, ideo Dominus in patria sua non multa miracula fecit. [*granum sinapis.*] Quod attritum feruet, ita & sancti, modicum nunc si oportet, contristantur. [*ieiunio & ora.*] Anima Christo per orationem coniuncta terribilis est dæmonibus. Sed hanc coniunctionem impedit crapula, bona ergo est oratio cum ieiunio, & item dedi cor meum, vt orarem in

Pri. Tho. T 3 ieiunio.

iunio. Aut certe Spiritus luxuriæ non aufer-
tur, nisi ieiunio debilitando carnem: oratio-
ne verò roborando spiritum.

Simon de Cassia lib. 5. capit. 28. [*o genera-
tio.*] Ad discipulos dicitur. Hic verò spiritus
libidinis cæcam facit animam, inducens erro-
res in fide, vel idololatriam, vt Salomonem,
mutam facit, ne prodat latentia mala, in-
quietam facit, siquidem amat quæ non quie-
scunt, facit cadere in ignem & aquam, præ-
sagia inferni, alliditur anima, cum ad ima
curuatur, dilacerat se, cum nihil agit honesti,
arescit, vt qui sine humore est Spiritus Sæcti
[*credo Domine adiua.*] Recta cuiusuis æstima-
tio, vt si aliquid virtutis possidet, non se cre-
dat perfecte possidere, sed dicat adauge no-
bis fidem. [*elisus est ad terram.*] Est enim dæ-
moni infinita nocendi cupiditas, & verè qui
à dæmone liberatur, fit quasi mortuus, sibi
vt viuat Deo. [*quare nos non potuimus.*] Po-
tius debuissent mirari, cur id aliquando po-
tuerunt.

Hugo Cardi. Lunaticus est luxuriosus vel
diues, qui facile mutantur. Et quidem sol se-
mel in anno facit æstatem, & hyemem: at
stultus quolibet die. [*tunc acceperunt discipu-
li.*] Non fugiunt arguentem, iuxta illud, in-
crepationem Domini ne reprobes, & qui cu-
stodit increpationes astutior fit. [*dicetis mon-
ti huic.*] Ad petitionem Bernardi lapis maxi-
mus translatus est: qui eis hortum impedi-
bat, & ad orationem Gregorij Nazanzeni
mons restrictus, vt Ecclesia fundari posset, &
Psal. dicitur, transferentur montes in cor-
maris. [*ieiunio & oratione.*] Contra, quia di-
ctum est, date eleemosynam & ecce omnia
sunt vobis munda. Respon. omnia, id est, quæ
modica sunt, vel id intelligitur, quando da-
tur eleemosyna loco ieiunij.

Caietanus. [*generatio mala.*] Dicitur est
ad discipulos, & lunatici patrem, vtrique e-
nim habebant incredulitatem post tot signa
visa. [*quousque patiar vos?*] Tempus erat, vt
de me digne sentiretis, ne ego tantum pater-
rer, vos tolerans. [*vt granum.*] Si habueritis
fidem feruentem, hæc enim necessaria est ad
miracula faciendâ. [*hoc genus demoniorum.*]
Qui scilicet, faciunt surdum & mutum, & ab
infantia torquent, in ignem & aquam eijci-
do: hi non eijciuntur, nisi in ministro sit fi-
des, & in liberando sit oratio, & ieiunium, eo
tèpore quo à dæmonis impugnatione quie-
scit, & intellige quantum Deus æstimet iei-
unium, cuius concursus ad rem tam ar-
duam requirit.

Glossa ordi. [*descendit.*] Rebus loca con-
gruunt, in monte monstratur maiestas: in
imo turba occurrit: & miseros audit Do-
minus.

Lyranus Discipuli qui cum Christo non
ascenderunt in montem, contraxerunt in-
uidiam, vnde postea eijcere dæmonem non
potuerunt. Porro lunaticus propter molli-
tiem cerebri, aptior est in crementis aut de-
crementis lunæ, vt patiat a dæmone. [*o ge-
neratio.*] Etiam ad discipulos id dictum est.
[*quare non potu.*] Videbant enim propria cul-
pa non potuisse dæmonem eijcere. [*propter
incredulitatem.*] Vnum enim peccatum tra-
hit in aliud, & ita inuidia teporem addu-
xit fidei. [*monti huic.*] Naturaliter ex vi ter-
remotus potest mons transferri. [*ieiunio &
oratione.*] Ieiunium & oratio liberant à tenta-
tione superbix & luxuriæ, ieiunium, in quâ
& oratio, quando sunt effectus fidei for-
mata.

Et cum venisset Caphar.

Diuus Hieronymus. Post Augustum Cæ-
sarem facta est tributaria Iudæa. Ideo enim
Ioseph cum Maria professi sunt in Bethle-
hem. Cum autem Dominus ita esset miracu-
lis editis illustris, tributum exactores à Christo
exigere non audent. Petrum conueniunt.
Forlan maliciosè, sicut illi qui dixerunt. Li-
cet ne censum dare cæsari? [*præuenit eum Ie-
sus.*] Ne scandalizaretur Petrus. [*liberi ergo
sunt filij.*] Christus secundum carnem ex Da-
uid, & secundum spiritum ex Deo, regis fi-
lius est. Sed voluit soluere, quod nõ debebat
& omnem iustitiam implere. At nos miseri
qui nihil Deo dignum agimus, ac si filij regis
essemus, liberi à vestigalibus sumus. [*mitte
hamum.*] Quid prius mirer? præsentiam salua-
toris, an omnipotentiam, num stater in ore
piscis creatus est? Mysticè, iste videtur Adâ,
piscis qui primò captus est, & in mari mora-
batur, vt per secundum Adam, primus libe-
raretur. Et quod in eius ore inuentum est, id
est, in eius confessione, pro Petro & Domi-
no datur, idem pro vtroque: sed pro Petro
vt peccatore, at Dominus peccatum non fe-
cerat. Stater verò duo habet didrachma, vt si
militudo carnis ostendatur. Dum eodem
pretio & seruus & Dominus liberantur. Aedificat verò auditorem quod tam pauper sit
Dominus, vt nec staterem haberet. Et licet
Iudas haberet loculos, nefas tamen puta-
uit

uit res pauperum, in suos vsus conuer-
tere.

Diuus Augustinus sermo. 6. de verbis A-
po. Mitte hamum, & qui primus surrexerit,
id est, primogenitum à mortuis accipe, eius
os aperi, inuenies. 4. drachmas, quæ sunt,
Christus, Ecclesia, Petrus, Euangelium. Por-
rò vt Christus soluit mortem, quam non de-
buit: ita soluit tributum.

Diuus Ambrosius lib. 1. epist. epi. 1. Bonus
census Christi, qui statere soluitur, stater e-
nim iustitia est, iustitia verò supra legem est,
finis enim legis Christus ad iustitiam omni
credenti. Hic stater inuenitur in ore illius pi-
scis, quem cupiunt piscatores hominum.
Quem nescierunt Iudæi, cum tradiderint pro-
ditori. Lex verè Exod. 30. dimidium didra-
chmi exigebat, quia totum didrachmum
Deo dare non poterat. Qui verò liber est, to-
tus Dei est: nihil habens simile cum illo ser-
uo, qui cum posset esse liber, non vult esse
liber, ob amorem Domini sui. At Christia-
nus non dimidium dat Deo, sed omnia sua
vendit, & dat pauperibus, nihil mundo, sed
totum Deo seruans. Qui ergo Dei est, vbi
imago cæsaris non est, totum se Deo det. Ni-
hiligitur Petrus & Dominus debent, quia
non sunt de mundo, tamen quia facti sunt
de muliere, ideo fiunt sub lege, iubet ergo
Dominus solui secundum legem, vt eos qui
sub lege erant reparat.

Diuus Gregor. homi. 7. in Ezechi. Hic
Dominus soluit, ne scandalum præbeat,
quia vbi scandalum sine peccato vitari po-
test, vitandum est, de hoc supra. c. 15.

Origenes homi. 4. in Matth. numisma ha-
bens imaginem cæsaris in domo Domini
non reperitur. Princeps enim huius mundi
nihil habet in Christo. Sed ex mari accipit
staterem, non vt faciat suum: sed vt det cæsa-
ri. Iam docemur cum tyranni per iniusticiã
nostra tollunt, dabimus ea: ne eos scandalize-
mus: & amplius peccent, vel vt videntes nos
facile soluere, conuertantur. Item auarus ha-
bens in ore suo verba pecuniæ, piscis est, & in
mari mundi versatur. Sed si capiatur à Petro
ab eius ore & corde tollitur affectus pecuniæ
vt iam in eius ore Dei verba versentur. De-
mum habetur in libr. numerorum, quilibet
filius Israel drachma sanctum soluat, at
stater duo habet drachmata, vtrunque dant
pij, omnia à se abiicientes, ne drachma iniu-
stum habeant simul cum iusto.

Diuus Chrysostomus homi. 59. Cum
Dominus filios primogenitos Aegypti in-

terfecisset, voluit sibi rependi filios Iudæo-
rum, pro quibus tribum Leui accepit. Hæc
verò cum minor esset, petijt Deus vt quili-
bet primogenitus siclum solueret. Hunc exi-
gunt nunc à Christo (qui erat primogeni-
tus) & eius loco petitur à Petro. [*à filiis suis.*]
Ergo Christus naturalis filius est, alioqui es-
semus omnes à vestigalibus liberi, cum filij
Dei simus. [*in ore piscis.*] Monstrat mare se
esse Christi seruum, proferens ei suam obla-
tionem. [*solue pro me & te.*] Summus honor
Petri, Domino coniungi.

Diuus Hylarius cano. 27. Lex iubebat Iu-
dæis didrachma soluere, pro redemptione
animæ & corporis, significans nos Christi no-
mine consignatos, Deo esse offerendos, si re-
dimendi sumus, Christus verò pro redemp-
tione animæ suæ nihil debebat, vt filius re-
gis, soluit tamen ne scandalizet. Piscis ve-
rò extractus est Diuus Stephanus: primus à
Petro expiscatus, in cuius ore noua prædica-
tio continetur.

Diuus Thomas. [*liberi sunt filij.*] Reges e-
nim quia præsidet communitatibus exem-
pti esse debent. [*pro me & pro te.*] Christus
sui corporis gloria per suam passionem pro-
meruit.

Simon de Cassia lib. 9. capit. 41. Lex erat
Romana vt pro censu nemo in persona coge-
retur: nec item in facultatibus, si erat inopia
nota: ideo exactores census Petrum ad eunt
non violentè. Mare verò est mundus, vbi
animalia pusilla cū magnis. Piscis, Christus.
Hamus, amor, pretium in ore Domini, san-
guis eius est, pro Christo obediēte, & pro Pe-
tro, id est, congregatione fidelium offerendus.
Petrus piscem reperiens, est fides per dilectio-
nem operans, datur hoc pretium regibus, si
ipsi, velint Ecclesiæ participes esse. Datur etiã
forma obediendi ministris Reipublicæ. Hæc
enim origo malorum est si bonum priuatū
publico præferatur.

Hugo. Pompeius fecit tributariam Iudæã
per ciuitates. Sed Augustus per capita, stater
verò est confessio criminum, qua Christus
id est, gratia redimitur.

Caieta. Cauit Dominus dare scandalum,
quia erat actiuum, at supra neglexit scanda-
lum, quia erat acceptum, nõ datum. [*da pro
me.*] Licet haberet Iudas loculos, noluit ta-
men Christus communia bona in proprios
vsus conuertere, vt ita Prælati faciant.

Lyranus Publicani Romanorum collige-
bāt à quolibet principali domus didrachma
& valet. 12. turonenses. Ideo de Christo qui

Iob. 5

Prou. 15.

Psal. 45.

Exodi. 21

Matth. 19.

Lucæ 20

Ioan. 15

Galat. 4.

Ioan. 12. 14

Marchi

Matth. 30

Ioannis. 11

Psal. 103

Galat 5

erat principalis petunt, an soluat. Dominus vero soluit pro Petro quem capitaneum domus fecerat.

Diuus Ambro. vt habetur. 11. quæstion. 1. ca. magnum, conuincit, Christianos debere censum, si quidem eum soluit Christus, unde Apostolus, Iomnis anima potestatis sublimi. subdita sit, & Petrus estote subiecti dominis vestris. Urbanus vt habetur. 23. quæstio. vlt. can. tributum. Non datur regi totus piscis, nec caput piscis, id est, non Ecclesia nec Pontificalis apex subduntur regibus. Sed de exterioribus Ecclesiæ, id quod antiquitus statutum est eis debetur. Sed iam clericis dederunt reges exemptionem vt affert Gratianus. 23. quæstion. 8. capit. tributum.

CAPVT XVIII.

In illa hora accesserunt ad eum.



Rigenes homil. 5. in Matthæum. Quia discipuli viderat Petrum ubique a Domino dignificari, rogant, quis eorum videretur esse maior? Vbi exemplum datur, cum quid dubij inciderit, ad Christum recurrendi, & ad eum etiam qui doctor in ecclesia est. Ita discipuli scientes in regno Dei esse maiores, minimosque, quærun quærun quis sit maior. [scut paruuli.] Qui passiones virorum habent mortificatas: ita vt eas aut non sentiant, aut debiliter sentiant, & quia in his mortificationis gaudet Christus habitare: ideo addit, qui susceperit vnum de his, me suscipit. Et licet cum hi mortificati iam sunt, scandalum non suscipiant, suscipiuntur tamen cum nondum peruenerunt ad mortificationem. [in profundum maris.] In illius maris profundum, vbi est draco formatus ad illudendum ei. Porro est mola humana, ad quam duæ molentes, assunt. Est alia mola asinaria, hoc, scilicet, corpus grauissimum. Iam quod dicit vxo mundo a scandalis, non comprehendit discipulos hoc vxo. Discipuli enim non sunt de mundo, ideo non est illis scandalum, sed pax. Sed si tu

cum discipulus sis Christi, quæ mundi sunt cupis, te etiam vxo apprehendet. Nos vero cum Paulo optemus, vt mundus crucifixus sit nobis, & nos mundo. Quod si scandalizanti vxo promittitur, quam est timendum offendere fratres & percutere eorum conscientias infirmas. [ne cesse est vt veniant scandala.] Semper enim mali spiritus contendunt quæ bona sunt impugnare, quanto enim bonum crescit, eorum regnum minuitur. [manus tua, vel pes.] Sacerdotes oculi sunt Ecclesiæ, diaconi, manus: populus, pedes. In hos omnes scruendum est, pellendi sunt, si scandalizant. Alio modo intelligi potest, per oculum, oculi actus, per manum, tactus, hæc igitur operationes si nos scandalizant, sunt eiciendæ. [vnum de pusillis.] Homines alij sunt paruuli, alij magno corpore, ratione feminis: ita & alij habent animas maiores, id est, perfectiores, alij sunt animo paruuli, id est, recens nati, quibus lacte opus est, nondum enim occurrerunt in virum perfectum, sed adhuc habent spiritum timoris, quare non differunt a seruis. Non ita hi in quibus perfecta charitas foras misit timorem. Dubium est, an homines, ex quo nascuntur, habeant angelos custodes, an ex quo baptizantur? Quidam voluit, ex quo nascuntur ab angelis custodiri, fulciunturque his testimonijs. Paulus dicit. Cum placuit ei qui me segregauit, ex vtero matris meæ. Dauid dicit, de ventre matris meæ protector meus es. Hæc vero segregatio, & protectio per angelos fieri debet. Alijs non placet hæc contentia, si quidem Dominus pusillos suos dicit habere angelos. Dubia relinquuntur hæc quæstio.

Diuus Hieronymus. [aduocans paruulum.] Intellige ætate paruulum, vel ipsum Christum qui paruulus est, vel spiritum, scilicet, qui paruulos corde facit. [efficiamini vt paruuli.] Non ætate, sed malicia. [qui humiliauerit se.] Me paruulum immitando, hic maior est. [qui susceperit vnum paruulum.] Vt nemo honoratum se credat, sed Christum in eo. [qui scandalizauerit.] Pusilli scandalizantur non maiores, & licet hæc sententia ad omnes referri possit, proprie tamen referenda est ad Apostolos, qui si fideles scandalizassent (de honore contendendo) expediret eis molam ad pedem. Erat autem illius provincie punitio molam asinariam collosum

dere. Id vero expedit: quia melius est mola premi, quam æternis cruciatibus seruari. Quos enim pœna temporalis premit, non premit æterna, non enim Deus punit bis in idipsum. [si manus.] Nullus quantumuis coniunctus nobis, est Dei amori præponendus. Iam nouit quisque credentium, quid sibi noceat, aut in quo tentetur. Melius ergo est vitam solitariam ducere, quam ob præsentis vitæ comoda, æternam amittere. Interim qui in peccatis sunt, contemnendi non sunt, magna enim est animarum dignitas, quarum quæuis ab ortu, angelum habet in sui custodiam delegatum. Ideo in Apocalypsi dicitur, scribe angelo Ephesi, Tiatyre. &c. & Apost. velent capita propter angelos. Addit impendendam esse clementiam exemplo boni pastoris, qui relinquit nonaginta oues vt vnâ quærat, hanc vnâ dicunt quidam esse hominem, reliquas angelos, vel vnâ, peccatorem: reliquas, iustos. Dominus enim non venit vocare iustos sed peccatores. [non est voluntas Patris vt pereat.] Si ouis perit, sua, non Patris voluntate perit.

Diuus Augustinus libr. 1. de quæst. Euangelii. capit. 24. [vnum de pusillis his.] Id est, de discipulis. [scandalizauerit.] Vel ei non obtemperando, vel contraueniendo. [vt mola.] Id est, cupiditas rerum temporalium (cui stulti & cæci ligantur) cum deducat ad interitum. Idem de reſtitu. catholice conuer. Moneo fratres vt superbiam penitus depouatis: per quam de cælo diabolus corruit. Deus enim superbis resistit, & qui se exaltat humiliabitur, & nisi efficiamini vt paruuli, non intra. in regnum. Idem libr. 3. Contra Maximinũ. capit. 9. Si Deum nemo vidit vnquam, quomodo angeli semper vident faciem Patris? quia illud, Deum nemo vidit, id est, nemo hominum vidit, sicut habetur. 1. ad Timo. 6. quem nemo hominum vidit: sed nec videre potest, & illud, nemo ascendit in cælum, id est, nemo hominum. Cum autem homines facti fuerint æquales angelis Dei, tunc videbunt Deum in natura sua, sicuti est, non tamen eum comprehendent.

Diuus Ambrosius libr. 7. in Lucam. [qui receperit vnum paruulum.] Qui enim imitato rem Christi recipit, Christum recipit, & qui imaginem Dei, Deum. Et quia imaginem Dei videre non poteramus, facta est ad nos per incarnationem verbi præsentia, vt nobis Diuinitas reconciliaretur.

Diuus Gregorius libr. 6. Moralium capit. 26. Si oculus vitæ contemplatiuæ no-

cet, quia non vales summa contemplari, melius est tibi luscum esse, vt intres in cælum: quam cum duobus oculis cadere in infernum. Sunt enim qui additi contemplationi, eorum quæ assequi nequeunt, in peruersa dogmata cadunt. His melius fuerat, vt vitæ actiuæ mola (quæ adstricti in circuitu laboris verterentur) ad eorum collum alligaretur, & in profundum seculi demergerentur. Idem libr. 1. Pastoralis, capit. 2. per molam asinariam secularis vitæ labor & circuitus exprimitur, per profundum maris, æterna damnatio. Qui ergo sub specie sanctitatis alios destruit, verbo vel exemplo, melius ei erat, vt sub exteriori habitu, hunc terrena constringeret acta, quam quod sacra officia cæteris in culpa imitabilem demonstrarent, quia si solus caderet, tolerabilior eum pœna cruciaret.

Idem homi. 34. in Euangel. Angeli & homines creati a Deo centum oues sunt, peccauit homo in deserto: deseruit enim cælum & paradysum, humeris ouem imposuit, cum in se nostra peccata suscepit. Rediens vero in cælum, angelis dicit, congratulamini mihi, quia inueni ouem quam perdideram. Congratulamini, inquit, non oui, sed mihi quia gaudium Dei vita nostra est, & cum in cælum reducimur, solennitatem eius letitiam implemus.

Diuus Basilius. respon. ad quæst. 216. [vt paruuli.] Ipse euangelij locus nos admonet, quid velit, nempe vt excellentiam non queramus, vt solent paruuli. Tunc vero regnum Dei accipimus, vt paruuli, qui cum discunt non contradicunt, non disputant, sed Dei præcepta cum fide & obedientia recipiunt.

Diuus Chrysostomus. homi. 59. [in illa hora.] Quando Petrus prælatus est, humanum quid passi sunt discipuli, dolentes, non solum quia Petrus soluit staterem, sed quia clauis regni suscepit: & beatus prædicatus est. Interim tamen, nulla seculi cura tanguntur. Nos vero neque ad hos discipulorum defectus peruenimus: nec enim curamus, quis sit maior in cælis: sed quis erit diuor in terris. Tunc Dominus, vos quæritis quis sit maior ego dico, qui se cæteris humilior non effecerit, regno cælorum indignum iudico. Posuit etiam ob oculos paruulum, qui nec inuidere nouit, nec maiorem gloriam expectare. Non ergo sat nobis est, fortitudo, aut prudentia nisi humilitas adsit, & simplicitas. Paru-

Pri. Tho. T 5 lisi

Rom. 12.

1. Pet. 2.

Matth. 5

Psal. 103

Matth. 24.

Ioanis. 17.

Galat. 6.

1. Co. 3.

Heb. 6.

Eph. 4.

Galat. 4.

Galat. 4.

Psal. 11.

Iacobi. 4.

Ioan. 1.

Ioan. 31.

li si verberentur non afficiuntur odio, nec si laudantur arrogantia. Ideo, vt arbitror, valde paruulum ibi Dominus statuit, qui nec irane superbia nec infania macularetur. Vide verò quam possit homo suam flectere voluntatē, vt paruulus sit. Addit Dominus. Adeo in paruulos afficior, vt qui eos susceperit, cœlū à me recipiat, & qui eos scandalizat, id est, vituperat me vituperet: & dignus sit mola asinaria, cuius meminit, vt rudes homines hanc pœnam magis timerent. Vide quam velit Dominus superbiam euellere. Planè quia superbia infania est. An non infania est, cum cubilitalis sis, credere te motibus maiorem? Quando hic suas culpas agnosceret, qui captiuus tenetur à diabolo? Si de atavis gloriaris, extende oculos, forsan eos agafones inuenies. Si de deuitijs, an non eas bellū, mors, curæ, timor, magis terrent? [Vt mundo.] Domine si necesse est mundo scandala venire, potius fauere, debueras, quam, vt, minari? Planè Dominus fecit omnia quæ debuit, sed ignauissimi homines, hæc nihil curant, ideo desentur, ægri curari nolentes, flet verò Dominus, vt nos diligentiores efficiat, & clementiorem se demōstret, quo etiam contradicentes flet. Sed si necesse est scandala venire, quomodo ea vitabimus? quia non dixit, necesse per scandalum perire, necesse est venire, ne dormitemus: sed vigilemus, quia foris pugnae intus timores. Quod autem dicit necesse, non tollit arbitrij libertatem: sed ventura prænuntiat. Cur ergo non ipse ea abstulit? quia multi, scilicet, iusti ea euadent. Si enim inter tot hostes ita dormimus, quid si nulli essent hostes? Si Adam die integra non durauit, quid si longissimo tempore, inter delicias mansisset. [per quem scandalum.] Id est, à quo scandalum venit. Sicut Genes. 4. possedi hominem per Deum, id est, à Deo, & per quem vocati estis, id est, à quo. [si manus tua.] Non de membris sermo est, sed de amicis & necessarijs, quos velut membra nobis coniuncta ducimus. Quod si in morbo corporali membra tabida refecantur, quanto potius amici refecadi, quos saluare nō potes, & per eos perire potes? [vnum paruulū.] paruulos dicit, hominum æstimatione: quia sunt pauperes & ignoti, sed reuera paruuli non sunt, qui Deo amici sunt. [angeli eorum.] Summa res est, ab angelo custodiri, summa fiducia, summus honor. [relinquit nonaginta nouem.] Vide quot rationibus curam tenuum nobis persuadeat, qui enim eos

scandalizat, afficietur extrema pernicie: vt enim illi: reijciendus est à nobis, etiam si manus nostra sit, quia tenues honorabiles sunt, ex tutela angelorum, & quia eos Christus sua passione honorauit, vt Paulus dicit, non esse scandalizandum fratrem, propter quem Christus mortuus est. (1. Cor. 8.) Demum quia non est voluntas patris vt hi pereant. Quod si Dominus ita gaudet de vna oue reperta, quam & tu gaudere deberes? Deberet in nobis esse studium, aliquem quous die à periculo liberare, maximè animæ. Mercator & miles, summa adeunt pericula, cur nos non item.

Euthymius. Videntes discipuli Petrum sibi in terra præponi, rogant an sit ita præponendus in cœlo? Tunc Dominus, nili efficiamini innocentes vt pueri, non intrabitis in cœlum, puer est simplex, non curiosus, non ambitiosus, sine fastu, inuidia, contentione, demum solutus est ab omni voluntario affectu. Qui ergo voluntariè se deijcit, vt sit sicut puer, hic magnus est in cœlis. [Vt mundo.] Id est, qui sunt in mundo. [à scandalis.] Id est, ab impedimentis rectæ conuersationis. [Vt homini, per quem scandalum.] Scandalum à demone est, vt tamen homini qui offendiculum alit, auget & recipit, demonis enim minister est. [angeli eorum.] Ita habetur in Psal. imittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. [centum oves.] Omnem rationalem creaturam intelligit, centum vero vocat, propter ordinem rationalis naturæ, tot enim sunt, quot esse oportet. Solet verò centenarius perfectionem significare. Quod si homo errantem ouiculam quærit, quanto magis quæret Deus errantem animam. [magis gaudet super illa.] Quia gaudium de non amissis, non sentitur, de recuperata sentitur.

Diuus Hilarius. Cano. 18. Pueri patrem sequuntur, matrem amant, proximum odire nesciunt, curam opum negligunt, non insolent, non mentiuntur, dictis credunt. Mola verò asinaria cæcitatibus labor est, iumenta enim clausis oculis aguntur in gyrum. Sub asini nomine gentes intelliguntur. Igitur Iudæis (qui scandalum dederunt Apostolis) melius fuisset, si cæcitatibus gentilitiæ labore depressi, in ignorantie tenebras demergerentur. Erat enim tolerabilius Christū nescisse, quam cognitum non recepisse. [Vt mundo à scandalis.] Scandalum fuit humilitas passionis, vbi maximè ignorantia humana offenditur. Homo ille per quē hoc scādalu venit

nit Iudæicus populus est, per hos enim, homines Christum passum negant, quem lex & prophetæ prædicauerunt. [ne contemneris.] Periculose contemnitur is, cuius desideria & orationes ad Deum, ambizioso angelorum famulatu peruehuntur.

Diuus Bernardus libr. de præcep. & disp. Scādalum puillorum cauendum: phariseorum contemnendum. (Idem Serm. 2. Sancti Michaelis. Monacho fratres scandalizanti melius fuisset, si mola terrenæ cupiditatis, in profundum seculi mergeretur. Minus enim damnabile est in seculo perire, quam in monasterio. [si oculus tuus.] Non membrum extrahendum, sed scandalum interius, id est, lex in membris nostris. Si igitur oculus nostræ operationis ad alia quam ad Diuina se extendit, si pes desideria à profectu nos retrahit, eijciendus est.

Diuus Thomas. An non dignum est querere eminentiam in regno Dei? Planè, arbitrari te dignum eminentia, superbia est. Sed querere maiorem gratiam, vt meliores simus, bonum est. Emulamini, inquit, charismata meliora. Porro Apostoli quærunť quis sit maior in cœlo, scientes in eo esse mansiones multas. [paruulum.] Dicitur fuisse S. Martialis. [non intrabitis in reg.] Quia humiles spiritu suscipit gloria, vel non intrabitis in doctrina Euangelicam. [hic maior est.] Contra, quia nō ex humilitate quis est in gloria maior, sed ex charitate. Reip. nunquam est humilitas sine charitate, nec contra. [mola asinaria.] Erat hic gentis mos, & ita factum est beato Clementi. [Vt mundo.] i. amatoribus mundi. [necesse est.] Hæresis esset dicere, scandala ex necessitate venire absolutè, sed ex necessitate conditionata. Si, scilicet, diaboli odiunt nos, & nos obedimus eis. Vel necesse est, id est, vtile est, vt illud oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant. [si oculus.] Pes est qui sustinet, manus qui adiuuat, oculus qui docet, vel oculus est Prælati, cuius est vita contemplatiua. Manus est diaconus, & vita actiua. Pes est populus, id est, operatio. [angeli eorum.] Ascendit fumus incensorum, de orationibus istorum, de manu angelorum coram Deo. [semper vident.] Non interpollatè. [faciem Patris.] Id est, clara visione, vident Deum in se. [in cælis.] Id est, sublimi & excelsa visione. Iam si custodes nostri vident Deum, videbimus & nos. [nonaginta nouem.] Quidam intelligunt superbos, qui in montibus relinquuntur. Quod si in-

telligantur angeli: gaudet tunc Christus super homine, quia dignus erat reparatione. Si verò intelligantur iusti per illos nonaginta nouem gaudet Deus super vno peccatore, qui se strenuè gerit, plusquam super tepidis iustis.

Simon de Cassia. libr. 9. capit. 42. Erant adhuc discipuli imperfecti, curiositas enim est velle scire, quod ad virtutem non spectat. Et inter veros Dei cultores de virtutibus, non de premijs contentio est, de his examinare solius Dei est. Quærunť ergo discipuli, an in Christo sit acceptio personarum, vt pote qui Petrum alijs prætulisset. At Dominus docet humilitatem esse cœli ianuam. [nam qui minor est.] Forfan de se loquitur, qui exaltatus fuit, quia fuerat humiliatus. Sed etiam de humili potest sensus esse. Aqua enim tanto ascendit, quanto descendit.

Hugo. [statuit paruulum.] Vera humilitas stabilis est, est enim vt terra vel centrum aliarum virtutum, humilis enim recumbit in nouissimo loco, id est, in medio, seu in corde. [nisi conuersi.] Aquæ Iordanis conuersæ sunt: ideo intumuerant. [mola asini.] Asinus alijs laborat: & ideo qui alios scandalizat, laborare multum debet, vt alijs bonum exemplum præsteat. Id verò fit, si in profundum pœnitentiæ mergatur. [Vt homini per quem.] Num si alij scandalizantur, quia ego res meas coram iudice peto, petere debeo? Respond. si imperfectus sum, repetere possum, non tamen si perfectus. [cum vno oculo.] Vulnerasti cor meum, Iosue. 3. vno oculorum tuorum. [venit filius hominis saluare.] Ego enim quod perierat requiram. [nonaginta nouem.] Sunt mediocriter boni, quibus adhuc aliquid deest ad perfectionem. [vadit querere.] Non ergo statim sunt excommunicandi quæritur enim Dominus de pastoribus dicens, quod infirmum fuerat non consolidastis. At de Deo dicitur. Parcis omnibus quia tua sunt, qui amas animas. Cuius testimonium est, quod angelos, se, & quemlibet nostrum in fratrum custodiam deputauit. Sed multi dicunt nunc, num ego custos sum fratris mei? [gaudium maius est.] Agit festum Christus, videns suam humilitatem alicui profuisse. Agit & Spiritus sanctus videns sibi templum parari. [non est voluntas.] Non enim voluntatis meæ est mors impij, multo ergo minus, mors puilli.

Caictanus.

Caietanus. [statuit parvulum.] Rudi-
bus discipulis exemplum sensibile propo-
nit. [nisi conuersi.] Quanto quis habet tu-
moris, habet & auersionis à regno cælorum.
[qui humiliauerit se.] Non verba, non ge-
stum, sed se proprium obiectum humilita-
tis est humiliare se. Est igitur humilitatis di-
gnitas prima, suum esse regnum cælorum,
altera, quanto maior humilitas, tanto est e-
minentior in cælo, tertia, quia Christi hu-
milis personam gerit, quarta, quia grauif-
sima poena est humilem offendentis. [necef-
se est.] Morali cursu, ut est necesse claudos
& cæcos esse. Iam licet sit necesse scandala
in generali venire, vā tamē ei, qui in singu-
lari scandalizat. [si manus tua.] Non dixit,
si corpus tuum, aut caput, aut aliud mem-
brum necessarium, nec dixit vtramque ma-
num, nec manum alienam. Sed eas abdicat-
iones dixit, quæ possibiles & tolerabiles es-
sent. Ea igitur scandala abijcienda sunt, quæ
tolerabiliter abijci possunt. Quod ergo re-
medium, cum quis nos offendit? Caue ne
peccato scandalizantis consentias. Iam quia
facile viles contemnimus, admonemur ne
pauperes Christi despiciamus, quia custo-
diuntur ab angelis Dei, qui causas eorum a-
gunt, qui quæ semper vident Deum, ut non
sit necesse nostram relinquere custodiam
ut Dei felicitate fruantur. Nota ex hoc tex-
tu non colligi singulos pusillos singulos ha-
bere angelos. Sed quod singuli, vel multi
angelos habeant. [gaudet.] Habituali gau-
dio plus gaudet de nonaginta nouem, sed
actuali tunc occurrente plus gaudet de o-
ue recuperata. [vnu de pusillis.] Scilicet e-
lectis, ad quos efficaciter saluandos ipse ve-
nerat.

Glos. interli. [maior est in regno cælorum.]
Idest, in collegio iustorum. [vā mundus a scan-
dalis.] Si ea non cauet. [scandalizauerit.]
Dicto vel facto minus recto ruinæ occasio-
nem dedit. [proijce abste.] Affectu. [nona-
ginta nouem iustis.] Rationalis naturæ nume-
rus percunte homine fuit imminutus. [ma-
ius gaudium est.] Maior enim gloria est per-
dita restaurare, quam immotaretinere.

Glosa ordina. [semper vident.] Quia
quouis missi vadant, in Deo qui vbique
est currunt. [maius gaudium est.] Quia ius-
ti quidam, qui illicita non commiserunt,
licitis vtuntur: & ideo cœlestia non anhelāt,
vel etiam magis gaudet, quia nos magis gau-
dere facit.

Lyranus. [nisi conuersi.] Diabolus per su-

perbiam è cælo decidit, contraria ergo via
in cælum redeundum est. [maior est.] Est
enim humilitas dispositio ad gratiam, hu-
milibus enim dat gratiam. Non, quod vir-
tutes Theologicæ (imò & iustitia & pru-
dencia) non sint humilitate maiores: sed
quia ex magnitudine fundamenti, magni-
tudo colligitur ædificij. [qui susceperit.] In
Diui Martini exemplo, id patet. [necef-
se est.] Si enim mundani mundanè viuere vo-
lunt, alios scandalizent necesse est. [si ma-
nus.] Docuit ne scandalizemus alios, nunc
pusillos docet, occasiones ruinæ à se exclu-
dere, tactum, visum incessum. Non verò
est sermo de membro corporali, nemo e-
nim id præscindere potest, nisi ob salutem,
aut etiam iudex ob bonum publicum. Si
quidem non per membri abscisionem pec-
catum tollitur, sed per affectus exclusio-
nem ut illud beati qui se castrauerunt. [maius
gaudium est.] Ceteris paribus ma-
ius gaudium est de iustis, sed speciali ra-
tione maius est de peccatore redeunte, quia
recuperatur, & quia humilior est.

Innocentius in capit. 2. de noui ope-
ris nunci, propter scandalum non est ad-
mittendum peccatum mortale: nec relin-
quendum quod sine mortali relinqui non
potest, reliqua ob scandalum relinqui de-
bent. Si enim scandalizatur frater, non
manducabo carnem in æternum. Idem
ferè habetur, de regul. iuris. capit. qui
scandalizauerit, & .11. quæst. 3. Can. in-
ter verba, & de his quæ vi. me. ve. ca. f. c.
sacris. Est enim rigor iuris ad terrorem,
dispensatio est iuris relaxatio, ut maio-
ribus malis charitas sincera subueniat, ergo
propter scandalum pusillorum ius re-
laxandum est.

Si autem peccauerit in te.

Origenes homi. 6. in Matthæum. Num
hæc Domini sententia ad omnia peccata re-
ferenda est? si septuagies septies remittendū
erit, id occasionem peccandi præbet, & Pau-
lus repugnare videtur cum dicit. Si qui no-
minatus frater inter vos, fornicator est, &c.
cum hoc nec cibum sumere & hæreticus
post tertiam admonitionem vitandus. Res
inquit dubia est. [quæcumque ligaueritis.]
Rectè soluitur, qui reprehensus emendatur:
rectè ligatur, qui corrigi non vult. Attende:
Petro dat facultas ligandi in omnibus cœlis.

At

Psal. 11

At his, in vno cælo. [ubi fuerint duo.] Con-
sentientes in fide & conuersatione, ut Petrus
Iacobus Ioannes, & filij Chore: Asir, Hel-
cana, Abiasaph. Vbi ergo est cor vnum & a-
nima vna, vbi sunt multi in eodem sensu, &
sententia: vbi Christus est caput, scilicet, vbi
sunt membra, quod si non consentiant mē-
bra, non fiet concentus Deo placens. Item
cum spiritus & caro consentiunt (ut fit in vi-
ris perfectis) eorum oratio auditur. Sed ma-
gis auditur si consentiāt tres, spiritus, anima,
caro. Item Christus est vbi duo testamen-
ta (intercedente spiritu) inter se consen-
tiunt. [simile est regnum.] Propositum pa-
rabolæ est admonere, ut faciles simus ad in-
dulgendum, maximè vbi nobis satisficit, &
venia delicti rogatur. Regnum ergo Dei,
Deus est, ut enim ipse est iustitia, pax, ve-
ritas: ita & regnum: regnans in sensibus eo-
rum, qui sibi obtemperant. A similitate ve-
rò est homini regi: cum carnem suam sibi
Deus vniuit. Hic igitur rex, cum condit va-
rias animas, velut ad varias virtutes propen-
sas, dat cuique talenta, secundum earum vi-
res. Porro non omnes sunt intra domum re-
gis seruientes, sed qui dispensatores sunt ver-
bi. [cum inceperit ponere rationem.] Iudicium
incipiet à domo Dei, & in Ezechie. A san-
ctis meis incipite. [qui debebat. 10. millia talen-
ta.] Ut qui fecerat multa damna: & sequu-
tus fuerat mulierem super talento plumbi
sedentem, & forsan debere tot talenta est,
multos probos viros perdidisse, qui sunt si-
cut talentum auri. Nota, debitorem credi-
tor non suffocasset nisi à rege exisset. Item
seruus adorauit regem, sed non quia adora-
uit, sed quia rogauit, sunt ei debita dimissa.
At conseruus non adorat, sed rogat. Item
conserui non detraxerunt conseruo coram
rege, sed simpliciter rem narrauerunt.

Diuus Hieronymus. Si frater nos læse-
rit, dimittendi habemus necessitatem: alio-
qui non dimittetur nobis. Est verò in se-
creto admonendus: ne si semel pudorem
amiserit, maneat in peccato. Si non audie-
rit, adhibeatur secundus, & tertius testis,
vel corrigendi studio, vel conueniendi sub
testibus. Si non sic audierit, dicendum est
multis: ut sic detestationi habeatur, ut qui
non seruatur pudore, seruetur opprobrijs,
is qui sub nomine fidelis, infidelium ope-
ra facit. Quod si qui corrigitur ab eccle-
sia, eam contempserit, dicit Dominus, A-
postolos habere auctoritatem à Deo, ut
quem illi condemnent, in terra sit con-

demnatus in cælo. [si duo ex vobis.] Pro-
uocat adhuc ad concordiam, pollicens af-
futurum se in medio concordium, & eos
impetraturos quod petierint. [septuagies.]
Ut toties in die Petrus dimittat, quoties
nemo eum offenderet. Addit Dominus
exemplum facilitatis Regiæ, qui facile di-
misit, quod si nos implacabiles sumus mi-
nora peccantibus, implacabilis Deus erit
nostris peccatis maioribus. Omnem verò
simulationem fictæ pacis aufert dicens, nisi
dimiseritis de cordibus vestris: neque Pater
dimittet vobis.

Diuus Augustinus. libr. 1. contra Aduer-
sa. leg. capit. 17. Cum Ecclesiæ dictum est, ut
remittat septuagies: non ad id valet, ut ini-
quitas sit impunita: qui enim dixit, quod
solueris: etiam dixit, quod ligaueris. Bona
enim est vindicandi iustitia. Et certè il-
lud, sit tibi ut ethnicus, peius est, quam
si gladio feriretur: si flammis absumeretur:
si feris subigeretur. Illud enim. Quæcum-
que ligaueritis: indicat, quanto grauius
puniat, qui relinquitur impunitus. Adde
de Verbis Domini. Serm. 16. qui vult corri-
pere fratrem, trabem, id est, odium, prius
eijciat de oculo suo, non enim nocendi
cupidine quis bene corrigitur: sed qui a-
manter reprehenditur. Quod si corrigis
fratrem, quia ille te læsit, nihil facis: sed si
amore illius, optimè facis. Ideo enim dicit,
lucratus es fratrem tuum. Igitur ideo cor-
recturus ut fratrem lucreris. Si lucraris, igitur
ille perierat. Ergo qui in fratrem pec-
cat, perit, nemo ergo contemnat peccare
in fratrem. Paulus dicit. Sic autem pec-
cantes in fratres, in Christum peccatis. Non
igitur leue est in fratrem peccare. Reus e-
nim gehennæ est, qui fratri suo dicit fa-
tue. Sed remedium ad manum est. Re-
conciliare ei. At nos faciles sumus ad ir-
rogandas fratribus iniurias: difficiles ad pe-
tendam veniam. Dicis, non me humilia-
bo. Et iaces iam. Si nolebas descendere:
cur prius corruisti? humilia ergo te, qui
læstisti, læsus verò corripit. Quod si non
facit, peior fit tacendo, quam ille fuerat
conuiciando. Gloriosum enim est obli-
uisci iniuriam tuam, sed non vulnus fra-
tris tui. Vides eum perire, ne negligas.
Primum verò corripe inter te, & illum, ne
excverecundia incipiat defendere quod fe-
cit: & peior reddatur. Si non audierit testes,
nec ecclesiā, ligatus erit sicut ethnicus, vide
verò ut rectè liges, alioqui vincula disrumpet
iusti-

1. Cor. 8.

6. **Timo. 5.** iustitia. Dicesur dictum est, qui arguit, pacem facit? & item, peccantes coram omnibus argue. Respon. Textus se explicat. Si peccauerit in te, id est, secretè tunc argue secretè. Sed si publicè te frater affecit iniuria: tunc coram omnibus argue: vt reliqui timorem habeant. ¶ Idem libr. quæst. Euange. li. capit. 25. Oblatus est debitor decem miliu, id est, qui violauit decem præcepta. Vxor & filij debitoris istius sunt cupiditas, & eius opera. Pretium venditi, eius supplicium est. Conserui, Ecclesia intelligi potest, quæ eum soluit, & ligat. ¶ Idem libr. 1. de Bap. contra Dona. capit. 12. Tempus reddendæ rationis intelligitur, tempus quo per baptismum accipitur indulgentia peccatorum: tunc enim remittuntur omnia debita quæ inueniuntur. Vbi non dimisisse conseruo, non impediuit, domini misericordiam. Sed quid ei indulgentia profuit? quandoquidem propter odiorum perseverantiam, omnia crimina in eius caput replicata sunt.

7. **Titim. 3.** Diuus Ambrosius. libr. 8. in capit. 17. Lucæ. [*corripe eum.*] Plus enim proficit amica correptio, quam turbulenta accusatio, illa enim pudorem facit, hæc indignationem. Paulus dicit. Corripite vt fratrem, vt erubescat: non vt inimicos vos existimet. Timor est in firmus bonitatis custos, melior officij magister est pudor. [*si peccauerit in te.*] Secus si in Deum. Teste Paulo qui dicit, hereticum hominem post vnâ correctionem deuita, aliud enim perfidia est: aliud culpa venialis. [*septuagies.*] Non præfinitur remissionis munus. Sed sex diebus laboratur, septim^o est sabbatum. Sabbatum verò non solum est dierum, sed & mensium, & annorum, (nam septimo mense sabbatum est) imò & generationum, imò & totius mundi. Siquidem septima generatione Enoch translatus est, ne malicia immutaret sensum eius, & Christus nascitur septuagesima septima generatione, & sabbato dicitur mulieri, dimissa est, iniquitas tua, sabbato iacet Dominus sepultus.

8. **Matth. 26.** Diuus Basilii in regu. breuioribus interrog. 261. [*si duo ex vobis consen.*] Cur igitur multi multa petunt, quæ non impetrant? Primum quia petunt ea quæ non sunt ex Dei voluntate. Nam Dominus dicit, non mea voluntas, sed tua fiat. Secundò quia nõ perseveramus orâtes. Nam impotuna vidua exauditur. Tertio, quia manus nostræ impuræ sunt. Nam sacerdotes manus plenas sanguine leuantes non audiuntur. Quarto, quia qui orat indignus est. Nam David in-

dignus non ædificat templum Domino. Quintò, quia pro quo oratur indignus est. Nam Ieremias non impetrat Iudæis, & nonnunquam melius est calamitatem tolerare. Igitur sensus loci adducti est. Si correptus in idem propositum cum corripiente venerit: quicquid circa relaxationem peccati petierint, recipient. Quod si correctus non consenserit, ligabitur sicut ab ecclesia, ita etiam à Deo. ¶ Idem interro. 225. Qui non ex dignitate vocationis, nec vt voluntati Domini pareant, congregati sunt, ij licet in vnum in nomine Domini conuenisse videantur, id tamen audient, quid me vocatis Domine, Domine, & non facitis voluntatem Patris. Matth. 7.

9. Diuus Chrysostomus. homi. 61. [*inter te & ipsum solum.*] Ne multitudinem testium, acculatio grauior videatur. [*si te audierit.*] Id est, si à te persuasus, peccati se condemnabit. [*lucratus es.*] Non dicit, satisfactum tibi est, ne videatur, fuisse propterea in illum animaduersum: sed lucratus es: quia inimicitia vtrique sunt detrimetosa: alter enim iacturam fratris fecit: alter propriæ salutis. Matthæi. 5. admonuerat læso-rem, vt relicto munere ad altare, fratri reconciliaretur: nunc admonet etiam læsum, vt læso-rem reducat. Siquidem qui læsit, rubore sæpè non venit ad satisfaciendum. Ideo læsus ad eum mittitur, non vt increpet, sed argue, id est, in memoriam ei peccata reducit. Quod si durus ille sit tanto amplius studendum est eius curationi. Nam & medicus probro affectus curare non desinit. Imò si tu iniuria affectus succumbis, tute ipsum iniuria affectus: non si sanus manes, ideo enim sanus ad egrotum mitteris: non tu solus, sed & testes: & ecclesia, vt temulento quæ intemulentia patrauit ediserant. Porro non alius quam læsus mittitur ad sanandum, quia hunc patientius feret arguentem, is qui læsit, nam si qui poenam expetere possit, is pro salute læsoris laborat, cum maximè placare poterit, maximè vbi solus expostulat. [*in ore duorum.*] Qui iudicent, opus abs te tuum à te ita confectum, vt nihil quod ad te pertineat, reliquum esse videatur. [*die ecclesie.*] Id est, Præfatis. [*si tibi vt publicanus.*] Id est, sit tibi summe improbus, audiant attentè, qui iniustus sibi quæstus excogitat. Hunc autè cū publicanus collocavit, vt læso-rem terreret, & læsum cõsolaretur. [*quæcumque alligaueris.*] Nõ dicit,

10. **1. Cor. 13.** xit, ligate. Sed si ligaueritis: id totum læso permittens: quod si ligaueritis, æterna supplicia futura sunt. Aduertis hic esse ab Ecclesia supplicia, & à Deo in futuro æterna? Aduertis etiam, quod læsor, non statim absconditur, sed ad tertium iudicium progressio fit? [*iterum dico vobis.*] Quam cupit omnes esse concordēs: non solum poenarum dictarum terrore, sed etiam donorum à charitate prouenientium promissione. Promittit igitur concordibus, quæ petietur impetraturos, & læsum in sui medio habituros. [*congregati in nomine meo.*] Id est, ppter me principaliter, non propter alias causas. Porro difficile inuenies, qui propter Christum proximum diligat, omnes enim secularium rerum vinculo vincuntur. Nam vbi spiritualis est radix amoris, nulla secularis causa disturbat. Ideo charitas nunquam excidit, quo enim plures sunt non amandi causa, vehementius amat: siquidem maiora inde premia sperat. [*vsque septies.*] Id est, video te Dominum terminum præscripsisse ei qui non poenitet: vt habeatur sicut ethnicus, quis verò terminus erit, eius qui poenitet: nõ septies? Resp. imò septuagies septies, id est, cõtinuò, & semper. Quod si tibi id videatur difficile: parabolam addit, qua & misericordiam suã indicet, & non parcenti terrorem incutiat. [*centum denarios.*] Vides quantum distent peccata contra Deum, à peccatis quæ fiunt contra homines? Planè tantum distant, quantum centum denarii, à decem milibus talentis. Quod ita esse constat, ex differentia personarum, ex crebritate offensionum contra Deum, ex ingratitude ad tot beneficia recepta, scilicet, ad beneficia creationis, redemptionis, mundi propter nos facti. &c. Quæ igitur via vt tanta totque peccata quæ contra Deum fecimus remittantur: facilis planè scilicet. Si remittamus fratribus, id parabola docet. [*iusit vendi uxorem.*] Non ex crudelitate (sed vt seruus conseruo remitteret) fecit Dominus: & vt remissionis magnitudinem intelligeret. Sic tamen Dominus donauit seruo, vt donatio videretur petitionis premium, licet totum ad donantis gratiam pertineat. [*redde quod debes.*] Audite qui similia contra fratres patris. [*patientiam habete.*] Miser conseruus, portum vbi est ipse saluatus, ignorauit. [*nonne oportuit.*] Si triste est diligere inimicum, tristius est æternis supplicijs adigi. Audiant qui aliena rapiunt, non solum contra fratres, sed contra se faciunt. Tua peccata colligis in fascem,

11. **Rom. 11.** comburenda in æternum. [*alligate eum.*] Tantum valet iniquitas, vt dona Dei quæ sunt irreuocabilia, reuocet. Planè sine poenitentia sunt dona Dei. Sed hæc dona, serui malignitas reuocauit. [*pater meus.*] Non dixit pater vester. Quia qui fratri non donat, non est dignus qui talem patrem habeat. Nemo igitur dicat, quomodo donabo ei qui me mille contumelijs affecit? Imò quo plus est conrumeliosus, tanto maiori beneficio te affecit: dans tibi occasionem, quæ tua peccata Deus tibi dimittat, sicut tu fratri dimisisti. Præbuit tibi ille occasionem patientiæ, perseverantiæ, humiliatis, humanitatis, qui enim nescit inimicis parcere, nec amicis commodus erit. Imò tu tibi utilis eris, si enim non irascaris fratri, nec tristaberis, gaudebis igitur perpetuò, omnibus amabilis eris, & venerabilis. Dicis, publicè me conuicij profcidit. Sanè se ipsum ipse publicè dedecore notauit: multorum contra se ora aperuit: multos præcones fecit tuæ patientiæ. Cogita interim Christum eisdem conuicij affectum. Dices, mala mihi intulit, cum ei beneficus essem. Igitur tu Deo similis es, qui beneficiens etiam peccatoribus, ab eis offenditur. Imitare tu Ioseph, Mosem, Paulum, Stephanum.

12. Euthymius. [*lucratus es fratrem.*] Id est, membrum tuum, quod perdendo magnum damnnum passus eras. [*assume tecum.*] Si solus curare non potuisti, assume paucos alios, qui curet. [*die ecclesie.*] Id est, Præfatis, verebitur ille forsitan eorum dignitatem. [*si tibi vt ethnicus.*] Cum quo nullam ineam societatem. [*quæ ligaueritis.*] Id est, quem durum inuenieritis ligare poteritis, ad Præfides dicit. [*si duo ex vobis.*] Cur ergo multi non impetrant? quia non sunt similes Apostolis, non enim dicit, si duo petierint, sed si duo ex vobis, id est, ex habentibus vitam apostolicam. [*ibi sum cum eis.*] Non dicit, ero cum eis, sed sum protinus. [*septuagies.*] Id est, infinities. Siquidem nos contra Deum infinities peccamus, ergo remittendum est infinities veniam petenti. Nam impoenitens habendus est vt ethnicus. [*talentorum.*] Pondus est maximi pretij. [*prostratus.*] Nam stans in sua prauitate, non poterat assequi remissionem peccatorum. [*debitum dimisit ei.*] Seruus petierat solum temporis dilationem. Dominus vero omnia dimittit, plura ergo dat Deus, quam nos peti-

Paulus de Palacio.

petamus: etiam cū durior videtur. [egressus seruus ille.] Statim beneficentiæ Dei oblitus est, imo beneficentiam tramitem, & viam fecit ad suam crudelitatem. [prostratus seruus.] Neque formam supplicationis veritus est, qua ipse misericordiam percepit. Et quidem ipse pro talentis, hic pro denarijs rogabat: ipse pro decem milibus, hic pro centum: ipse Dominum, hic conseruum: Dominus remittit omnia seruo, ipse verò nec dilatiōem dat cōseruo. [contristati vehementer.] Incompafibilitas bonis est inuisa, & Dominus nō vocauit nequam seruam qui non soluerat, sed qui non erat compaffus. Attende, peccata cōtra homines esse denarios. Contra Deum talenta.

Diuus Hilarius. Cano. 18. Adhibe tecum. Ita Deus fecit cum Israele, cum enim solus in monte Sina reprehendit. Mox adhibuit testes. Mosem, prophetas, Ioānem, demum Christum, tandem reliquit eum vt ethnicū.

Venerab. Beda. libr. 5. in Lucam. capit. 17. [si peccauerit in te.] Simile habetur apud Mosem. Ne oderis fratrem in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Igitur peccantem zelo iustitiæ corrigere oportet: poenitenti indulgere. Qui ergo peccantem non corrigit, non minus præceptum violat, quam si eidem poenitentiam veniā denegaret. [septuagies.] infinitus est numerus, vt ibi septies in die cadit iustus.

D. Thomas. Peccatum contra nos dimittere debemus at non peccatum contra Deū & maximè curare debemus nostrorum sociorum peccata: reliquorum cura habenda, sed non tanta, quid enim nobis, de his qui foris sunt. Nota, corripere Prælatis solis, conuenit ex officio, reliquis ex charitate. Ideo boni plerūque cum malis castigantur, quia malos non corripuerunt. At non est malus corripendus, si correptione peior fit: aut si persequutionem parat Ecclesiæ. Sed si non corripis, ne lædatis in temporalibus, peccas. [inter te illum.] Quia charitas non finit famā proximilædi. [lucratus es.] Lucraris membrum tuum, imo te. Nam qui conuerti fecerit peccatorem, saluabit animam suam [duos testes.] Vt non neget crimen. [vt ethnicus.] Igitur pro sola contumacia est quis excommunicandus. [regnum colorum.] Id est, Ecclesia, quæ habet omnia quæ regni sunt. [cum seruis suis.] Id est, cum Prælatis, vel cum quouis nostrum. Prælatis enim vigilant, tãquam rationem pro nobis redituri, & qui uis nostrum dabit rationem de quouis verbo. [cum

capisset rationem ponere.] Incipit rationem ponere, cum aliquam tribulationem mittit. A sanctuario meo incipite. [oblatus est ei.] Quia Prælatus debet peccata populi. Erit enim anima eius, pro anima populi. Et hæc peccata sunt grauissima, iuxta illud. Ecce talētum plumbi portabatur, & illud. Peccaui super arenam maris. [cum nō haberet unde redderet.] Quia, quid dignum offerā Domino? Et tūc venundatur, cum poena de eo sumitur, & de eius vxore, quæ est concupiscētia, & de eius filijs, id est, operibus. [rogabat eum.] Magna virtus oratiōis, quia dicitur. Fili peccasti. &c. [procidens.] Magna virtus humilitatis. Respexit enim in oratiōem humilium. [omnia reddam tibi.] Hic ostenditur iustitia. [patientiam habe.] Et hic prudentia. Ita & Iob, dimitte me, vt plangam. Tunc Dominus non ex merito volentis, neque currentis, sed ex sua misericordia plus dat, quam nos ab eo petamus. Sed homo ingratus eo die quo veniā accepit, peccat, & in conseruum, & tam crudeliter, & super tam exiguo debito. [videntes conserui.] Iuxta illud, vidi præuaricantes, & tabescebam. [contristati sunt.] Natura iter omne membrum suo membro comparitur. [vocauit seruum.] Per mortem. [iratus est.] Fremitus leonis in ira regis. [donec soluat.] Peccata non redeunt simpliciter, sed propter ingratitude redire dicuntur.

Simon de Cassia. libr. 9. cap. 44. Nos sumus qui labimur, & de quibus sperari correctio potest, iubemur ergo corrigi, ne in statum incorrigibilem veniamus. [lucratus es.] Nulla pretiosior negociatio, quam animarum: nec vllum sub cælo maius lucrū. Quo circa, quicquid spiritus, corporis, virtutis, & studij impendi potest, impendi debet, vt animæ recondantur in thesauros. quos Christus parare nisus est. Iam qui odit correptionem, minuetur vita, & viro qui corripientem se, dura ceruice cōtemnit, repentinus veniet interitus. [duces testes.] Vt plures erubescens, conuertatur. [dic ecclesiæ.] Id est, Prælato, quæ qui contemnit, diabolus est. [consenserunt.] Consensu charitatis, veritatis, iustitiæ. [fiet eis.] Quando & quomodo vtilius fuerit. Et licet Christus det multis multa in singulari, libentius verò dat in communi, quam enim bonum est fratres habitare in vnum. [Idem libr. 6. cap. 17. Vt Dominus gratis remittit offensas: ita & vult nos gratis remittere.] [seruis suis.] Serui sumus, velimus, nolimus, eo egeamus, ipse nostri non indigens. [10. milia talenta.] Tot enim sunt beneficia suscepta, vt nu-

Ezech. 9.
3. Reg. 10

Zacha. 5
1. Paral. 17.
Mich. 6.

Eccle. 11

Iob. 10
Rom. 9

Psal. 118

Prouer. 10

Eccle. 11

Prouer. 19

Psal. 131

me-

merari nequeant. Sed num exigit dominus quæ ipse donauit? exigit, vt eum laudemus: amemus: madata seruemus. [procidens.] Magna erectionis præfagium est, procidere ante Deum, ante quem omnis erectus deprimatur. [patientiā habe.] Volo enim satisfacere, sed vnde? ex pretio sanguinis Christi. [tristati.] Ferale est non abominari crudelitatem. Sed vide non eum iudicant vt malum, sed ad iudicem deferunt, quod sanctum est. Abundè enim miseros releuat, qui eos ad iudicium pertrahit. Pertrahūt verò ad Deū, vel sancti Angeli, vel interni clamores iustorum: quando vident dominari iniquitatem. Igitur in expiabilis fiet nostra iniquitas, nisi benigni simus in consortes nostræ naturæ: gratiæ sacramentorum, effusi sanguinis, &c. Malaq; nostra dimissa ad cumulandū tormentorum nostrorum accedent. [de cordibus vestris.] Non remittit ex corde, qui in malo aduersarij lætatur: qui ei non compatitur, qui in necessitate non iuuat: si contra eum conqueritur, si eius famam denigrat, si hæc defunt, remissum est ex corde, licet illa suauitas & dulcedo quæ ad alios habetur, non adfit.

Hugo Card. [si peccauerit in te.] Id est, te sciente, vel, contra te, vel scandalū tibi præbēdo. [vade.] Non per scriptū, habet enim energiam vox: & maximè iusti præsentia, quem sibi peccator compati videt, rectè ergo dictū est. Si occurreris boui erranti in inimici tui, reduc illum. [vnum aut duos.] In accusatione duo testes requiruntur, sed in denunciatione, satis est vnus. [dic ecclesiæ.] Vt coram multis excommunicet prælatus. [sicut ethnicus.] De more Iudæorum, qui cum talibus non communicabant. Non enim contūtor Iudæi cum Samaritanis. [Nota. Non tenemur ad correptionem quando nō est spes emédationis, quia dicitur, noli corripere derisorem. 2. Si criminaliter agatur, vbi correcturus nō habet plenam probationem. 3. Si iam crimen illud accusatum est, tunc cessat correctio. 4. Si alij operi vel meliori, vel æquali correcturus occupatus est. 5. Si correctio in damnū redundaret Ecclesiæ. [Tum malè corripit, qui prius non eiecit trabem ab oculo suo. Oza enim percussus est, quia arcam tetigit, qui cum vxore concubuerat. Malè etiam corripit, qui asperè corripit. Ideo enim Maria leprosa fuit, quia durè Moses tractauit. Malè etiam, qui derisorie & non ex charitate corripit, vt Cham videns patris sui verenda. Malè etiam, qui inutili-

Prouer. 24.

Ican. 4.

Prouerb. 9.

Genesis. 8.

ter, vt qui corrigit incorrigibilem. [Ordo corripiendi est hic. Aut tu scis crimen solus, aut alij tecum. Si tu solus, corripe solus. Si non audierit, & peccatum iterauerit, adduc testes, qui in peccato eum deprehendant, si peccatum iterat reuela vni, aut alteri, & tandem prælato, vt eum admoneat. Si tecum alij sciunt. Primum solus corripe. Tum adhibe testes, ex his qui nouerunt. Quod si prælatus es, si solus nosti, procede, vt dictum est, sed si ex fama nosti, corripe secretò, & adhibe testes, vt peccantem pudeat, si te non audierit, tunc ex officio, procede ad inquisitionem, si potueris ei probare crimen, & ille perseverat in peccato, dic Ecclesiæ, id est, excommunica. Si non potueris, indicito ei purgationem canonicam. [Et hic processus non solum est seruandus cum crimen factum est: sed etiam cum imminet vt fiat. [Porro seruandus est modus hic in mortalibus, non in venialibus. [Quod si ex hoc ordine aliquid prætermittitur ex simplicitate aut zelo, non erit peccatum mortale, secus si ex malicia prætermittatur. [quacūque alligaueritis.] Si iustelligaueritis, sed si iniuste, sententia quo ad Ecclesiam valebit: non quoad Deum. [in medio eorum.] Amat medium mediator, fuit in medio doctorum. Lucæ. 2. Baptizatus est in medio. Ioan. 1. Crucifixus in medio. Ioā. 19. Excitatus in medio discipulorum. Ioan. 20. Iudex erit in medio agnorum, & hædorum. Matthæ. 25. [Homini regi.] Id est, Regi benigno, & humano: omnia suauiter disponenti. [qui posuit rationem.] In hac vita, per scripturas, creaturas, doctores, confessores, inspirationes, propriæ cōscientiæ morsum. Ponant etiam prælati rationem cum subditis suis. [iussit venundari.] In iniquitatibus Isaiæ: 50. vestris venundati estis. [omnia reddā.] Ita multi qui sani nolebant conuerti, languoribus pressi, satisfacere cupiunt. Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, & item, cum feceris iudicium in terra, iustitiam discant habitatores terræ. Isaiæ. 26. [vocauit eum.] In sua conscientia. [nonne ergo oportuit.] Quod ab alio tibi oderis fieri, caue ne feceris, & item, homo homini reseruatiram, &c. Et item. Intellige quæ sunt proximi tui, ex te ipso, & item Iob, visitans speciem tuam, non peccabis.

Psal. 15

Isaiæ. 26.

Tobias. 4.

Ecclesi. 28.

Ecclesi. 31.

Iob. 5.

Caietanus. [peccauerit in te.] Non dicit, in alium. Nam quod contra te fit, tuum est accusare, aut condonare. [frater tuus.] Nil enim hic de peccatis ethnicorum: nihil Pri. Tho. V. etiam

Leui. 19.

Prouer. 24.

1. Cor. 5.

Iocobi. 5.

Heb. 13.

Matth. 22.

etiam de peccatis superiorum, vt parentum contra quos non est fas hunc ordinem seruare. [vade.] Non expectes vt ille veniat, vel obuius sit. [corripere.] Non est satis parcere, benefacere, &c. Sed oportet eius salutem curare. Sed quia præceptum est affirmatiuum, tunc est exequendum, cum creditur fratri profuturum. [sic audierit.] Nota, non est necesse te certum esse de fratris correctione: sat est, si dubites, vt corripere tenearis. [lucratu es.] Ergo ita salutem fratris, vt tuum lucrum quæras. [adhibe tecum.] Non est igitur sermo de peccatis occultis. In his enim nequæunt testes adhiberi. Et cum quis est impœnitens occultus, non est contra eum ad vltiora procedendum. Nota, non dicit, si recidiuauerit, sed si te non audierit. Vult ergo Dominus testes, propter bonum peccantis: sed si non audierit, propter bonum Ecclesiæ. [dic Ecclesiæ.] Non intelligitur dicendum Concilio. Nec enim concilia congregantur pro his criminibus sed dic Ecclesiæ, id est, prælato: accusando peccatorem, quod si tertio correctus à te, testibus, Ecclesia, non audit, habeatur vt infidelis, & hæc pœna excommunicationis ferri debet in criminofum, in participantem verò, non similiter, hi enim non eodem modo peccauerunt. [quacunque alligaueritis.] Vt non solum Petri, sed etiam cuiusvis prælati sententia, in sua diocesi timeatur. [duo ex vobis.] Non solum Ecclesia Romana: sed etiam quæuis alia duplicem habet potestatem, priorem iudiciariam ligandi & soluendi, super terram, alteram impetrandi, non solum æterna, sed etiam temporalia, ideo enim dicit, super terram, fiet illis. Non ipsi faciunt, sed fiet illis: modo con-ducatur. Cuius ratio, est Christus qui est in medio eorum, tribuens hæc efficaciam peccatis. Debet tamen hæc congregatio fieri in nomine Christi, quia si congregatio humana fuerit, bona est: sed non gaudet hoc priuilegio impetrandi. Hi verò soli congregantur in nomine Christi, quibus est viuere, Christus. [ibi sum.] Nescit futurum æternus Deus. Sum quidem, non communi modo, sed etiam speciali, intus mouens, extra seruans, vt ipse dicit, cum eram cum eis, ego seruabam eos. [iussit venundari.] Erat antiquus mos vxorem vendere & filios pro debitis. Sed dubium est. Si conferuo non teneatur remittere seruus, cur eum Dominus damnat, non remittentem? Respon. damnauit seruum, quia non est misertus conferui.

Ioan. 17.

4. Regū. 4.

Et item damnauit, quia cum non esset adstrictus legibus, potuit punire eum, qui Domini libertatem contempsit: & conferuum in simili negotio despexit. Licet inferiores iudices non possent hanc ingratitude punire. [sic pater meus faciet vobis.] Igitur quiis nostrum debet. 10. milia talenta. Igitur si iustitiæ rigor seruandus est nobiscum, nihil nostrum eximitur, quin vendatur, ad satisfaciendum. Porro petit Dominus ab ingrato vniuersum debitum, non vt ante erat debitum: sed vt factum est materia ingratitude. Tanto enim maior fuit illa crudelitas, quanto fuit maius beneficium remittendi tantum debitum.

Glossa interli. [qua alligaueritis.] Iudicio anathematis. [qua petierint.] Pro salute corrigendorum. [in caelis est.] Id est, in sanctis. [homini regi.] Id est, Christo qui hominum merita examinat. [oblatus est ei.] Populus Iudaicus, legi seruandæ adstrictus, quam soluere nequibat. Iussus hic est seruire spiritibus immundis, Domino permittente. [omnia reddā.] Credendo viuide in te, qui finis es legis. [commisereri.] Id est, dignas misericordia gētes reputare. [tortoribus.] Id est, Romanis.

Glossa ordina. [sum in medio.] Deus pax & charitas sedem in pacificis constituit, & vnitatis merito omnia impetranda esse confirmat. [Dominus misertus.] Quia in aduentu suo omnia se remissurum pollicitus est: imò remisit, & à vinculis legis absoluit. Sed Iudæi gentes vrgebant, vt debitum legis per soluerent.

Lyra. Duplex est correptio, altera ad conseruationem Reipublicæ, & hæc ad iudices spectat, altera ad conseruationem proximi, & hæc ad singulos pertinet. Vnicuique enim mandatum est de proximo suo. [si peccauerit in te.] In te solum, alioqui peccata publica, publicè sunt arguenda. Est verò hic processus, vt in medicina. Vbi procuratur sanitas cum minimo, quantum fieri potest, dispendio. Maxime quia fama semel læsa, pessimus efficitur homo. [duos testes.] Ad facti probationem. Nota, si peccatum est in damnum fidei, vel communitatis, non est expectandum: sed denunciandum. Nota, offensa debet semper remitti: sed iniuria nõ ita: si ex ea sequitur in peccante ad peccandum facilitas: aut scandalum: aut omisio iustitiæ. [prociens.] Per poenitentiam. [patientiam habe.] Commutando poenam æternam in temporalem. [omnia reddā.] Faciēdo opera

Ecclesi. 17.

opera meritoria. [egressus seruus.] Per reciduationem. [narrauerunt.] Sancti petunt in oratione vindictam: non ex liuore malorū: sed ex amore pauperum. [vocauit.] In morte. [si duo ex vobis petierint.] Pie, perseueranter, pro se. [talenta.] Quia tanta est offensa, quantus offensus. [serue nequam.] Non respondit seruus, quia post hanc vitam non est excusatio.

CAP. XIX.

Et factum est cum con-
summasset.

Rigenes Homi. 7. Venit Iesus ad fines non ad medium Iudææ. [sequuta sunt eum turbae.] Sequuntur turbae: at apostoli sequuntur Christum & propter eum relinquunt omnia. [tentantes eum.] Quis iam grauitate tenentari ferat? Porro tentatio erat, si diceret quauis causa soluendum coniugium, accusaret eum, vt legis violatorem. Si diceret nulla causa soluendum, accusarent, quod cum muliere peccatis assueta cõuiuere iuberet. [iam non sunt duo.] Vbi enim concordia est, vt alter princeps sit, alter obsequatur, non duo sed vnum fiunt. Porro Christus cum synagoga seruauit quod hic præcepit, reliquit enim patrem, cum quo erat in maiestate, reliquit matrem, id est, cœlestem Hierusalem: & hæsit vxori, quam non reliquisset: sed illa eum reliquit. Porro hæsit carni nostræ Christus, & non duo: sed vnum est verbum & caro. Mandatur verò vt quos Deus coniunxit, nemo separet. Quis enim nos separabit à charitate Dei? [propter duritiam.] Moses fornicariam, non dimittere, sed lapidare iubet, Christus mitior permittit dimitti. Moses verò propter causam qua turpis vide retur vxor permittit dimitti, at Christus propter solam fornicationem. [nõ omnes capiunt hoc verbum.] Gratia castitatis non apprehenditur à quouis, sed multis orationibus impetratur. [sunt eunuchi, nati.] Hi sunt frigidi à natura. [alij sunt eunuchi facti ab hominibus.] Hi sunt qui propter philosophiam abstinēt à venere. [alij propter regnum.] Hi non sunt omnes, sed quibus datum est. Nota alios fuisse eunuchos Pharaonis, hi nihil bonum generat: alij eunuchi boni, vt qui reardificat

Roma, 8:

Ierusalem, vt Esdras.

D. Hierony. [tentantes.] Vt si diceret quauis causa soluendum coniugium, accusarent eum, quod prædicator pudicitie sibi esset contrarius. Si diceret nõ quauis causa, accusarent, vt violatorem legis. [masculum & feminam.] Vnam fœminam, non duas dixit ita adhærebit vxori, non vxoribus, & item erunt duo, non tres, igitur pluralitas vxorū vitari docetur. [homo non separet.] Propter Deum separari possunt, quando ex vtriusque consensu, ita habent coniuges, quasi non haberent. [propter duritiam.] Id est, num potest sibi esse Deus contrarius? vt in lege naturæ vnicam, & in scripta duas admittat vxores? minimè. Sed Moses vidēs facilitatem homicidiorum permisit repudiū, id fecit Moses, non ita Deus. [propter fornicationem.] Quia qui tenet adulteram stultus est. Ergo vbi est fornicatio liberè fornicaria dimittitur. Ne verò sit calumnie locus, iubetur vir non coniugari, quasi dicat, si expertus es priores nuptias infœlices, cur secundarum te obijcis periculo? [dicunt discipuli.] Videntes vxorem mille alijs vitijs pollui posse: dicunt, nõ expedit nubere. [eunuchi facti ab hominibus.] Id est, quos vel captiuitas execuit, vel delicta matronarum, vel etiam qui ob cultū idolorum emolliuntur in fœminas, vel hæretica persuasione. Qui ergo potest capere, metiatur vires suas, & si pot, pugnet, triūphet.

Diuus August. tract. 9. in Ioannem, futuri erant qui nuptias damnarent, ideo Dominus dicit, non licere dimittere vxorem, nisi ex fornicatione, vbi prius ipsa, vxor esse noluit: marito fidem coniugalem nolens seruare. Idem libr. de continentia, probat castitatem esse donum Dei, ex hoc loco vbi dicitur, nisi quibus datum est, & itē, nemo potest esse continens nisi Deus det, & Paulus, vellē vos esse sicut me, sed quisque proprium donum habet. Idem de adulte. coniu. libr. 1. c. 11. licet dimittere fornicariam, sed non licet aliā ea viuente ducere, nam Luca. 16. dicitur, qui dimiserit vxorem, & aliam duxerit, adulterium committit.

D. Grego. lib. pastoralis curæ. 3. per. c. 29. Eunuchi sunt, qui compressis motibus carnis, affectum prauis operibus abscindunt, hi meliorem habent in regno Dei locum, quam si filij, & hoc est canticum nouum, quod nemo nisi illi, canere potest, scilicet, de carnis incorruptione, & hoc est quod non omnes capiunt, & vt difficile capitur, difficilius seruatur, perit enim si superbias.

Pri. Tho. V 2 Diuus

D. Chrysoft. Homi. 63. [*curauit eos.*] Idest, integras plebes, id verò transcurrit Euangelista, iactantiam vitare docens, per hos verò qui curabantur, multis parabatur causa salutis: nisi Phariseis, qui accedunt ad tentandum, pericax malum inuidia, millies retusa aggredi non veretur. At Dominus respondet aliquando, cur me tentatis? ut maliciam eorum sibi notam ostendat, aliquando tacet, ut omnipotentiae humilitatem adiungat. [*erunt duo.*] Vnum vni coniungit, ut sicut ex vna radice germinarunt, ita in vnum corpus coalescant. Qui tam sint inseparabiles, ut pater & mater prius dimitti debeat, adeò vni, ut vnum sint, ut ergo scelus est vnam carnem diuidere, ita & coniuges. [*cur Moses?*] Dominus non refellit Moysen, imò asserit illum sibi conuenire: sed propter duriciam cordis ita mandasse, regeit enim Dominus semper calumniam in caput eorum, probat verò propter duriciam id fuisse, quia ab initio non fuit sic. Si enim lex Moysi esset principalis, fuisset ab initio sancita. Iam Dominus ubi confudit Iudæos, legem statuit, ita enim solet confusis illis, legem aliquam sancire. Tunc discipuli ad calibatum promittunt, credunt facile esse non nubere, at Dominus inquit difficile esse, sed fieri posse. Sic enim cogita tecum. Si frigidus es natura, aut vi exectus, ea certè voluptate careres: & nullam præterea mercedem habiturus, gratias agas igitur tu Deo, qui viuens sicut illi mercedem tantam habes: imò illi libidine acti, trillantur non potentes votum implere: tu cum lætitia bonæ conscientiae. Non loquitur tamen de membri mutilatione, qui enim se execat, maledictus est, ut homicida: ut qui operi Dei detrahat. Sanè quia ita libido non mitigatur, alius est libidinum fons, scilicet, cerebrum aut lumbi, aut ut ego credo, neglectus cogitationum, modestia enim mentis naturales cohibet motus. [*quibus datum est.*] Id tamen paratum omnibus est, qui volunt.

Genes. 1. Euthymius. [*Et dixit, propter hanc.*] Verbum hoc, propter hanc relinquet homo, licet ab Adam dictum sit, quia tamen etiam Dei est, ideo à Deo dictum Christus asseruit. [*propter fornicationem.*] Nescitur enim cuius est fetus, ideo separantur, reliquæ enim causæ curari possunt, non hæc.

D. Thomas. Tangitur hoc capite vita perfecta, in continentia, & in paupertate. [*in finibus Iudææ.*] Exemplum habent prædicatores ne in vno loco semper prædicent. Alijs

enim ciuitatibus oportet me Euangelizare. [*accedunt turba.*] Quærentes inferi oliuæ: cū essent oleastri. [*trans Iordanem.*] Quia per baptisimum inserendæ sunt. [*erunt duo in carne vna.*] Idest, in carne prolis, vel in vnum carnalem affectum, vel in vnum carnale opus. [*ab initio non fuit sic.*] Sicut Paulus aliquando loquitur ex Dei inspiratione, & non ex præcepto: sicut cum dicit, de virginibus præceptum Domini non habeo: ita & Moses cum libellum repudij dedit, non accepit ex Domini autoritate firmata, sed ex inspiratione. An verò peccarent mortaliter repudiantes? aliqui dixerunt peccasse, quia Moses repudium non mandauit, sed permisit, ut permititur fornicatio. Alij contra, non peccasse, alioqui malè fuisset populo consultum. [*nisi fornicata.*] Et tunc vinculum matrimonij non dissoluitur sed thorus, matrimonium enim significat vinculum in dissolubile coniugij Christi cum Ecclesia. [*machatur.*] Expressè prohibetur duci alia, viua priore, alio qui quotidie vir uxori fornicationem impingeret, ut cum alia nuberet. Porro in lege veteri, relicta nubere poterat, aut priori marito, aut sacerdotibus. [*qui se castrauerunt.*] Non corporaliter, id enim prohibetur. c. ex parte, & c. significauit, de corp. vitiat. Sed spiritualiter, quantum ad actum. [*qui potest capere.*] Sed contra, num non tenemur semper ad meliora? igitur omnes capere debent. Respon. tenemur cupere esse meliores, scilicet, in affectu: non in effectu, qui enim non vult esse melior, ex contemptu consilij nollet, quod esset malum.

Simon de Cassia. lib. 10. c. 19. [*homo non separet.*] Nisi ex mutuo consensu, & etiam ante copulam, altero inuito, alter potest esse religiosus.

Hugo Cardi. [*migravit à Galilea.*] Prædicator migret, & relinquat mundum, nemo enim militans Deo implicat se negotijs secularibus. & nemo mittens manum ad aratrum, respiciens retro idoneus est regno. Vos enim de mundo non estis, & item super montem excelsum ascende ut Isaiæ. 40. dicitur. [*relinquet homo patrem & matrem.*] Indicatur lege naturæ prohiberi nuptias inter filium & matrem, filiam & patrem. Sunt enim hi reliquendi ad coniugium, id est, cum coniugatur filius matrem relinquit, igitur illam non ducat.

Cætanus. [*relinquet homo patrem.*] Igitur inter parentes & liberos lege naturæ non est coniugium, reliqui omnes lege naturæ idonei sunt ad nuptias, licet non lege Ecclesiæ.

fix. [*erunt duo in carne vna.*] Antè quam sit copula, non sunt in carne vna, & ita non habent perfectum coniugium. Porro sunt in carne vna, quia est caro vtriusque; vtriusque communis. Sicut qui exponunt res suas in communi, sunt multi in re vna. Iam legitimi coniuges sunt in carne vna semper: sed vir cum meretrice est in carne vna ad horam, & significanter dicit, sunt in carne vna. Nam qui habent facultates communes non dicuntur simpliciter esse vnum in facultate: sed habere vnam facultatem, at quia caro est pars essentialis hominis, ideo simpliciter dicuntur, erunt duo in vna carne vtriusque; scilicet, communi, non ergo intelligitur de carne prolis, sed de carne coniugum. Porro libellus repudij nec omnino in lege erat licitus, siquidem in eius poenam, maritus repudiatus puniebatur, ne repudiata repeteret. Nec erat illicitus mortaliter, ut habet Malachias, cum odio inquit habueris eam dimitte, dicit Dominus. Igitur per libellum repudij ex Diuina autoritate matrimonium dissoluebatur. [*non omnes capiunt.*] Viuere enim in carne & non secundum carnem, non est omnium: sed est Dei miserentis. [*qui se castrauerunt.*] Idest, qui sibi potestatem coeundi abstulerunt, tales sunt qui vouent castitatem, ut expeditius assequantur regnum cælorum, cælibes enim cogitant quæ Domini sunt. [*qui potest capere.*] Non dicit, qui vult capere. Si enim vis, sed in te non sentis constantiam ad capiendum, non es de numero eorum qui possunt capere.

Glossa interli. [*habebit uxori.*] Non uxori. [*erunt duo in carne vna.*] Non tres. [*ab initio non fuit sic.*] Idest, lex naturalis non ita habuit. Concordat verò Christus cum lege naturali.

Glossa ordin. Nulla causa dissoluit matrimonium, siquidem nos volentes illi subieci mus, nisi esset suppositus seruus pro libero, aut esset consanguineus qui ducit consanguineam. Porro Moses seruus: in infirmitate: rudibus: in quibus lex naturalis erat hebetata, permisit, non iussit.

Lyta. Indivisibilitas est de ratione coniugij, coniugium enim ordinatur ad prolem educandam, hæc verò indiget educatione usque ad annum, ut minimum, vigesimum. Quid? quod in quavis ætate nascuntur hominibus filij? At etiam bruta cum filios educant, non separantur. [*patrem & matrem.*] Parentes cum liberis illegitimi sunt ad coniugium, coniuges enim debent esse pares. [*adheret.*] Per amorem. [*libellum repudij.*] Non

scripsit Moses repudium, ut bonum, sed ut minus malum, nam & vsuras concessit cum extraneis: quæ malæ sunt. Deuter. 25.

Tunc oblatis sunt ei paruuli.

Orige. Homi. 7. Quærebant multi, ut pueri tangerent Iesum, forsitan credentes, eius tactu, liberandos à dæmonum incurfu. Dominus verò sciens salutarem esse manuum suarum tactum, prohibet discipulos ne verent pueros, diligit enim pueros factus ipse puer venit enim stella, donec staret supra ubi erat puer. Sed aduerte, pro pueris non orat Dominus: sed eos tangit, maiores tangit, & pro eis orat.

Hiero. [*discipuli increpabant.*] Credentes Dominum hominum importunitate posse lassari. [*talium est regnum.*] Non dixit horum, sed talium, non enim regnabit ætas, sed mores, merito ergo dicitur, malicia paruuli esto te: sensu perfecti. 1. Corin. 14.

D. Ambrosius libr. 8. in Lucam. Cur pueros aptos regno dicit? quia sunt ignari vitiorum, at non est virtus ignorare, sed contemnere. Non igitur pueritia, sed æmula virtutis, & puerilis simplicitatis bonitas, designatur. Non enim virtus est non posse peccare, sed nolle. Agnosce puerum. Cum in maledice retur, non maledicebat. Est ergo in senectute innocens pueritia: & ideo his dicitur, laudate pueri Dominum. Hi sequuntur Dominum dicentes osanna, lactentes plenius ex veribus Christi, fugiamus superbiam, cui aduersaria est veritas, humilitas enim veritas est. 1. Petri. 22. Psalm. 49. Matthæ. 20.

Diuus Chrysostomus. Homi. 63. [*increpabant.*] Dignitatis gratia, Dominus verò docens tumorem contemnere, manus imponit: & his regnum pollicetur. Nos igitur si regnare volumus, studeamus eam virtutem consequi. Ab omnibus enim passionibus vita paruulorum libera est. Si vapulant à matre, ei accedunt, matrem licet pansomam, pro regina non committant, ultra necessitatem, nihil quærunt, paruo lacte contenti sunt, rerum magnarum iacturam non dolent: neque venustatem admirantur, faciamus ergo nos voluntate, quæ faciunt paruuli natura. Hæc Dominus Phariseorum arrogantiam odians, docuit, ne discipuli etiam insolerent, videtes se tanto pretio haberi, simul, ut versutiam fugiamus: simplicitatem sectemur, fuit versutus Saul, David vero simplex.

D. Hilarius Cano. 19. Paruuli qui offeruntur gentes sunt. Discipuli prohibent, quia curant. Pri. Tho. V 3 piunt

piunt prius Israellem saluari, vetat verò eos Dominus quia talium est regnum cœlorum, impositione enim manuum, & precatione Christi (cessante etiam legis opere) essent accepturi Spiritum sanctum.

D. Thomas. Mos erat pueros offerre antiquioribus: qui benedicebant, & orabatur pro eis, significantes benedictionem à Deo esse. Domino offerebant, experti quam eius tactus esset salutaris. Hinc accepit Ecclesia vt paruulis dentur sacramenta: vt contra demones firmentur. Talium ergo est regnum, quia qui humiliatus fuerit erit in gloria.

Simon de Casia. libr. 9. ca. 45. [oblatis sunt ei.] Tanta erat vitæ sanctitas, doctrinæ dulcedo, vt omnes ad se attraheret. Fert verò molestè quod fides offerentium, & paruulorum simplicitas vetetur. [talium est regnum.] In regnum enim nemo nisi innocens ingreditur: aut si deliquit, ad innocentiam reuertitur, ideo paruulos complexus est, indicans, neminem superna dignum benedictione, nisi innocens. Sunt verò innocentes, aut qui innocentiam seruarunt: aut qui amissam, poenitentia recuperarunt: aut quæ in purgatorio fiet.

Hugo. [nolite prohibere.] Noli prohibere benefacere eum qui potest, & si potes, ipse benefac. Herodiana crudelitas est, nascetem persequi puerum, & Aegyptiaca, natos occidere paruulos. Tangit vero Dominus flagellando, vt Iob, manus Domini tetigit me. Consolando: vt Daniel. 8. Tetigit me, & stetit in gradu meo. Beneficia conferendo, accede fili mi, & tangam te.

Glossa interli. [finito.] Non est personarum acceptor Deus. [impofuisset manus.] Humiles sua benedictione dignos significat.

Et ecce vnus accedens.

Origenes. [nemo bonus.] At contra, Christus dicit, bonus homo de bono thesauro, & Angeli etiam dicuntur boni? Sed equidem Deus solus propriè bonus, reliqua sunt abusuè bona. Rectè igitur, cum fecerimus quæ præcepta nobis sunt, dicamus, serui in utiles sumus, quia videlicet opera nostra sunt abusuè bona. Sanè declinemus à malo, & faciamus bonum. Sed hoc bonum collatum ad Deum, non erit bonum. Simul hinc discimus, quod licet Deus videatur mala facere, vt occidere, percutere, in his tamen bonus est: facit enim ea, vt sanet & viuificet. [Si vis ad vitam ingredi.] Est extra vitam, qui est extra Christum,

ipse enim est vita. In quam intrat, qui abstinet ab operibus mortuis: verbis & cogitationibus mortuis, hæ enim sunt quæ in die iudicij accusabunt, sicut bonæ defendent, & quidem iuxta mensuram obseruationis mandatorum licebit in vitam introire. [non furaberis.] Multi negotiatores admittunt furtum, tamen qui socij furum sunt, iuxta illud, si vi debas furem, currebas cum eo. [hæc omnia seruauit.] Euangelium secundum Hebræos hic addit, Dominum adolescenti respondisse, quomodo dicis te legem seruasse, cum multi filij Abraham amici sint stercore, morientes præ fame, & domus tua plena sit bonis: tu tamen nihil mittis ad illos? Non ergo impleuerat ille mandata. [vende omnia.] Si videtur tibi difficile relinquere omnia: scito Tebanum quendam omnia reliquisse, vt liberius viueret, & in actis Apostolorum, multi credentium ita fecerunt, vt Christo seruiret.

¶ Dubium est. Num simul ac quis vedit omnia perfectus erit? nū statim implebitur donis Diuinis? Respon. Implebitur certè, non statim, sed paulatim. [abijt tristis.] Quæ difficile auellimur à bonis terræ? Ideo hic rectè dicitur adolescens, non perfectus vir. [apud Deum possibile.] Qui camelum subtiliare, & acum ampliari potest. [ecce nos reliquimus.] Pauca reliquit Petrus: sed Dominus eius affectum, quo omnia reliquit, aspexit. Secundo, reliquit Petrus retia, nauem, uxorem, filios, forte & possessiones. Tertio, reliquit Petrus se iactat, cunctas peccandi occasiones, vt sequeretur Christum, quæ vera iustitia est. [in regeneratione.] Cum, scilicet, cœlum & terra in nouabuntur. Si quidem in prima generatione nascimur sordidi, in iniquitatibus concepti, in generatione secunda per baptismum, nascimur mundi, sed in fide obscura, in vltima verò regeneratione nascemur mundissimi. [duodecim tribus Israel.] Hi enim tunc reliquis generosiores habebantur. Ergo qui omnia reliquerit cum Petro, accipiet promissa Petri. [centuplum accipiet.] In bonis, scilicet, spiritualibus vt si dimisit fratres carnis inueniet fratres in fide: imò & Angelos, si continens fuerit. Si dimisit patrem, inueniet patres Episcopos, &c. [multi primi nominissimi.] Intelligitur primò sic. Si iuuenis festinet, assequetur gloriam senum, & qui ignobilis est, festinet, & fiet gloriosior quàm generosus. Secundo sic. Gentes si credant, & pinguedinis oliuæ communicent, fient priores quam aliqui Iudæi. Aliqui, scilicet, nam Apostoli semper fuerunt primi. Tertio sic.

tiò sic. Angeli facti sunt primi, sed si homo contendat, eis superior esse in gloria potest, veniens ad habitationem cœli, quam illi deseruerunt.

Diuus Hieronymus. Ille adolescens credebatur Christum purum hominem, ideo docetur, quod comparatione Dei, nec sanctus homo bonus est, Deus verò bonus, Christus pastor bonus, Spiritus sanctus bonus dabit enim spiritum bonum. Igitur Christus nomen boni non renuit, sed nomen magistri sine Deo excludit. [hæc omnia custodiu.] Falsum dixit. [si vis perfectus esse.] Igitur in nostra est potestate, an velimus esse perfecti, si voluerimus: vendamus omnia, non parte in, sicut Ananias, demus pauperibus, & sequamur Christum, ambulantes, sicut ille ambulauit, facilius enim relinquitur sacculus, quàm voluptas. [abijt tristis.] Tristitia causa fuit habere diuitias, id est, spinas & tribulos, quæ verbum Dei suffocauerunt. [difficile diuites.] Quomodo igitur Abraham & Zachæus intrauerunt? quia quando intrauerunt, diuites esse desierunt, difficile verò, non est impossibile, sed rarum. [perforamen acus.] Dices, ergo est impossibile diuitem intrare? Imò possibile nam apud Isaiam Cameli Madiam & Ephaintrant per portas Ierusalem, sed depositis prius oneribus diuitiarum: ita diuites si prius deponant sarcinam peccatorum poterunt intrare. [nos reliquimus.] Magna fiducia Petri. Sed Dominus. (Non quia reliquistis omnia. Id enim Socrates fecit.) Sed quia sequuti estis me, in regeneratione, cum mortui surgent incorrupti, sedebitis vos iudicantes eos qui non crediderunt. [qui reliquerit patrem.] Non enim venit Dominus mittere pacem, sed gladium & separare hominem à patre. [centuplum.] Id est, pro temporalibus spiritualia, quæ sunt velut centum ad vnū: vnde pauper Apostolus inquit, nihil habentes, sed omnia possidentes.

Diuus Augustinus. sermo. 233. De tempore. Petis à Deo, & dicis, da mihi, ecce Dominus vult dare: & non habet vbi det, manus enim tuæ occupatæ sunt terrenis, dimitte terrena, & accipe cœlestia. Da bona tua pauperibus, non enim perdis ea, sed seruas. Times ne quid tibi pereat: & non times, ne tu totus pereas. Idem sermo. 205. Si perfectus esse nõ vis certè serua mandata, bona habere vis, & bonus esse non vis, villam vis habere bonam, & non animam bonam? [discessit tristis.] Pauperes caueant, ne vitijs repleantur, & vincantur à diuitibus sobrijs & pijs. Di-

uites verò habent Apostolum clamantem, 1. Timo. 6. vt diuites sint in bonis operibus, id est, vt facile communicent, Pharisei dabant decimas eorum quæ possidebant, at nisi abundauerit iustitia nostra plusquam Phariseorum, non intrabimus in cœlum, igitur radix malorum est cupiditas, reuellis malas radices è agro tuo, cur non ex anima tua? Idem libr. 13. confess. c. 19. Lauamini, mundi estote: Isaiæ. 1. vt appareat arida, quæ vbi apparuerit, vitijs, scilicet, relictis, tunc germinet terra herbam virentem, id est, dilectionem proximi, tum extirpa dumeta syluosa auaritiæ, vnde quæ possides, implere frugibus, dando pauperibus: tum sequere Dominum, si vis perfectus esse, & sapientiã inter perfectos loqui. Idem libro. 50. homil. homi. 34. Non est perfectus qui reliquit omnia. Nam Petrus omnibus relictis, negauit Christum. Sed ille perfectus est, qui omnibus veditis sequitur Christum, discens ab eo, vt humilis sit & mitis. Idem de contemptu mundi. c. 6. Nolite diligere mundum, vt quid enim diligitis vanitatem, at sunt omnia vanitas, & quid è filius hominis nõ habet vbi caput suum reclinet. Cum tamen væ diuitibus, facilius enim est perforamen acus camelum intrare, quam diuitem in regnum cœlorum. Si quidem nemo potest duobus Dominis seruire, & nisi quis renuntiauerit omnibus, non potest meus esse discipulus. Idem libr. 1. de. q. Euangeliorum. c. 26. quomodo discipuli dicunt, quis potest saluus fieri, cū tamen pauci diuites sint? de quibus dicitur, quod non intrabunt in cœlum? Respon. quia qui talia cupiunt innumerum diuitum habendi sunt. Idem de orando Deum. Discipuli contristati sunt, non pro se, quia pauperes erant: sed pro toto orbe. Tunc Dominus, eos consolatur, facile id esse apud Deum asserens, quia Zachæus, & alij diuites contemptores rerū terrenarum, finita cupiditate, facti sunt ditiores. Idem Episto. ad Hilarium. q. 4. Dixerunt quidam diuitem non posse saluari, nisi omnia vendat. Contra Augustinus arguit, Abraham diues, saluatus est. Respondent illi, diuitias licuisse in veteri lege, non verò in noua. Contra, inquit, Augustinus. Quia Dominus non dixit, si vis saluari, vende omnia: sed si vis perfectus esse, vende, & Apostolus non dicit, præcipe diuitibus, vt omnia vendant, sed præcipe diuitibus ne se extollant, facile communicent: quod sine opibus fieri nequit. Respondent illi, Dominum dixisse, ita intraturum diuitem, sicut camelum, ergo si Pri. Tho. V 4 non

Iob: 22.

Matth. 2.
Exodi. 1.

Genesi. 27.

Matth. 12.

Lucæ: 17.

Roma. 11.

Rom. 11.

non se exoneret diuitijs, non intrabit. Contra Augustinus. Quia Dominus dixit, quod est homini impossibile, Deo facile esse, facile igitur Deo erit diuitem cum diuitijs in regnum admittere. Si diues, scilicet, non superbiat, nec confidat in multitudine diuitiarum suarum. Ita enim iubet Dominus dimittere diuitias, sicut uxorem & filios, at hos nemo dimittere cogitur, nisi esset vxor infidelis, quæ ad negandum Christum pro-uocaret. Sat enim est habere animum paratum, ad dimittendum cum esset necesse: ita nemo cogitur dimittere diuitias. Sat enim est habere animum paratum ad dimittendum, cum necesse fuerit, hic verè renuntiavit omnibus. Hic si thesaurizet in cælo, si facile communicet, si hospitalis sit, si nudum operit, pauperi subuenit, intrabit in regnum, & licet non sedebit ad dextram Christi iudicaturus: stabit tamen ad dextram iudicandus, beati enim misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur, & licet iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam, at misericordia superexaltat iudicium: ergo vos qui ad maiora contenditis, minora ne damnetis. Alioqui quomodo Christus præcipit amicos facere de mammona iniquo? & Paulus iubet dare carnalia, vt recipiant spiritualia? Et tandem, qui diuites damnant, ab eis alimenta recipiunt. Idem libr. 20. de ciuita. capitul. 5. Sicut vniuersitas iudicandorum significatur per 12. tribus Israel: ita vniuersitas iudicum significatur per duodecim sedes. Ideo non soli Apostoli erunt iudices: sed qui Apostolicam vitam sequuti sunt, vt Paulus. Idem libro. 2. quæstio. Euange. capitulo. 47. Diues hic dicitur, qui terrenorum cupidus est: Porro Camelus dicitur Christus, nostris peccatis oneratus facilius est ergo hunc Camelum per foramen passionum pungentium introire quàm diuitè illū intrare in regnum, non enim intrabit, nisi conuersus fuerit à cupiditate, ad charitatem, conuertere verò est Deo facile.

Diuus Ambrosius libro. 8. in Lucæ. 18. Hic Pharisæus non debuisset Christum magistrum bonum dicere: sed vel Deum bonum, vel ipsum absolutè bonum. Non in parte bonum, sed in toto, & ideo Christus addit, nemo bonus nisi Deus, indicans, malè illum dixisse, qui Deum non esse credidisset. Iam sicut cum dicitur, non est qui faciat bonum, id non intelligitur de Deo, Deus enim non est vnus de numero: ita cum dicitur, nemo bonus nisi

Deus, Christus non intelligitur, Christus enim non est vnus omnino de nobis. Sicut enim à Deo non excipitur: ita nec à bono, arbor enim bona bonos fructus facit, ita pater bonus, bonum filium genuit. [facilius Camelus.] Vt non iactet se diues in diuitijs suis. In typo verò, Camelus est populus Gentilis deformis & vitijs oneratus, hic facilius per viam arctam Christi (qui acus est, scilla nostræ naturæ sarcians) quam populus Iudæorum diues in lege, egenus in fide. Rursus facilius publicanus intrat per foramen acus confesionis suæ, quam Pharisæus ille superbus.

Diuus Gregorius libro. 35. mora. capitul. 17. Camelus significat gentilitatem vitijs deformem. Supra quam Ecclesia sedes, dum videt Isaac venientem vespere, (idest, Christum in fine temporum venientem) protinus è camelo, (idest, vitijs descendit) vt fecit Rebecca. Idem libr. 11. capitul. 30. Non soli Apostoli erunt iudices: sed etiam qui ex charitate, possessa reliquerit. Tunc erit nobilis vir Ecclesiæ, sedens cum senatoribus terræ, & implebitur illud, Dominus ad iudicium veniet, cum senioribus populi. Idem libro. 15. capitulo. 7. [centuplum accipiet.] Quia & si nihil habeat, ipsa tamen mentis perfectione nihil quærere habere, igitur centum significat perfectionem spiritualem, quam inuenit, qui omnia deserit.

Diuus Basilus Epistol. 141. Ad Cæsarianos. [nisi vnus Deus.] Dicitur vnus, vel, solus, aliquando personam dicit vt, solus Paulus ascendit in tertium cælum, aliquando naturam dicit, vt, qui solus habet immortalitatem, idest, cuius natura sola est immortalis, & ita nemo bonus nisi solus Deus, idest, nisi natura Diuina. Idem homil. 7. Contra auaros. Mentitus est hic adolescens diuitiarum copiam habens, & iactans se curam proximorum habere. Cura enim proximorum, diuitiarum consumptrix est, & qui amat proximum sicut se, non plus illo possidebit, & sanè diuitiæ non sunt ad necessitatem: sed ad pompaticum excessum.

Diuus Chrysostomus. Homil. 64. Non erat hic adolescens simulator, vt multi dicunt, quia iuxta Marcum, genu flexo Dominum adorauit. Erat tamè cupidus, at radix omnium malorum cupiditas. [magister bone.] Putabat Christum esse vnum de magistris. [nisi Deus.] Non dixit, nisi pater, sed, nisi Deus, vt intelligeremus, quæ essent vera bona, &

Genesi. 14.

Prover. 31.

Isti. 38.

2. Corin. 1.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

Deum esse radicem omnium bonorum, simulque ab adulationis vitio fugere docuit. Nota adolescentem fuisse cupidum cæli, non verò tentatorem, ideo quærere, quid faciam? tum Dominus, serua mandata, tum ille, quæ? tum Dominus explicat, & ille, superest ne aliud? tum Dominus, premia proponit ante certamen. Ille verò tristis abiit, erat enim verè pauper, pauper enim qui uis fit, quanto plus habet. [quam difficile est diuitem.] Id est, pecunia detentum. Iam si qui sua non dat, non intrat, quid faciet, qui rapit aliena. [facilius est camelum.] Explicat impossibile esse, quod dixerat difficile, vt discipuli non recundarentur paupertati hærere. [Deo facile est.] Igitur tu, rei magnitudinem attendens, ora vt Deus gratiã det, quæ opes proijcias, & sordida cupiditate non supereris. Nã qui habet febrem quo magis bibit, eo magis eam accendit. Sitim diuitiarum in explebilem, notauit sitis illa diuitis in inferno. Despice stultam opinionem, qua credis te posse diuitijs satiari. [ecce nos reli.] Quid reliquisti Petre? Non pro me, inquit, peto, sed vt pauperum turbam, ex sermone Christi instruaui, scilicet, quod non sint minus habenturi, quam si multa reliquissent. [vos qui reliquistis.] Quid de Iuda? Respond. promissiones Domini intelliguntur, nisi quis se illis indignum effecerit: sicut & comminationes, nisi se corrigat: & ideo adiecit, & secuti estis me: nam Iudas non est secutus. [duodecim tribus Israel.] Apostoli iudicabunt Iudæos, dicturos, non potuisse seruare Christi præcepta, tunc producentur testes Apostoli, qui ex eadem gente, illa seruarunt. (centuplum.) Apostoli & alij credentes, non solum habuerunt fidelium bona, sed & ipsos fideles, ita enim Paulus. Oculos etiam mihi dedissetis. (qui dimiserit uxorem.) Non iubet dissolui matrimonium, sed religionem cæteris antepone, vt cum dixit, qui perdidit animam suam inueniet eam.

Lucæ. 16.

Galat. 4.

Euthymius. Non erat adolescens fictus: nam Marcus dicit, quod Christus dilexit eum. (nemo bonus.) Deus est natura bonus, ideo mutari non potest, reliqua sunt bona per voluntatem, ideo mutari queunt. (hæc omnia custo diui.) putabat enim se proximum diligere sicut se, si nullum ei damnum inferret, non credens esse necesse, diuidere cum illo possessiones, hoc enim Euangelicum est. (habebis thesaurum.) Si thesaurum perdis, thesaurum inuenies: & meliorem, quia in cælo. (per foramen acus.) Non capit acus augu-

stia camelum, nec capit arcta Euangelij via diuitem seruiemtem diuitijs, oportet igitur repellere tumorem, & attenuari, per voluntariam paupertatem. (Apud Deum omnia possible) Dices, num ergo facere malum Deus potest? Respond. facere malum non est potentia, sed infirmitas. Nam David dicit, Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, idest, peccata, & Aposto. Cum essem infirmus, idest, peccatores. (ecce nos reli.) Domine nos non vendidimus nostra, nec pauperibus dedimus, vt tu dicis, sed simpliciter reliquimus, quid erit nobis? (centuplum.) Habebit enim fidelis qui eius curam agant: velut si eius mater essent, aut pater, habebit etiam fideles, qui ei seruiant, vt vxores solent, filios verò, scilicet, alios suos discipulos. (primi nouissimi.) Vt neque qui præponuntur extollantur: neque qui despiciuntur, despondeant animum.

Diuus Hilarius Cano. 19. Adolescens hic erat Iudaicus populus, iactans legis implementationem, verè adolescens, immaturus: moribus inuenis. (quid faciendo.) Iudæi enim salutem suam in factis statuunt. At nos primum in fide, hoc enim est opus Dei, vt credatis, mox est operari. (serua mandata.) Non est satis ea discere. (hæc custo diui.) At nihil custodierat, siquidem Christum non adorauerat. (quam difficile.) Idest, quam rarum, non enim criminis est, habere, sed modum in habendo non retinere, sed periculosa res est velle ditescere, famulatus enim Dei rem huius seculi, sine vitijs non assequetur. Camelus gentes significat, vestimento Baptistæ: assutas. Camelus verberibus obedit, ieiunij: est patiens, oneri succumbit: ita & gentes. Aeus est prædicatio Euangelij; per quam corporum vulnera assuntur, dissoluta vestimenta: texuntur, mors ipsa compungitur. Per hoc ergo Euangelium facilius gentes intrat, quàm opulencia gloriantis in lege. (quis potest saluus fieri?) Scilicet in lege, & ideo tristes facti sunt: legem enim amabant, sine qua nemo crederebat, quis enim credidisset salutem ex cruce pendere. At hoc impossibile hominibus, fecit facile Deus. (centuplum.) Omnes qui sequuntur Christum, centesimum fructum consequentur, qui in centesima oue, cum lætitia expletur, quem perfecta terra vbertas consequetur.

V. Beda li. 3. in Marcū. c. 10. (quæ difficile.) Alij non habent diuitias, & eas amat, alij habent, sed non amat: alij nec habent nec amant horum est status tutior, vt q sint mudo crucifixi. Vnde To. primus V 5 Salo

Psal. 15

Roma. 54

Ioannis. 35

Matth. 3

Lucæ. 15

Ecd. 4

Pfal 61

Pfal 87

Salomon, qui amat diuitias fructum non capiet ex eis, fieri tamē potest, vt qui amat diuitias, ex utrisque cupiditatis retinaculis per gratiā Dei ianuā intret cœli: nam & Dauid cor diuitijs non appofuit, dicebat enim vnicus & pauper sum ego. Nec Abraham, qui Deū filio suo prætulit. [centuplum.] Est gustus gaudij æterni. [primi nouissimi.] Id vide in Iuda & latrone vide etiā multos laicos feruētes: alios spiritui dicatos, nouissimē carne consumare.

Diuus Thomas. [magister bone.] Boni enim est seipsum communicare ergo accedite ad eū, & illuminamini. [nemo bonus.] Doctet ad Deum recurrere, vt ab eo bonum petat. [serua manda.] Quæ tamē seruanda sunt ex fide Christi, & charitate. Si enim ex lege esset iustitia, Christus gratis mortuus est non verò meminit Dominus de præceptis primæ tabulæ, sunt enim velut premia dilectionis. [non occides.] Qui occidit tollit vitam in actu, non adulterari, tollit enim vitam in potentia, non furari, contra bona personæ, non falsum testificari, esset enim contra ipsam personam. [omnia seruaui.] Non sat est vnum seruasse, qui enim offenderit in vno, &c. [quid adhuc mihi deest.] Hanc perscrutationem, quisque facere debet, iuxta illud, vt sciam quid desit mihi, id verò à Deo petendum. Cui dicitur. Imperfectum meum viderunt: oculi tui. [diliget proximum.] At si adolescens dilexerat proximum, vniuersam legem impleuerat, Cur ergo dicitur imperfectus? quia dilectio est duplex, altera communis: altera perfecta: hæc illi deerat. [vende omnia.] Sed contra venditis omnibus non est adhuc iste perfectus? quia in charitate quæ est vinculum perfectionis consistit perfectio. Respondit ita est. Sed quia venenum charitatis est cupiditas, hæc ablata, crescit charitas, igitur est pauper via ad perfectionem. Sed contra prælati sunt perfecti, & non vendunt omnia. Respondit is qui addiscit perfectionem, omnia vendat. Prælati verò iam didicerunt. Sed num curati sunt in statu perfectionis? Non licet quidam sint perfecti. Sicut monachi sunt in statu perfectionis, licet quidam sint imperfecti. [sequere me.] Hæc est perfectio. Ambula coram me, & esto perfectus, sequi verò est imitari, prædicando, docendo, &c. [tristis.] Minoris est meriti relinquere possessa, quam voluntatem possidendi. [quam difficile.] Qui festinat ditari, non erit innocens. Igitur licet beatus sit diues,

Iacobi. 1

Pfal. 38.

Pfal. 13.

Genes. 17

Prover. 13.

qui post aurum, non abiit. Sed quis est hic? [camelus.] Quidam author dicit quandam portam Hierosolymis vocatam foramen acus. Per quam camelus nisi exoneratus intrare nequibat. (Apud homines est impossibile.) Vbi ergo est liberum arbitrium? Certè est, sed sine gratia Dei surgere nemo potest. (ecce nos.) Laudatur magis affectus relinquendi, quæ id quod reliquit. (secuti sumus.) Quidam sequuntur, per contemplationem, vt illud. Sequemur, vt cognoscamus Dominum. Alij per puritatem mentis, hi sunt qui sequuntur agnum. Alij per contemptum sui & suorum, vt illud, qui vult venire post me abneget se. (in regeneratione.) Anima regenerata est in baptismo, regenerabitur corpus in iudicio. (duode tribus.) Totā gentem fidelium, sed maximè fideles Apostoli iudicabunt infideles Iudæos, & quia iudicabunt cum autoritate, ideo dicuntur iudicaturi, sedentes. Iudicabunt verò, non solum comparatiuè, id enim faciet Regina Austri, & Ninuiter: nec solum approbando, id enim etiam facient omnes sancti: nec solum vt leges scriptæ in cordibus eorum, dicit enim sedebitis iudicantes. Ergo sicut Deus dat lumen Angelis: ita Apostoli dabunt lumen iudicandis, quo videant quæ fecerunt, & hoc erit iudicare, & rectè dicuntur iudicare mundum, quia qui debet iudicare crimina, alienus sit ab eis, ergo qui debet iudicare mundum, alienus sit ab eo, iuxta illud, iam vos non estis de mundo, tum quia Apostoli habuerunt gustum de rebus sanum, ideo iudicent, demum, si se humiliauerunt, exalten tur. At sicut inter Apostolos non iudicabit Iudas: ita iudicabit Paulus. (primi nouissimi) Non sat est reliquisse omnia, si postea negligentius viuas.

Simon de Cassia libro nono, capitu. 46. (nemo bonus.) Ac si dicat. Tu solum in me vides hominem: at de homine nemo nouit an bonus sit Deus verò bonus, cuius participatu, reliqua sunt bona. (præcepta nostri.) Hæc enim ignorasse, infernus est. Væ doctis in alijs scientijs, si hæc ignorarint. Igitur in custodiendis mandatis retributio multa, verè multa in omni genere bonorum. (dilexit eum.) Placet Christo, qui vltra communia præcepta ad maiora suspirat. (tristis abiit.) Tantum enim quis dolet amittere, quantum amat. Dicunt multi. Si creauit Deus diuitias, cur sunt relinquendæ? Certè quia sunt occasio mali, spiritus enim Domini super aquas fertur, non sub aquis.

Offe. 1. Apoca. 14

Luce. 9

Ioannis. 17

Genes

Roma. 13

Pfal. 1 Ioannis. 11

Ecclesi. 11 Eccle. 29

Pfal. 118

[vos qui secuti estis me.] Igitur obedientia maioris est meriti, quam paupertas & castitas. Nam sequelæ Christi promittitur iudicandi potestas: autoritate assessoria. [omnis qui reliquerit.] Obedientia est quæ meretur, tamen habet suum premium omnia reliquisse, in affectu vel in effectu cū fuerit necesse. [centuplum] Vt mali, etiam in hac vita sentiant infernū, ita & boni, cælum hi miracula edunt, lumen prophetiæ recipiunt: dulcedinem cœlestem, &c.

Hugo Cardinalis. [non occides.] Non minit præceptorum primæ tabulæ, quia qui diligit proximum, legem impleuit. [camelum.] Camelum intrare, non repugnat potentia, aut iustitiæ Dei, sed diuitem, scilicet malum, intrare cœlum, repugnat iustitiæ Dei. [duodecim tribus.] Contra, quia impij non surgunt in iudicio iudicandi: iam enim infidelis qui non credit condemnatus est. Respondet, non iudicabuntur Per eorum discussionem: sed condemnabuntur.

Idem in Marci capit. 10. [habebis thesau.] Dicitur mitte panem in fluentes aquas, & post multa tempora inuenies illum, & item elemosina viri, quasi sacculus cū ipso. [Camelum.] Camelus vnum pondus habet. Sed diues duo, diuitiarum, & peccatorum. [acus.] Christus est acus, qui ex Deitate non potuit habere foramen, habuit tamen ex humanitate. [ecce nos reli.] Christus vt gigas currit viam suam, si tu sequi eum velis, oneratus non poteris, exonera ergo te.

Caietanus. [nemo bonus.] Omnis creatura habet aliquid mali admistum, moris, vel nature, ideo nemo bonus. Hic habent exemplum doctores, cum laudantur, referant omnia in Deum. [si vis esse perfectus.] vt voluntaria sit paupertas: vt misericordia in te reliceat: vt recondas tibi thesaurum. Si sequaris me eris perfectus. Non enim per vota religiosorum, ipsi statim assequuntur perfectionem, quia perfectio non in voto est, sed in opere. [foramen acus.] Porta erat ciuitatis ita vocata. [quis potest saluus fieri?] Cum omnes diuites sint, vel re, vel animo. Tunc Dominus. Seruare omnes, hominibus est impossibile, non Deo. [in sede maiest.] Describit statum suum gloriosum, cum venerit iudicare, venient ergo reliqui Apostoli vt iudices assessores, non consulum, sed super distinctas sedes. [qui dimiserit propter me.] Ex charitate, non stulta dimissione. [centuplum.] Id est, spiritualia. Adeo hæc quam temporalia sunt meliora. [sunt primi nouis-

simi.] Dare possunt multa diuites, pauperes pauca. Sed non census spectat Deus, sed affectum.

Glossa interlinial. [honora patrem.] Et dilige proximum, non diligas quæ ipsi faciunt, vitia enim non sunt amanda. Sed quod Deus in eis fecit.

Lyra. [non occides.] Solum dixit præcepta secundæ tabulæ: iudicans præcepta primæ multo magis esse seruanda. Secundo docuit, iam non esse necessarias obseruationes legis veteris. [diuitem intrare.] Id est, confidentem in diuitijs. [admirabantur.] Quia has virtutes, nemo antea prædicauerat. [in sede maiest.] Quia in primo aduentu venerat in sede humilitatis. (sedebitis & vos.) Respondebit vestræ paupertati tanta gloria, vt sedeat iuxta iudicem.

CAPVT. XX.

Simile est regnum cœlorum.



RIGENES homilia. 10. [exijt primo.] Totius seculi vita vnus est dies, nobis quidem, magnus: Deo tamē est momentum, habet hæc dies nouissimam horam: quia,

nunc nouissima hora est: sicut audistis, quia Antichristus venit. Porro primi operarij fuerunt tempore Adam, Secundi tempore Noe. Tertij tempore Abraham. Quarti tempore Mosaicę legis. Vltimi sunt Christiani. (ex denario.) Denarius salus est, vltra denarium est gloria. Et nota. Poterant, qui sero venerunt tantum operis facere, quantum qui à primo mane venerant: si maiori quam illi viderentur. (dicit procuratori.) Fortè alicui angelo, qui officium habet distribuendi. (incipiens à nouis.) Primi enim operarij testimonium acceperunt per fidem: non accepta promissione: Deo pro nobis melius prospiciente, vt non illi sine nobis, qui hora vltima operamur perficerentur. (vult isti nouissimo dare.) Forfan Paulo, qui præ omnibus laborauit. Vineam hæc est regnum Dei, &c. Potest secundo exponi, vitæ hominis dies est. Qui in adolescentia vocantur ad Deum, vocantur primo mane,

Ioannis. 9

Hebræ. 11

1. Cor. 5

ne, alij quando iuuenes sunt vocantur, alij quando viri, alij in vltima hora, scilicet, in senio. Quia verò non tempus, sed affectus æstimatur in opere: ideo æqualiter volentibus, æqualis tribuitur merces, licet indignetur, qui pòdus libidinis à iuuentute portarunt. Et certè filius Prodigus maiore consolatione dotatur, quam filius senior.

Lucæ. 15

Diuus Hieronymus. Operarij primæ horæ fuerunt Samuel, Ieremias, Baptista: qui ex vtero matris nati sunt sancti. Operarij tertix horæ sunt, qui à pubertate Deum colunt. Horæ sextæ, qui à virilitate. Horæ vndecimæ, senes. [murmurauerunt.] Omnis retro generatio, gentibus inuidet: quod nos vertamur in caput, ipsi in caudam. [ex denario.] Premium est imago & similitudo Dei: nam in denario, imago regis est inscripta. [oculus tuus nequam.] Idem sonat parabola Prodigij, vbi senior frater iuniori inuidet, & patrem accusat.

Lucæ. 15

Diuus Augustinus de verbis Domini, homilia. 59. In die iudicij omnes pij accipient mercedem. Sed quia Christianis non tardaui merces, quæ tardauit Adæ, Abeli, & alijs iustis: ideo nos dicimur prius accipere quàm illi, & licet sanctorum merces sit iuxta differentiam meritorum: tamen quia merces erit æterna æqualiter: ideo dicitur æqualis omnibus merces. Interim fratres qui vocamini ad vineam venite. Nemo enim vocatorum, distulit, aut dixit, expecta, veniet hora vndecima. Si igitur adolefcens vocaris, veni: nesciens an peruenies ad finem. Sed maxime veniat senex, finisti o senex annorum numerum festina ad denarium. [exijt primo.] Cum Christus non agnosceretur videtur esse in domo & in absconso, cum agnosceretur, videtur exisse. Cum igitur iam eum agnoscamus, nobis iam exijt, eamus ergo ad vineam. Si desperas, en dicit Dominus, in quacunque hora conuersus fuerit homo à nequissima via sua, non recordabor iniquitatum eius. Si malè confidis, dicit Dominus, ne tardes conuerti ad Dominum. Ezechie. quinto, & iterum, ne tardes: neque dixeris cras dabo. Si præciperis proximo statim dare: cur non das tibi, æger es, & differs?

Ezechi. 18

Prouer. 3

1. Cor. 15

Idem libro de sanct. Virgin. Denarius est vita æterna omnibus æqualis: licet in ea sint diuersa merita, sicut cælum est vnum: sed alia est claritas solis, alia lunæ, & corpus vnum, sed alia dignitas oculi, alia pedis.

Idem ad Simplicij. libro primo, quæstio. 2.

Si Deus est, qui facit in nobis bonam voluntatem, quando vocat nos, (Ideo enim volumus, quia vocamur.) Cur multi sunt vocati, & pauci electi? Si dicas, quia vocatus non obtemperat vocanti. Contra, quia Paulus debuisset dicere, non est miserentis, sed vocati volentis. Igitur non omnes vno modo vocantur. Sed cum multi vocentur, illi soli sunt electi, qui ita vocantur, vt sequantur.

Diuus Basilus in reg. breu. interr. 224. Non est dubium quin alioqui à prima hora operantur. Nam Timotheus ab infantia sacras literas didicit. Alij sero operantur, culpa eorum qui eos erudiant, vt Cornelius, qui si pro virili laborauerint, dabitur eis, quod datum est Cornelio.

Idem ibidem interro. 255. Quo abire iussus est, cui dictum est, tolle quod est tuum & vade. Respond. eo fortasse, quo ire iubentur qui sunt à sinistris, nam qui inuidet proximo, propinquus est ei qui occidit.

Diuus Chrysostomus homilia. 65. Vineam est lex Dei. Tempus operandi, vita: differentes operarij, qui diuersis ætatibus vocantur. Sed cur qui totum diem ex voluntate Dei operatus est, inuidia tangitur, & Domini testimonio damnatur dicentis, oculus tuus nequam est? Num sunt liuiores in cælo? absit. Sed de verbis parabolæ non sumus angendi: fat est eius intentionem tractare. Intentio vero est, decrepitos animare, vt si laborent pro virili, eam mercedem sint accepturi, quæ alios ad inuidiam prouocare posset, non prouocabit tamen.

Sed cur non omnes mane vocati sunt? certe voluisset Dominus vineam: sed vocati non obtemperant.

Cur igitur dicunt illi nemo nos conduxit? Certè non id Dominus dicit: nam ipse primo mane exijt ad vocandum. [multi vocati.] Iudæos videtur tangere: & eos qui negligentes sunt. Ita Paulus. Omnes quidem eandem escam & eundem potum acceperunt: sed multi eorum sunt occisi, & Dominus, multi fecerunt miracula & cadent in infernum, & virgines aliquæ fuerunt fatuæ, & fucus erat cum folijs sed sine fructu, & ex lege multi reijciendi.

Diuus Thomas. Operarij vineæ omnes homines sunt. Positus enim est Adam in paradiso vt operaret. Colere igitur quisq; iustitiã debet. Sed maxime prælati, qui sunt fortes iustitiæ, & mercenarij dicuntur, qui laborant pro premio, sicut mercenarij dies eius. Denarius est

est vita æterna, quia per decalogi obseruationem acquiritur, & habet regis similitudinem: quia similes ei erimus. [ociosi.] Id est, qui bona operantur. Multa verò mala docuit ociositas.

Nota, de primis operarijs dicit, quod misit eos, de reliquis verò, quod sponte iuerunt. Quia quæ pueri faciunt, ferè ex Dei instigatione faciunt, at prouectiores, sponte sua. [quid statis.] excusantur iuuenes: accusantur senes, in quibus non ita vt in illis dominatur concupiscentia, & qui sectatur ocium, stultissimus est: & item, implebitur egestate. [ite & vos.] Vult igitur omnes saluos fieri, his non promittit pretium: saluantur enim ex misericordias sed consummati in breui, explent tempora multa. [procuratori.] Id est, Christo, qui suscitatur mortuos, cum vocat operarios, omnes enim qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei. [redde illis.] Est enim iudex. Quia filius hominis est [incipiens a nouissi.] Christianis enim maior gratia data est. Alijs enim generationibus non est reuelatum sicut nunc, & item non dum erat spiritus datus. Item cum gratia datur decrepito: maius gaudium est super hoc peccatore, quam super iustis. [singulos denarios.] Quantum ad obiectum æqualis est retributio, sed non quantum ad eius participationem: fluuius enim vnus est: sed plus accipit aquæ, qui maius attulerit vas. [murmuranti.] Nullum in cælo peccatum est: sed tanta est illa retributio, vt si fieri posset murmurarent. [pondus diei.] Id est, longam temporis expectationem, & item longiori illi patres vivebant tempore. (non factu tibi iniuriam.) Nunquid omnipotens subuertit iudicium. [ex denario.] Ego ero merces tua magna nimis. (tolle quod tuum est. Ex promissione mea, ita Paulus, Certus sum, quod potens est depositum meum seruare. [an non possum.] Dominus est, potest de suo quod vult, nec ibi est acceptio personarum. [bonus sum.] Quam bonus Israel Deus?

2. Ioannis. 3
Eccl. 33Prou. 12
Eccl. 28

Sapient. 3

Ioannis. 5
Ioannis. 5

Eph. 3

Ioannis. 7
Luc. 15Job. 8
Gene. 17

2. Timo. 2

Psal. 72

Psal. 4

Prouer. 1

Iere. 31. & 4

Simon de Cassia libro sexto, capi. 21. [operarios.] Nullam rem voluit Dominus esse ociosam. (exijt omnibus horis.) Vt nemo excusetur, quin habuerit inuitatores ad opus. (in foro.) Necessè est egredi à foro, vt quid enim diligitis vanitatem, & vsquequo paruuli diligitis infantiam: & vsquequo delicijs dissolueris, & item, vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ: (a nouissimis.) Non est idem ordo Dei, & quem homines credunt. (quod tuum est.) Cur homo cõque

ritur, dicens: dedit illi, non mihi, cū Deus nulli debeat. (nouissimi.) Multi Publicani, & peccatores, præcedent vos in regno Dei. Paulo vt abortiuo visus est nouissimè Dominus, at hic præ omnibus laborauit, & latro prius Deum videt, quam Petrus. (pauci electi.) Quia pauci carnem crucifigunt. Quam verò pauci? habes in Isai. capitu. 17. 24. Quasi si colligantur spicæ, & Michææ septimo, vt racemi post vindemiam. Igitur putantur multi electi, qui reprobi sunt, signa electorum sunt, obseruatio mandatorum, purgatio lapsutum, remissio iniuriarum, humilitas paruulorum, perseuerantia.

Hugo. (quid hic statis.) In loco periculo, laborioso, monstroso, suspecto, lutofo: cum habeatis conductores, cooperatores, temporis opportunitatem, laboris suauitatem, mercedis saturitatē? Quid statis oblitii Dei: illecebris carnis attoniti: rugitus Leonis impauidi? Ociosi, vobis non proficitis, proximi non subuenitis, Deo non seruius hostibus non resistitis, pœnitentiã non facitis futuris nõ prouideris. (cū sero factu.) Diabolus voluit mane mercedem. (procuratori.) Id est, Christo, qui nostra ad eum curat. (murmuranti.) Id est, suspensi admirantur, vel alij qui faciunt, quod omnibus tribuitur.

Caietanus. (exijt.) Tunc exit, cum aliquid extra operatur. (operarios.) Id est, paratos ad operandum. Quia verò Deus voluntariè agit, ideo non est in foro continuè, sed frequenter: tempore iuxta suam sapientiam congruo, vocat verò, quando efficaciter conuertit. (in foro ociosos.) Non alijs occupatos, nec vocationi resistentés. (sero factum.) Singulis in morte: omnibus in iudicio. (a nouiss.) Vt gratia iustitiæ præferatur. (Arbitrati sunt, quod essent plus accepturi.) Secundum rationem inferiorem non verò secundum superiorem. Nota, omnes ex gratia vocantur, sed ex iustitia mercedem recipiunt. [murmurabant.] Sancti secundum rationem inferiorem habet velleitatem maioris gloriæ, sibi, quam nouissimis. Verba verò sequentia, non inuidiæ, sed rationis inferioris sunt. (primi nouissimi.) In retributione non spectatur quantum quis operatur est: sed quantum gratiæ habuit, hæc enim primos facit: etiam minori tempore operantes: & hæc eadem facit, vt licet multi sint vocati accepturi mercedem ex iustitia, pauci tamen sint electiores, ex gratia.

Matth. 21

1. Cor. 15
Luc. 23

Glos

Ioannis. 13

Glossa interlineali. [circa undecimam.] Ipse tunc venit: qui ante erat locutus per prophetas. [procuratori.] Id est, filio, cui dedit omnia Pater in manus. [volo & isti.] Gratia est, quod cōequalis, & concorporalis fiat populo Iudæo, gentilis populus. [multi vocati.] Ad fidem. [pauci cœli.] Ad regnum.

Glossa ordina. Vineam est Ecclesia, quæ ab Abel, ad vltimum iustum, quot sanctos protulit, tot palmites misit, & post murmuracionem accipiūt denarium, id est, post lōga limbi tempora, vel etiam, quia Iudæi se gentib⁹ præferebant initio Ecclesiæ.

Lyra. Prælati sunt hi operarij, qui deberēt continuò operari in Ecclesia sua: & sine emulacione. [quid statis.] Ad gentes specialiter id dictum est, hos enim nemo conduxit, neque propheta, nec lex. [cum sero.] Id est cum tempus gratiæ aduenisset. [redde mercedem.] Id est, gratiam, & dicitur merces, quia est inchoatio gloriæ, quæ est merces. [incipiens à nouiss.] Quia Ecclesia pro maiori parte consistit, & fundata est ex gentibus. Cum tamē Iudæi credidissent se maiorem gratiam habituros, vt haberetur Acto. 10. 11. [non facio tibi iniuriam.] Ita Dominus reuelauit Apostolis, quod non faciebat iniuriam Iudæis, dando gratiam gentibus. [vni illorum.] Id est, collectiōni illorum. [nonne ex denario.] Fides habet pro mercede gratiam, quæ licet non cadat sub merito, cadit tamen eius augmentū. [pauci electi.] Omnes Iudæi vocati sunt, sed ex eis pauci eliguntur

Et ascendens Iesus Hieroso.

Acto. 11
Matth. 24

Origenes. Promptissimè ascendit Iesus ad pericula, ita Paulus, paratus non solum ligari, sed & mori. Quando verò ascēdendum sit ad mortē, & quādo fugiēdū ē ciuitate in ciuitatem, sapiens est cognoscere. Et nunc etiā traditur Iesus ad illudendum, quando Christiani illuduntur, & quando literati homines, Christi vitam contempnunt. [ad dexterā tuam.] Non est mentio de aliqua corporali sede: sed dicitur Christus sedens in sede, id est, in gloria sua, quam habuit antequā mundus cōderetur. Porro qui plus habituri sunt gloriæ, sedebunt à dextris, qui minus, à sinistris. [calicem meum.] Quidam dicunt idem esse calicem, & baptismum. Sed non ita est. Calix enim est ipsa passio & perpessio dolorum, hunc calicem accipit Dauid, pro omnibus quæ ei retribuit Deus, & calix hic dicitur,

Eph. 1.

Psal. 115

tur, pretiosa mors in conspectu Domini.

Qui igitur dolores accipit, nihil ex eis reiiciens, calicem accipit nihil euomens. Porro quia ita dolores bibens, remissionem peccatorum accipit, ideo baptismum recipit, vt enim baptismus delet peccata: ita & martirium, dicente Domino, qui me confessus fuerit, confitebor ego eum. Secundo, sicut Christus habet escam: ita & habet Potum. Escam est actio virtutis, potus & calix, est cognitio veritatis, dictum enim est. Seminate vobis ad iustitiam: postea vindemiate fructum vite. Prius agat, deinde illustrabitur, ideo Dauid inquit. Calix meus inebrians, quam præclarus est. [sit vester minister.] Prælati si volunt esse maiores, non sint timori: sed sint in humilitate paruuli. Sint vt Christus, qui non venit ministrari: licet ei aliquando Angeli ministrarint.

Diuus Hieronymus. Audierat mater Zebedeorum, Dominum die tertia surrecturū, huius regni sperati cupidine petit. [quid vis] Non ex ignorantia interrogat: sed vt olim interrogauit. Adam vbi es? & item, vbi posuisti eum? [calicem meum bibetis.] Non defuit Ioanni animus ad martirium. Siquidem in ollam feruentis olei coniectus fuit. [non est meum dare.] Non enim est acceptio personarum apud Deum. Quare regnum non datur personæ, sed vite, qui se eo dignum exhibuerit, percipiet. [Iesus vocauit.] Humilis Magister: nec illos audaciæ, nec hos accusauit in iudicē.

Diuus Augustinus libro primo de Trinitate capitu. 12. [non est meum dare.] Hoc intelligitur de Christo in forma serui. Suum enim est dare, in forma Dei.

Diuus Gregorius libro tertio dialogi cap. 26. Cum Ioannes non sit passus martirium: biberit verò calicem, necessario fit, martiriū non solum esse à tyrano, sed esse etiam cum animus ad martiriū flagrat. Imò & hi qui carnalibus desiderijs resistunt, pacis tempore martyres sunt. Deo enim se in suo corde mactarunt.

Diuus Chrysostomus homilia. 66. [ecce ascendimus.] Quia facile obliuiscerentur eorum quæ nolebant, crebritate memoriā passionis renouat. Secretò verò, quia non erat tempus publicè referendi. Publicè etiam dixit, Soluite templum hoc, vt discipuli non ignorantē, sed volentē eū iuisse scirēt ad passionē. Porro secundū Lucam verbū hoc erat occultū, quia licet de morte esset apertū, erat tamē de resurrectione secretū. Nō enim intelligebat,

gebant, quomodo vnus seipsum resuscitet. [accedit mater filiorum.] Videbant filij Zebedei se alijs aliquando prælatos, credūt nunc facile se prælationem impetraturos, tempus verò credebant idoneum, ascendente Domino Hierosolymam, vbi regnum futurū existimabant. [potestis bibere calicem quem ego.] Ad calicis participationem allicit: nam participatione calicis Christi, calix dulcior fit. [baptismo baptizari.] Loquitur de baptismo indicans: suū sanguinem futurum esse omnibus baptisma. [possumus.] Respondent nescientes quid dicant, scilicet attenti solum ad postulata. [calicem meum bibetis.] Magna ista corona afficiemini. [sedere à dextris.] Non loquitur de sede illa & throno gloriæ in qua Christus, vt Deus & vt homo sedet, hic enim nulli datur, sed de loco illo honoratiori, quem illi petebant: quem locum dicit Dominus non esse suum. Vt si iudex certaminis rogetur, vt det premium alicui amico: Respondebit, id non est meum dare, nisi illi qui vicerit. Ita Christus docet, si vis primatum, primum in gratia, dein in proprio labore cōfide, qui enim in grā & labore præcedit, præcedit in premio. Vbi verò discipuli vidēt duos fratres reiectos, audent & ipsi proferre iram suam, quam non protulissent prius: vt qui Christum amabant. Quibus Dominus. Tyrānica passio est, primatum querere, qui primatum quærit ipse sibi dedecori est: nam apud me, qui infimus est is primus est, vt in me videtis, qui me infra omnes deiicio contraria igitur via procedite, si vultis thesaurū: ne thesaurizetis: si vultis læticiam, lugete: si primatum, humiliamini.

Mar. 10

[Euthymius. [tertia die resur.] Vbi tristitia dixit, consolationem subiungit, vt dum illa vident, hanc expectent. [vt sedeant.] Audierant Dominum dicentem, quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos. Crediderunt sedem gloriæ esse sedem regni, quo Hierosolymis esset regnaturus. Se ergo, cum honorari præ cæteris videbant: Petrū ne honorē præriperet timebāt. Prius verò ipsi accesserunt. Deinde eorum mater. [nescitis.] Hoc enim tempus non requiritur, sed afflictionis & cædis. [calicem meum.] Calicem vocat mortem suam, vt pote læto animo pro hominibus susceptam. [non est meum.] quia cathedram dextram & sinistram Petrus & Paulus habent. Non est meum verò, non est impotentia, sed iustitia: non enim datur gratis, vt vos gratis dari petitis. [Decem indignari sunt.] Vides inui-

dent, & de primatu contendentes. Postea mutuo primatum concedent. [non veni ministrari.] Non cupio vt mihi ministraretur. [pro multis.] Id est, pro omnibus.

Venerabilis Beda in capitul. 10. Marci. [ecce ascendimus.] Dementia Gentilium confutatur. Cur enim eius crucem derident, qui crucis fuit præscijs, & crucem intrepidus adiit? [meum bibetis.] Ioanni coniecto in dolium animus martirij non defuit. [dare vobis.] Non est meum dare superbis. Desinite esse quod estis, vt accipiatis quod petitis.

Idem in Lucæ. 18. Apostoli crucem Christi non intelligunt: at pharisæi facile intelligunt, quia quod amor Apostolis abscondit, pharisæis inuidia pandit.

Diuus Thomas. [Assumpsit duodecim.] Nondum enim Iudas malum conceperat. [Hierosolymam.] Non enim caput prophetam perire nisi Hierosolymis & rectè. Erat Christus sacerdos, debuit hostiam in templo offerre: erat Rex, debuit in ciuitate regali regnum obtinere. Porro cum tria sint quæ homines cupiunt (honorem) illi illuserunt. Factus sum (inquit) in derisum tota die (Delicias) illi flagellauerunt, faciem (inquit) meam dedi percutientibus, genas meas, vellentibus. (Vitam) illi occiderunt morte, & morte crucis. [mater filiorum.] Vocabatur Salome. [petens aliquid.] Petitio hæc confusa est, quæ non debet admitti, vnde Herodes confusè, malè promisit. Rectè

Ieremi. 20
Isaia. 50

Matth. 14

igitur Dominus, quid vis, exprime quod velis. [nescitis.] Quia temporalia non debuerant petere, Secundo. Nec tantam eminentiam, nulli enim Angelorum dictum est, sede à dextris meis, Tertio. Et id iam erat Apo-

Heb. 12. 11

stolis concessum, eo verbo: sedebitis & vos, super sedes duodecim. [contristati.] Inter superbos semper sunt iurgia. [reges gentium.] Gentes erant abominabiles: ideo earum

Prouer. 17

mentionem, horrorem illis incutit. [dominantur.] Subijcere subditos, ac si essent serui, malum est. [sicut minor.] Seruus enim quicquid est domini sui est: & ita prælatus, quod est, suæ Ecclesiæ est, ita Paulus, cum li-

1. Cor. 9
1. Cor. 4.

ber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, & item, nos autem seruos vestros propter Christum. [sed ministrare.] Ita inquit Paulus, dico Christum ministrum fuisse circuncisionis, & ipse inquit, ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. [pro multis.] Quo ad efficaciam, pro omnibus, quo ad sufficientiam,

Roma. 15
Lucæ. 22

Simon

Simon de Casia. li. 7. c. 29. Calix dicitur passio: quia cito calix bibitur, liquidum, em est, & facile dilabitur, & perpetuum esse nequit, quod calici infunditur. Homines enim perpetuo torquere non possunt. Item calix sumitur pro potione, quæ & si amara sit, salutaris tamen est, ideo calicem salutaris accipiam. Reliqua vide sup. c. 18.

Psal. 115.

Diuus Bernar. in festo S. Michaelis. Nihil mirum, si omnes Angeli sint in ministerium missi, cum Dominus Angelorum venerit ministrare. Bonus minister Christus, sua alacritate omnes vincens, ut qui vnctus sit oleo exultationis. Ideo salit in montibus, & transiit colles.

Canti. 2.

Hugo. [secreto.] Contra hypocritas, qui cum ad poenitentiam vadunt, volunt agnoscere. [ait illis.] Quæ facienda sunt reuelari pijs debent, ad consilium. [ut duo filij.] Satis parentes ostendunt se parentes esse corporum. Siquidem salutem animæ nemo eorum nec dono, accipere vult pro filiis suis. Corporalia enim illis, non spiritualia cupiunt. [meum bibitis.] Non est impar meritum Abrahæ cõ iugati, quam Ioannis sine nuptijs: ita nec est impar Ioannis qui passus non est, & Petri qui passus est. [sed quibus paratum est.] Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. [ministrari.] Humilem spiritu suscipit gloria Prouer. 29. Et item, qui humiliatus fuerit erit in gloria. [animam suam.] Dilexit enim nos, & lauit nos sanguine suo. [pro multis.] Proprio filio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Psal. 67.

Iob. 22.

Apoca. 1.

Roma. 8.

Caietanus. [non est meum.] Non veni secum hunc statum distribuere sedes, hoc enim iam est ordinatum a patre meo. [dominantur.] Id est, ordinant statum suum, ut dominentur, ut compellant, vos non ita, vestrum principatum ordinate ad ministrandum, ac si dicat vos queritis celsitudinem: at Ecclesiastica celsitudo est ad seruiendum. (ministrare.) Non fuit Christi intentio venire, ut sibi homines seruirent, sed ut ipse ministraret, non in corporalibus, sed spiritualibus, licet ad hæc exequenda, ieiunaret, sudauerit, &c. Ut ergo seruus quicquid est, Domini est, ita dominus ad erogandam animam pro hominibus venit. Ut eo etiam ministerio seruiant prælati, etiam vsq; ad animæ erogationem, egregie verò dicit, dare animam, in redemptionem. Liber ipse dat animam, in pretium, ut serui liberentur.

Glossa inter. (tertia die.) Ut tam cito resurrectione scandalum crucis releuaret. (possumus.)

mus.) Inexperti promittunt, quod experti formidarent. (sit minister.) Non primatum ambiendo, sed humiliter deuitando. (sicut filius hominis.) Cuius si verbis non creditis, opera erubescite.

Glossa ordi. (ad illudendum.) Ut sciamus nos qui per delicias cecidimus: quanta amaritudine redire debeamus.

Lyra. Apostoli cum Iudæis credunt Messiam regnatum temporaliter: ita enim dicunt. Quando restitues regnum Israelis? Ideo præminentiam in eo regno querunt. (calicem meum.) Licet Ioannes occisus non fuerit, relegatus tamē fuit. At exilium est mors quædã ciuilibus. (sed quibus paratum est.) Id est, verè humilibus.

Et egredientibus illis.

Origenes Homi. 13. Descenderat Adam in Ierusalem in Iericho, descendit etiam Christus in Iericho, ut ibi lucraretur multos, sequebat enim sunt eum turbæ multæ. Duo cæci sunt Iudas, & Israel, à tempore Ieroboam diuisi. Sedent iuxta viam, id est, iuxta legem, nihil aliud de Christo intelligentes, nisi quod esset filius Dauid. At turba Christiana eos increpat, volens non solum esse filium Dauid, sed etiam Dei. Tunc Dominus stat, ut fons benedictionis ad eos perueniat. (vocat eos.) Hoc est principium beneficii.

Diuus Hierony. lib. 3. Multi latrones erant inter Ierusalem & Iericho, vulnerantes eos qui per eam viam transibant. Hos igitur vulneratos ut sanaret Christus, venit in Iericho. Simul ut turbam secum traheret, nisi enim ad humilia descendisset, populus mansisset in tenebris, & umbra mortis. Cæci sunt, qui dicere non possunt, in lumine tuo videbimus lumem. Duo verò sunt, Pharisei, scilicet, & Sadducei, vel iuxta alios, nouus & antiquus populus, qui per se videre non potest. Quod si cæci sunt Iudei, quos arguunt Christiani, his dicit Christus ne increpent, neque superbiant contra radicem suam. (stetit.) Quia cæci per illam præruptam viam sequi Christum non poterant.

Diuus Augusti. libr. 1. q. Euange. capi. 28. Egressio ab Iericho est resurrectio & ascensio Christi, sequuntur turbæ, id est, multi populi. Duo cæci de utroque populo sunt, coherentes perfidem dispensationi temporali Christi, secundum quam via est: & desiderantes aliquid de eius eternitate percipere. Cupiunt verò

verò impetrare per transitum Christi, id est, per ea quæ gessit viuens & transiens inter nos. Hi tandiu clamant, id est, tandiu orent, quando temporalium desideriorum turbas vincant, quæ eos auocant, ne clament.

Idē Ser. 18. de verbis Do. Christus medicus salutis æternæ per miracula minora, quæ tunc temporaliter edidit, maiores quas nunc edit sanitates significauit, quanto, scilicet, maior est animus corpore. Nunc non illuminatur cæci, nec viuificantur mortui: sed mortui, cæci, surdi in anima sanantur, de his mortuis

Ephes. 5.

Matth. 13.

Matth. 5.

Paulus. Surge qui dormis, exurge à mortuis, de surdis, qui habet aures audiendi audiat, de his oculis, beati mundo corde. Et sanè tota cura nostra, prædicatio Euangelium, sacramenta, in hoc sunt ut purgetur oculus cordis, videat quæ lucem sanus, quam sustinere nequit infirmus. Si quid in oculum corporis incidit, non quiescimus, donec auferatur. incidit in animam cupiditas auaritia. &c. & tacemus. Erat lux grata Adæ sano, sed se abscondit à luce iam infirmus. Ergo qui mortuus est interius, is surdus est & cæcus. Huiusmodi cæcos curat Iesus. Transibat Iesus cum temporaliter viuere. Duo cæci, sunt Iudæi & gentes, nam & has curabat Dominus, ut Cananæam, & Centurionem. Transiente Iesu hi cæci per fidem clamant, per fidem, scilicet, humanitatis. Siquidem non est satis credere in Deum, nisi in Deum hominem credas. Clamat verò, non qui voce perstrepen-

Matth. 8. 13.

e. Cor. 5.

Tob. 4.

te: sed qui operibus congruentibus clamat ad cælum, id est, si contemnat mundum & voluptates. Vbi verò contemnere inceperit, cognati & affines eum increpabunt, & dicent. Tu insanis, nimis es, an non sunt etiam alij Christiani. Mali igitur Christiani, quorum turba multa est, bonos prohibet, ne clamet. Clament verò hi, nec autoritate turbam ducantur. Qui enim clamando perseverarint, hi videbunt lucem, id est, Christi diuinitatem, quantum in hac vita videri potest. Ita Paulus, & si Christum secundum carnem nouimus, nunc tamen non nouimus. Diuinitas verò Christi stat, & non mutatur. Fratres credite dum non videtis, clamate ut videatis, gaudent enim oculi dum vident lucem: dolent, dum videre nequeunt, & quidem elemosynæ non sinunt ire in tenebras interiores. Iam hi cæci in turba auditi sunt: ita nos non fugiamus ad hæreticos ab ecclesia, vbi turba malorum est: Nam ut turba quæ cæcum prius prohibuerat, postea iuuabat, dicens, vocat vos: Ita & mali qui prius prohibebat,

postea perseverantem laudant.

Diuus Chrysostomus. homi. 67. [illi magis clamabant.] Constans animus, quò magis vetatur, eo magis acceditur, & vt cæcorum feruor magis monstraretur, carpi eos Dominus sinebat: vt & curatione digni viderentur. Porro quauis viles simus, vt hi cæci, si feruenter clamamus etiam sine mediatore, audiemur. Quauis verò Deus sit ad dandum aliquando tardior, & licet nos impediât turbæ, nos tamen à clamore non cessemus. [quid vultis.] Ut fides illorum monstraretur, id interrogat, quauis enim sola gratia curet, curatione tamen dignos querit. Tales hi se ostendunt, ante curationem, constantia, & clamore, post eam, gratitudine. Hi enim sequuntur Christum.

Diuus Hilarius Cano. 20. Iudæi prohibent cæcos hos, ne Christum filium Dauid prædicent: vt verum sit illud: in iudicium ego veni, vt videntes non videant, & cæci salui fiant.

Venerabil. Beda. in capit. 10. Marci. Christo ascendente in cælum, multa sanctorum turba eum comitatur. Tunc populus gentium sedet cæcus, sine veritatis lumine, veri Dei cognitionem mendicans. Intenti enim erant ad sciendum, quis verus Deus esset, vt de Centurione monstratur. Hunc cæcum Iudæi increpant, & malorum turba vetat. [vocat cæcum.] Id fit cum predicator dicit his qui vitam iniquam egerunt, vt veniant ad Dominum, & confidant de eius pietate. His dicitur, accedite ad eum & illuminamini, & surge qui dormis: [quid vis.] Ad orationem excitat, vult enim importune rogari. [vt videat.] O vtinam nos solam lucem æternam quereremus: non hæc quæ transeunt. Petit ergo ille lucem, non aurum, nam sine luce aurum non videtur. [sequitur eum.] Sequitur Christum, qui operatur, quod intelligit, Dominus per paupertatem & dolorem processit, & nos hac sequamur.

Diuus Thomas. [Domine vt aperiatur oculi.] Si isti fatentur Christum Dominum, & Dominus ipse est Deus, igitur etiam fatentur Deum. [miserere nostri.] Ita dictum est miserationes eius, super omnia opera eius. [vocat eos.] Quos enim prædestinavit, etiã vocauit. [quid vultis.] Voluntatem enim timere se faciet. Psal. 144. [vt aperiatur.] Qui libet peccator id petere deberet, iusta illud, reuela oculos meos, & item illumina oculos meos. [tetigit eos.] Hoc est opus humanitatis, statim videre, est opus Deitatis. [sequuntur eum.] Magna gloria est sequi Dominum.

Pr. Tho. X Simon

Ioann. 9.

Acto. 10.

Ephes. 5.

Psal. 109.

Psal. 144.

Roma. 8.

Psal. 118.

Eccle. 33.

Simon de Cass. libr. 5. capit. 32. Duo cæci erant, licet vnus esset famosior, ideo de vno Marcus testatur, Dominus verò vehementer intendit curationi cæcitat, scilicet, ignorantia, ad eam enim profligandam, multa cura esse intendendum significabat, horrendū sane malum cæcitas: sed cæcitas corporis creaturas non videt: mentis verò, creatorē. Quale gaudium mihi est, inquit Tobias, qui lumen cœli non video? At si cæcus est intellectus, malus erit & affectus, & ideo gressus eius deuiant à via, ideo sedet iuxta viam, non in via. Cæcitas tollit ne cæcus manibus laborer, at beati sunt, qui labores manuum suarū edit, cæcitas igitur tollit, ne sit homo beatus, miser ergo erit, & eo inferior, quo Christū in sacramentis Ecclesiæ transeuntem, videre non potest, (transit enim in Ecclesia Christus,) iam curiosus cæcus interrogat, quæ nā sit causa turbæ præcedentis Christum. Docuit nos curiosos esse inquirentes, cur præcesserint tot patriarchæ prophetæ & sancti? Congruè enim respondebitur, quia Christus sequitur. Fuerunt enim illi vt christus veniret. Porro dicitur Christus transisse, quia cuncta transitoria in sua humanitate celebravit. Item quia transit in suo corpore, quod est ecclesia: donec eam in stabilitatē subuehat. Item qua causa priores transierunt, eadem & sequentes post Christum sequuntur, hi enim & illi sunt propter Christum, delicati ergo erant, si Dominum præcedentem non sequantur. Cæcus igitur curiosus audiens causam tantæ processions esse Christum, & nō aliud transitoriū, clamat, vt nos clamemus, & clamor noster intret in aures eius. At qui prius cæcum erudierat, postea clamare ventant. Sæpè enim qui vocibus bona suadent, operibus retrahunt à bono. Cæcus tamen clamet importunè Dominus vocabit stans. Licet enim vocet ipse ad passiones transeuntes quas ipse pertulit, vocat tamen ad stabilitatem & æternam beatitudinem, quam ipse præstat. Vocat etiam stans, quia vocat, vt Deus. Vocat & prædicatores, sed iussu Dei, qui si non vocet, prædicatores vana vocatio est. At vox prædicatorū sit. Animæ equior esto pacem habere peccatorum desperatio ne frangaris, ideo enim Prædicator pacem euangelizat. Secundo addunt. Surge, scilicet, vt te illuminet Christus. Tunc cæcus proiecto vestimento, idest, omni impedimento exiliat, nullas moras prætexerat. Tunc Dominus, quid vis. Obligor facere quod velis, præuenio vota tua. Et cæcus, Rabbi (idest,

is cui verè est obediendum, quia solus doctor es,) vt videam, & per lumen viuæ fidei saluus siam, tunc statim videt, & sequitur Dominum: non declinans ad dexteram vel sinistram.

Hugo. [Domine vt videā.] Ad contemplandum te, od cognoscendum me, & proximis meos.

Caietanus. [Fili David.] Vulgatum erat Iudæis Messiam fore filium David. Porro quia cæci isti in specie nihil petebant, ideo credebantur petere eleemosynam. Cum verò turbæ scirent Christum pauperem ad dādam eleemosynam, increpant cæcos, ne clamoribus pauperem Christum vexent. [vt aperiantur.] Fatentur Christum id posse. [miseretur.] Signum compassionis ostendit. [testis.] Ostendens humanitatem esse organum Deitatis miracula facientis. [sequuntur.] Igitur non solum lumen exterius sed interius receperunt.

Glosa interli. Iericho, idest, luna, defectū nostræ mortalitatis indicat. [duo cæci.] Vterque populus sine Christo cæcus: magno tamen affectu illuminari desiderat. [turbæ.] Sunt carnalia desideria, seu etiam persecutiones quæ vetant, & obstant. [viderunt.] fide.

Lyranus. [fili David.] Ille per prophetas ad eō promissus. [increpabāt.] Ne clamor cæcorum obstaret, quo nānus Christum docentem audirent. [stetit.] Clementia Domini, non dedignatur alloqui pauperes. [confestim.] Igitur fuit miraculum, quia natura nō operatur subito. [sequuntur eum.] Vt sani intus, totum enim sanat Christus. Ican. 7.

CAPVT. XXI.

Et cum appropinquassent.



Rigenes homi. 14. Quid est quod Dominus videns Sionem, fleuit? cum tamen Zacharias dicat. Exulta filia Sion? Certè Dominus fleuit super Sion, terrena iubetur vero gaudere cœlestis. De qua Apostolus, accessistis ad Sion montem. Igitur ascensus Dominus in cœlum potestatem dedit discipulis suis dimittendi peccata, quibus asina, idest, Synagoga: & pullus, idest, Gentili-

tas, erant ligata. Dicit verò Christus, quod his opus habeat. Non vt ipse in eis quiescat, sed vt eos in se quiescere faciat. [confestim dimittent eos.] Nemo enim contradicet, quia vnus est Christus Dominus, per quem omnia. Porro dicunt hi populi asina & pullus, idest, iumenta, iuxta illud, vt iumentum factus sum antè te, & certè si coram pastore nostro oues sumus, iumenta sumus, at vbi Christus nos infederit, participatione Diuinitatis, commutabimur in melius. Gaudeat propterea filia Sion, quia rex suus venit iustus & saluus: scilicet, in iudicio & iustitia exterminaturus currus Pharaonis, arcum, scutum & gladium, ne peccatores intendant arcum, vt sagittent in obscuro, rectos corde. Tandem gaudeat Sion, quia venit rex suus, facturus pacē. Bethphage, idest domus maxillæ, idest ac Bethania, idest, domus obedientiæ. Erat autem Bethphage villa sacerdotum, quibus ex sacrificio obueniebat animalis maxilla. Item erat ibi fons, qui erupit ex maxilla Sasonis: qua percussit Philistæos. Et significat patientiam & obedientiam Christianorum, qui percussi in vna maxilla, obuertunt aliam. Clam adducuntur in domum obedientiæ ij, qui absoluti sunt per Apostolos, à vinculis peccatorum: & ad montem Oliueti: vt obedientes sint, & sint sicut oliua fructifera in domo Dei. Duo verò discipuli, mysterium habent Petri & Pauli, quorum ille habuit Apostolatam in circuncisionem, hic verò ad gentes. Imponunt vestimenta Dei sunt. Sternit verò turba vestes, vt asina munda cōcenderet. Sancti vero ante, & post Christū significant turbas præcedentes & sequentes, qui omnes laudant, dispensationem Dei in humanitate.

Diuus Hieronymus. Egressus Dominus è Ierico, visu cæcis reddito, idest, post datam fidelibus salutem, cœlum vult conscendere, idest, ad visionem pacis. Venit igitur ad Bethphage, idest, domum maxillæ, & confessionis. Mittit duos, idest, scientiam theoreticam, & practicam. [quod contra vos est.] Quia eorum doctrinam non recipiebat. [asnam.] Quæ multorum erat dominorum, idest, vitiatorum & dogmatum, multorum. Asina & pullus, idest, gentes ornantur vestibus, idest, doctrina & virtutibus apostolorum: vt Dominus ibi sedeat. Cantant osana, idest, salus per Christū & additur. [in excelsis.] Quia salus per Christum, non solum in terris facta est: sed etiam in cœlis.

Diuus August. li. 12. contra Faust. capi. 42. Ille pullus asinæ, quem Iacob moriens prædixit, significauit Iudæos, gentesque, super quibus Iesus ascendit in cœlum, idest, in visionem pacis. Genet. 49.

Diuus Ambrosi. libr. 9. in Lucam. Venit Dominus in montem Oliueti, vt nouellas olæas, in sublimi virtute plantaret: quarum mater est Hierusalē, quæ sursum est. In hoc monte est cœlestis agricola, forsan mons, ipse Christus est. Ipse enim est, per quem, & ad quem ascendimus. Ex paradiso eiecti sunt vir & foemina: pullus & asina: sexus, scilicet, vterque. Licet etiam pullus gentes significet, nemo enim gētes ante Christū infedit, id est, nemo ad Ecclesiā vocauit. Foris erat hic pullus à ianua, quæ est Christus. In transitu erat: vbi nullus certus possessor, misera plane seruitus, cui vagum ius est. Mittuntur duo discipuli. Ad gentes enim missi sunt Petrus & Paulus. Hi solunt gentes, sed iussu Domini. Talis actus: talis vita, Apostolis digna. Hi imponunt sua vestimenta, quia durtiam gentium mollierunt. Iam foelices illi, qui talem in intimis renibus recepere vectorem. Galat. 4.

Foelices, quorum ora cœlesti frænum cohibet. Docemur igitur hic aperire cor: stimulū verbi Diuini perpeti: iugum ducere: & discere esse sub Christo, (qui te prius gestauit) vt possis esse supra mundum. Iā nemo idoneus est Christo sedenti, nisi humiliatus. Ne verò supra lutum vestigia figas, Prophetæ munierunt viam, præcedentes Dominum: & discipuli Domini, proprio se exuente amictu, viam tibi suo strauere martyrio. Alij verò ramos diuidunt, securis enim ad radicem posita est, vt infructuosos vanæ gloriæ ramos succidat, fidelium pedibus proterendos. Galat. 2.

Ne despexeris asellum, cuius mens Deo plena est: sicut cōtra sunt exterius oues: intus vero lupi rapaces. Ican. 10.

Quod verò multi ramos palmarum accipiant, signum fuit, sub Christo, multos fore victores. Galat. 2.

Miratur porro turbæ, quid nō miretur, sapientiam Dei in homine bestiali habitare? Non igitur despicias asinā, quæ olim angelum vidit, & loquuta est: in signum, quod in aduentu magni angeli, qui prius asini fuerant, iam loquantur. Galat. 2.

Turbæ verò clamāt. Osana, idest, Messiam expectatum venisse. At post modicum quem prædicauerunt vocibus, re crucifigunt. Quid verò miraris turbas loqui, quem lapide duriores, Iudæi qui crucifixerunt, eum confessi sunt? Galat. 2.

Diuus Gregorius. 1. Mora. cap. 16. Asinus, idest, gentes. Bos, idest, Iudæi, iugo legis detriti. Galat. 2.

Pri. Tho. X 2 Galat. 2.

trisi, Galat. 2.

Galat. 2.

Galat. 2.

Galat. 2.

Galat. 2.

Galat. 2.

triti, de his dicitur. Cognouit bos possessorem suum. &c. His dicit Dominus: Venite ad me omnes qui laboratis, scilicet, sub iugo legis: & onerati estis, scilicet, grauem peccatorum pondus ferentes, & ego reficiam vos. Porro dictum est. Isachar asinus fortis, vidit requiem, id est, Simplex gentilitas, quæ videns requiem æternam esse bonam, supponit humerum labori, vt asinus fortis. Idem homili. 17. Iumento infidet Dominus, cum sanctæ Ecclesiæ præfideret: eam in supernæ pacis desiderium accendens, qui vestimenta sternunt, sunt qui carnem domant, vt alijs exemplum præbeant, qui ramos scindunt, sunt prædicatores, verba maiorum audientibus offerentes, qui præcedunt & sequuntur, dicunt salua nos. Ab vno enim omnes salutem querimus. Peccata enim præcessorum Dominica passione, mundata sunt: sicut & eadem in secula permanente nostra mundantur. Id verò est quod Ezechiel dicit, talamus tabernaculi fuisse hinc, inde, quia corda amantiù, fidem, à priori & posteriori parte seculi complectuntur.

Idem hom. in. 4. Psal. poeni. Dominorù est misereri. Iudicum damnare. Si igitur Christus venisset in nomine iudicis, quis saluus esset: quia verò venit in nomine Domini, ideo dicunt ei, benedictus qui venit.

Diuus Chrysostomus. homi. 67. Quot prophetias hic Dominus dicit? Dicit Apostolos inuenturos asinam, eius dominos nihil reclamatos. Id quod probum erat Iudæorum Christum non recipientium. Potuit igitur Dominus omnes Iudæos vnico ictu reprimere: vt dominorum asinæ cor repressit. Quod si ignoti asinam, gitor discipuli animam Christo dent. Sed verò vt rex, super asina, id est, gētibus immundis, erudiēs nos, ne supra necessarios vsus exigamus: quem tenorē toto vite decursu seruauit. Hactenus pedes ambulauit: sed quia nunc pro imbecillioribus iumento opus est, docuit asinos requirēdos: non equos aut mulos. Venit verò rex, non vectigalia petens, sed humilitatem docens. Asina verò pullum sequitur, quia postquam gentes introierint, Israel saluus erit. Apostoli vestimenta super imponunt: vt parati se impēdere, & super impendere pro fidelibus. Pullus vero indomitus non resiliens, significat populi obedientiam. Propter hæc mysteria, & non propter pompam Christus asinam infedit. Quanta nobis vero digni sumus poena, qui Christum nudum non vestimus: cum Iudæi sub asina vestimenta strauerint? Illi se

quantur & præcedunt: tu etiam venientem ad te repellis, nam cum venit pauper & repellitur, Christus venit, & repellitur, at si scortum, scurra, cartæ omnia tua petunt, facile tribuis.

Diuus Hilarius Can. 21. Asina Samaria est. Pullus gentes, ambo enim hi extra ciuitatem & mores erant Iudæorum. Duo Apostoli, Petrus & Philippus. Qui prosternunt vestimenta sua: propheta fuerunt, prophetias suas Christo subdentes. Quod dicant nunc osana, mox crucifige: rerum cœlestium fidem etiam inuitorum meditatur operatio.

Venerab. Beda. in. cap. 19. Lucæ. Bethania & Bethphage sunt in monte Oliueti, id est, domus obedientiæ & confessionis sunt in Christo monte olei. Qui vnctione spiritualium charismatum, & luce intelligentiæ refouet, quos ad se venire disponit. Qui verò non vult lumen sub modio latere, duos in castellum mittit, id est, doctores contra barbaras nationes. Duos, propter scientiã & opus: aut propter dilectionem Dei & proximi. Porro erant asina & pullus in biuio, id est, duobus quem sequerentur. Nota, qui peccator est, multorum est, qui verò sanctus, solius est Dei, nulli alij communis. [turba descendentiũ.] Domino descendente, & se exinaniente, æquum est nos omnes descendere, & humiliari sub potenti manu Dei, vt exaltemur in tempore visitationis. [in nomine Domini.] Id est, Patris sui, ego enim veni in nomine Patris mei. [rex Israel.] Rex est quia regit mentes, eas perducens ad regnum cœlorum. Quod vero rex sit spiritualis, miserationis est indicium, non dignitatis promotio. Et quia rex est angelorum & hominum, recte cum nascitur & moritur, canitur, pax in terra, & in excelsis.

Diuus Thomas Bethphage vicus erat sacerdotum. Sacerdos enim qui suam hebdomadam ministrauerat, in vicum hunc redibat, iter sabbati. Ergo per Bethphage, id est, Confessionem, irur in Hierusalem, id est, visionē pacis. [duxerunt ad Iesum.] Non ad aliũ, quia non Paulus pro vobis crucifixus est. Soluere, est per doctrinam, quam debet episcopus habere, resistere verò contradicentibus, est per potestatem. [his opus habet.] At bonorum nostrorum non eget, certe eget ad nostram vtilitatem, & suam gloriam. [rex tuus.] Nam hætenus erat tyrannus. [tuus.] In tuam vtilitatem. Egressus enim est in salutem populi sui. [mansuetus.] Id maxime commendatur ipse rege. [sedens.] Id est, humilis. [osana.] Omnes

nes saluari cupiunt, quæ salus incipitur in presenti, perficitur in futuro. Ipse enim saluum faciet populũ suum, quia ego suscitabo germen iustum & saluabitur Iuda. [in terra.] Da salutem elemosynæ in terra, & recipies in cœlo.

Hugo Cardi. Bethphage erat locus vbi sacerdotes alebant pecora sua, vt qui aliam hereditatem non haberent. [Duos ex discipulis.] melius est esse duos quã vnum, propter verbi autoritatem, quia duorum testimonium verum est. [ite.] Ite Angeli veloces, ad gentem conuulsam & dilaceratam. [in castellum.] Est diminutiuum à castro, sunt in mundo diminutæ veritates à filiis hominum, scilicet, veritates, vitæ, doctrinæ, Iustitiæ. Vitæ: vt illud, nomē habes quod viuas, & mortuus es. Doctrinæ, quia propheta tui viderunt tibi falsa. Iustitiæ, quia in loco iudicij est impietas. [contra vos.] Quia impugnat vos, fictionibus, voluptatibus, superbia, quid enim nobis & tibi Iesus? [misit duos.] qui sūt timor & amor, timor enim eicit peccatum, & etiam amor, dimissa sunt ei pec. m. quia di. mul. Hi sunt duo discipuli quibus Iesus apparet euntibus in Emaus, id est, in cor peccatoris. Asina est caro, pullus, eius affectus. Ambo ligati voluptatibus, quibus illa in texuit lectum suum sed si soluantur, adducti ad dominum, ducuntur in Hierusalem. Nota Iudæis fuisse iumenta deputata vsibus communibus, id est, pauperum qui alebant iumento, quo dieo utebantur, & remittebāt. [his opus habet.] Vt impleat sedes paradisi. [dimittet eos.] Nō sic Pharao dimisit.

Caietanus. [contra vos est.] E regione vestra, ideo enim non nominauit. [asinam.] Nō communem, quia dominum habebat, vt Lucas testis est. [vt impletur.] Non ergo subleuandi laboris causa: sed vt impletet prophetiam asina vsus est. [filia sion.] Hierusalē dicitur filia Sion, quia ab ea velut à matre protegatur. [rex tuus.] Tuus ille Messias, adeo à te expectatus. [mansuetus.] Apud Zachariã habetur, pauper, Nullam igitur excusationē habent Iudæi, non agnoscetes Christum, cuius tam clara erant indicia. Vectus verò Dominus est successiuē super asinam & pullũ, vt & ipsa habet prophetia. [turba.] Grandis fuit & mirabilis hic triumphus, nunquã aut Dauidi aut Salomoni concessus, maxime quod subito factus est. Vide igitur honorem plusquam regium, scilicet. Diuinũ, & acclamationem, quod esset Messias. [in nomine Domini.] Id est, in gloria, honore, & fama Domini.

ni, & bis dicunt, [osanna.] Quod significat salua obsecro, vel, nunc, vt suæ salutis desiderium ostendant. [in excelsis.] Non est hic aduentus ab infimis, sed à spiritu Dei, non ad terrena, sed ad cœlestia.

Glossa interli. Mons Oliueti significat Ecclesiam, vel celsitudinem Diuinæ dilectionis. [tunc.] Scilicet, recordatus misericordiæ suæ. [soluite.] Quæcunq; enim solueritis super terrã, soluta erunt in cœlo. [dimittet eos.] Vt diuino mancipandos obsequio. [mansuetus.] Vt potius ametur, quã timeatur. [in asina.] In humilibus Dominus quiescit, non in superbis. [vestimenta.] Quæ sunt fides & mores. [eum desuper sedere fecerunt.] Ad literã non sedit super vtrumq; sed secundum allegoriam, sedit in præcordijs vtriusq; populi [turba quæ precedebat.] Magno affectu Patres, & eorum successores, salutē Verbo Dei, in Dauidica carne, fatebantur esse adscribendam. [in nomine Domini.] Nunc quidem tu venis in forma serui, venies tandem in forma & gloria Domini.

Glossa ordi. [ad montem Oliueti.] Ad misericordiam Dominus respicit. Olei natura est lucis ministra, dolorum solamen, liquoribus superflans.

Lyranus. Cum signum aduentus Domini super asina, vulgatum esset, non potuerunt legisperiti, non fuisse contemptores Maiestatis, Christum non suscipientes. [castellum.] Id est, Hierusalem, quæ erat triplici muro cincta, vt. 3. Reg. dicitur. [asinam.] Vt vsibus communibus deputata. [rex.] Hic locus ab Hebræis doctis de Christo exponitur. [super asina.] Prius sedit super pullo, quia verò erat adhuc indomitus, asinam conscendit. [osanna in excelsis.] Id est, salua salute excelsa, & æterna.

D. Bernar. Serm. 1. in ramis psal. Tria obsequia Christo in hac processione exhibentur, à iumentis, à sternentibus ramos in via, à sternentibus vestes. Ita est eorum qui saluantur ordo triplex, primi, vt iumenta sunt, in labore abstinentiæ. Sunt hi velut Daniel in lacu leonum, vili contentus edulio. Sunt alij diuites, sua dispensantes. Sunt hi sicut Iob. Alij exemplis sanctorum verbum Dei prædicant (fuerunt enim sancti sicut ligna secus decursus aquarum plantata) hi sunt sicut Noe. Sed propiores Christo primi, qui sunt sicut iumentum, dicitur enim anima iusti est sedes sapientiæ. Idem dicit, pullum ligatum, esse peccatorem, ligatum, scilicet, ne velit, & ne facile bene agere possit. [his Dominus opus habet.] Pri. Tho. X 3 Qui

Matth. 11.
Matth. 17.
Gene. 49.
Sup Ezech.
Ezech. 40.
Rom. 11.
2. Corin. 12.

1. Pet. 1.
Lucæ 11.
1. Corin. 1.
Psal. 115.
Abacuc. 1.

Lucæ 1.
Matth. 18.
Psal. 1.
Sapient. 7.

Galat. 4. Qui recēs ad Deum conuertuntur, filij sunt ancillæ, qui bonis operibus credunt Deum esse illis debitore, quando verò profecerunt, iam non credunt Deum eis esse debitorem: sed timent potius ne ipsi parum Deo pro debitis respondeant. Idem in Psal. qui habitat, ser. 7. Afello Christum portare onus est, & maximus honor. At quam erit sine metu luporum? quam non timebit periculū aut precipitium sub tanto rectore? nec mirum si turbæ afello vestes sternant, ne offendatur, cum angelis sit mādatur de eo, ne offendat ad lapidem pedem suum.

Et cū intrasset Hierosolymā

Matth. 10. Diuus Hieronymus. [Commota est vniuersa ciuitas.] Videns eorum frequentiam qui Christum sequebantur, & nesciens veritatē. [hic est Iesus a Nazareth.] Quem Moses venturum prædixit. A Nazareth, vt flos campi nutriretur in flore virtutum [eijciebat sedentes.] Augustissimum erat templum Salomonis. Confluebant ad ipsum omnes regiones, immolaturæ tauros, columbas, & similia. Ne ergo illis deessent hostiæ, cogitauerunt sacerdotes, vt in templo venderentur hostiæ, ita enim cedebat in eorum commoda. Rursum cogitauerunt statuere numularios, qui sub cautione, pecuniam mutarent, ne non ea carentes, desinerent immolare, & sacerdotes amitterent immolanda. Quia verò prohibita erat foeneratio, repererūt aliam technam, vt qui soluturi essent, (cum lex vsurā in numis prohiberet) eā in munusculis soluerent, vt in ciceribus, vuis, pomis, &c. Hos foeneratores Græci colybitas vocant. Christus ergo zelo domus Dei accensus tantam hanc foeneratorum multitudinem eijcit. Dicens, fecistis domum Dei spelūcam latronum. Latro enim est qui lucra de religione sectatur. Cuius cultus non Dei, sed negotiationis occasio est. **Mythicè.** Quotidie Dominus è templo Symoniacos eijcit, quibus dicit. Gratis accepistis. gra. da. Et obserua, propter auariciam sacerdotum, Dei altaria, numulariorum mēsas appellari. [cathedras vendentium columbas sub.] Hi dicuntur vendere columbas, qui gratiam Spiritus sancti vendunt, & omnia faciunt, vt subiectos sibi populos deuorent, sicut escam panis. Et quidem columbæ non erant in cathedris, sed in caueis: at eos qui eas vendebāt in cathedris esse, absurdum est. In cathedris, magistrorum dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur, cum lucris commiscetur. **Et quod de Ecclesijs diximus, de**

se quisq; intelligat. Vos enim templum Dei estis. Non sit igitur in vobis negociatio & cupiditas, ne Christus iratus, flagello templum mundet suum. [acceserunt cæci & claudi, & sanauit eos.] Non meruissent sanari, nisi mensis numulariorum subuerfis. [videntes mirabilia.] Plurique dicunt, hæc mirabilia fuisse vitam Lazari, cæcorum illuminationem. Mihi verò inter omnia mirabilia, hoc videtur mirabilius, quod vnus homo, & hic ad eovilis (vt postea crucifigeretur) scribis sauientibus (vt qui viderent sua sibi lucra perire) ad vnus flagelli verbera, tantā eijciat turbam: mensas euertat: cathedras deturbet, & alia quæ vix vnus faceret exercitus. Igneū quippe & sidereum radiabat in oculis eius, & Diuinitatis maiestas lucebat in facie. Sed cum manum iniicere non audeant sacerdotes, opera calumniantur. [nunquam legistis.] Temperata responsio, vt nec laudet, nec arguat pueros acclamantes.

Matth. 25. Diuus Augustinus tract. 10. in Ioan. Non magnum peccatum erat si vendebatur in templo, quod offerebatur in templo, & tamen eijcit vendentes, quid si ebriosos inuenisset? Quid faceret contra iniustitiam, si licita vendentes eijcit? Si negotiationis domus, templum Dei fieri non debet, num potationis fiet? Sed qui sunt, qui boues vendūt, & oues? Hi sunt, qui quæ sua sunt in Ecclesia querūt, non quæ Iesu Christi. Venale habent totū, qui redimi nolunt. Emi nolunt, & vendere volunt, bonum erat eis si Christi sanguine redimerentur. Qui hæc transitoria querunt, querunt vt vendant, vt Simon ille magus volebat emere Spiritū sanctū, quem postea venderet. Et qui dicunt, nos damus Spiritū sanctum, ideo dicunt, vt eum postea vendant. Et quo pretio vendūt? certē honoris pretio. In pretium enim cathedras temporales accipiunt, vt videantur ipsi vendere columbas. Caueant à flagello ex resticulis. Columba enim venalis non est. **Et Dominus flagellat eos, à quibus erat mox flagellandus. Vt prædicator non timeat, eos reprehendere, qui sunt ipsum læsuri.**

Matth. 15. Diuus Ambrosius libr. 9. in cap. 19. Lucæ. Generaliter docuit Dominus, à templo Dei seculares abesse debere contractus. Specialiter verò numularios pepulit. Numularij sūt, qui de pecunia Domini lucrum querunt, ne que bona malæ discernunt. Pecunia Domini, scilicet, scriptura est, quæ est talenta illa, à Domino seruis distributa, & duo illa æra quæ stabulario dedit. Vulnera enim no-

Lucæ. 10. stra per duo testamēta curantur. Tu verò quasi bonus nummularius, eloquia Domini casta, (quæ sunt argentum igne purgatum) reconde, nec suscipias adulteram imaginem regis, sciens, quod angelus Satane transfiguratus in angelum lucis. Nec suscipias immutatam regis imaginem, sicut inuoluunt Ariani. Nec pecuniæ sono, aurestantes fideliam, ne tinnitus æris profectum impediatur audientium. **Non deijciuntur nummularij boni, sed mali, nam iubetur pecunia, nummularijs ad mensam offerri. Et cathedras vendentium columbas, non intelligo ad literam, non enim auium nundinatores, folij poterant habere dignitatem. Ergo significatur, eos in templo Dei esse non posse, qui columbam, id est, gratiam Dei nundinantur. Venditores ouium & bouum sunt, qui de simplicitate, aut labore alieno, foedi auctionatores nundinas aucupantur. Eijciuntur etiam columbæ & oues & boues, quia Iudæi eijciuntur, qui erant vt columba seducta, & quia odit Dominus eorum successiones, & labores. **CAEs effunditur, vt gratia colligatur, mensa nummulariorum subuertitur, vt Domini subrogetur, & aræ eijciuntur: vt altaria erigatur. Porro Dominus non diuitijs & potentia deijcit: sed flagello. Habet Dominus virgā rectam: sermones, scilicet, Prophetarum rigidos, habet & flagellum blandius, scilicet, sua siones Apostolicas: quibus quasi lento verberare conscientie flagellantur. Funibus etiam agros metimur. Ergo flagello, Dñs vtrumque ostēdit, quod videlicet, funes ceciderint Ecclesiæ in præclaris, quodque Ecclesiæ fines non aliquo fine comprehenduntur, flagellum enim immensum sibi vendicat spacium, scilicet, cum flagellum incuruum est. [saxa clamabunt.] Passio Christi docuit eos qui clamabant, saxa fuisse duriores. Aut etiā si hi tacuerint clamabunt Apostoli, qui lapides erant viui.****

Matth. 25. Diuus Gregorius lib. 4. epist. epist. 99. Columbas vendere est, de Spiritu sancto quem Deus per impositionem manuum tribuit, commodum, percipere temporale. Ex quo malo, vides quid sequitur, certē quia cathedræ subuersæ sunt ita vendentium. Cum enim sacerdotalis ordo intus cecidit: foris distare non potest. **Idem libr. 7. epi. epi. 110. dicit, pro spiritualium administratione non posse quicquam accipi, nec ad dandam elemosynam.**

Matth. 25. Diuus Chrysostomus homi. 68. Bis dominum hos venditores è templo eiecisse fat cō-

stat. Prior enim eiectio fuit in pascha, vt Ioan. c. nes refert. Altera multo postea, referēte Matthæo, quo magis Iudæi culpantur, qui semel eiecti, non delinunt cauponari. [audis quid isti dicant.] Imò Dominus dicere eis poterat. Auditis quid isti dicant. [ex ore.] Reclē dictum, non ex mente, nam virtute illorum tenera, lingua ad hæc verba formanda ducebatur. Quæ res balbutientes tunc gentes, quæ postea ex fide crediderunt, figuratē significabat: & Apostolos confortabat, qui si se imbecillos ad prædicandum agnoscerent, videntes, pueros ita sonare, de sese idē credere possent. Demum miraculum hoc Autorem naturæ demonstrabat.

Matth. 19. Diuus Hilarius. cano. 21. [commota est] Rerum omnium nouitas, motum attonitis afferebat. [ingressus templum.] Id est, Ecclesiam: à qua omnia sacerdotalis ministerij vitia, iure potestatis expellit, docens, quod libertas doni, à sacerdotibus suscepti, admittere venalitatē nō debeat. [non legistis ex ore.] Quia cessantibus prudentium iudicijs, hanc sibi à paruulis infantibus, quorum est regnum cœlorum confessionis gloriam voluit esse paratam. Quia prudentes & principes seculi essent sapientiam Dei reprobaturi, regenerationis verò paruuli & infantes essent prædicaturi.

Matth. 27. Venerab. Beda in Lucæ cap. 19. [si hi tacuerint.] Ita sanè Christo crucifixo, tacentibus amicis, qui stabant à longè, lapides clamauerunt, terra enim mota est, & petre scisse sunt. Sed altiore intellectu, Gentium nationes duri cordes, lapidum more demonstrat, quibus ablato corde lapideo, humanum cor dedit, quo Deum suum credere nosset & laudarent. Si igitur tacuerint Iudæi, lapides, id est, Gentes clamabunt. Caritas enim contigit in Israel, donec Gentium intret plenitudo. [videns fleuit ciuitatem.] Significans quod ruina populi, maximè ex culpa sacerdotum fuerit. Cathedras enim euertens, & vendentes feriens, in ipso effectu operis ostendit, vn de radix prodit perditionis. [speluncam latronum.] Qui ad accipienda munera residebāt, qui vel non dantes ledebant in corpore: vel dantes lædebant in mente. **Et spelunca latronum est, quia nonnunquam dum peruer si homines locum religionis tenent, ibi maliciæ suæ gladijs occidunt, vbi viuificare mortuos orationis suæ intercessione debuerant. Et spelunca latronum est illa conscientia, in qua peruersæ cogitationes sunt, proximis noxiæ, non enim domus orationis est mens**

illa, quæ relicta innocentia, id conatur agere, vnde proximis nocere possit.

Mat. 60. Diuus Thomas. [*commota est.*] Idest, admirata, dictum enim est, tunc videbis & afflues, mirabitur, &c. & item, commouisti terram, & conturbasti eam. Et quid mirum quod hi mirentur, si quidem & angeli in ascensione mirantur, dum dicunt, quis est iste qui venit de Edon. [*intrauit in templum.*] Vbi tria ad eius gloriam gesta sunt. Templum, mundatur. Sanitates perficiuntur, puerorum oralaxantur. Porro intrauit Iesus, primo, vt hostia immolanda, nam quæ decim. quart. luna erat hostia immolanda, duodecima (qua Christus in templum ingressus est) offerri solebat. Secundo, vt Patri suo honorem exhiberet, iuxta illud, adorabo ad templum sanctum tuum. Tertiò, vt sacerdotium mundaret, dictum enim est, à sanctuario meo incipite. [*iecit ementes.*] Præceptum erat, vt nemo coram Deo vacuus compareret, vt ergo ad manum esset quod offerri posset aderant venditores illi. [*cashedras.*] Idest, sedilia. ¶ **Mythicè.** Qui in Ecclesia lucris temporalibus inhiant, eijciuntur ab ea, quia qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem. &c. [*domus mea.*] Non erat illa domus Domini, quia in ea habitaret Deus corporaliter: sed quia in ea fidelium vota specialiter exaudiret. At in nostra Ecclesia Deus per Sacramentum inhabitat, domus igitur Dei est. [*cæci.*] Idest, ignorantés, qui sicut cæci parietem palpant. [*& claudi.*] Idest, iniqui, qui in duas partes claudicant, hi sanantur in templo, quia morbi spirituales non sanantur nisi in Ecclesia. [*indignati.*] Potius dicturi fuissent, mirabilia testimonia tua, & videntes pueros clamantes conuerti debuissent, videntes reuelata paruulis, quæ absconsa erant sapientibus. [*audis quid isti dicunt.*] Idest, cur sustines laudari supra quam iustum sit? At Dominus supra iustum laudari nequit. [*perfecisti laudem.*] Nō dixit, fecisti laudem, sed perfecisti. Illi enim pueri mouebantur à Deo, cuius perfecta sunt opera, illi verò non erant ætate infantes, sed malicia.

Hugo Cardina. [*Hic est Iesus propheta.*] Quem prædixerat Moses dicens. Prophetam suscitabit vobis Dominus. [*ingressus templum.*] Dedit formam religionis, vt prius introeant templum. [*iecit vendentes.*] Dictum enim erat, non erit ultra mercator in domo Domini, & item,

difficile exiit negotians à negligentia sua, & item, nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus. Non negociationem, sed artificia antiqui laudauerunt, & Apostoli piscatores fuerunt. Paulus vero tutor. [*accesserunt cæci.*] Vt verum sit, in iudicium ego veni in mundum vt non videntes videant & videntes cæci fiant, quis vero cæcus, nisi seruus meus? [*audis quid isti.*] Iusti enim suas laudes declinant.

Caietanus. [*commota est.*] Volat fama per ciuitatem: laudantium turbacrescit. [*quis est hic.*] Cui quæstioni respondent, est Iesus. Propheta, prædicator, faciens mirabilia. [*ingressus in templum.*] Vbi terminauit celebritatem sui aduentus, & in templum, non in interius sacrarium: sed in atrium templi, eiecit vendentes, biennio præterito eiecerat, & nunc incorrectos rursus eiecit, eiecit verò omnes ementes & vendentes, nullo excepto, non solum contra eos iratus: sed etiam contra eorum instrumenta, scilicet, mensas, &c. [*nummulariorum.*] Qui commutabant nummos minuitores pro maioribus, vt camplores solent, quæ commutatio sine lucro non fit. Romæ verò, per parietes exteriores venalia figuntur, in ecclesia, nec est qui eijciat. Christus ergo eiecit à summo, idest, à nummularijs, ad imum, idest, vsq; ad sedilia vendentium columbas, illa enim cathedra vocatur. [*latronum.*] Cum primum euertit, honestiore vocabulo vsus est: nunc acrius vrget, ostendens, quod non solum ibi negociabantur, sed quod etiam raperent, quo ostēditur, vedita eo loco, maiore pretio venisse. [*indignati.*] Non potentes latens venenum occultare. [*non audis.*] Idest, læsæ maiestatis reuses, qui Messias vocari vis. [*ex ore infantium.*] Id est, non ego has accamationes procuro. Spiritus sanctus est, qui eas incitat: quo scripturæ de me impleatur, hoc confutantur pharisæi, fides acclamantium confirmatur.

Druthmarus. Agnus immolandus, in domum adducitur, quinto antea diē, id Dominus implet, ostendens quod sciens & lubens patiat. [*quis est hic.*] Dignantur principes illum agnoscere, quem plebs venerabatur. [*est propheta.*] Non audeat plebs eum dicere esse Deum, sed solum audent, quod sit propheta. [*flagellum.*] irritauit ergo principes in duobus, & quod illorum dissipat commoda: & quod curam sibi templi arroget. [*nummularij.*] Qui æs pro argento commutant, sunt prædicatorés, qui cum essent annuntiaturi populo scelera eo-

sum,

rum, prædicant placentia. [*latronum.*] Is est latro, qui lucra de religione sectatur: & qui ministerium Diuinum, non vitæ merito, vel cleri electione: sed lucro consequitur. [*accesserunt cæci.*] Excelsus & humilis Dominus: humilia respicit, & alta à longè cognoscit, terribilis principibus, vt neque eum audeat intueri, mitis cæcis & claudis, accedentibus vt curentur.

Glossa interli. [*populi dicebant.*] A minoribus incipit confessio, vt ad maiores perueniat. [*eiecit vendentes.*] Ardore spiritus citatus. [*domus orationis.*] In oratorio, nihil agas, nisi ad quod factum est. [*cæci & claudi.*] Ostendit calumniatoribus virtutis potētiā, vt sciant, facta in cæcis corporaliter, melius in ipsas fieri spiritualiter. [*indignati.*] Non ausi mittere in eum manum, opera calumniatur, & populi testimonium. [*perfecisti.*] Est perfecta laus, ab his fieri, in quibus veritas, non dicentis ingenium operatur.

Glossa ordi. intrauit in templum vbi facile inueniri possit. [*lactentium.*] Non lacte corporali, sed miraculorum suauitate, quæ dicuntur lac, non solidus cibus doctrinæ per fectæ.

Lyranus. [*commota est vniuersa ciuitas.*] Factum maiorum, factum ciuitatis dicitur. [*quis est.*] Idest, non est tantus, vt hæc ei exhibeantur. Nota in duas templum fuisse partes diuisum, in Sancta Sanctorum, quò soli summo sacerdoti licebat introire, & in sancta, quo soli intrabant sacerdotes. Ante partem hanc erat atrium muro vallatum, vbi afferebantur Domino animalia, quò soli sacerdotes intrabāt & lauitæ. In hæc igitur Christus non introiuit. Sed ante hæc loca erant duo atria, vbi homines sub diuo Deum orabant. In hæc Christus intrat, vnde emptores eiecit, & venditores. Vt verò voce exterruit cohortem quæ eum comprehendere venerat: ita & nunc vultu & manibus deiecit negotiatores. [*latronum.*] Qui enim illuc conuerant, ad excoriandum populum aderant. [*cæci.*] Ergo Christus est super totam naturam, per eam enim à priuatione ad habitum impossibilis est regressus. ¶ **Misticè.** [*Domus orationis.*] Nunc domus dissolutionis vocari potest. Insignes latrones cum pauperes per viam transire vident, exire è spelunca non curant, at exiliunt accurrunt, cum diuitem vident. Ita canonici negligunt, si vilis est distributio: accurrunt, si pinguis. [*cæci & claudi.*] Vbi prædicatorés vita & doctrina homines vitiosos sanant, videbis pleros-

que sacerdotes indignari: quod tantus honor illis prædicatoribus exhibeatur. His dicemus non legistis, quod ex ore infantium, si legistis, gaudendum, non indignandum erit.

Alexander Papa. i. quæstion. 3. ca. ex multis, dicit, venditores sunt, qui manus impositionem pretio vendunt, nummularij sunt, qui beneficia pretio acquirunt vtrunque malum detestabile, vnde per totum Euangelium, nunquam reperitur Dominum tā acriter seueritate peccantes corripuisse, vt hos, quos non solum verbo, sed & flagello eliminauit, monstrans hos peccatores acrius quam alios esse corripiendos. ¶ **Eodem. capi. vendentes.** Diuus Gregorius dicit, vendentes sunt, qui quod iure competit quibusdam, ad premium largiuntur, & iustitiam vendere est, noxium pro premij acceptione seruare. Emētes contra sunt, qui quod debent facere continent, dato patronis pretio, emunt peccatū. ¶ **Et 16. q. 7. ca. & hoc diximus.** Dicit Origenes. Templum ex viujs lapidibus constructū ecclesia Christi est. Cū vero multi in ea, cum deberent de Euangelio viuere, vt seruos dei deberent, id non faciant, sed diuitias quarunt, nonne dices ecclesiam sub illis factam esse speluncam latronum vt rectè Christus dicere possit, quæ utilitas in sanguine meo? & item, vā mihi quia factus sum, sicut qui colligit racem. v. non est botrus. Quod si vidēs Dominus ciuitatem, fleuit: quid si ecclesiam nunc videret? venditores columbarum sunt, qui irreligiosas ecclesias dant, de quibus dicitur. Principes populi mei, non cognouerunt me.

Et relictis illis abiit.

Diuus Hieronymus. Reliquit incredulos & urbem egressus contradicentium, Bethaniam venit, idest, obedientiæ domum, iam tunc vocationem gentium præfigurans, ibi que mansit, quia in Israēle manere nō voluit. Et tantæ fuit Dominus paupertatis, & tam nulli adulatus est, vt vrbe maxima nullum inuenerit hospitem, vt cogeretur in Bethaniam, ad domum Mariæ redire. [*mane reuertens.*] Discussit tenebris & matutina luce radiante, iuxta erat meridies, in qua Dominus passione sua orbem erat illustraturus. [*revertens in ciuitatem esurijs.*] Vel veritatem carnis ostendens, vel salutem credentium exoptās Israēlis incredulitatem exastuans. [*cum vidisset arborem.*] Idest, Synagogam. [*iuxta viam.*] Via erat Christus, Synagoga verò cum in-

Pri. Tho. X 5 eum

eum non crederet, non in Christo, sed iuxta Christum est. [*venit ad eam.*] Stantem & immobile, vt que Euangelij pedes non haberet. [*nisi folia.*] Id est, promissionum strepitum traditiones pharisaicas, iactationem legis, ornamenta verborum, absque fructibus veritatis. [*nondum erat tempus.*] Nondum enim subintrauerat populus gentium, nam cum subintrauerit, Israel saluus fiet, siue etiam quia iam tempus præterisset fidei, ad eam enim primus veniens & spretus, transfijt ad rationes. [*arefacta est.*] Mansit tamen radix, licet defraetis ramis quæ in nouissimo, si credere voluerit, fidei pullulet virgulta, iuxta illud est arbori spes. Et hac ratione firmavit Dominus animos discipulorum cum esset mortui vicinus, vt intelligerent: ita suos potuisse hostes ficcare sicut & ficum: nisi eorum per poenitentiam salutem expectaret. [*si monti dixeritis.*] Latrant gentiles, quod Apostoli fidem non habuerint, siquidem nunquam montem transtulerint. Sed respondemus, quod si cut mundus capere non posset, qui de Christo scriberentur libros, id est, ferre non posset miraculorum magnitudinem: ita nos credimus hæc fecisse Apostolos, sed scripta non esse, ne contradicendi maior occasio daretur. Quod si gentes, minoribus Apostolorum non credunt miraculis, quomodo crederent maioribus? Sed inter fideles dicimus, montem esse diabolus, contra creatorem suum se se iactantem, is cum animam hominis possederit, & in ea fuerit radicans, transferri ab Apostolis in mare potest, id est, in aquam insulsam, id est, corda non credentium, qui nullam dulcedinem Dei habent, in hæc mittuntur demones, vt missa sunt duo millia porcorum, non ergo timebimus dum turbabitur terra, transferentur montes in cor maris.

Diuus Augustinus lib. 2. quæstion. euangelic. ca. vltimo, dicit multa in Euangelio esse ficta, licet non mendacia, sed ad aliquid figurandum inuenta, vt illud de filio prodigo ita illud quod quærit Dominus ficus, cum non esset tempus ficuum, erat igitur quæstio illa ficuum efficta, vt esset figura, sicut etiam finxit se Dominus longius ire, vt qui eum hospitalitatis officio tenerent, Deum agnoscerent.

Idem de verbis Domini sermon. Quadragesimo quarto. Miracula fecit Dñs, non vt tantum miracula essent, sed vt aliquid significarent, vt qui scriptum codicem viderit, miratur literarum pulchritudinem, aliud verò est, quod literæ significant, ita maledicuntur

ficulnea, & aruit, cui culpa sterilitas non fuit, sed significati sunt, qui voluntate fructum non dabant, quem dare possent, ijs culpa est sterilitas, quibus fecunditas est voluntas. Tales erant Iudæi verba legis habentes, non facta.

Diuus Chrysost. hom. 68. Quia multa miracula Dominus fecerat, ne Pharisei in candelascerent, non eos pergit docere, sed eos relinquit abcessit. [*mane esurijt.*] Quando sic mane esurijt? quando ita carni concessit, passionem suam ostendit. [*maledixit.*] Id fecit, vt discipuli considerent, & vt intelligamus, quod licet Deus beneficia semper conferat, verbo tamen omnes malefacientes exiccare potest, sed sponte sustinens, suam virtutem non in hominem, sed in ficum demonstravit. Cum ergo loca, aut planta siccantur, non ratione inuestigare, sed in signum considerans, creatori gloriam reddere: quod etiam de submergione porcorum dicendum est. Vide etiam miraculum factum fuisse, in humidissima planta, id est, ficu. [*maiora facietis.*] Patet hinc aperte, hanc exiccationem ficus, discipulorum gratia factam fuisse, ne scilicet, inimicorum insidias reformident, & hoc repetit, vt eos in credendo & orando firmiter figat.

Diuus Basilus interrog. 261. Quærit quomodo Dominus dicat, quicquid orantes petitis accipietis, cum multi multa petant, quæ non accipiant tamen: & Paulus ipse ter Dominum rogans? Respond. non esse nobis permissum, vt quæ volumus omnia petamus: nam Dominus dicit, non mea voluntas, sed tua fiat. Iam si non audimur, erudimur, quod sit opus contentione maiore, dictum enim est, quod propter improbitatem, surget, & dabit quot quot fuerint necessarij. Rursum erudimur, opus esse puritate maiore, dictum enim est. Non exaudiam vos, quia manus vestrae plene sanguine sunt. Nec tamen sola occisio sanguis est, sed etiam tacete cum loqui debueras, dicitur enim sanguis de manu speculatoris erit requirendus. At si tacere sanguis est, quid erit scandalizare? Adde quod rogantis indignitas in causa est, ne exaudiat. David enim non impetrat vt templum Domino ædificet, licet in gratia esset, quia vir sanguinum fuerat. Tum etiam indignitas eorum pro quibus rogatur causa est ne rogans audiat, qua ratione Ieremias non auditur. Et etiam prætermisisse rogandi occasionem, efficit, vt postea rogans non audiaris. Quod si uti-

si vtilius est nobis, quod tentemur, quodque affligamur, tunc si rogamus vt liberemur, non exaudimur, non enim rogamus iuxta propositum voluntatis diuinæ, vt etiam Paulus rogans ne stimulo carnis vrgeretur testis est.

Diuus Hylarius cano. 21. dato, synagoga poenitendi spacio, tempore, scilicet: inter passionem Christi, & diem iudicij, & non afferenti fructum, sed solum verbis inanibus gloriant, quia excessit poenitendi tempus, sententia iudicij coelestis, ipsa in perpetuum arefcet. Nam vbi voluit adferre procuratæ salutis exemplum, potestatem suam Dominus in humanis corporibus curandis exercuit: spem futurorum, & animæ salutem in corporum cura commendans. Vbi verò in contumacibus formam seueritatis constituebatur, futuri speciem damno arboris indicauit: vt infidelitatis periculum, sine damno eorum quos redimere veniebat, indicaretur. Discipuli mirantur ficum continuo arefactam, quia præsentis facti efficacia, futuri imaginem præ se ferebat. Cum enim ad iudicium Dominus venerit, sterilitatem Iudaicam continuo æternæ damnationis sententia cõsequetur. Iam dicit Dominus, maiora posse discipulos, non enim solum damnationi subijciēt sterilem Iudæam: sed iudicantes tribus Israel iudicabunt etiam diabolus, montem magnū: ipsum in æternæ damnationis mare submergēt. Porro synagoga dicitur ficus, quia ficus profert primū grossos, qui si inter duas virgulas arboris inciderint, maturefcunt, & pulcherrimi fiūt, reliqui qui inter duas arboris virgas non incidunt, non maturefcunt, sed inutiles perseuerant. Ita Apostoli, qui inter duo testamenta inciderunt, maturuerunt, reliqui Iudæi manserunt inutiles, a gentili populo protrusi. Et vt Adam pudorem suum fucus folijs contexuit: ita synagoga suam infecunditatem verborum velamentis, velut folijs tegit.

V. Beda. in. 11. Caput Marci. Arbor non de frondibus & floribus, sed de fructu, cognoscitur, id est, non de æstimatione famæ, non de pompa verborum, sed de testimonio actionum suarum. At non tota ficus synagoga damnata est. Cum inde Ecclesia primitiua sit constructa: sed ea portio damnata est, quæ esuriētem Dominum non pavit, quibus dixit, ego vado, & vos in peccato vestro moriemini. Congruit verò hæc figura illi parabolæ de ficu non ferente fructum, quam cum Dominus vellet succidere, cultor dixit, vt annos tres expectaretur. Cultor hic est ordo Apo-

stolicus, præcipue Iacob, qui Ecclesiæ Iudaicæ cura demandata est: Sed quia Iudæa, nec in lege, nec in prophetis, nec in Euangelio, quæ si in tribus annis fructum attulerat, non solum è sorte electorum, sed etiam è terra quæ inutiliter occupabat eiecta est. Tu igitur; si in ignem conijci non vis cauet, ne arbor sis sterilis, Christo in pauperibus cibum præbe. Quod verò de monte dixit Dominus, factum est à Gregorio. Neocæsareæ Ponti Episcopo, qui cum locum ad templum ædificandum idoneum non haberet, hinc rupibus, hinc monte impediens, noctu flexis genibus Dominum promissionis suæ admonet: Mane verò tantum transfugerat mons, quantum templum capere deberet. Certum est etiam, quod diabolus, qui mons est prædicantibus prædicantibus, eiecitur à fidelibus, & in reliquos, qui sunt vt mare feruens submergitur, quod etiam habetur in Apocalypsi. Secundus Angelus (inquit) tuba cecinit, & ecce tanquam mons magnus ardens missus est in mare, ita diabolus inuidia accensus prædicatore canete, peruersorum animos grauius corrupturus adit.

Diuus Thomas. [*relictis illis.*] In signum, quod ipsi prius eum reliquerant, iuxta illud curauimus Babylonem, &c. [*mane reuertens.*] Notatur sollicitudo quam Dominus habuit de Iudæorum salute, quam à summo etiam mane procurat, cum exit summo mane conducere operarios. [*secus viam.*] Id est Christum, quia secus viam fuerunt Iudæi, semper Christum expectantes: nunquam in ipsum ingressi. [*nunquam exite.*] Videtur iniusta damnatio non enim tempus ficuum erat, & domino ficus interrogata iniuria est. At vindicta hæc signum fuit futuræ in Iudæis ariditatis, & ita mali ne bonos corrumpant, a Domino siccantur. [*arefacta est.*] Aruerunt legalia, crescente euangelio, & ita terra fructifera, versa est in opprobrium, a malicia inhabitantium in ea. [*si habueritis fidem.*] Modo fit sine hæsitacione, per huiusmodi enim fidem Deus operatur. [*dicetis monti.*] Non dicit, ita futurum, sed quod si se necessitas offerret, monti dicerent, &c. at necessitas non se obtulit. Per montem & diabolus & Christus intelligi potest, nam per Apostolos, Christus est eradicatus à Iudæis, & eiectus in mare gentium, dicunt enim quia indignos vos iudicastis salutis æternæ, ecce conuertimur ad gentes.

Diuus Bernardus sermone. 5. quadagesimæ. [*quicquid orantes.*] Nemo suam orationem

Rom. 11

Iob. 14

Ioannis. vlt.

Pgl. 45

Luc. 15

Luc. vlt.

2. Co. 12

Matth. 13

1. Cor. 5

Gene. 3

Ioan. 8

Luc. 13

Apoc. 8

Iere. 51

Matth. 20

Psal. 106

Iacob. 1

Act. 13

nem vilipendat, quam Deus non vilipendit, antequam egrediatur de ore tuo, Deus eam scribit in libro suo & certo dabit aut quod petis, aut quod vtilius est. Cum enim ignoremus quid petamus, condolens ille ignoratæ nostræ, id tribuit, quod magis expediat, dat ergo petitiones cordis nostri, id est, rationis nostræ, nec enim paruulo dat gladium, quem petit, sed panem.

Simon de Galsia. lib. 5. c. 6. [esurijs.] Christus esurit ex voluntate, neque enim præter voluntatem esuries illum fatigabat. [dicetis monti] Potestas miraculorum non ad ostentationem datur, sed ad vtilitatem. Si ergo vtile esset montem transferri, iam translatus esset, nec enim deest potestas in fide, sed opportunitas, quod si in fides, etiam nunc multos conuertēdos, si essent miracula: id verò relinque sapientiz creatoris.

Hugo. [mane reuertens.] Erat hoc secunda feria. [esurijs.] Semper esurit etiam in cruce. [mirati sunt.] Quia non erat ei mos punire. [quacunq̄ petieritis.] Nitamur fortius ad petendum, & ad calcandum, ita vt vnus pes nobis eneruetur, alter conculcet prescius terram: nam quod calcauerit, nostrum erit.

Caletan. [esurijs.] Verè esurijs, erat enim tantæ sobrietatis, vt etiam mane esuriret: sed ob mysteriū tunc monstrauit esuriem, totum enim hoc fiebat in figurâ. [secus viam.] Græcè legitur in via, significat ergo hæc figura, q̄ Christus habuit desiderium pascendi se hebræorum salute, quæ in vero Dei cultu consistebat, at non reperit nisi sola folia, populus enim ille labijs honorabat non corde, ideo maledicit, vt non ex iudaico cultu, vnquam fructus nascatur. Quod impletū est in Christi resurrectione, qua legalia omnia mortua fuerunt, licet vsque ad excidiū Hierosolimæ tolerata fuerint. [non hesitaueritis.] Græcè discrueritis, iudicantes hoc esse facile, illud difficile Deo. [quacunq̄ petieritis.] Quædam petuntur conditionaliter & quadam velleitate: quædam verò absolute, de his solis intelligit Dominus, quod fient nobis, nihil enim absolute petitur, nisi id ad quod absolute petēdum Spiritus Sanctus mouet.

Glossa inter. [in Bethaniam.] Id est, in domum obedientiz. qualis fuit gentilitas. [mansit ibi.] Imo manebit ad consummationē seculi. [secus viam.] Non in via spiritus, sed literæ. [nunquam ex te.] Dum talis fueris. [si habueritis fidem.] Quæ non arescit in aduersis. [monti huic.] Ad literā sæpe factum est. [quacunq̄ petieritis.] Si ad salutem pertineant.

Glossa ordi. [aresceta est.] Non facit creator agricolæ iniuriam, si ad suam voluntatē sua vtatur creatura, si etiam ad aliorum vtilitatem. [habueritis fidem.] Per dilectionē operantē: & sanè pro peccato alieno veniam obtinet, qui ipse alijs dimittit.

Lyra. [esurijs.] Non fuit esuries naturalis, quia vespere præcedente comederat, fuit ergo figurata: sicut & factum erat figuratum. [secus viam.] Extra viam iustitiæ. [dicetis monti] Facietis æquale, aut maius, nam suscitatio mortui maior est quam montis eradicatio, illa enim à natura fieri nequit: hæc tamen à natura fieri potest, vt à terremoto. [quod orantes petitis.] Si tamen oratio sit ad salutem, & perseueret. Moraliter. Ficus hæc prædicatorem significat, qui tantum auditorum querit applausum, hic vt curiosus maledicitur, exiccatur deuotiōe, & igne adurit æterno.

Origenes homi. 16. in Matth. Cum Christus sustinet patienter peccatorem, nõ venit ad ficum. Sed cum tētatur, & affligimur, ad nos esuriens venit, si peccamus, exiccatur continuo. Quod si tentatio non venerit, veniet certè dies noster, in quo si non reperiamur fructuosi, exiccatur. Datur etiam discipulis exiccandi arborē potestas vt Petrus exiccavit Simonem, dicens, pecunia tua tecum sit in perditionem. Arbitror etiam in vnoquoque infideli, & iniquo, montem esse infidelitatis & iniquitatis, qui per Apostolos tollitur, & in mare tormētorum eius mittitur. Porro omnia, quæ petierint in oratione, vt discipuli Iesu, accipient, nihil enim tales petent, quod non oporteat, tali enim magistro credentes, magna petēt & cœlestia, dicitur enim petite regnū Dei, reliqua adijciētur nobis. At quod in Marco habetur, non fuisse tempus ficuum, cum ad ficum Dominus venit, ita intellige. Fructus Spiritus Sancti sunt charitas, pax, &c. Cum igitur amicus tibi bene facit, si charitas tua eum diligit, reddit ficus fructum in tempore suo. Quod si inimicum diligit, tunc ficus profert fructum, etiam in tempore non suo. Porro Christus non solum vult fructus in tempore suo: sed etiam cum non est tempus fructuum, vult enim suos meliores esse omnino natura: à quibus exigit opera, magis Dei, quam hominum, secundum illud, ego dixi

Dij estis, quia vero non redditis fructus in non tempore, ideo sicut homines moriemini. Quod dictum est de charitate, dicendum etiam est, de pace, de gaudio, & de reliquis fructibus spiritus, pax

pax enim cum pacificis, fructus est in tempore: sed cum his qui oderunt pacem, fructus est in non tempore.

Christianus Druth. [abijs in Bethaniam.] Non enim Hierosolymis inuenit hospitium adeo Iudæi timebant Phariseos. [ficus.] Ficus dicitur à fecunditate tres enim dat fructus, licet tertius despectus sit. [in æternum.] Id est, in aliquod seculū, vel certè plebs quæ tunc erat, non erat fructificatura in æternum siquidem dixit, sanguis eius super nos. [monti.] Montem transtulit Gregorius Nazianzenus, & Diuus Benedictus. [quicquid orantes.] Modo Christus dādo, nomen Iesu non amittat, at si nobis noxia concederet, Iesus non esset. Quod si nostræ salutis noxia aliquando concedit, non concedit sed permittit.

Gratianus. 24. q. 3. ca. cum ergo, per textū hunc aperte conuincit, quod liceat maledicere: adductis etiam alijs maledictionibus, allegatur textus hic. cap. 1. de Schismaticis. De effectu orationis vide di. 36. can. vltim. & Ioannem Andream in clementi. Si Dominum, & glossam in capit. finali. de reliq. & vene. san.

Et cum venisset in templū.

Diuus Hierony. [in qua potestate hæc facis.] Denique esse eum negant, nec putant eum suis viribus, sed alienis mirabilia facere: & subindicant, diaboli esse quod fiat. [interrogabo vos.] Malo arboris nodo, malus clauus insignendus est. [nec ego dico.] Innuat, eos dicentes se nescire, fuisse mentitos, bene enim sciebant, sed dicere nolēbant, ideo ipse ait, neque ego dico. [duos filios.] De his duobus filijs habes apud Lucā, quorum alter erat frugi, alter luxuriosus. Hi etiam sunt duæ illæ virgæ, altera vocata decor, altera funiculus, prior filius fuit Gentilitas. Cui dictum est, q̄ tibi non vis, alteri ne feceris, at ipse superbe respondit. Nolo. Posterior fuit Iudæus populus, qui dixit. Omnia que precepit nobis Dominus faciemus, at nõ iuit hic in vineā, quin interfecto Patris familias filio, vineæ se putauit hæredem. Alij non putant hoc dictum de Gentibus & Iudæis, sed de iustis, & iniustis.

Diuus Chrysostomus homil. 68. Iudæi non poterant miraculis repugnare: rogant ideo, in qua potestate eiciat euentes de templo, idem olim interrogauerunt dicentes, quod tu signum facis? quibus respondit, soluite templum hoc nunc de eodem interro-

gatus, insolubili argumento vincos tenet. [in qua potestate.] Id est, tu nunquam sacerdos ordinatus es, tu magisterij gradu cares in qua potestate facis? Certè facile patebat, in qua potestate faciebat, si percipere illi voluissent [baptismus Ioannis de celo erat.] Si de celo, at Ioannes satis aperte asseruit, qualis esset Christi potestas, cum dixit, non sum dignus soluere corrigiam, et item qui de celo est, super omnes est, & ecce agnus, qui tollit peccata mundi. Si autem baptismus Ioannis est ex hominibus: formidabat turbam: miseris, quicuncta propter homines agunt. Ioannem timeant, multorum opinione deterriti nõ eius mirabili vita conuicti, in Christum non credunt, ne eo minores videantur. [Dicunt ei, prius.] Ergo vos estis damnandi, quia dicitis & non facitis. Parabola hæc de Iudæis, & Gentibus est. [venit ad vos Ioannes.] Venit tam iustus vt nihil mali ei impingi posset, & non credidistis ei, en primum crimen. Alterum, quod credentibus publicanis & meretricibus, vos non item, tertium, quod non credentes, alijs vt non crederent fuit exemplum, quod ad profundum nequitiz vestræ accessit.

Origenes homi. 20. in Matth. Grande & necessarium mysterium hoc, siquidem tres illud Euangelistæ narrauerunt. Interrogabant igitur in qua potestate hæc faceret. Dei ne, an diaboli? Sed equidem nullus tamen rudis, ita rogatus, respondisset, se in potestate diaboli operari: nec ipse homo peccati, qui supra omne quod Deus est extollitur, ita responderet. Ergo sensus est, cum in celo sint principatus & potestates, non iudicant Pharisei incredibile, Christum per has potestates, vt per ministros sua opera peregrisse, vt per vnā potestatem ipse miracula faceret, per aliam in prophetis loqueretur per aliam mirabilia ederet in Apostolis, hæc ergo inquirunt Iudæi: per quam harum potestatum sua opera faceret? Christus vero non respondet, indicat tamen, quod non per varias potestates, sed per viam operetur, dicens, nec ego dico in qua potestate hæc facio. [noba.] Timeat enim labores, porridque diei & ætus, vide an applicari parabola possit, ad eos qui nihil promittunt, præstant tamen, cum sint alijs, qui multa religionis vota promittunt, nullum implentes, de illis dicit quod publicani & peccatores præcedunt vos, hi enim negauerunt prius, prælitterunt postea, de posterioribus dicit Dominus, venit ad vos Ioannes, & non recepistis eum, &c.

Diuus

Rom. 8

Mai. 29.

Nota.

Matth. 28

Actor 5.

Matth. 7

Galat. 5

Psal. 81

ibidem.

Matth. 27.

Luce. 15

Zacha. 11

Exo. 24.

Matth. 21

Ioan. 2.

Diuus Hylariuscano. 21. [in qua potestate.]
 Quia in ficcata ficu figurabatur exiccatio sy-
 nagogæ, ideo anguntur Pharisei, & ita inter-
 rogant. Porro parabolam duorum filiorum,
 ait, intelligi non posse de Israele & gentibus.
 Sed prior filius est, qui sub Ioanne, admoni-
 tus, vt poeniteret. Donec post passionem, mi-
 raculis Domini motus crederet, secundus fi-
 lius est populus publicanorum & peccatorum
 quos Ioannes baptizauit, qui tamen vsq; ad
 passionem, Christo non crediderunt, ideo di-
 centes quod essent in vineam abituri, non ab-
 ierunt tamen. Dominus verò dicit, quod hi
 publicani præcedunt Phariseos, illi enim Io-
 ani crediderunt, quem hi contempserunt.
 V. Beda in. u. ca. Marci. Dominus non re-
 spondit pharisæis, duplici enim causa negari
 veritas alicui potest, vel quia non est eius
 capax, iuxta illud multa habeo dicere vobis,
 sed non potestis portare modo, vel quia non
 est ea dignus, vt hoc loco dicit, neque ego di-
 co vobis.
 D. Thomas. [baptismus Ioannis.] Baptismus
 noster non dicitur baptismus Petri aut Pau-
 li, quia noster baptismus est à spiritu Sancto
 remittente peccata, sed baptismus Ioannis di-
 citur, quia totum quod in eo fiebat, licet à Deo
 haberet auctoritatem, erat tamen factum ho-
 minis, nec enim ibi peccata remittebantur.
 [nec ego dico.] Si quæ nostis, non vultis dice-
 re, abscodam à vobis quæ noui. Ergo qui ce-
 lat quæ scit, non docetur à Domino, quæ ne-
 scit. Sine inuidia enim sapientia se communi-
 cat. [duos filios.] Intuere opera altissimi, nihil
 fecit sine aduersario, duo contra duo, vnū cō-
 tra vnum. [dixit filio.] Quomodo dixit? certe
 per internam inspirationem, signatum enim
 est super nos lumen. [nolo.] Nolle est præce-
 pta Dei contemnere, vt illud, scientiam via-
 rum tuarum nolumus. [non iuit.] Iniusti. em
 recesserunt à via, scandalizastis plurimos, irri-
 tum fecistis pactum. [primus.] Melius enim
 est non vouere, quam post votum promissa
 non reddere. [præcedunt vos.] Vt sint primi no-
 uissimi, vnde Niuiuitæ condemnabant gene-
 rationem hanc.
 Simon de Cassia lib. 6. capit. 22. Ab initio
 Deus duos filios habet, alterum obedientem
 alterum contumacem, horum distinctio non
 fuit manifesta vsque ad Abraham, cuius po-
 pulus promissit, in viam se mandatorum abi-
 turum, non iuit tamen, quia iustitiam operum
 amplexus est, non verò iustitiam quæ est ex
 fide, quam populis gentium amplexus est, &
 cum illos Dñs, eorum ore condēnare potuisset

tamen ad maiorem verecundiam dicit, publicani
 præcedunt vos, hi enim crediderunt Ioanni nul-
 lum signum facienti, vos mihi tot miracula edē-
 ti noluisse credere. Moraliter, qui immacu-
 late viuunt, sine fide: is promittit ire, sed non it-
 egit. n. oēs fide & gratia Dei, sine qua nemo
 Rom. 9
 it, qui verò poenitet peccati, amplectens fidem
 Christi, ille est, qui cum noluisse ire, it. Clā in-
 ter Christianos, est qui dicit se iturum, sed non
 it, alius qui dicit se non iturum, & it, is volun-
 tatem implet Dei.
 Hugo. Ad idē ponitur parabola hæc, & il-
 la de Patre familias, qui exiit primo mane.
 &c. Et significat: humilem gentiliū populū ser-
 uari, Iudæos verò elatos, ab ecclesia eijci. [pri-
 mus.] Gentilis populus est prior. Sed contra,
 quia habetur. Primogenitus meus Israel, er-
 go Israel est prior. R. Israel est dignitate & fi-
 de, sed Gentilitas prior antiquitate & copia.
 Caieta. Non quærit in qua potestate do-
 ceat: sed in qua faciat, & licet multa mirabi-
 lia Dñs fecisset, non quærit tamen de omni-
 bus, sed in qua auctoritate eijciat vendentes:
 vetet transferri vasa per templum: cōnoueat
 Mat. 10.
 populū ad sui honorem, sanē Phariseis tē-
 pli cura erat mandata, ideo quærun, cur tu
 hoc tibi asseris, quis hanc auctoritatem dedit.
 Cæsar ne: pontifex, an senatus: alioqui si in-
 terrogatus fuisset, in qua potestate ederet
 miracula, respōdisset, vt olim, quod in digito
 Dei. [si dixerimus.] Videtur concilium factū
 ad respondendum: ideo respōdent nescimus
 [neque ego dico.] Noluit se fateri Messiam, id
 in diem passionis reseruans, quando illū au-
 dientes, dicerent, reus est mortis. [duo filij.]
 Hanc parabolam ipse Dominus explicauit,
 docens eam intelligendam de publicanis, qui
 prius repugnarunt, & postea poenituerunt,
 & de sacerdotibus, pharisæis, & senioribus:
 professione fatentibus, se cuncta facturos, ni-
 hil tamē exequentibus. [venit Ioannes.] Nō
 dixit, veni ego, ne in sui odium eos exagitet,
 simul vt baptismū Ioannis confirmet, in via
 iustitiæ: quā præstabat, & prædicabat.
 Euthymius. [in via iustitiæ.] Id est, non in
 ignauiā.
 Druthmarus. [si dixerimus è celo.] Quare
 non credidistis illi dicenti, in qua potestate
 hæc ego facio. [habebant Ioannem vt prophē-
 tam.] Quia in eius ortu viderant miracula,
 quia igitur illi testimonium Ioanni dare nō
 luerunt, Dominus illi dat, laudans eum &
 eos qui illi hæserunt. Primus filius sunt pu-
 blicani & peccatores, secundus, Pharisei: &
 scribæ.

Glossa

Glossa interli. [è celo.] Id est, ex diuina
 ordinatione, an ex hominum statuto? [time-
 bant turbam.] Ideo lapidari timebant. [Ioan-
 nem vt prophētam.] Ideo eius baptismum sus-
 ceperant. [operare in vinea.] Id est, vt quod ti-
 bi non vis, alteri non facias. [nolo.] En liberū
 arbitrium. [poenitentia motus abijt.] Contuma-
 ciam labore compensans. [non iuit.] Quia fi-
 lium extra vineam inter fecit. [in regno Dei]
 Id est, in celo, vel in ecclesia.
 Glossa ordi. [interrogabo ego vos.] Imple-
 tur ergo illud. Deus conteret dentes eorum
 in ore ipsorum, & quia aperte non respōderūt
 sapientiæ interroganti, in parabola capiūtur.
 Lyra. [in qua potestate hæc facis.] Id est, hæc
 doces, nemo. n. docere poterat, nisi ex sacer-
 dotum facultate. Sed cur Dominus nō aper-
 te se à Deo missum asseruit, vt assererat Hie-
 remias & Moses? Certè quia Pharisei digni
 non erant, & quia non est malum, artē adhi-
 bere, quā inimicorum manus euadamus, ita
 Paulus in concilio excitauit dissensionē, vt
 liber euaderet. [homo quidam.] Hic homo est
 Actor. 23.
 Deus, ad imaginem enim Dei factus est ho-
 mo, & ideo Deus factus est homo. [vade ope-
 rare.] Nunquam Deus occultè cessat homi-
 nem ad bonū instigare. [præcedunt vos.] Pesi-
 simi gentiles, maioris sunt apud Deum pretij
 quam vos. Quia simulata sanctitas, duplex
 iniquitas est, hæc verò maximè vigeat apud
 illos sacerdotes. [in via iustitiæ.] Id est, perfe-
 ctiois, Christū iustitiā sempiternā annūtiās.
 Aliam parabolam audite.
 Diuus Hieronymus homo iste qui cōdu-
 xit operarios, & qui duos habet filios idem
 homo est, cum eo qui plantauit vineam, de
 qua Isaias, & de qua in Psalm. vineam de Ae-
 gypto. [sepem circūde dit.] Sæps est vel mu-
 rus vrbis, vel angelorum custodia. [torcular]
 Vel est altare, vel illa torcularia de quibus in
 titulo trium psalmorum. [turris.] Est tem-
 plum, de quo dicitur, & tu turris nebulosa si-
 lia Sion. [locavit agricolis.] Hi sunt qui vene-
 runt hora tertia, sexta, nona. [peregre.] Non
 loci mutatione. Deus enim abesse nō potest,
 Ieremi. 23.
 dicit enim ego Deus appropinquans, non de
 longinquo. Sed dicitur abire, quia vinitorib;
 liberum operandi reliquit arbitrium, licet per
 legem eos operari iubeat. [lapidauerunt.] Ita
 Heb. 11.
 & Paulus habet. [misit alios.] Patientia Dei
 monstratur, quæ prouocat ad poenitentiam,
 licet illi thesaurizauerint sibi iram. [verebun-
 tur forte.] Non de ignorantia id venit, quid e-
 nim Deus nesciat? sed videtur ambigere, libe-

ram homini voluntatem relinquens. Iam di-
 cāt Arius & Eunomius quomodo Pater vi-
 deatur hic ignorare, & nos idem respondebi-
 mus de filio, qui dixit se diem nescire iudicij
 Heb. 13.
 [eiecerunt extra vineam.] Nam extra portam
 passus est Dñs potest etiam intelligi, quod
 cum susceperint gentes, & ita extra Iudæos
 passus sit. Locataque est vinea gentibus, loca-
 ta etiam nobis est, vt fructum afferamus. [re-
 probauerunt adificantes.] Iidem sunt vinitores
 agricolæ, & adificantes. Dei enim adificatio &
 agricolatio sumus, hunc lapidem acceperunt
 adificantes, vt vel in fundamento ponerent,
 1. Corint. 3
 vel in anguli capite, factus verò est in caput
 anguli, de hoc Petrus inquit, hic lapis est re-
 1. Pet. 2
 pbatus à vobis, & Isaias, mittā in Siō lapidē.
 [regnum Dei.] Id est, Sāctæ scripturæ à Iudæis a-
 bla-tæ nobis traditæ, vt earū fructū faciamus
 quē si nō facimus auferet à nobis. [confringe-
 tur.] Aliud est offendere, aliud negare Chri-
 stū, qui offendit, cadit super lapidē & cōfrin-
 gitur, qui negat, adeo conteritur, vt nec testa
 Ifai. 30.
 remaneat in qua pusillum aquæ hauriatur.
 [cognouerunt quod de ipsi.] Licet duri corde es-
 sent, tamen aperta intelligebant. [sicut prophē-
 tam.] Mobilis turba, velut fluuius iactatur
 ventis, nunc fatetur prophetam, cito clama-
 bit, crucifige.
 D. Augu. contra aduers. legis & prophē.
 [auferetur à vobis regnum.] Regnū vitæ æter-
 næ quæ sperabant, iuxta illud scrutamini scri-
 pturas in quibus vos putatis vitam æternam
 Luc. 11.
 habere, & tulistis clauem scientiæ, & nec vos
 introistis, & eos qui introibant prohibuistis.
 Idem serm. 59. de verbis Dñi plātata est vi-
 nea, cum data est lex Iudæis, missi sunt serui
 quærentes fructū. i. prophetæ, quærentes bo-
 nā Iudæorum vitā, illi occiderunt Christū, vt
 vineā possiderent, verum est consiliū in con-
 trariū, ideo perdidit vineā, quia occiderūt
 Christū. Idem li. q. euangeliarū. c. 30. qui à
 lapide cōfringuntur, hi sunt, qui Christū cō-
 tēnunt, at illi cōteruntur, qui in die iudicij dā-
 nātur, qui erūt sicut puluis, quē piicit vētus.
 D. Ambros. in. c. 20. Luca. [vineam.] Eui-
 denter Isaias dicit vineā esse domū Israel. [pe-
 Ifai. 5
 regrē.] Quia diligentibus prope est: negligē-
 tib; abest, abest autē multis temporibus ne præ-
 ptera videatur exactio, & quo indulgētior
 liberalitas, eo inexcusabilior pernicacia. [se-
 pem.] Diuinam munitionem, ne bestiarum
 spiritualium pateret incurfibus. [torcular.]
 Sunt psalmi de torcularibus diuinæ passio-
 nis inscripti. Et Ebrij putabantur Apосто-
 li, in quibus Spiritus Sanctus inundabat.
 Fodit

Fodit ergo torcular, in quod uax rationabilis fructus interior, spiritali infusione deflueret. [turrem.] Id est, legem. [tempus fructuum.] Nullum Iudæa fructum dedit, nō enim fecit uas, sed labruscas, torcularia non fuerunt vino plena, sed prophetarum cruore, nā & Hieremias in lacum missus est. [vulnerauerunt in capite.] Hic fuit Isaias, capite uulnerat. Naboth lapidatus. [filium suum.] Hoc est nouissimum remedium, qui enim hæredem negat, de autore salutis desperat. [Veniet dominus vinea.] Aut in filio, vel quia nouissimis temporibus, præsentior humanis aspiciet affectibus. ¶ Vineam est populus de vitis æternæ radice fundatus, terris supereminens vile solum tegens: nunc gē mante flore pubescens, nunc circumfusa viriditate uellitus, nunc mite fructuum iugum suscipiens. Agricola Pater. Vitis filius. Nos palmites, vinea in crucem plantatur, populus in fronte crucem gerit, vinea fructum in autūno: populus in vltima ætate fructum gerit, vinea omne genus palmitum recipit, ita & ecclesia omne genus hominū, maritatur vitis arbori, & anima carni, vitis recisanō minuitur: sed augetur: plebs sancta, dum humiliatur, attollitur: dum reciditur coronatur, surculus tener, ex vteri arbore recisus, in alterius radicis foetu inferitur, plebs ex vereri conuersione rescisa, in ligni crucis gremio collocat⁹ fructificat, aqua in altis scrobes iniecta arborem erigit, & Spiritus Sanctus in carcereū hoc corpus nostrū demissus, nos diluit & erigit. Hanc vineam Pater æternus colit, rigans, tondens, eiciens terrenas moles, nunc sole torrens, nunc imbre perfundens, nunc herbas eradicans, ne a gentibus gemma lædatur. Nihil aduersi vineæ timeamus, quā per uigil Domini custodia, quasi muro vitæ vallauit æternæ. Colligamus ergo alij in gremijs nostris uas, alij cœlestia munera ore libemus, alij nudis pedibus, multo fluēte tingamus, locus in quo stamusterra sancta est, non est hyems nunc anti quorū errorum, non nunc mundus, blasphemijs, velut gelu concreuit: sed nouos fructus terra parturit. O vinea salue, non solius Naboth, sed Christi & omnium martyrum sanguine sacrata.

D. Grego. in. ca. 24. Iob dicit, vineam esse, scilicet, scripturam, quam hæretici demerūt & vindemiant, quasi vi deū opprimentes, & in sensa sua deflectentes. Itē vinea & ager est ecclesia, quam falsi prædicatores tunc demerunt; cum auferunt fideles ab ea. ¶ Idem in 20. c. Matth. dicit. Qui in hac vita ea quæ sua

sunt quærunt, nō dum ad vineam peruenit, illi nanque Domino laborant, qui Domini sui lucra cogitant, & zelo charitatis feruentes, animabus lucrands inuigilant.

Origenes homi. 19. in Matth. Planē vinea fuit Iudæa, sēps, diuina custodia, turris, templum, torcular, locus libationum, coloni, sacerdotēs, & scribæ. Dominus peregre profectus est, quod qui præcellerat eos in columna ignis & nubis non amplius similiter apparuit, tempus fructuum, quando Prophetæ exigebant fructus legis. [reuerentur.] Eius enim præsentia, debuerat illis timorem incutere, at sacerdotes non insensati, cum hæredē esse intellexerunt. [foras eiecerunt.] Extrares Israelis eum esse iudicantes. Dominus verò re surgens abstulit ab eis vineā, dans eam Apostolis. ¶ Sed profundius rem tractemus. Homo plātans vineam Deus est, qui dicitur homo, quia moribus hominum sese aptauit, sicut si pater filio infanti, infantilia loquatur, nam iustitiæ illę legis datæ Mōsi, pueriles uidentur, si ad iustitias Dei cōferantur, & licet vinea quam Isaias & Hieremias culpant, sit Israel, at Dominus non culpans vineam, sed colonos, indicat vineam esse Eloquia Dei. Sēps eius est, verba & literæ quibus eloquia Dei conteguntur, fructus sunt mores hominum immaculati, & speciosi. Torcular est, quo omnes viri perfecti, infundūt studia sua quasi fructus de eloquijs Domini collectos. Turris altior in vinea, sunt eloquia de Deo, & Christo, templum, sunt sensus diuiniore de Deo, de hac turri dicitur, qui vult turrem ædificare, computet secū sumptus, id est, qui de Deo dicere vult, videat si potest. ¶ Nam in tellige, in anima uerbum Dei plantatum, primum verò vineæ tempus, est tempus infantie, nihil aliud fructuum monstrans, quam vitalem uirtutem. Cum verò incipit puer loqui, tempus est ut generentur botri, qui accescunt, si puer malè operari cœperit, sed si aliquis magister iuuenem in melius reuocauerit, dulcescent botri, fructusque afferet charitatis, pacis, aliorumque spiritus fructuū. Licet verò solus Deus sciat quando tempus sit fructuū, nos tamen spectemus, quod debueramus esse magistri propter tempus: adhuc tamen lacte opus est, floresque sunt, non fructus. [alios occiderūt.] Ut Michæa in facie. Azariam verò filium Ioiadæ lapidauerunt. [reuerentur filium.] Sicut Iudæi occiderūt Christum, non omnes, sed Iudæi secundum carnem, non secundum spiritū: ita coloni vineæ, qui secundū carnē erāt coloni occiderūt ita

Exodi. 14

Isai. 5

Luc. 14

Galat. 5

Hebr. 6

ita reueriti sunt Christum Iudæi, non illi secundum carnem, sed secundum spiritū. [hic est hæres.] Certò cognouerūt eum esse Christum: nam multi dixerunt hic est Christus: & Herodes natum Saluatorē, Christū esse cognouit: eum enim ut Christum persecutus est, sed nec hic, nec illi, cognitū uoluerunt diuulgare. [malos malè perdet.] Prophetarunt ut Caiphas. [dabitur facienti fructum.] Ergo is in quo peccatum dominatur, nō habet regnum Dei, sed ab eo aufertur. Nota vineam locatam malis, sed regnū datum faciēti fructus, locari ergo vinea non electis potest, dari verò non, nisi ex meritō electionis, [quærentes eum tenere.] Volūt sēpē mali uerbu Dei extinguere, sed nequeūt, sunt enim in turbis multi, quibus cordi est Christus: ideo non sinunt eius uerbum malè tractari. At diuersè sponsa dicit, tenui eū & nō dimittam: quam hi sacerdotēs Christū tenere uolebant. Nota etiam turbas Christū amantes, armatas, & pro eo mori paratas: ideo qui se profitēt sacerdotes timēt Iesū exterminare.

Ioannis: 11

Canti. 2

D. Basili. homi. 5. exam. Animæ humanæ vinea sunt, septum est tutela quæ ex præceptis Dei resultat, est & custodia angelorum, nā immittet se angelus in circuitu timentiu eum. Statumina quibus uites defixit, sunt Apostoli, prophetæ, doctores. Eredit itē sensus nostros, exemplis sanctorum ne humi reperent. Vult etiam, ut clauiculis charitatis, quiuis proximo suo hæreat: & ita ascendamus ad sublimia arborum fastigia. Debet uitis defodi, ne suffocetur, id est, debet a carnali, ut a terra, cupiditate exui. Cauendum est ne uitis luxuriet, id est, ne quid per ostentationem faciat.

D. Chryso. hom. 69. Primū parabola monstrat, prouidentiam Dei Iudæis semper mirificè affuisse: illi verò contra, cędibus inuigillasse. Tū, nihil a Deo omissum, quod ad illorum salutē pertineret: nam post seruorū atrocissimā cędē, etiam filiū misit. Tū etiā, quod filij mors esset futura mirabilis, quodque mortis illius authores, essent extrema supplicia passuri. Tū, quod gentibus esset dandū regnum Dei. Attēde, Deus maiora in vinea peregit opera, scilicet, plantare vineā, sēpire, turrim ædificare, vnum opus & facillè a colonis exegit, scilicet, vineæ curā habere, & fructus eius conseruare. Deus igitur omnia perfecit, legē dedit ciuitatē condidit, templum erexit, mirabili hæc omnia lōganimitate facta sunt, id verò est, peregrē Deum proficisci misit prophetas, ut opera bona secundū legē

exigerent, at illi cū uel preces, si fructus non habebāt dare debuissent, occiderūt prophetas. Non verò illico misit filiū, ut uel ex multis erratis, possent, se ipsos cognoscere. [reuerentur.] Id est, reuereri deberent, & possent ne quis existimet quod prædictiones Dei, necessitatem rebus imponant, sed illi occidere assueti, licet occidere prohibeantur, assuetudinem non deserūt, sed augent, Christum occidendo. Sed cur occidit? num quia Deus eos honorauit mittens filium? nū quia innumera eis contulit beneficia Christus? nū quia ad regnum eos uocabat? Vide quā dementē causam dicant, occidamus, ut hæreditatē retineamus. [malè perdet.] Sētētia iuridica est, quia ab ipsis reis lata est: & Dñs ostēdit eam iustam esse, ut quā spiritus sanctus antea prædixit, dicēs, lapidē quem reprobauerūt, &c. [reprobauerunt.] Multis parabolis Dñs docuit Iudæos reijciendos, gentes introducendas: ut in parabola Chananeę. A sine, cui infedit, Centurione, cuius seruū sanauit. Id mirabile quidē: tamen Deus ita uoluit, a Deo qu; factum est. [qui offenderit.] Duas prædicit Iudæorum perditiones. Primā, quia scandalizati sunt, ideo in lapidē offenderūt: alterā quia capti sunt: ideo qu; calamitosi uixerunt, & uiuunt: id verò est, lapidē super eos incidisse. [tenere uoluerunt.] An non illi erāt Christū adoraturi, qui eis prophetias attulisset? si nō, ex gratitudine beneficiorū, certē terrore poenarū? at contra quærūt illū tenere: nec a turbis docētur. Nihil ergo ita præcipit agit hominem, quā his rebus caducis, animū figere. Nec aliud presentibus uti, & futuris frui facit, quam si illis ista anteposueris.

D. Hila. Can. 22. [sēpē] Id est sanctificatio nē patrū & nobilitatē, ut Abrahę Isaac. &c. intra quā, tāquā in septo peculiaris custodię Iudæos Deus inclusit. [torcular.] Sunt prophetę, in quos multū spiritus sancti defluxit [turrim.] Id est eminentiā legis: quæ in cęlū, è solo ægressa proueheret: & è qua Christi prospiceretur aduentus. [coloni.] Sunt sacerdotes, quibus in plebē potestas est permessa doctrinæ. [nostra erit hæreditas] Id est nostra erit gloria legis [uenit paterfa.] Veniet Pater in filio tempore iudicij.

Vene. Beda in. c. 20. Lucæ. Seruus missus fuit Moses, qui. 40. annis vineæ fructū quęruit: & tandem dicit, de vinea Sodomorū vinea eorū. Item seruus est Ieremias, qui dicit: quomodo cōuersa es in prauū vinea aliena? Ergo triplex est genus seruorū. Moses, Dauid, Prophetæ: ita enim Dñs distinxit, dicēs:

Deute. 32
Ierem. 2.

To. primus. Y opor-

oportet impleri, quæ dicta sunt de me, in lege, prophetis, & psalmis. [hic est haeres.] Ergo non per ignorantiam crucifixerunt, sed per inuidiam. Est verò Christus haeres vineæ, non ex testamento, per mortem Patris: sed per sanguinem quem ipse moriens effudit. [extra vineam.] Moses, altare victimarum non intra tabernaculum: sed ad ostium tabernaculi posuit: ita Dominus ad ostium, extra portam passus est.

Hebr. 13

Euthymius. [sap.] Id est, legem: gentibus Iudæos commiseri vetat, aut etiam Dei custodiam, de qua dicitur, destruxisti sapientiam eius, & vinde eam. &c. [torcular.] Erat altare ubi sanguis fundebatur. [turris.] Erat templum, propter structuram firmitatem & altitudinem. [fructus.] Sunt observatio legis & præceptorum, sunt ergo virtutes. [forte reuerentur.] Lucas dicit. Quid faciam ut mittam filium meum, ubi explicatur magnitudo amoris diuini, punire nolentis. At illud, forte: Græcè est *fortis*, quod significat, decens, equum: erat enim decens, ut Iudæi filium Dei reuererentur. [occidamus eum.] Non ut Dei filium: sed ut regem quem credebant Israelis. [extra vineam.] Marcus dicit, occiderunt, & extra vineam eiecerunt, id est, vinea priuauerunt & vita. [vineam locabit] Dominus surgens a mortuis Iudæos per Romanos destruxit, & vineam suam locauit Episcopis. [male perdet.] Ita illi prius dixerunt, non intelligentes, quorsum parabola tenderet, quod ubi intellexerunt, dicunt: Absit. [caput anguli.] Id est similem lapidi angulari. Sunt qui dicunt angulum connectentem parietes esse ecclesiam, in cuius capite Christus locatus est.

Psal. 76.

Ioannis. 11

Druthma. homo paterfamilias est Deus, qui mundum suo amore gubernat, omnibus bona, nulli malum tribuens. [hic est haeres.] Non igitur per ignorantiam: sed per inuidiam occiderunt: & Dominus illis ostendit se nosse, quod illi in latibulis suis contra eum tractabant. [male perdet.] Prophetarunt, quia erant sacerdotes, ut prophetauit Caiphas, & quia eos fame qua nihil est durius, perdidit: ideo male perdidit. Copulit enim eos humanis carnibus vesci. [alijs agricolis.] Caueant ergo reges & Episcopi: parem enim patientur donationem, si vineam non bene coluerint, & si non dederint fructus eius. [a Domino factum est istud.] Nisi enim a Domino factum esset, fides Christi & eius Ecclesia, totum mundum non impleisset, repugnans totius mundi, etiam principibus. Mirabilis sane fuit incarnatio, mirabile etiam est, quod omnes gentes super hoc fundamento firmam habent fidem & spem. [regnum Dei.] Id est, scientia scripturarum. [cognouerunt quod de

ipsis diceret.] Dixit quidam sapiens, Consciens ipse sibi, de se putat omnia dici.

D. Bernar. ser. 5. in natali. [reuerentur.] Ita sane reuerentur, non Iudæi, sed electi: hi reuerentur stabulum in quo natus est, vulnera que passus est. [dabitur genti.] Vineam spiritualis data est viris spiritualibus, quorum interius sunt omnia culta & fructificantia, hæc ergo vinea, hoc regnum Dei intra nos est, & datur genti facienti fructus: illos quos Paulus vocat fructus spiritus, fructus ergo nostri sunt profectus nostri. Spes verò qui de his fructibus, ne pereant sollicitus est, dicit, capite nobis vulpeculas paruas, quæ demoliuntur. &c.

Gala. 5

Canti. 1

Astor. 2

Prov. 16

Heb. 11

1. Cor. 2

Sapient. 3

Ioannis. 8

2. Reg. 15

Abacuc. 1

Isa. 6

D. Thomas. [sap.] Id est, Orationes sanctorum, & custodia angelorum. [torcular.] Id est, altare holocaustorum, vel martyres suum fundentes sanguinem. Vel propheta repleti musto spirituali, vel profunditas sacra scriptura: vel laus Dei, in qua omnia nostra opera conijci debent. [turris.] Templum est, vel cognitio Dei, de qua dicitur: turris fortissima nomen Domini. [peregrè profectus.] Ita dicit Deus peregrè profectus, quia non ad quamcumque culpam punit, expectat enim. [tempus fructuum.] pueritia non est tempus fructuum, sed adolescentia: nam etiam a populo iam platurum petijt fructum. [nouissime misit filium.] Ita Paulus, multifariam olim loquens Deus patribus in prophetis, nouissime locutus est in filio. [reuerentur.] Aliqui enim reueriti sunt. [videntes dixerunt.] Si verè illum cognouissent, non quæ eum crucifixissent, sed cognouerunt per coniecturas. [occidamus.] Ita dictum erat, morte turpissima condemnemus eum, ne iugum nobis imponat. Sed fugitis iugum Christi, patiemini iugum Romanorum. [extra vineam.] Id est extra synagogam: nam qui in eum credebant, extra synagogam fiebant. [quid faciet.] Itaque requisit Nathanael a Dauid. [malos male perdet.] Fortè Dominus primum hoc verbum dixit: mox illi, vel certè populus adstantes dixit, absit. [factum est istud.] Tanta enim exaltatio, quæ Christus exaltatus est, non potuit nisi a Deo fieri. [est mirabile.] Ita dixit Abacuc, videte & admiramini. [regnum.] Quod est scilicet, scriptura: cuius intellectus est illis ablatas, ut legant, sed non intelligant corde. [dabitur genti.] Non dicit: locabitur, sed dabitur: quia cum ex vinea datur fructus Deo, qui eam colit non dicitur mercenarius aut colonus, sed ei data vinea est. Cum verò fructus Deo non datur, colonis locata est. [super quem lapis.] Ille cadit in lapidem, qui proprio arbitrio peccat, in illum verò cadit lapis, quem Christus

stus punit, ita enim comminuitur.

Simon Casi. li. 6. c. 32. Hæc parabola monstrat, quod nullum Deus damnat, nisi quem propria conscientia danat. [plantauit vineam.] Id est, originalem iustitiam, quam colendam tradidit originalibus hominibus: qui eam destruxerunt: omnis enim caro corruperat viam suam. Plantauit & Noe suam vineam in figuram Christi, suam plantatis nouellam Ecclesiam, cuius vino & amore inebriatus, nudatus & crucifixus, a Iudæis, suis filiis, deridetur Vineam etiam est concilio fidelium, quæ est domus Israel, non verò domus Iacob, sed Israel, qui luctatus cum Domino, foemur sensit emarcidum, lucta verò per orationem fit. [sapem.] Id est, legem: dicitur enim, qui dissipat sapientiam mordebit eum colubet, mordet enim diabolus eum qui legem Dei dissipat. Iam in sapientia inueniuntur flores & spinæ: ita in lege, odorem virtutum, & poenitentia peccatorum, horrorem poenarum, de quibus spinis dicitur, sapientia spinis aures tuas: si enim his aures obseperis, fugies daemone blandimenta. Dicitur etiam est Vbi non est seps diripiet possessio, quia vinde miant eam omnes qui prætergrediuntur viam. [torcular.] Sunt experimeta passionis & tribulationum quibus Ecclesia probatur, & premitur, ut vinum & vasa a vinacijs separentur, hoc torcular calcavit Christus virgini Iuda. Solus enim crucem ascendit, perficiens vinum sanguinis sui, in quo lauent stollas, qui cum Christo sunt in cælum ascensuri. Ergo crux Christi torcular est, per quam electi a reprobis separantur: est enim crux gentibus & Iudæis stulticia, sed vocatis est virtus Dei, ex hac cruce fluit læticia vinum, licet in presenti amarorem habeat. [turris.] Erat Iudæis vetus lex. Christianis est altitudo fidei Christiana: ubi est verus ascensus fidelium aspicientium contra Damascum, que interpretatur, sanguinem bibens, & significat diabolum, qui peccatorum sanguinem bibit. Porro vinea hæc primum plantata, locata est Iudæis, mox gentibus, deum cuius Christiano. [peregrè profectus] Vt esset ignotus notis, ita enim vixit cum Iudæis quasi ignotus, quis enim illum nouit, qui posuit tenebras latibulum suum peregrinatur ergo, quia latenter opera sua & ignotè facit. [venit tempus fructuum.] Ita largitur nobis omnia Deus: ut tamen omnium simus reddituri rationem, quasi tēphyteosin, seu annuum censum. [occiderunt.] Ut possent in sua perniciofa libertate durare. [regnum.] Regnum est sacra scriptura, & omne sacramentum quo abluitur anima, quod ideo regnum

Genes. 6
Gene. 9

Genes. 32

Eccle. 10

Eccle. 18

Ecd. 36

Psal. 79

Thre. 1

Apoca. 22

1. Cor. 1

Cant. 7

Psalm. 17

eternum dicitur. [genti facienti fructum.] Vt fecit olim Ecclesia in martyribus, virginibus, doctoribus, confessoribus: omni ætate, sexu, conditione. [voluerunt eum tenere.] Id habet omnis qui sibi sapiens videtur, ubi ratione conuincitur, ad vindictam profilit, nihil interim habet meriti, qui malum non operatur, non quia Deum timet: sed quia homines veretur.

Hugo Cardina. [sapem] Id est, angelos vel reges. [hic est haeres occidamus.] Iuxta illud ecce somnator venit. occidamus eum, & illud mittamus lignum in panem eius, & illud: Circumueniamus iustum, inutilis enim est nobis. [male perdet.] per Titum & Vespasianum. [genti facienti fructum.] Corde, ore, opere. Cordis fructus est cordis contritio, legis meditatio, mortis memoria, proximorum compassio, Oris fructus est confessio, prædicatio gratiarum actio, consiliū quod alijs danas. Operis fructus est, obedientia, mortificatio, operum durorum tolerantia, elemosina, poenitentia, diligentia.

Genes. 37
Ieremi. 17
Sapient. 3

Caietanus, posuit sapientiam, torcular, turrimus id est, fecit omnia quæ vineæ necessaria erant, posuit ergo sapientiam, id est, munitionem temporalem & spiritualement contra extraneos, edidit securam habitationem, velut in turri, & necessaria omnia ad vitam instrumenta, id est, torcular. [peregrè profectus.] Profectio hæc est ablatio auxilij seruantis eos a malo. [cedere lapidare occidere.] Significat omne genus iniuriarum, quas Iudæi seruis Dei intulerunt. [forte reuerentur.] Illud fortè, non est in textu Græco, significat tamen quod fieri deberet. [hic est haeres.] Id est, omnes credent in eum: id enim est esse Israelis heredem: quod Israel credat in eum. [occidamus] Apertè significat concilio filium Caiphæ de Christo occidendo. [extra vineam.] Quia eum per manus gentium occiderunt, ut hominem, qui extra vineam esset. [lapidem quem.] Parabola solum significabat Iudæos de vinea eiciendos, sed locus psalmi addit, Christum eiectum in summo ecclesie loco collocandum. [dabitur genti.] Quantum ad cultum exteriorem, completum est hoc in excidio Ierosolymæ, ubi cessauit cultus Iudæus: sed quantum ad vim sanctificandi ablatum est regnum in passione Christi, ex qua omnes ceremonie cessarunt, & datum est regnum genti noue per baptismum. [confringetur.] Homo peccans comminuitur, quando iratus Deus ei denegat gratiam: ut fecit Iudæis, quibus Deus subtraxit gratiam conuersionis interius, dimittens eos Romanis exterius.

Glossa interli. [vineam.] Id est, terram promissam
To. primus Y 2 fio

CAP V T. XXII

Respondens Iesus dixit.



IVVS Hierony. [Dixit iterum.] Dñs timore Phariſæorum non superatur, quominus arguat peccatores. [homini regi] Homo hic est Deus qui facit nuptias Christo & Eccleſiæ ex Iudæis & gentibus cõgregatæ. [misi seruum.] Si per hunc seruum intelligas Moſen, serui poſtea miſi erunt Prophetæ. Si verò per seruum intelligas prophetas, serui poſtea miſi erunt Apoſtoli. [taur & altilia.] opes regiæ designantur, aut certè dogmatum ſacrorũ magnitudo, & doctrina pleniffima. [illi neglexerunt] Sed non pariculpam: nam qui occupati alijs rebus non veniunt, minus peccant, quam qui ex contemptu seruos Dei occidunt, vel cõtumelijs afficiunt. [rex cum audiſſet] Deus cum facit nuptias homo rex dicitur: nã cum clementiæ opera facit, homo dicitur, at cũ vlciſcitur, ſiletur nomen hominis, & regiſ nomen habet. [exercitibus ſuis.] De quib⁹ dicitur, in miſſiones per angelos malos, vel Romanos intelligit. [ad exitus viarum.] Gentiles non erant in vijs, sed in exitu viarum, sed queris: quomodo in exitu viarum inuenti sunt boni & mali? necesse enim videtur, vt qui extra viã sunt, mali sint. Paulus respondet. Gentes quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis sunt faciunt, hi ergo boni sunt. Certè ex gentibus multi mali erant, sed quidam fuere virtutibus dediti. [intrauit rex vt videret.] Id fiet in die iudicij. [inuenit vnum.] Per hunc vnum significatur, qui in malicia socij sunt. [veſte nuptiale.] Idest, opera quæ ex lege & euangelio cõplentur, hæc sunt noui hominis vestis: vestis cœlestis, quã qui nõ habet, habet veteris hominis exuuias, huic dicitur, amice, [erat enim inuitatus,] [quomodo intraſſi?] Impudentiæ arguitur, quod veste sordida, munditijs polluerit nuptiales. [obmutuit.] Quia tempore illo non est locus aut pœnitendi, aut negandi peccata, quorũ angeli & mundus testes erunt [ligatis manibus.] Vt veritas resurrectionis probetur: vel, quia currere non poterunt iã pedes, ad effundendũ sanguinẽ. [stridor.] Tormentorũ magnitudo significatur. [pauci electi.] Breui sermone parabolas claudic: quia in parabolis nõ in initia, sed finis queri debet.

D. Au.

D. Augusti. lib. 1. Euang. c. 31. [fecit nuptias.] Idest, verbum fuit incarnatum: quia in homine suscepto Ecclesia Deo copulata est. Tauri sunt principes plebiũ, altilia, omnia ſaginata, exitus viarum, dogmata gentium. [Idẽ fer. 247.] [nuptias.] Ad quas omnis conditio & ſex vocatur. [inuenit vnum.] Sicut multi vnum ſumus ex vna fide: ita mali vnũ sunt, sub vno principe diabolo. Ergo in fidelis non venit ad nuptias, fidelis malus venit, corpore, non mente. [multi vocati.] Sub vno reti nũc sunt boni & mali piſces, in vna area, triticum & palea: donec & angeli ſeparent piſces, & Christus euentilet aream, tunc manifeſtabitur q̄ multi erant vocati, pauci electi. Interim prædicatores clament vestes impudicas, fucatas facies, adulteros capillos ſigna eſſe mētis adulteratæ, & certæ quæ ſefucat, dicit Deo, quare ſic me feciſti? & Deus in iudicio dicere poterit, ſe non noſſe faciẽ illã hæc ſunt imagines hominis terreni, portemus imaginẽ cœleſtis: & glorificemus Deũ in corpore noſtro. [Idẽ lib. 22. contra Fauſtũ. ca. 19.] Is caret veſte nuptiali qui in ſacris nuptijs, non ſponſi, ſed ſuam gloriã querit. [Idẽ ſuper Ioannem tracta. 10. tractans illud ſermonibus peccatorũ ſuorum qui uis conſtringitur: dicit, bonum eſt, vt Deus nunc faciat eſt reſtibus flagellũ, quo te puniat nũc ne poſtea peccatorũ tuorũ reſtibus ligeris manus & pedes.] D. Ambro. in. c. 14. Lucæ. Ille qui villas & poſſeſſiones terrenas emit ſtudijs tantũ intẽtus inferioribus: nõ adipiſcitur regnum Dei: dicit enim Deus, vde omnia quæ habes. Tales ſunt auari gentiles, de quib⁹ dicitur. Auari nõ habent hæreditatẽ in regno Chriſti. Iudei verò ſunt, qui emerũt quinque iuga boũ idest, qui quinque libros legis Moſaicæ ſibi imponunt. Tandẽ hæretici ſunt coniugati illi, qui ſectẽ ſuã, velut Euẽ nupſerunt. Igitur vendetes & ementes diluuiũ abſorbuit. Lex verò gratiæ non admittit Iudeos ſue legi ſeruire volentes, & indignus eſt hæreticus qui vxorẽ illã propter Deum non reliquit: imò & patrẽ & matrẽ: nã & Dñs fratres & matrẽ reliquit dicens, quæ eſt mater mea, & qui fratres. [Diuitibus nolentibus Dei conuiuium, aſciſcuntur cæci claudi.] Rarius enim delinquit, cui illecebra peccãdi de eſt: & etiã, quia infirmitas peccatorum per miſericordiam Dei, & non ex operibus remittitur: vt redemptus à crimine, non in ſe, ſed in Domi no gloriẽtur. Mittit ad exitus viarum: quia prudentia in exitu canitur, mittit ad plateas,

1. Cor. 15

Prover. 5

Matth. 19

Matth. 12

1. Corint. 1

vt delata, ad arctam viam veniant, mittit ad vias, idest, ad eos, qui curis terrenis non ſunt occupati, mittit ad ſepes, idest, ad eos, qui iudicio rationis (quaſi ſepes) nouerunt bona à malis ſecernere. At non fat eſt venire vocatum, niſi nuptialem veſtem habeas, idest, fidẽ & charitatẽ, alioqui mitteris in tenebras exteriores, idest, extra diuina mandata, quæ lumen ſunt, nam qui ſine Chriſto eſt, ſine lumine eſt. Ergo neq; ſtridor dentium, neque vermibus corporales ſunt, ſed ſicut ex cruditate naſcuntur vermes & febres: ita niſi quis decoquat peccata: ſed noua veteribus addat, igni aduritur proprio, fomibus roditur proprijs. Ignis igitur eſt mœſtitia peccatorum, vermibus confuſio cõſcientiæ, ſtridor eſt affectus indignantis. D. Grego. in. ca. 34. Iob, in illud, inducet noctem & conterentur (inquit) in nocte, idest, in iudicio corruet impius, amittens in perpetuum viuẽdi lumen, coactus in tenebras exteriores mittitur, qui nunc voluntarius in interioribus exccatur in nocte conteritur, cũ dånatus præcedentium peccatorum cõfuſione veritatis lumen non inuenit, & quid deinceps agere debeat non agnoſcit. D. Chryſo. homi. 70. Hęc parabola vt & ſuperior Dei ſignificat lõganimitatem, & prouidentia in Iudeos: tũ Iudeorũ obſtinatã ingrati tudinem in Deum: eorum eiectionem, gentiũq; vocationẽ. Item quanta diſciplina viuendum ſit, & quã acerba pœna negligentes maneat. Et quia dictũ erat. Dabitur genti facienti fructum: declaratur nunc, cui genti detur. Item, non ſolũ Iudei inuitantur ad nuptias antẽ paſſionem, ſed etiam poſt eam. [Quid verò dementius, quam nolle venire ad nuptias, & nuptias regiſ, & quas rex, regi filio facit? Porro nuptiẽ dicuntur, vt Dei curam erga nos & charitatem intelligas, & rerum ſplendorẽ non ignores, ibi enim nihil triſte, ſed omnia plena gaudij. Ideo Ioannes Chriſtum vocat ſponſum: & Paulus, deſpõdi vos vni viro. [Culpa verò Iudeorum prima eſt. Prophetarum occiſio, ſecunda: occiſio filij, tertia: quod inuitati ad nuptias venire nolunt, afferunt quaſdam occaſiones, ſed non ſufficientes: nihil enim adeo neceſſariũ eſſe poteſt, quin ſint eo ſpiritualia meliora. Porro Iudei inuitantur à Prophetis, à Chriſto, ab Apoſtoliſ, à Ioanne: & inuitantur nõ ad labores: ſed ad magnificas dapes: & non ſunt negocia quæ illi prætexerunt, ſed negocij illis ſua deſideria obducunt, nec ſolũ nõ veniunt, ſed inuitantes contumelijs afficiunt.] To. primus, Y 3 quo

Ioannis. 5
2. Cori. 11

4. Reg. 21

Lucæ. 23
1. Cor. 2

Iſa. 9

quo furore, quid maius cogitari potest. [*missis exercitibus.*] Id est, Tito & Vespasiano, qui Iudæos vastauerunt, nō statim à Christi passione: sed post mortem Iacobi & Stephani. Iudæi igitur nolentibus venire, gentes inuitantur. Ecce inquit Paulus, conuertimur ad gentes. [*nuptia parata sunt.*] Prædicatores omnia expleant, licet, inde nullus quicquam emolumentū consequatur. ¶ Sed ne fideles putent sola se fide posse seruari, meminit vestis nuptialis, id est, actionis. Planè gratia fuit quod vocatus es, & purgatus, quod verò vestem immaculatam serues, tuum etiam est, & gratiam hanc gratiæ Dei repēdere debes. Grandis gratia fuit, quod omnia illa quæ Iudæis parata erant, tibi vno temporis momento conferantur, quare & tibi negligenti, grandis pœna erit. Accusantur Iudæi quod non venerint: accusaberis & tu, quod sordidas accubuiti. [*obmutuit.*] Quāquam pateat culpa, sed non infertur pœna, nisi se condemnāti. Qui statim rapitur ad pœnas, quibus nihil maius cogitari potest. ¶ Iam audite Christiani unde vocati estis, quia à vijs, & compitis: cæci & claudi animo. Vereamini dignitatē vocantis, nemo sordida veste remaneat, non est opus, vestis externa refulgens: quousq; hanc tenetis. ¶ At difficillimum est vti veste nuptiali: non enim possumus Deo seruire & māmo. quis ferat, donum auro, se cilio vestiri? Cur ergo tu domū, id est, corpus aures, animam verò nudam relinquis? Exorna prius principem, id est, animā deinde corpori viliora tribuas, ad nuptias vocatis, non quilibet, sed Dei orna te, non vtiq; sed vestitu deaurato, circumdato varietate.

Origenes hom. 22. in Matth. Nuptiæ sunt restitutio sponsæ Ecclesiæ, ad Christū eius sponsum. Tauri, & saginata, sunt solidæ mysteriorum Dei escæ. Sūt omnia parata, id est de omnib; necessarijs, sermones parati sunt. Prædicat etiam Dominus bellū, & excidiū Ierosolymæ. [*ite ad exitus viarum.*] Id Apostolis dicitur, exitus verò viarum sunt res gētū, quæ erant extra Israel. [*bonos & malos.*] Boni sunt, rectiores, qui opus legis faciunt. Quia verò mali etiam vocati sunt: nō vt mali remanent, sed vt boni fierent, & vestirentur veste nuptiali (id est, visceribus misericordiæ, humilitate, &c.) ideo rex ingreditur: vt videat, antequam opponatur eis prandium. videns verò vnum, qui mores non mutauerat, dicit, amice, &c. qui obmutuit, vt carens omni excusatione, neque solum eicitur à nuptijs, sed ligatur manibus, &c. ne videli-

cet, vsū aliquem habeat ad bonum, neque aliquod bonum expleat. [*tenebras exterior.*] Id est, pressiores.

Sed rursus omnia à capite tractemus. Deus pater hoc loco, dicitur homo rex: vt enim Deus dicitur irasci, misereri, incedere, pedes & manus habere: ita dicitur homo esse. Dum enim Deus nobiscum conuersatur, debet vt homo conuersari: & non iuxta suā occultam substantiam, & equidem tunc cessabit Deus esse sicut homo, quando in nobis humanæ cessauerint passiones, mereamurq; audire, ego dixi dii estis vos: non merentes audire, vos autem sicut homines moriemini. Certè apud Osā, Deus dicitur esse sicut panthera, sicut leo, sicut vrsus, sicut ignis cōsumens. Cum igitur nihil in nobis consumi dignum fuerit, nihilq; vltione dignum, cessabit Deus dici ignis, dicitur que lux, cessabit esse leo & vrsus: & agnuserit. Nunc igitur videtur Deus, vt humanæ conuenit dispensationi: tunc verò videbimus eum, non vt hominem, sed vt in se est. Nunc ergo regnum cœlorum dicitur simile homini regi: tunc verò, cum steterit Deus in synagoga Deorum, dicitur simile regnum Dei te. ¶ Hic ergo rex homo fecit nuptias filio suo cum anima, quæ nubens Christo, & communis ei, parit filios, id est, opera, nihil per cōmunicationem corruptionis admittens.

¶ Sed nunquid tanta est varietas fidelium, vt inter eos alij sint sponsæ, alij qui ad nuptias inuitant, alij qui inuitantur? Prandiū Verbum Dei est, vbi fortia, sunt tauri: suaui sunt saginata. Ad hoc epulum præcipue Deus vult venire ingeniosiores. At hi cum inuitantur à simplicibus prædicatoribus, venire contemnunt, imò cum illis arguunt, disputant, conuicijs afficiunt, & aliquando occidunt, errori ad hærentes contrario. Quorū peruicaciam, Deus per angelos malos destruit. Ciuitas verò illorum, dogma est & error, cui hærebant. [*ad exitus viarum.*] Ex omni enim via dogmatum imperitorum venerunt ad conuiuium ex gentibus vocati. [*vnum.*] Vnius generis sunt, qui post fidem malitiam seruant. [*ligate manus.*] Quia eis vt debuerat, vsus non est: ad bonum enim non cucurrerat, bonos actus adimplens. [*in tenebras.*] A lumine alienas, vt qui se ibi conspicit, clamet ad eum qui & misereri, & eripere potest.

Diuus Hilarius Cano. 22. Nuptiæ, vitæ cœlestis, & in resurrectione gloriæ recipiendæ sacramentum est, qui primo inuitatur est, populus

Israelis: Serui sunt Apostoli, serui postea missi sūt: Apostolorum successores: Tauri saginati, gloriosa martyrum spes est: velut hostia Deo electa. Saginata, sunt homines spirituales, tanquā aues parata alios excipere, præ cibi panisque cœlestis vbertate. His ergo paratis vocatur multitudo ad conuiuium. Sed qui interfecerunt Apostolos, à cœlesti exercitu, sunt cōburndi. [*ad exitus viarum.*] Vbi est epus presens, igitur per gratiam interiora omnia peccata retroacta, exitus, scilicet, viæ, id est, præterita, cōdonatur. [*bonos & malos.*] Vocatio bonos efficere debuerat, quia sancta est, & ab optimo inuitantis affectu profecta: sed ex vitia in emendatæ voluntatis discrimen vocatorum est, & quia nos sæpe fallimur, vocandq; ideo Deus ad nuptias intrat, & qui oculos hominum, præ simulatione fecellerat, à Deo solo, sine veste nuptiali reperitur. Sed num præscipserat Deus vestem? & si omnes vocatur, nū omnibus adesse vestis vna poterat? & si vestis vna erat in nuptijs consueta, cur quicquid carebat, nō fuit ab inuitantis prohibitum? Certè Deus inuenit, quod alij nō repererunt. Vestis nuptialis est gloria Spiritus sancti, & candor habitus cœlestis qui integer à baptismo ad cœtum seruetur cœlestem. [*multi vocati.*] Indicium est bonitatis inuitantis.

Euthymius. Præcedens parabola tractauit, quæ ante Christi passionem contigerūt: hæc verò, quæ post eam. Nuptiæ sunt coniunctio Christi ad Ecclesiam, quæ nunc fit per fidem & alias virtutes: postea fiet magis supernaturaliter sunt vero nuptiæ propter desiderium Dei ad Ecclesiam, & Ecclesiæ gaudium. Prandium sunt deliciae nunc diuinorum dogmatum: postea Dei fruitio. Tauri & altilia sunt magnificentia prandij. [*villam emi.*] Detenti sunt in his quæ possi debant, quasi essent meliora. [*exitus viarum.*] In his solent abiecti morari. Significatur ergo, quam essent Gentes abiectæ, quæ ad nuptias vocatæ sunt. [*amice.*] Nō ergo securus vocatus: nisi ornatu cœlis digno vestiaris, at vocatur amicus, quia Christianus: & profectò si nuptiæ terre fuissent, difficile foret, vestem rege dignā inueniri, at in his nuptijs omnis est ablata excusatio, in prōptu enim est vestis, & facilis est inuentu. [*ligate.*] In inferno nulla operatio fit quæ regi placeat, operis nunc tempus est, postea retributionis. [*stetis.*] Non solum est locus sine lumine, sed acerrimi erunt cruciatus.

Venera. Beda in cap. 14. Lucæ. [*Fecit cenam magnam.*] Quia facietatē nobis interne dulcedinis preparauit. [*cum esset bona cœna.*] Id est, tēpora nouissima, in quibus nos sumus. [*omnia parata.*] Quia agnus occisus est, qui abstulit peccata mundi. Offerunt igitur Deo, id pro quo rogari debuit: & dare vult, quod sperari vix poterat: at contemnunt, quia datur: omnes igitur excusant: quia licet omnes nuptias cupiant, sed non omnes que suam sunt sapiunt. [*villa.*] Est tēpora substantia [*singa bonum.*] Id est, quinq; sensus, qui propter curiositatem externorum nolunt ad interna reflecti. [*habemus excusatum.*] Ita dicitur hi quos vocant prædicatores, non possum, inquit, peccato exire, ora pro me. [*vixorem.*] Per vxorem, voluptates carnis intellige: peccatam iustam, designatur res non iusta. Igitur diuites, curiosi, deliciofi, fastidiant conuiuiū pauperes verò eliguntur: quia infirma mundi elegit Deus. Dicuntur verò pauperes & infirmi qui veniunt, quia tales sibi videntur: & equidem etiam pauperes exterius facilius inuitati veniunt: ipsa enim plerumque despectio hominem ad se reuocat. [*adhuc locus est.*] Quia licet multi Iudæorum crediderūt, non tamē impleuerūt numerum inuitandorum. [*ad vias & sapes.*] Cum ex vijs & plateis homines vocantur, vocantur ij, qui sub politica conuersatione legem vrbani tenent, hi verò à sepibus vocantur, qui rustici sunt, & inuitantur: ij verò compelluntur intrare, quos graue aliquod damnum frangit: vt grauis morbus vel iactura.

Diuus Thomas cum D. Gregorio vult non esse hanc parabolam eandem cum illa Lucæ. 14. licet dicat, dici posse eandem esse: nam antiquis prandium cœna erat. [*homini regi.*] Nos enim more regit humano. [*nuptias.*] Nuptiæ sunt quadruplices. Naturæ humanæ cum Verbo, in virginis vtero. Ecclesiæ cum Christo: de qua re dictum est. Sacramentum hoc magnum, ego dico, in Christo & Ecclesia. Animæ ad Christum: nam per fidem anima fit particeps gloriæ Dei (inchoatiue) dicitur enim sponsabo te mihi in fide. Demum fit coniunctio animæ in resurrectione cum Deo. [*prandium.*] Est spiritualis refectio. Sapiencia enim immolauit victimas. Tauri & altilia sunt exempla sanctorū: vel tauri sunt patres veteris testamenti, qui erant parati ad vindictā, vt cornibus ferituri: altilia sunt patres noui: qui ascendunt, vt aues, terrenis omnibus dimissis, & impinguntur sapientia cœlesti. Vel tauri sunt sacerdotes.

To. primus Y 4 anti

Jeremi. 6. antiqui, altitia pphete. [villa] Indicat appetitus gratia humane, sicut in negotiatione avaritia indicat, dicit em a minori ad maiore bas avaritię studet. [nuptia parata sunt.] Filius etia in carnatis est, & fecit ia Dñs vineę quod facere debuit. [indignus] i. qui indignos se rediderunt, sed de iustitia sua queretes statuere iustitię. De nō sunt subiecti, & ipsi iudicet indignos iudicatur vitę eternę. [cogregauerunt] Na Apli predicauerunt vbiq; [bono] [crederent] Na inter infideles sunt alij q alij scō parati videtur meliores, secundū virtutes ciuiles. [intrauit rex.] Intrauit rex, in iudicio: in morte: & in tribulatione, iuxta illud, descendaui & videbo, &c. [veste nuptialem.] Id est, Christū, dicitur enim, induimini D. n. Iesum & licet induamur eo per baptismum, induetia oportet per operationē, per charitatem: & sanctā cōuersationē. [amicus.] Vocatur amicus, quia christianus, vel ei impropert, ac si diceret, amauite. [obmutuit.] Nulla quis ob tendere excusationē poterit sufficientē, quare vestē non habeat, ita Iob. Si voluerit contendere cū eo, nō poterit respōdere ei. [ligatis manibus.] Id est affectu, quia iā boni effici nequeut: nec enim apud inferos est opus aut ratio. [in tenebras exte.] Sunt tenebrę in intellectu apud inferos: vbi nec cognitio est interior, aut exterior, vel ad literā, separantur mali a cōsortio sanctorū. [stridor.] Bona tristitia in lachrymis mollescit: malaverō in irā & impatientia: ideo dicitur, Superbia corū ascendit semper, & equidē miserii illi patientur ignē, vnde fletus, & frigus, vnde stridor. [pauci ele.] Quia arcta est via q ducit ad vitā. Simō de Cassia. lib. 6. c. 24. (regñū celorū) Nō intelligitur regñū eternū: unde enim nullus eijcitur, est igitur regñū hoc Ecclesia militās. Parauit ergo nuptias Pater Filio, & prius spōsus spōsam dealbavit in sanguine suo: nuptialis thalamus fuit vterus virginis: cōgruēs spōso, quia est inuiolatus: & cōgruens spōse, quā in incorruptione creata fuerat: & in incorruptione virtutis copulatur spōso: & in omni incorruptione sancta resurget. Sed licet desponderet Christus Ecclesia, multis tamen argumētis, eā ipse inuitat, vt sibi cōsentiat: vt sancta sit: vt corde eū amet, & ore fateatur, vt sit salua. Hoc vita, hoc morib⁹ hoc morte ab eacōtēdit, amoribus eā maiorib⁹ allicit, carnē illi propriā exhibēs in cibū, sanguinē suū dans in pretiū, quo omnia debita soluat, quę habet illa multa. Nec quieuit fortis ille amor, mori voluit sponus vt immortalē spōsa vitā tribueret, in coelū ascendit, vt

locum illi parare, & celestia dona in illa de nigro, scilicet, Spiritum in coelum. Nō in fithia rebus spōsa promouat, suū sanguinē in martyribus fudit: & omne virtutum getus exerxit. Ad has nuptias omnes inuitantur: sed multi exteriore videntes, vilitatē, nō interiori ac iudicatē, venire contēnunt, sed Dñs inquit, prandiū paratū est vobis: eterna coena succedat, vbi nihil occidunt, sed omnia viuā, nunc tauri id est, viri fortes: occisi sunt, occisi etiā cōtēptiui, qui sicut altitia, nihil igitur ex parte Dei dicit, qui perit, suā culpa perit: Parauit enim in dulcedinē sua pauperi De⁹: quis enim pauper nisi genus humanū? Sed qui volunt diuites fieri, malunt in sua villa manere, in porcis, vt filius prodigus erat, alij inhiant pecunijs acquirendis: occidunt alij predicatores: aut re ipsa: aut odio: aut displicentia veritatis. [stratus rex.] Est enim Deus vltionum, & dicitur Deus vlciscens, & habet furorē. [igne succendit.] Illo igne qui diabolo paratus est. [exitus viarū.] Gentes enim erāt extra viā, idōla pro Dijs colētes. [nō fuerunt digni.] Quia superbi volētēs esse sicut dii, nō capiunt spōsam Deū hominē factū. Spōsam sanguinolentū fūca horret spōsa, & decolorata, & nota verbū. [nō fuerunt digni.] Habet enim occultam prędestinationem, quoz enim prędestinavit hos & vocauit, nota & [exitus viarū.] Quia vniuersę vię Dñi misericordia & veritas. Qui ergo vel Deum non agnoscūt vel misericordes nō sunt in proximū, hi sunt in exitu viarū. [amicus.] Poteras enim amicus esse, si vestē adduxisses. [veste nuptialem.] Id est, innocentia, aut seruata: aut recuperatā: hęc est illa prima stolla, quā pater Prodigio reddit, & est vestis illa incōsutilis. [obmutuit.] Nō ex virtute, sed ex pertinacia. Sunt qui reprehēsi excusant: vt Adam & Eua, & Cain, alij tacent vt hic ligatur ergo manibus ne se soluat, pedibus, ne fugiat, tenebrę exteriores, sunt sensibiles & in voluntarię poenę: vt interiores fuerunt culpe. [fletus.] Pro omisissis, pro gloria eterna, pro vano mūdi gaudio, stridor, pro vario corporis cultu, pro delicijs antiquis, p poenis presentib⁹. Hugo, regñū celorū, i, negociū Ecclesię simile est negotio quod ita fuit, vel esse potuit. [fecit nuptias] Vt dicitur, venerūt nuptię agni, & vxor agni preparauit se byssino splēdētī: bisinū verō est iustificationes sanctorū. [prandiū meū parauit] De quo Isaias, faciet De⁹ in mote hoc cōuiuuiū pinguiū. [oia parata] Cib⁹, loc⁹, vestes. De primo dicit: pasti in dulcedine tua pauperi Deus, de secūdo, vado para-

Ista. 5
Roma. 9
Acto. 13
Mar. vlt
Genesis. 19
Roma. 13
Gala. 3
Tob. 9
Ecc. 9
Psal. 73
Iob. 24
Matth. 7
Apoca. 22
Roma. 10

Ioann. 14. parabis, baltheos ac thiaras. [Venite ad nuptias.] Vocat dñs, aut per se, aut per predicatorē, aut tuba, id est, minis: sicut milites vocatur ad pugnā, aut sibilo cōsolationū, tanq tonitruo gradū promissionū, aut reclamatorio, id est, corpore suo crueto: vt autē vocari solēt, aut signo vt se vocare solent, monachiquomodo vocat Deus per sanctos in cōuersationē, de quo dicitur, ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus: in signum & portētum in Israel, aut beneficiorū collatione, ita solēt canes & aues vocari: & ita dñs extendat manū suā benefaciendo. [nō fuerunt digni.] Na dignos se sapientia quærūt, & in vijs suis ostendet se illis hilariter. [quoscuq;] Quia nō est personarū acceptor Deus. [malos & bonos.] In Ecclesia sunt mali, vt sint boni, non enim peruenit ferrū animę ad acumē, nisi ipsam lima alienę prauitatis acuerit, & quidem in arca Noe fuerūt aues munda & immunda. [vt videret.] Id est, vt faceret videri. Sicut illud, nūc cognoui quod timeas Deū. [vidit.] Id fiet in die iudicii, qñ iudiciū sedet, & libri aperietur, quādo illuminabit Deus abscondita tenebrarū. [vnum.] Quia in malicia mali colligantur, sicut vulpes Sansonis. [quomodo huc intrasti.] Quadrat id in pręlatos, qui non per Christum introierūt, quibus ipse dicit, quomodo intrasti? si per me intrasses ego sensissem, ita dicitur Michę. quiste huc adduxit? & ille respōdit, hoc & hoc dedit mihi Michas. [veste nuptiali.] Vestis nō nuptialis sed mista in sanguine erit in cōbustionē, visi tabo, inquit, super eos qui induti sunt veste peregrina. Iubet dñs, vt omni tempore vestimēta sint cādida. Vnde dicit, beatus qui custodit vestimēta sua, ne nudus ambulet. [ligatis.] Per quę quis peccat torquetur, vnde si pedes fuerūt veloces ad effundēdū sanguinē: si manus fuit porrecta ad recipiēdū & collecta ad dādū, hęc ligabūtur. Ergo sicut exhibuistis mēbra vestra seruire iniustitię: ita exhibete, &c. Quia funib⁹ peccatorū quisq; cōstringit. [ibi erit fletus.] Septies hoc verbū dixit dñs, supra. 8. 13. infra bis. c. 23. & cap. 24. & hic, & Luca. 13. [pauci electi.] Duo soli introierūt in terrā pmissiōis, ex infinita multitudine, vt multi currūt, sed vn⁹ accipit brauiū. Caieta. [respōdit Iesus.] Scilicet, cogitatio ni Pharisæorū quærētū eū capere. [in parabolis.] Parabola pręcedēs excidiū principū Iudæorū, hęc excidiū vniuersale Iudæorū significat, incēdiūq; vrbis eorū, alioq; illorū loco subrogādos, inter quos sint boni & ma-

Exod. 28
Isaie. 8
Prouer. 1
Sapient. 6
Romano. 2
Genesis. 7
Genesis. 22
Danic. 7
1. Corin. 4
Iudi. 18
Isaie. 9
Sopho. 1
Ecclesi. 9
Apoc. 16
Sapient. 11
Roma. 6

li, sed nō impunē. [regnum celorum.] Est pręsens status vsq; ad vitā finē, vbi dānatio fit eius qui veste caret nuptiali. [regi.] Nō solū regnū est simile regi, sed totū parabola, cui⁹ initiū est rex. [fecit nuptias.] In incarnatione, quā verbū caro factū est, & habitauit in nobis vt nos sibi rōnūgeret: & nuptia durāt ad finē seculi. [misi seruos.] Magos, Baptistā, Apostolos, Iesum, vt hō est. [vacare inuitos.] Iudæos, & quia pauci voluerūt credere, missi sunt Apostoli, qui post resurrectionē Christi, nō solū inuitarēt, sed explicarēt prandiū paratū: id est, Christū mortuū, nihilq; desesse. Prandiū est Ecclesia in fide & Sacramentis. Tauri & altitia: sunt patres: vtriusq; testis, qui testimoniū perhibēt fidei Iesu. [illi neglexerunt.] Occupati occupationibus necessarijs, vt cultui agri, vel occupati negotijs voluntarijs, vt negotiationi. Solet addi tertia causa, scilicet, vacare delectationi, at hęc nō parit negligētiā, sed impotentia eundi. [asserunt eorum.] Quādo Apostoli iābat gaudentes, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu con. pa. Alij occisi, vt Stephanus & Iacob⁹. [ad exitus.] Id est, ad loca cōgrua ad vocādū, nō dicit ad ciuitates, sed ad vias publicas vt omnes vocari intelligamus. [intrauit rex.] Nō intrauit finitis nuptijs, sed ingressis inuiatatis, igitur nō solū in cōsummatione seculi intrat, sed etiā nūc, in morte cuiusq;. [vidit vnum.] Inter tantos, subtilem habet visum, id est, curā habet singulorū. [amicus.] Nō cōtumeliosē hominem tractat, sed expectat si quid habet excusationis, vt nos, etiā in facto notorio, sine cōtumelia, amicē, nō inauditū cōdēnemus. [nō habēs vestē.] Quid si vidisset cū veste fordida? siquidē dānat eum qui veste caret nuptiali. [obmutuit.] Quia corā deo nō est exceptio, ipsa enim se veritas prodit. [ligatis.] Prima poena inferni est obstinatio in malo. [tenebras ex.] Secūda poena est priuatio luminis, nō interioris naturalis: sed supernaturalis externi, hęc sunt tenebrę exteriores, quę dicitur poena dāni, poena sensus est fletus, & tātus rigor, vt ad stridorē dentiū pueniat, per quę oēs poenę significatur, sunt aut, illę duę testimoniū qd corpora resurgēt. [pauci electi.] Ergo nō vnus solū veste caruit nuptiali, sed sub vno multi intelliguntur. Glossa inter. [regñū.] Id est, Ecclesia pręsens. [fecit nup.] Quia per incarnationē, filio Ecclesiā copulauit. [prandiū.] Incarnationis mysteriū impletū: & doctrina iustitię ex omnib⁹ prophetis apparata, coelū apertū, qd ante erat clausum. [venite ad nup.] Cōcordate Pri. Tho. Y 5 cum

cū alijs in fide. [iratus rex.] Sed trāquillē iudicat. [seruis suis.] Mittit alios ad inuitandū, nā si sermo Dei alicubi repellit, alibi requiescit. [egressi serui.] c. de Iudæa. [in vias.] Scilicet electas gentes. [intrauit rex.] Id est, illuminabit cōscientias. [discumbentes.] Quiescentes in fide. [veste nup.] Id est, charitatē, per hanc em dñs nupit Ecclesiæ. [exteriores.] Id est, in inferno, quia hic habet tenebras interiores. [serui.] Oculorum qui hic vagi fuerant. [deditim.] Qui hic in edacitate gaudebant.

Glossa ordi. Altilia sunt pingua interna charitate & hæc sunt Euāgelij præcones, qui cōtēplationis penna superna petūt, & dicuntur occisa, vel in re, vel per mortē carnis iam requiescentes. [exercitibus.] Id est, angelis per quos iudicium exercetur. [ciuitate illorū.] Id est, carnē eorū, quæ cū anima ardebit igne gehēnæ. [omnia parata.] Quia totū sacramētū incarnationis peractum est, scilicet, natiuitas, prædicatio, passio, &c. [exitus viarum.] Vigunt actiōes, exitus viarū, sunt defectus actiōnū, ij enim faciliē cōuertuntur, quibus actiōnū viæ prosperē nō succedūt. [ligatis.] Tūc ligātur, qui nūc a malo ligari voluerūt.

Lyranus. [nuptias.] Celebratæ sunt hæc nuptiæ in vtero virginis Deo sibi nostrā carnē copulante. Serui priores, fuerunt Prophetæ hortātes vt in aduentū Christi intenderent. Posteriores sunt Baptistæ & discipuli, quos Dñs præmittebat in loca ad quæ erat ipse vēturus. Prandiū est sacramēta & doctrina, sed maximē Eucharistia. Tauri sunt præcepta, altilia verò cōsilia. [neglexerunt.] Ex cupiditate rerū temporalū, per villā omnis labor corporalis intelligitur, per negotiationē, omnis mentis labor circa terrena. [exercitibus.] Romanis qui exciderunt Hierusalem anno post Christū. 42. [homicidas.] Qui a Romanis excisi sunt ad decies centena millia. [vocate.] Nulli violentiā inferendo: & volentes omnes, admittēdo. [impletæ sunt.] Quia fides per mundum diffusa est. [intrauit rex.] Generaliter in iudicio, specialiter in cuiusvis morte, nuptialis vestis est charitas, qua Christus ad nuptias indutus venit: ea enim ipsum incarnari fecit. [amicæ.] Ex natura & fide.

D. 35. c. Ecclesię, habetur ex Hieronymo, Principes Ecclesię qui delicijs affluūt, de spaciōsis domibus, de lautis cōuiujs eiiciendos in tenebras exteriores, vbi glossa, exteriores, id est, omnino extra lucem.

D. Grego. homi. 38. Regnū cœlorū est Ecclesia. Cū enim cœlū sit sedes Dei, & animæ iustorū sint etiā sedes Dei, fit vt in animabus

iustorū sit regnū Dei, sicut est in cœlo. [nuptias.] Nuptiæ inter duas personas fiāt, naturā verò humana, nō erat persona, qñ verbo fuit copulata, ideo tutius dicemus nuptias factas Christi cū Ecclesia. Exiuit igitur velut sponsus de thalamo, vt Ecclesiā sibi cōiūgeret. Serui sunt prædicatores. Tauri sunt antiqui patres. Altilia sunt Apostoli, & posteriores, qui dicūt, sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Ergo cū dicit (tauri mei & altilia sunt occisa) ita suadet. Aspice præcedētū patrū mortē, & vitæ vestræ remedia cogitate. Nota, in prima inuitatiōe nihil dicitur de tauris occisis, sed in secūda, quia cū verba Dei audire nolumus, ipse adiūgit exempla. [perdidit.] Vbi enim sunt tyrāni illi qui martyres occiderūt? certē eorū nec memoria ad nos peruenit. [bonos & malos.] Dū viuimus necesse est, vt multi vitā agamus, boni enim soli, sunt in cœlo, mali soli, in inferno, terra inter cœlū & infernum sita, nec bonos solos nec malos solos habet. Qui bonus est, malos tolerat: si nō tolerat, indicat, quod bonus nō est. Abel renuit esse, quē Cain nō exercet, & in tritura grana sub paleis premitur, rosæ nascūtur inter spinas. Cū Abel viuit Cain. Cū Sem & Iaphet, erat Cham, cū Isaac Ismael, cum Iacob erat Etiau, cū vndecim erat Iudas, cū septē diaconis fuit malus Nicolaus, & Iob dicit, socius sui draconi, socius struthioni, & spōsus est liliū inter spinas, & Ezechieli. c. 2. dicitur, fili hominis increduli & subuersores sunt tecū, & cū scorpionibus habitas, Loth cū malis habitauit, & Paulus, inter quos inquit lucetis sicut luminaria in medio nationis peruersæ, & Deus. Scio vbi habitas, vbi est sedes Sathanæ, & tenes nomē meū. Imò certē mali sunt multi, boni pauci, vt arca Noe, in imo lata, in summo angusta, vbi homines arcti: vbi bestię spaciōsa: quia lata est via quæ ducit, &c. Et egregiē arca deducta est in summo ad cubitū vnū, quia vnus inter oēs sanctus natus est, sicut paller solitari⁹ in tecto. Ergo pauca grana sunt, quæ in horreū cōuehantur: multi sunt falces palearū, at paleæ cōburuntur igne, inextinguibili. [sine veste.] Si baptismus & fides vestis nuptialis est, quis sine hac fide durat in Ecclesia? ergo charitas est illa vestis, per quā Deus sibi homines vniuit. Inter duo ligna texitur vestis, ita & charitas in duob⁹ præceptis cōtinetur Dei scilicet, & proximi, vnde vestibulū ciuitatis duob⁹ cubitis mēsurat, nō em porta cœlestis ciuitatis nobis aperitur, nisi nos q in vestibulo su-

Exodii 23

lo sumus duos cubitos hos teneamus. Item cortinæ tabernaculi coccū bis tinctū intextū habet. Nos sumus hæc cortina, qui per fidē cœlestia in cordibus secretauelamus, huic fidei intertexti debet coccus, ignis, scilicet, Dei & proximi tinctus amore. Sic ergo per cōtēplationē quiuis ad Deū tēdat, vt proximi nō deserat: & sic proximo faueat, vt festinat ad Deū, non torpeat. Rursum charitas proximi duobus præceptis cōtinetur, ne proximo noceam⁹, vtq; ei beneficiam⁹. At nemo se seducat, nō enim charitas est si sol⁹ ametur amicus, nisi etiā diligatur inimicus, probari solet charitas si in inimici aduersitate tritatur. Probet se igitur quiuis, si Deū, si amicū, si inimicū diligat. [amicæ.] Si vestem quis habet, licet perfectē nō habeat, ad regis ingressum desperare nō debet. Dicitū enim est, Imperfectū meū viderūt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur. [ligatis.] Qui nūc spōtē ligatur in vitio, tūc inuitē ligatur in supplicio. [fletus.] Vt singula tūc mēbra pœnis subdātur, quæ nūc culpīs seruiebant. [multi sunt vocati.] Tremendū est quod dicitur, nā quod vocati sumus nouimus, quod electi, ignoramus, tanto ergo humiliemur, quāto magis quod electi sumus ignoramus. Sūt enim qui totā vitā malē cōsumunt, sed in fine eam in melius cōmutāt, cōtra alij, vitam benē transactā, in fine peruertunt. Tres certē fuere. D. Gregorio sorores. Tarhilla, AEmiliana quæ in cœlū fuere subuectæ, sed Gordiana tertia soror ē monasterio egressa cōductori agrorū nupit. Contra quidā tota vita iniquus & peste percussus, cū iam more retur, circumdatur a monachis, orant illi pro agonizante, clamat hic, recedite inquit, quia draco qui me vorare cœpit, orationibus vestris detinetur, ne totū deuoret, & semiuortus grauissimē crucior: Sed illi orationibus instant, vt prehensum draco dimittat, dimittit, rogat eger monachos, vt Deum prouenia precentur, ita factus liber, sanctē vitam finit, morbo inualescēte, nemo igitur finem suum qualis sit nouit.

Tunc abeuntes Pharisei.

D. Hiero. Nuper sub Augusto Iudæa subiecta, qñ in toto orbe generalis descriptio celebrata est, stipendiaria facta est Iudæa, & seditio coorta, alijs dicētibz stipē esse reddēdā, pro quiete & securitate populi, Phariseis cōtradicētibz, populū qui Deo decimas solueret, humanis non debere legibus subiaccere. Augustus verò Herodē regem exactiōni

tributorū præfecerat. Ideo Pharisei cū Herodianis militibus veniūt. Aut certē dicebatur Herodiani, qui tributa soluebāt, vt iubebat Herodes. [viam Dei.] Id dicit, vt magis eū ad Dei cultū prouocet: & ita autorē seditionis efficiat, & ita ab Herodianis rapiatur. [quid me tentatis.] Prima virtus respōdētis est, interrogantiū mentem cognoscere. [ostendite.] Sapientia sapiēter agit, vt tentatores suis sermonibus illaqueentur. [denarium.] Valebat decē nūmos. [Caesaris.] Non Augusti, sed Tiberij, cuius tēpore Dñs passus est, omnes enim Imperatores Cæsares dīcti sunt, a Caio Cæsare. [Dei Deo.] Id est, tributa reddite Cæsari, oblationes & decimas Deo, ita & Christus tributum pro se, & Petro, Cæsari reddit, suam verò volūtātē Deo.

D. August. li. sentētiarū. sen. 15. Qui benē cogitat, quid Deo debeat, seipsum Deo voueat & reddat, hoc exigitur, hoc debet, imago Dei, Deo reddatur. Idē cōtra Faustū. li. 21. c. 74. Manichæi bella dānabāt, Augustinus bella licere docet ex Baptista, qui milites nō dānat, sed instruit, vt suis sint stipendijs cōtēti, & ex verbo Dñi dicētis reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, vt in debella gere re possit, propterea enim tributa Cæsares quærit. Idē tract. 40. In Ioannē. Si māferitis in sermone meo, discipuli mei eritis, & cōtēplabimini veritatē sicuti est. Signauit nos Deus luce sua, signatū enim est super nos lumen vultus tui. Sumus ergo Dei nūmus, ex diuino thesauro, sed quia aberrauimus, qd si gnatū erat, detritū est. Venit qui reformet, nā & ipse formauit, quærit ipse nūmū suū, sicut Cæsar suū. Ideo inquit reddite quæ sunt Cæsari. Cæsari. & quæ Dei Deo, Cæsari nūmos: vos Deo. O si Dei amarem⁹, nūmos nō amarem⁹, sunt nūmi instrumētū peregrinationis, nō irritamētū cupiditatis. Idem de verbis dñi ser. 19. Reddēda quæ sunt Cæsaris Cæsari, exactio nō dānatur, nisi iniqua sit, reddēdū quod Rex præcipit, licet fiat intolerabile, dū præda exactiōnis illud accumulāt, & cū his fraudibus procuratores regū suos sacculos implent, lætiq; & accurati ad Ecclesiā veniūt, Deo gratias agētes, quasi pecunia illa sit eis ab Epō tributa. Idem ad fratres heremitas. 7. Reddimus quæ sunt Cæsaris Cæsari, cū prælati nostris duliā, id est, reuerentiā & dilectionē exhibemus, qd etiā sanctis qui sunt in cœlo debetur, reddim⁹ verò quæ sunt Dei, Deo: cū in latria pēseueram⁹, quæ soli Deo cōuenit, quæ in oratione, gratiarū actione, & in exterioris cult⁹ exhibitiōe cōsistit.

Diuus

1. Corin. 15. D. Ambro. in. 20. ca. Lucæ. Hic docet nos Dñs, vt simus astuti. Duplex verò est imago, nã Paulus dicit, vt portauimus imaginẽ terreni, portemus, & coelestis. Imaginẽ Cæsaris Christus non habet, quia imago Dei est, neq; habet Petr⁹, qui dixit, ecce nos reliqui mus omnia, neq; Iacob⁹ aut Ioãnes, hi enim sunt filij tonitru. Sed si Christus non habet imaginẽ Cæsaris, quomodo cõsum dat Cæsari; certè nõ dat de suo, sed reddit mundo, qđ est mudi. Si igitur nõ vis obnoxius esse Cæsari, noli habere que mudi sunt, omnia relin que, & sequere Christũ, neq; enim discipulus est Christi, qui mudo nõ renũciat, & qui de omnes renunciamus verbo: sed nõ omnes affectu, in sacramẽto certè renũciamus, quã verò graue est promittere, & nõ soluere? si quidẽ maior est cõtractus fidei, quam pecunia, redde ergo nũc quæ Deo debes, dum in corpore es, antequam veniat exactor, & mit tate in carcerem, vnde non exeat, donec reddas etiam nouissimum quadrantem.

Lucæ. 14. D. Chryso. homi. 71. [tunc Pharisei.] Tũc quando Pharisei debuerãt magis cõpungi, terroribus Dñi perterriti, vel certè publica norũ & meretricũ exẽplo admoniti, quia ve rò timẽtes multitudinẽ, eum tenere non au dent, aggrediũtur alia via, vt regibus reũ effi ciant. Teudas enim & Iudas hac ratione pe rierãt, adiscũt ergo Herodis milites, quorũ præsentia Christus cõmoueat, & cõtra eos respõdens, ab eis rapiatur. [nouimus quia ve rax.] Si id nostis, cur interrogatis, in qua po testate hæc facis? [non est tibi cura.] Vides vt cõtendãt, eũ in Herodis odiũ allicere? [cur me ten.] Quia aperta vtẽbãtur malicia, mai⁹ illis vulnus intorquet, simul se Deũ esse de mõstrã, qui illorũ secreta cognoscat. [cuius est.] Interrogat, vt confundat. [Cæsari.] Dice rẽt illi. Ergo nos subijcis hominibus. Ideo ad dit, & quæ sunt Dei Deo. Põr enim vt runq; vtrũq; præstari, dicẽte Paulo, reddite omnib⁹ debita. Porrò illa Cæsari reddẽda sunt, quæ religioni & pietati nihil officiũt: nam quæ officiũt, nõ Cæsaris, sed diaboli sunt tributa.

1. Cor. 5. Origenes homi. 21. in Matth. Acta Apo stolica docẽt, quendã Iudã fuisse, qui popu lũ auertisset, docẽs non esse pendendũ vecti gal Cæsari. Idẽ cõtendũt Pharisei à Christo extorquere, adducũtq; secũ, eos qui dicebãt Herodi tributa esse pẽdenda, qui ideo Hero diam dicebãtur. [quæ sunt Cæsaris Cæsari.] Do cemur hoc loco, nõ his quæ à multis dicun tur, & quæ speciẽ habet pietatis attẽdere: sed his quæ cõueniẽter & secũdũ ordinẽ rationis

dicta sunt. Nemo pietatis occasione, suis re bus fraudetur. ¶ Moraliter. Oẽs cõsistimus ex anima & corpore. Corporum Imperator est corporis necessitas. Huius Imperatoris imaginẽ habent, cibus potus, sonus, quies, & reliqua corpori necessaria, quare hæc neces sitati reddẽda sunt, quia sine his cõsistere nõ põt carnis natura. Qui verò legẽ Dei supra modum docent, nihil de corpore curãtes, hi Pharisei sunt, qui tributa vetãt dari Cæsari, tales sunt qui nuberẽ prohibẽt, quiq; iubent à cibus abstinere, quos Deus creauit, vt cum gratiarũ actione perciperẽtur. Cõtra, qui di cõt nimis esse corpori indulgendũ, & ei per omnia satisfaciẽdũ, Herodianii sunt, Dñs ve rò vtrũq; discẽs, dicit, imaginẽ Cæsaris ha bet omnis res corporalis, imaginẽ Dei virtus habet. Sic igitur corpori reddamus corpora lia, quæ necessaria sunt, vt Deũ suis, id est, vir tutibus nõ fraudemus, & ita virtus Deo ser uiat, vt necessarijs natura nõ fraudetur. ¶ Ali ter etiã intelligitur. Princeps mudi diabolus dicitur, in cui⁹ persona Cæsar ponitur, Deus verò est rex omniũ seculorũ. Porrò quia in nobis sunt malitiæ multæ, nec possumus red dere Deo, quæ sua sunt (nisi malicia depõsi ta) ideo dñs nũmo ostẽso dicit, reddite quæ Cæsaris sunt, Cæsari, vt Deo sua reddatis. ¶ Docemur ex his, cũ versutis cautẽ, & non simpliciter loqui, vt si fieri possit, præcida mus occasionem, quærentium occasionem, & sine reprehensione doceamus vtilia.

D. Hilarius. Cano. 23. Cũ Pharisei vident Christũ, à seculi vitijs, & à superstitionibus humanarũ religionũ, ad spẽ regni vniuersos vocare, quærũt, an etiã violaret potestãtẽ se cularẽ, & tributadari neget? [reddite Cæsari.] O plenã miraculi responsionẽ, ita omnia in ter cõtẽptũ seculi, & cõtumeliã lædẽdi Cæsarem tẽperauit: vt curis omnibus & officijs humanis deuotas Deo mẽtes absolueret: cũ etiam quæ Cæsaris sunt Cæsari reddi decer nat. Si enim eius nihil apud nos resederit, cõ ditione reddẽdi nõ tenebimur. Sed si Cæsaris rebus in cumbimus, & iure suæ potestatis vtimur, nosq; vt alieni patrimonij mercena rios subijcimus, extra querelã est, reddenda sua esse Cæsari, Deo tñ sua, id est, corpus, ani mã & volũtatẽ, ab eo em hæc profecta & au cta tenem⁹: dignũq; est, vt ei totũ reddãt, cui debere se, recolunt, & originem & profectũ.

Euthymius. Cũ Deo Iudæi seruibãt, om ni fruebãtur libertate, at cũ ei⁹ legẽ violãũt, romanis seruibãt, Cæsariq; tributa pẽdebãt [Cæsari.] Cæsar põt dici diabol⁹, cui ois malicia, &

est, & affectus carnalis reddẽda sunt. [mirati sunt.] Cur ergo nõ crediderũt, culpa ea fuit.

Beda in. c. 20. Lucæ, dissidebant Iudæi, su per tributi solutione, quod dissidium causa fuit, vt eorũ nobile regnũ perierit. Qđ si Cæsar petit nũmum sua signatum imagine, pe tit & Deus animam, suo signatum lumine. Si peccando hanc imaginem corrupisti, re medium est, renascendo restaurari.

D. Thomás. [vt caperent in verbo.] Stulti qui verbũ in verbo capere studẽt. Verbum enim incõprehensibile est. In cõsiliũ igitur il lorũ nõ intret anima mea, beatus vir qui nõ abiit in cõsilio impiorũ. [veraxes.] Loquun tur bona: mala aut in cordibus eorũ, & licet illi Christũ seductorẽ esse putarẽt at reuera erat magister & verax, quare benẽ Dñs ait. Vos vocatis me magister & dñe, & benedici tis, sum etenim, & licet omnis homo sit mẽdax, Christus tñ est Deus, ideo verax. [viam Dei in veritate.] Doctor doceat vera, vt sciat quæ docet, secũdo doceat vtilia. Sicut Deus docet nos vtilia. Ergo rectẽ psaltes, vias tuas demonstra mihi, & item, doce me in veritate tua. [non est tibi cura.] Id est, constans es, quis enim est tu, vt ab homine mortali timeas. [ostendite mihi.] Ita dictũ est, doctrina pruden tũ facilis. [quæ sunt Cæsaris.] Ad vsum ve strũ habetis quæ Dei sunt, & quæ Cæsaris. Diuitias naturales, vt panẽ, & vinũ habetis à Deo, ex his reddite Deo, à Cæsare habetis ar tificialia, vt denarios, de his illi date. Sancti igitur eleuati à mudo, pacẽ cũ mundo requi rere debent, vt Baruch præcipit.

Simõ de Calsia. li. 11. c. 51. Diabolus solers est, impudẽs, nõquam neq; victus cessat: ita quos ille tenet, solertes sunt, & impudentes, & quo magis vincũtur ferocius sæuiũt, cõci piũt dolorẽ, & pariũt iniquitatẽ. [magister.] Verẽ quidẽ, vnus enim est (inquit ipse) ma gister vester. [verax.] Etiã, quia ipsa veritas. [via Dei.] Via Dei dicitur, quia ad Deum du cit. Cuius viæ principiũ est, mudi abdicatio, & sui odiũ, finis verò est virtutũ concentus, qui hæc viam peragrat, in pace requiescit, vt Baruch dicit. Omnes enim viæ Dñi misericordia & pax. Sed in his plus experientia, quã verba demonstrat. [non est tibi cura de ali quo.] Nõ enim accipiebat munera, omniũ re rũ cõtẽptor, at necesse foret, vt hæc in nos de fluerẽt, vnguẽtũ enim descendit in barbã, & in orã vestimẽti eius. [consideras nequitia illo rũ.] Dicitur em qui benedicit proximo suo, vocegrãdi, maledicẽti similis est. [numisma.] Dictũ est, à Numa Põpilio, & denari⁹ dictus

est, quia decẽ nũmos valebat. [cuius est.] In terrogat, vt cõfusiõnẽ ferãt, qui cõfusiõnẽ in ferre volebãt. [Cæsari.] Erat enim Cæsar si gnatus & scriptus in ære, & petebat hũc cen tum ad ditandũ ærariũ: ad cõseruãdã rẽpub. ad instaurãda vrbis mœnia, ad magnificẽtiã Cæsaris: ad custodiendã militarẽ disciplinã, ad Deorũ cultũ, ad iustitiã custodiam. [quæ Dei Deo.] Licet non de Deo rogaretur, de Deo respõdet, quia de Deo illi cura erat, co lere enim oportet Deũ, non eius sed nostro cõmodo, quia verò vita nostra tranquilla & tuta nequit esse, nisi regia potestate seruetur, nec seruare ipse põt, nisi multũ æris ha beat, nemo doleat, si ab eo denari⁹ exigitur, vt in pace quiescat, quod etiã Paulus iubet. Roma. 13.

Hugo. [via Dei in veritate.] Hæc via est pœnitentia, quæ est via munda, de qua dicitur, viæ eius pulchræ, est via luminosa, iustõ Prouer. 3. rũ enim semitæ quasi lux splendens, est via re cta, per iustitiã, ideo dicitur rectas facitẽ se. Prouerb. 4. mitas eius. Isaie. 40. est plana, ibi dicitur, fiet praua in directã. Habet via hæc quatuor ne cessaria, scilicet, viaticũ, quod est corp⁹ Chri sti, in cuius fortitudine Elias ambulat vsque 3. Regũ. 19. ad montẽ Dei Horeb: secũdo est necessariũ baculus, virga enim & baculus tuus ipsa cõ Psal. 22. solata sunt, hæc est memoria crucis Christi. Tertio, pera, quæ est elemosyna, viri enim Eccl. 29. elemosyna, quasi sacculus cũ ipso. Quarto P. 137. cantica, de quibus iubemur, vt cantemus in vijs domini. [non est tibi cura de aliquo.] Imo Sap. 6. illi cura est de omnibus. [personam non acci pis.] Deus enim nõ est acceptor personarũ, Actõrũ. 10. Caietanus. [cũ Herodianis.] Vtesse testes suspicione carẽtes, agnoscebant enim se testes esse suspectos, vt qui essent inimici. [licet ne cõsum.] Licet ne in cõscientia. Quam quæstionẽ primus induxit Iudas Gauloni tes, vt Iosephus habet libro. 18. [Cæsari.] Re cte ergo reddite illi sua. Princeps in patria sua habet monetã cudere, ergo ex ipso dena rio profite mini vos debitores, soluite igitur iura principi vestro, licet infideli.

Glossa inter. [nõ respicis personã.] Quia ve ritatẽ cõtis dicis, & maiorib⁹, & minoribus. Lyra. [quomodo caperẽs.] Cõueniũt mul ti, examinaturi, quomodo melius eũ caperẽt in opere nõ poterãt, in verbo procurãt, faci lius in verbis labimur, quã in factis, & hæc quæstio facta est Christo feria quarta ante passionẽ, verax es in vita, & in veritate doces id est, in sana doctrina, & non est tibi cura, vt qui iustissimus sis, quid tentatis, non quæ rentes discere, sed capere. [denarius.] Erat argen-

argēteus, & eū præcipui in domibus dabant. [Casari.] Cui iudæi fidelitatem iurauerāt, à tē pore Pompeij, qui eos Romanis subdiderat.

Refertur. 23. q. 1. c. militare. qd̄ Cæsar præcipit, esse ferēdū, reddenda sunt ei sua, & ca. quid culpatur, reddēda, inquit, sunt Cæsari sua, quia propter bella, stipendiū militibus debet. Et. 23. q. 8. c. si in morte. Gratianus inquit, quosdā episcopos cōtētos esse sola portione leuitica, id est, decimis & primitiis, hi dicūt, Dñs pars hæreditatis meæ, & item, venit princeps mūdi, & in me non habet quicquā. Hi nihil Cæsari debēt, liberi enim sunt ab omni exactione. Alij sunt qui vltra decimas villas habent, & prædia, hi tributa Cæsari reddāt: nisi eius ordinatione reddantur immunes, & ibi. ca. cōuenior. dicit Ambro. Cōuenior à comitibus, vt imperatori tradā Ecclesiā Dei, dicētibz, Imperatoris omnia esse. At ego, noli te ò Cæsar grauari, nec putes in diuina te ius habere. Si vis diutius imperare, Deo te subde, scriptū enim est, redde quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ Dei Deo, & in capi. ex parte de cleri. conū. habetur, qd̄ clerici coniugati soluāt tributa principibus suis, quæ sunt, scilicet, Cæsari, dent Cæsari.

In die illa accesserunt.

D. Hierony. Pharisei, in suis traditionibus, quas deuterofes vocāt, fidūt. Sadducei (qui iusti interpretātur,) negāt resurrectionē, Angelos, & omnes spūs, vtriq; in lapidē, id est, Christū impingūt, querūt ergo Sadducei, qd̄ cōtingere poterat. [erratis.] Ideo errāt, quia nesciūt scripturas, quibus ignoratis etiā Christū ignorāt: qui est virtus & sapientia Dei. [neq; nubēt.] Ergo cū membris resurgēt, quibus nubere possent, nec em̄ de lapide dices quod nō nubet. [sicut Angeli Dei.] Id est, erit spiritualis cōuersatio. [non est Deus mortuorū.] Vt potuit alijs manifestioribus exēplis, vt illo Isaiæ. Resurgēt, qui sunt in sepulchris, & illo, multi dormientiū resurgēt de puluere terræ. Sed quia Sadducei solos quinq; libros Moyfi recipiūt, ex illis solū arguit Dñs. Argumentū verò est, Deus nō est rerū nō existentium, ergo animæ Abraham, Isaac, & Iacob existūt, resurgēt ergo earum corpora, quæ cum animabus bona & mala gesserunt. Plenius exequitur Paulus locum de resurrectione. i. ad Corinth. c. 15.

August. li. 1. q. Euāg. c. 32. Septē viri hi, viros impios designāt, qui per septē mūdi ætates, fructū nō potuerunt afferre iustitiæ, ex

terra, quæ illis erat velut vxor, quæ demum trānsibit cū illis. Idē in tract. 49. in Ioānē. Sicut qui nō credit, etiā si viuat, mortuus est: (dicēte dño, sine mortuos, sepeliāt mortuos suos) ita & qui credit, vt debet, etiā si mortuus sit, viuat. Deus enim nō est mortuorū. Cū ergo sit Deus credentiū Abraham, Isaac, Iacob, hi igitur viuūt. Idē de vanitate seculi. Vitā æternā ex omnibus præcordijs vestrīs amato. Si hæc erūnosam diligitis, quāto potius illā foelicē: vbi nullus labor, sed summa foelicitas, si quidem erūt homines velut Angeli Dei. Siquidem fulgebunt sicut Sol in regno patris eorum, quantus enim erit splendor mentium, si tantus est corporum.

D. Ambro. in. c. 20. Lucæ. Hæc mulier viros. 7. habēs est Synagoga, nam Samaria solos. 5. libros legis recipit. Iudæa vltra hos recipit Prophetas & sanctos, hi ergo sunt. 7. viri, sed ob perfidiā, de nullo hæreditariæ posteritatis semē recipit, quare partē cū viris in resurrectione habere nō poterit. Non enim frater aliquis carnalis denuntiatus est, qui semen defuncto fratri suscitaret. Sed frater ille qui de populo Iudæorū mortuo, sapiētia diuini cultus acciuit, atq; ex ea semē in Apostolis suscitauit: qui quasi reliquæ Iudæorū informes adhuc in Synagoga vtero relicti, reseruati, noui seminis admittance meruerūt, Synagoga autē frequenter stollā accipit, quæ signū cōiugij est, quasi mater fidelium, frequenter etiam repudiatur, quia mater est perfidorū. Cui lex occidit corporalis. At si sancta plebs. 7. libros legis, velut maritos receperit, & ex eis foecunda fuerit, habebit in resurrectione celeste consortium.

Origenes homi. 22. Hūc errorē Sadduceorū tenuerunt Samaritæ, & Corinthij, quibus Paulus scribit. Putabāt Sadducei, quod si resurrectio esset futura, essent etiā futuræ nuptiæ: & inde partus, partus dolores pueri, iuuenes. Certē si talis esset resurrectio futura, planē melius esset, ne esset. [erratis.] Hic locus vrget, ad credēdū aliquē locū esse in Pentateucho, cuius virtū cōuincat resurrectionē esse futuram, hic tñ locus nō apparet. Igitur sensus est, qd̄ Sadducei errassent quia videntes in veteri lege scribi nuptias carnales, putabāt, etiā in cælo futuras, etiā carnales. Sicut si nūc quis audiens, qd̄ in regno Christi, habeat ipse mēsam, credat, quod sit illa mensa futura carnalis. Erūt ergo nuptiæ in cælo, sed spirituales quas faciet rex filio suo, has nō intelligentes Sadducei, errabāt in lectio ne scripturarū. Similiter, quod inquit, erūt sicut

Lucæ. 9. Ioannis. 11

1. Corin. 15

1. Corin. 15

1. Corin. 15

1. Corin. 15

1. Corin. 7

Genesis. 3

Exodi. 3.

sicut Angeli Dei. Id non habetur in sacris literis, habetur tamē mysticē, cum dicit. Col lectus est ad patres suos, & ad populū suum id est, ad Angelos, vt sit vnus ex eis. [non est Deus mortuorum.] Deus dicit. Ego sum qui sum, hoc est mihi nomen sempiternum, igitur impossibile est Deum eum esse eorū qui non sunt, sed eorum qui viuunt, & eius beneficia sentiunt. Et nota non dicit Deus Abraham, Isaac, Iacob. Sed, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, non enim Deus est generaliter, eorum qui sancti sunt, sicut & aliorū. Sed quiuis sanctus plenius habet Deū, ideo non cōmunicat sed specialiter dicitur Deus eorum. Si diceremus hic ager est trium, indicamus, quod quiuis illorū habeat in eo partem, at si dicamus, hic ager est Petri, indicamus totum esse Petri. Ita cū dicimus, Deus Hebræorum, indicatur eorum imperfectio, qui modicum haberent de Deo: at cum dicitur Deus Abraham, notatur quod totus Deus sit Abraham, sic etiam dicitur, quod sit Deus Helię. Christi autē est Deus, & pater, quod beneficium ipse discipulis communicauit, vt, scilicet, Deus esset pater eorum.

Diuus Chryso. homi. 71. [in illa die.] Matthæus miratur impudentiam Sadduceorū, qui videntes Phariseos confusos, aggrediuntur Dominum, adeo est pertinax impudentia, vt etiam impossibilia aggredi non vereantur. Igitur adducunt figmentum, id est, rem non factam, vt eum capiant in sermone, quo modo enim quartus & quintus duxissent, & non abominati essent talem vxorem? erat enim omen Iudæis cum vxore nubere defuncti, adeo vt legi id iubenti repugnarent, vt exemplum est in Ruth, & Thamar. [virtutem Dei.] Quæ tot experientijs vobis probata est. [sicut Angeli.] Ideo vxores non ducent. Hinc multa destruuntur, quæ Paulus vno verbo dixit, præterit figura huius mundi. [non legistis.] Peccantibus ex ignorantia legis, ex eadem mederi voluit, nā qui ex malicia peccāt, hac nō sunt eruditione digni. [non dicitur Deus mortuorum.] Adā post sententiā, licet viueret, mortuus erat: ita pij, spe resurrectionis, licet mortui viuunt. Quod si libet homines videre sicut Angelos, ito in heremum & videbis eos.

In quadā Euthymij annotatione legitur. Foemina quæ vitis. 7. nupsit, est natura humana quæ legibus septē nupsit. 1. legi datæ Adē in paradiso. 2. legi datæ eidē extra paradysum. 3. legi date Noë. 4. Abraham. 5. Moyfi. 6. Prophetis. 7. Traditionibus. Sub his nullū

fructū natura humana facit. Secūdo sunt. 7. mille anni, quibus durabit mūdus. Tertiō, sunt secula. 7. quibus natura vixit humana. [neq; nubētur.] Lucas addit, neq; mori poterunt, at nuptiarū causa fuit, ad mortē reparandā. [Angeli.] Lucas addit erunt filij Dei, regenerati per resurrectionē, quæ iterata generatio est. [Deus Abraham.] Si hi non essent, diceret, ego eram, non sum, Deus eorū.

Diuus Hilarius Cano. 23. Si Deus æternitas est, ergo est Deus æternorum.

V. Beda in Lucæ. 20. [suscitet semē fratri.] Vide distantia literæ, & spiritus, litera nubere cogit, etiā inuitā, spiritus, magister est castitatis. [viris septem.] Vita improborū nubet viris septē, id est, diebus septē, quibus hominū vita voluit, at illorū, id est, seculariū vita infocēda manet. [illi qui digni sunt.] Resurgent etiā indigni, & nō nubent, sed de dignis specialis mētio est. [Angeli.] Sine mortis metu, sine labe corruptionis, sine terreni status actu, perpetua Dei visione fruētes, ad hæc cū Angelis Dei æqualitatē qui conscēdere vult, minimis fratribz nunc cōdescēdat.

D. Thomas. [suscitet semen.] Iudæi nihil nisi tēporale quærebāt, ideo volebāt excitari semē fratri defuncto, vt cōsolationē haberet vel in filio alieno. [cuius erit.] Ex libro Iob poterāt dicere, quod resurrectio nō erit ad modū viuēdi, quo nunc viuimus, dicit enim Iob, nō reuertetur, (scilicet, mortuus ad domū suā. [erratis nescientes scrip.] Nam qui eas sciūt, super senes intelligūt. [neque nubētur.] Igitur & foemina resurgēt. [vt Angeli.] Nō enim pendeūt ex sensibus, seu passionibus sensualibus, vt nunc. [nō est Deus mortuorū.] Eius enim Deus dicitur, qui Deū colit, at nō colunt mortui, & nota. inter infideles quiuis Deum suum habet, at fidelium vnus est Deus, in quo ipsi vnum sunt.

Simō de Cals. li. 1. c. 52. Nō querebāt Sadducei, vt discerent, sed querebāt si esset, qui eorū cōsentiret errori. [negant resurre.] Vt libius peccēt. [nō nubēt.] Docet Christus illius seculi castitatē: libertatē: æternitatē: beatitudinē: & inestimabilē dignitatē. [vos ergo erratis.] Nulli certius fides dabitur de futura vita, quā filio Dei. Porro per resurrectionē ostēditur mortis imperiū, à vita posse superari, & quod mors, serpētis astu in mūdum ingressa, nō debeat in æternū homines voratos retinere, & quod tā nobilis vnio, qualis est animæ & corporis, nō debeat in æternū manere dissuta, & qd̄ nō tātū debeat poena in peccatū naturæ desquiere, vt ea in totū deleat.

Hugo.

Ioan. 13.

1. Corin. 15

1. Corin. 15

1. Corin. 15

1. Corin. 15

1. Corin. 15

1. Corin. 15

Isai. 26.

Daniel. 12.

Psal. 138

Ioan. 16

Eccle. 37.

Iob. 19.

Iſaia. 27.

Hugo. nominavit Abraham, & Isaac, his enim de filio Dei, & de vita æterna fuit facta promissio. Porro resurrectionem probat illud. Ossa arida audite verbum Domini, & illud, de terra surrecturus sum, & in carne mea, &c. Et, viuent mortui tui.

Caietanus. [*sadducaei.*] Tres erant sectæ ex Iosepho. libr. 18. Antiq. Pharisorum, Sadducorum, Essæorum. [*erratis.*] Non enim admittere Prophetas error est, & item erratis in eorum, quas admittitis, interpretatio ne. [*nescientes virtutem Dei.*] Non enim credebant Deum habere virtutem seruandi corpora, ne biberent, ederent, nuberent. [*sicut Angeli.*] Liberi à passionibus partis vegetatricis, & sensitivæ. [*Deus Abraham.*] Per synecdochen, Abraham dicitur eius anima, sicut & nos ad animam Petri dicimus, sancte Petre ora pro nobis. Est enim anima ferè totus homo, ut ex qua tota vita dependet. Et licet locus hic cõuincat animas manere post mortem: conuincit tamen, etiam corpora resurrectione priorem, ienim cum premium à Deo sperent, integrum sperant, quod sine corpore integrum non est.

Druthmarus. Pharisei viuebant in communi, sicut nunc monachi: non ita Sadducaei. [*septem viros.*] Legitur inter Iudæos virum fuisse, qui duodecies: foeminam verò, quæ decies nupserit. [*erratis.*] Nunquã adeò grauitèr respondit Phariseis. [*non nubent.*] Non enim est necesse nubere, sicut Dominus post resurrectione corpus habuit, quod edere poterat, sed non egebat.

Lyra. [*Angeli Dei.*] Viuentes ex fruitio ne diuina. [*Deus mortuorum.*] Creaturæ ad Deum est relatio realis, quæ fundari non potest in nihilo.

Butgenfisi. Sat fuit Christo probare, animas viuere, nam Sadducaei, ideo negabant resurrectionem, quia negabant animæ immortalitatem.

Pharisei audientes.

Diuus Hierony. [*conuenerunt in unum.*] Sicut postea conuenerunt in necem Domini Herodes & Pilatus, & licet Pharisei essent prius confutati, at liuor parit impudentiam. [*tentans.*] Ille tentat, qui non studio discendi interrogat. [*Dauid vocat eum Dominum.*] Est enim dominus Christus Dauidis, secundum deitatem. Hebræi dicunt, vernaculum Abraham, qui dicebatur Eliezer hunc Psalmum dixisse, narrans, quod dixerit Do

minus, domino meo Abraham. Sed quomodo id esse verum potest? num Abraham ante Luciferum genitus est? aut, sacerdos ne erat secundum ordinem Melchisedech?

Diuus Augu. lib. de vera religi. capit. 46. [*Conuenerunt.*] Habet superbia appetitum unitatis, ut sint ei reliqua subiecta, & essent subiecta, si homo Deo esset subiectus. Inuidi esse volumus, habet id animus post Deum, ut vinci nolit. Sed turpe est nolle ab homine vinci, & velle vinci à vitio. Imò si vis ab homine non vinci, id ama, quod à te homines eripere non possunt. Deum à te nemo eripiet, quo enim plures eum tecum amant: hoc magis tu lætaris, proximum item non eripiet si verè eum amas. Si enim eum amas, ut libidinem tuam in eum expleas, iam non eum, sed vitium tuum amas. Si in eo familiaritatè amas, amas quidem quod vilius est, scilicet, corpus: non id quod melius est, quod si naturam eius amas, ea in te est, non ergo eripiet homo, quod amas. ¶ Idem libro. 1. de doct. Chri. c. 22. [*diliges proximum sicut te.*] Queritur an debeat homo frui se, an vti? Respon. non debet frui se, sed se in Deum ordinare, quare si non te fruitur, nec proximo frui poterit, fruatur ergo Deo, diligendo eum ex toto corde. Cum enim toto corde, tota anima, tota mente diligere iubet, nullam vitæ nostræ partem reliquit, quæ vacare debeat, aut locum dare, ut alia re fruamur, sed quicquid diligendum venerit, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus decurrit. ¶ Idem de spiritu & lite. c. vlti. Qui illa duo dilectionis mandata impleuerit, cõsummatè iustus est. Sed in multis offendimus omnes, & putantes quod Deum toto corde diligimus, in multis displicemus, ut enim minus eum cognoscimus: ita minus eum diligimus. Hoc igitur mandatum in alia vita complebimus: sed in hac datum nobis est, ut sciamus, in quæ anteriora nos extèdere debemus. Potest verò in hac vita minor esse iustitia, si non diligentes quantum Deus diligi debet, certè nihil illicitum appetamus, potest enim oculus nullis tenebris delectari, etiam si nondum in fulgentissima luce possit defigi. Ergo ad illam vitam pertinet, diliges Dominum ex toto corde: ad hanc verò illud pertinet, non regnet peccatum in vestro mortali corpore, & illud post concupiscentias tuas non eas.

¶ Idem de spiritu & anima. c. 35. Commendat hominis dignitatem, primo quia cætera solo Dei verbo facta sunt: at homo totius Trinitatis consilio. 2. quia ad imaginem Dei homo

Agor. 17.

homo factus sit, quia intellige, sicut in Deo viuimus, mouemur & sumus: ita & in anima corpus viuuit, mouetur, est. Deus totus in qualibet mundi parte: & in anima in qualibet parte corporis. Deus vnus diuersa in diuersis operatur: ita & anima vnà in diuersis membris operatur, est igitur anima in corpore suo, sicut Deus in mundo suo, est intus, extra: supra infra: portando corpus, inferior: regendo, superior, replendo interior, circumdando exterior. Deus rebus crescentibus non crescit: nec decrecentibus decrescit: ita & anima membris variatis non variatur. Deus tres personæ in anima tres potentia: quas hic textus explicat, tota mente, scilicet, voluntate memoria, ex mente igitur voluntas: ex vtroque memoria ita non satis est Deum intelligere nisi ames: nec amare, nisi eius semper sis memor, nam nullum est momentum in quo non eius bonitate fruaris, nec ergo sit, in quo non eius memoria replearis. Deus est omnium virtutum bonitate insignitus: ut tu ita esse cõtendas. ¶ Idem de substantia dilectionis cap. 5. Tria sunt quæ benè & malè amare possumus Deus proximus, mundus. Deus super nos, proximus iuxta nos, mundus subternos. Tria ergo habeat Deus in amore nostro duo proximus vnus mundus. Deus ametur de Deo, cum Deo in Deum, id est, ut amor ab eo incipiat, eius voluntati in nullo contradicat, & ut in ipso requiescere cupiat. Proximus ametur de proximo: ut de eius salute gaudeamus: & cum proximo, ut socium foelicitatis & itineris nostri in Deum habeamus, at non licet optare, ut in proximo quiescamus. Mundum verò solum de mundo licet amare, admirantes ex ipso magnificentiam creatoris, sed cum mundo mundum amare non licet, ne eius mutationes patiamur. ¶ Idem lib. de amicitia (si modo liber eius est) cap. 20. Plerique non amant nisi sibi vtilia: amant igitur amicos suos, sicut boues suos, hi carèt spiritali amicitia. Nam Dominus amari vult proximum, ut seipsum. Tunc verò erit alter tu, proximus quem diligis, si tuam in eum transfuderis charitatem. Annuit enim nec vestigialis est, nec mercenaria, non licitatione acquiritur pretiorum, sed cõciliatione benevolentia. ¶ Idem tract. 17. in Ioannem. Duo sunt charitatis præcepta. Dei & proximi in his tota lex pèdet. Meritò igitur vidua duo ara mirtens, omnes facultates misit. Meritò stabularius ad sanandum vulneratum, duos denarios accepit. Meritò & duos dies Dominus apud Samaritanos versatur, ut eos charitate firmaret, binario enim

Luc. 11

Luc. 10.

Ioan. 4.

numero, cum aliquid boni significatur, maxime bipartita charitas commendatur. Iam si legis perfectio numero. 40. continetur (siquidem. 40. diebus durat Moses in monte) quid mirum si paraliticus. 38. annis iacet, in suo grabatho, siquidem duo illi deerat (duo, scilicet, hæc præcepta) ad legem implendam. Et Dominus, qui verbum abbreviatum & consummans fecit in terra quadragesimum numerum Moses & Elia ad binarium reduxit, in quo lex pendet & Propheta. ¶ Idem lib. 2. Medit. ca. 2. Ad Dei dilectione excipiendam & nutriendam, nihil ita valet, quam eius beneficiorum frequens & diligens recordatio. Hæc est ratio, quare diligendus Deus, quia beneficis sed qualiter diligendus? Certè nimis, quia mandauit mandata sua custodiri nimis, & mandatum de dilectione mandatum est, ut primū, ita & maximum, & Moses dicit mandatum hoc esse retinendum memoriter, memorandum iugiter, implendum instanter & perseveranter, & apud Matthæum dicit Dominus. Diliges Dominum Deum tuum, toto corde id est, ex toto intellectu, ex tota anima, id est, ex tota voluntate, ex tota mente, id est, ex tota memoria. Ut scilicet omnes cogitationes, vitam, & intellectum in illum conferas. Sed quia parum te diligi à Deo æstimas, ideo illum quoque parum diligere non vereris. At scrutare quæ contulerit ille tibi dona, quæ ve promiserit: & diligere te vehementer ab illo conuinceris. ¶ Idem in soliloquijs. c. 18. Idcirco iubet ut diligam te ex toto corde, omnibus horis & momentis, quia semper perirem, nisi semper me regeres, semp morerer, nisi semper viuificares. Omni momento me obligas: quia omni momento mihi magna beneficia præstas. Sicut ergo nullum est momentum, quo non tuo beneficio utar, ita nullum esse momentum debet, quo non te ante meos oculos habeam, in mea memoria: quo non te diligam ex omni fortitudine mea. Sed hoc non valeo, nisi tu dederis. Non enim est volentis, aut currentis, sed Dei est miserentis, ut Paulus dicit. ¶ Idem de vita Christiana. c. 8. 9. 10. Deum diligit, qui omnia eius mandata custodit, sicut apud Ioannem Dominus dicit. Ergo ille Deum odit, qui eius mandata non seruat quos ideo propheta odit. Viam enim iniquitatis se dicit psaltes odire. Porro ille dicitur proximum diligere, qui proximo facit, quæ sibi vult fieri. Ut Dominus apud Matthæum dicit, & senex Tobias Tobiam iuniorem ad monebat. Nec enim sat est ei non malefacere nisi etiam benefeceris. Alioqui damnaste

Exod. 24

Ioan. 5.

Rom. 29

3. Re. 19

Psalm. 118

Deutero. 6

Matth. 22.

Rom. 9

Ioan. 14.

Psalm. 118.

Matth. 7.

Tobias. 4

Pri. Tho. Z illa

Matth. 25 illa sententia Domini apud Matthæum, Esuriui & non dedistis mihi manducare sitiui, & non dedistis mihi potum, & reliqua, quid ergo speret, qui male proximo fecerit? Idem lib. 50. hom. hom. 37. Primum ama Deum te cūdo te, tertio proximum sicut te. Si te amare nō nosti, quomodo proximum amare noveris? Putant homines quod amant se, cum rapiunt, cum libidini seruiunt, at verò qui diligit iniquitatem odit animam suam. Fac ergo iustitiam, dilige misericordiam, fuge luxuriam tunc incipe inimicos diligere, his virtutibus, velut gradibus ascende, vt Deum toto corde diligas, quod si hanc professionem assequare, omnes concupiscentias mundi velut stercore fugies. Et homi. 38. Relinquamus amores peruersos adulterorum, fornicatorum, immundorū. Amor primus licitus est coniugalis: sed & hic carnalis est, communis est etiam peccatoribus. Secundus amor licitus est filiorum, est & hic carnalis. Si amas filios facis quod iumenta & bruta faciunt si nō amas, ab illis vinceris. Tertius est propinquorum, & hic etiam sanguinem suum amat. Amet igitur peregrinos, vt inde perueniat ad inimicos. Certe amor amicorum, siue familiaritatis, honestus est: sed & hic brutis cōuenit. Surgamus ad maiora, ad amorem, scilicet, rationis, id est, ad amorem propter fidem & mutuam beneuolentiam. Sed etiam nū ascēde. Incipiat homo amare Deum, & non amabit in homine nisi Deum. Quod si amicitia te ad monet, vt amicum gratis, & non quia tibi utilis est, diligas, quanto gratius Deum diligere debes? Dices. Deum non video, quomodo quem non video diligam? Audi. Si tibi amicus senex est, quid in eo diligis? Non certē formam, sed fidem, aut prudentiā, aut quid simile. Quibus igitur oculis vides senis fidem, aut prudentiam, ijs Deum videre poteris, si vides & amas, quæ ille fecit, qualis erit ille qui fecit. Dic ergo mihi adherere, Deo bonum est, & perdidisti omnes qui fornicator abs te, id est, qui diligunt aliud quam Deū. Idem in. 23. sermone de tempore. Debuerant Iudæi cognoscere Christum, & si pendentes in cruce non cognouerunt, certē nunc in cœlo regnantem cognoscere debuissent, si quidem vident in eo omnes gentes benedictas (vt de Isaac Deus ad Abraham olim dixerat) videantque rursus se, quassatos & destructos. Reliquum planē nunc est, vt qui à iacente nunc quassantur, à veniente in gloria sua conterantur. Dominus igitur interrogat, quomodo est Dauidis Dominus, si est

eius filius? Fides Christiana dicit. Dauidis est Christus Dominus. Quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum. Filius est etiam Dauidis, quia factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et in sermo. 235. Caue ne putes Christum negasse se filium Dauid, dicens, quomodo filius eius est? sed quaerit quomodo filius sit. Cui Christiani respondemus, quia cū in forma Dei esset, secundum quam est Dominus Dauidis, exinaniuit te formam serui accipiens, secundum quam filius Dauidis est. Christus est lapis, qui quia iacet filius est Dauid: quia conterit, Dominus filius ex tempore, Dominus semper.

D. Ambrosius in c. 20. Lucæ videtur Dominus eos reprehendere, qui eum filium Dauid vocabant, sed non reprehendit, quod filium Dauid nominent, sed quod filium Dei non credant, alioqui sanauit cæcum clamantem fili Dauid misere mei, & approbavit pueros clamantes osanna filio Dauid.

D. Grego. in ca. 3. Lucæ. homi. 20. tractans illud, qui duas tunicas habet, dicit tunica est magis necessaria quam pallium. Non ergo solū pœnitens debet dare superflua, sed etiā escam, & tunicam necessaria. Quia enim in lege dictum est, dilige proximum tuum: minus amare cōuincitur, qui in necessitate proximi, quæ sibi sunt necessaria non impartitur. De vna vero tunica sermo non fuit, quia si vnam diuidas, neutri altera pars sufficit. Idem in. 1. reg. li. 3. ca. 1. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, id est, consilio, ex tota mente, id est, voluntate, ex tota virtute, id est, amoris affectione.

Origenes ho. 23. in Matth. Cur Pharisæus magistrum vocat Christum cuius nolit esse discipulus? patrem nemo vocat, nisi qui vult esse filius certē qui adhuc habet spiritum seruitutis in timore, nō verò spiritum adoptionis, non debuisset dicere, Pater noster qui es in cœlis. [quod est magnum mandatū.] Ex hac Domini respōsione, scimus esse mandata maxima, minora, minima. Credibile est, disputasse Iudæos, quod esset maximum mandatum. [in his duobus pendet.] Num idem est pendere & recapitulari? Nam Paulus recapitulat totam legem dicit, in hoc vno, diliges proximum. Certē ita est, quod ex hoc vno lex pendet, quod proximum diligas, licet dominantia mandata sint duo. Dilectio Dei, & proximi. Dices, si in secundo mandato primū recapitulatur, ergo secundum maius est primū. Dic verò, quod non est magnum mandatum

rum diligere Deum, nisi addas, ex toto corde (quod fit cum apud te recondis cogitationes & opera Dei) ex tota anima (quod fit, si paratus sis animam cum fuerit necesse, pro Deo exponere) ex tota mente. Quod fit, cū nihil cogitamus aut loquimur, nisi quæ Dei sunt. Porro mandatum secundum simile est primo, homo enim factus est ad imaginē Dei. Nota, quod qui repellit disciplinam, odit se ipsum. Nam lex de sacrificijs pendet ex his duobus, quæ duo qui ritē peragit, sapientiam à Deo assequetur & scientiam, quæ intelliget, omnia pendere ex principio dilectionis. Item, charitas patiens est, & benigna, & c. ideo à Deo separari non potest, ergo qui eam plenē habet, totam legem nouit, & impleuit, nam à Deo (quantum est ex charitate) excidere nequit. [quid vobis videtur] Interrogauit eos Dominus, vt ostēderet quod illi non omnia scirent, cum se tamen profiterentur legis doctores: & cum coram populo respondere nescirent, non amplius audent interrogare. Secundo vt agnoscentes Christum esse filium Dauid secundum carnem, ad notitiam diuinitatis ascenderent: vt qui viderent, huius psalmi reliqua nulli humanæ naturæ puræ posse conuenire, nisi Deo. [inimicos tuos scabellum.] Anima peccatrix inimica est iustitiæ, & ideo Christi. Cum verò conuertitur, ponit se scabellum pedum Christi, subiicitur enim & sicut Magdalena, statuit se ad pedes Christi. Et profectō terra scabellum pedum Domini est, & ecclesia terra est, quau diu in terra militat. Igitur oportet Christum regnare donec ponat inimicos suos sub se, & subdat sibi omnia.

Diuus Chrysost. homi. 72. [secundum simile.] Similis est dilectio proximi dilectioni Dei, quia hanc illa inducit, & ab hac rursus munitur. Qui enim malè agit odit lucem, & item. Dixit insipiens, non est Deus, & radix malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & item, qui diligit me mandata mea seruabit, quorum caput est dilectio proximi. Igitur diligere Deum, diligere proximum est. Sic Dominus Petro. Si diligis me, pasce oues meas. Ergo si dilectio proximi facit mandata custodiri, in his duobus tota lex pendet. Dominus igitur interrogatus, multo plus respondet, quam interrogaretur, quarebatur de maximo mandato adiecit secundum, non longè primo inferius. Sed cur Matthæus dicit. Pharisæi autem tentauisse: cum Marcus dicat, eum à Christo fuisse laudatum? Certe principio tentauit. Sed

conuictus responso, dixit, benè dixisti magister, qua ratione fuit à Christo laudatus. [quid vobis videtur.] Post miracula, post rutilantē doctrinam, post profundas disputationes, interrogat. Quid illi de Christo sentirent? ne crederent Christum esse legi contrarium, & licet discipulis dicat, quem me dicunt esse homines: at Pharisæis non dicit, quem me esse dicitis? sed quid de Christo? Hæc autem rogauit iturus breui ad passionem, voluit que testimonio psalmi suam deitatem testatam relinquere, vide verò quam imperturbatē audiatur illos de se abiectius sentientes, vt & nos non turbeamur, si alij de nobis abiectius opinentur. [nullus deinceps fuit ausus.] Vt lethali vulnere percussus, & inanis gloriæ cupidus.

D. Basilii in psalm. 44. Christus vocatur dilectus, quia eum Pater, vt filium diligit, & eum omnes creaturæ vt benignissimum patrem diligunt. Huc omnes amare debent ex toto corde, at totum, nullam diuisionem admittit, quantum ergo creaturis impenderis, tantum ei adimis, paucos igitur Christus amicos habet. Idem in regulis superioribus, resp. 2. quæsierant quo pacto dilectio Dei comparatur? respondet. Ingenitum nobis esse diuinum amorem, sicut naturale est visa luce gaudere, & parentes diligere, si igitur iussit Deus vt eum diligamus, ipse dedit vim qua eum diligamus. An non sentis te naturaliter diligere pulchra? at quid Deo pulchrius? cuius pulchritudo cum se alicui clarius ostentat, in tolerabile sui desiderium in animo figit. Inde est vox illa, cupio dissolui, & illa, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, & illa si tuu it anima mea ad Deum. Iam si amas quod bonū est, quid Deo melius? Ergo si vim nobis ad amandum dedit, cum se amari petis, es alienum petis. Naturale est feris etiā, amare parentes suos, at nos à Deo geniti sumus. Canes etiā de se benè meritos diligunt, at quis de nobis melius meritos est, quæ Deus? siquidē omnes creaturas nobis subiecit, nos in paradiso collocauit, legem tulit, angelos in custodiam misit. Prophetas, doctores, & suum filium nobis dedit. Diuinitatis participes effecit, si hæc beneficia neglexerimus, quæ supplicia meremur? Etiam diligendi proximum seminā pedis, naturaliter eandem bis indens, fecit enim nos sociales: vt inuicē socios amaremus, addidit, quod vni ex minimis fecistis; mihi fecistis, addidit etiam, qui amaret proximum discipulum esse Christi, & hoc suum esse mandatū, si diligamus inuicem.

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Psal. 10

Ioan. 10

Rom. 1

Philip. 1

Ioannis. 11

Genes. 20

Proberbi.

1. Cor. 13.

Lucæ. 7

1. Cor. 15

Psal. 52

1. Timo. 6.

Ioan. 14

Ioan. vlti.

Rom. 13.

Philip. 1

Psal. 10

Matth. 25

Ioan. 13

D. Hylarius. can. 23. [ex proximum.] Id est, Christum. [in his duobus.] Quia nec Dei sine Christo, nec Christi sine Deo utilis nobis potest esse dilectio.

V. Beda. in Lucæ. c. 20. [donec ponam inimicos.] Non Christi infirmitas intelligitur, qui hostes subigere nequeat, sed unitas Paternæ naturæ indicatur, alter enim in altero operatur.

Euthymius. Hic Pharisæus tentat, quæres de magno mandato, sciebat enim Christum responsum. Diliges Deum, sed quia toties Christus se Deum, dixerat, putauit, quod aliquid de se esset additurus, quo eum de blasphemia redargueret. At Dominus dilectionem proximi subiunxit, quæ eum reprehenderet, quod in proximum occasionem quærant caluniandi. [inimicos tuos] Scilicet, Iudæos primum, tum gentes, hæreticos, & intelligibiles hostes, scilicet, dæmones.

D. Thomas. [Diliges Dominum] Quia ipse est primum diligibile, & primus finis, cuius causa omnia diligi debeant, & qui sic diligere, toto corde diligeret. Dicitur tamen quæcumque nitamini, non comprehendetis quia maior est corde nostro. [toto corde.] Id est, ex affectu carnis, iuxta illud, cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. [anima tua.] Ut illud, concupiscit & deficit anima mea ad Deum uiuū. [proximum tuum] Proximus est, cui misericordiā præstari potest, & etiam, is qui misericordiā potest præstare, homo enim & angelus proximi sunt. [sicut te ipsum.] Nō dicit, quantum te ipsum hoc enim esset contra ordinem charitatis, sed sicut te, id est, eo fine, quo te. s. propter Deū, iuxta illud, omnia in gloriam Dei facite, & sicut tu tibi bonum vis, ita & proximo velis, & in se, & ut tibi bonus sit. [in his pendet] Ut enim à principijs conclusiones, ita ab amore finis reliqui deriuantur amores. [cuius filius est.] Quæstio erat difficillima, quia generatio nem eius, quis enarrat. [Domino meo.] Christi præeminentia tangitur, est enim Dominus Davidis & omnium sanctorū, tangitur etiā æqualitas Christi ad Patrem, eo verbo, dixit nam dicere est producere, & illo etiā, sede à dextris meis, locus enim melior est à dextris.

Simon de Cælia. li. 11. ca. 53. [conuenerunt.] Sicut pueri, qui uicti reparant luctū. [audi Israel.] Per fidē. [Dominus.] Dominus est quia omnium potestatem habet. [Deus.] Aeternus, cunctorum creator. [tuus.] Et etiam omnium, sed specialiter tuus. [Deus vnus est.] Ergo specialiter est ei dilectio impendenda, quia debita, ita inquit, nūquid nō pater est vnus omni-

niū nostrum, nunquid nō Deus creauit nos? diligendus igitur merito creationis, & quia ipse est qui est, & quæ est. Maximū igitur est hoc mandatū, quare qui nō seruarit, maxime punietur. Totus ergo hō diligat, & propter dilectionem omnia abdicet, in qua re, sit fortis sicut mars dilectio. Porro timor parat amori sedem, in quam cum induxerit dilcedit & tunc dilectio vera est, cū omnia mandata seruat, ut Dñs ait. [ex toto.] Quomodo igitur amabitur proximus? Certè, si ametur propter Deum, si dilectio Dei, sit regula, finis, & mediū dilectionis. Quæris, si tota dilectio Dei in hac vita haberi non potest, cur à nobis exigitur? certè ut ad totam contendas, & videns te nō peruenisse, humilieris. [proximum sicut te.] Si modo tu sis virtutibus, non vicijs subiectus. [omnis lex pendet.] Lex illa. s. quæ tractat de moribus, unde plenitudo legis est dilectio, quia qui diligit cauet ne offendat, & si offendit, statim remouet, ut aduertit. [Idē. c. 54.] David Deo deuotus, animo iubilans spiritu Sæcto illustratus, præuidens Christū in carne, passurū, surrecturū, sessurū ad dexteram Dei, hūc psalmū cecinit. Si igitur ille cecinit Messiam Dñm esse suū, quare vos o Pharisei, tā abiectè de illo sentitis? cur putatis purum esse hominem? maledictus enim qui fudit in homine at vos in hunc fuditis. Porro quia non est natio ad quā Christi fama nō peruenit, quæramus ab omnibus, quid vobis videtur de Christo: varie ad hoc infideles, hæretici, iniqui. Sed quæramus à sponsa, quæ uerè eum nouit, intra cubiculum suum.

Hugo. (ex toto corde.) Id est, deuotione, quæ refertur ad uirgines. (tota anima.) Id est, tota discretionē, refertur ad cōfessores. (tota mēte) Id est, perseverantia, refertur ad martyres, vel dilige dulciter, prudenter, fortiter. Dulciter, quia peccata remisit, & remittit, ei qui multū diligit, & quia beneficia cōfert iuxta illud memoriā abudantiæ suauitatis eruēt abūt, & quia gustum cōfert æternorum, iuxta illud, gustate & uidete. Prudenter, præcauendo te chnas inimici, ex Paulo enim nō ignoramus cogitationes eius, & Salomō, Rex qui sedet in folio iudicij dissipat omne malum. Fortiter, omnem timorem expellendo, perfecta enim charitas foras mittit timorē, & omnē ferendo laborem, iuxta illud, propter te sustinui opprobrium, & illud, ego in flagella paratus sum. Item amandus est sponsus, quia de clara stirpe, quia nobilis est in portis vir eius secundo, quia sapiēs, in eo enim sunt omnes thesauri sapientiæ Dei. Tertio, quia fortis &

Ioan. 2.

psalm. 83

Eodem.

Lucæ. 10.

1. Corin. 10.

Isai. 55.

Malch. 2.

Malch. 2.

Cant. 8

Rom. 13

Lucæ. 7.

Psalm. 33

2. Co. 3

Prou. 20

Psalm. 68

Psalm. 37

Prover. 20

Psalm. 23. Rom. 10. Jacob. 1. Psalm. 44. Titum. 3.

potens, potens in prælio, quarto quia diues in omnes qui inuocant illum, ut Paulus ait, quinto, quia largus & munificus, dat enim omnibus affluenter, ut Jacobus inquit, sexto quia speciosus forma præ filijs hominum se primo, quia benignus & patiens, apparuit. n. benignitas & humanitas saluatoris nostri. [secundum autem simile huic.] Quia ex utroque lex pendet.

Caieta. [toto corde.] Id est, voluntate, & si intelligatur lex hæc, quæ omnis efficacia uoluntatis intendat dilectioni, impleri nequit in vita, sed in patria. Ergo intelligitur in toto corde, ut nihil in uoluntate contrarium amemus, nā hinc Deum diligere, inde dæmoni parere. i. in parte diligere. [tota anima.] Id est, in uita animali, id est, ut in delectationibus sensualibus tuis, nihil ei contrariū admittas. [mente.] Similiter nihil contrarium in intellectu admittendo. [simile huic.] Non est par, sed dicitur simile, quia de dilectione est. Porro cōtendit Caieta. non nobis hoc præcepto mandari, ut diligamus aut nos aut proximos ex charitate. Sed sicut diligimus nos à natura, uolendo nobis naturalia, moralia: & exteriora bona, ita diligamus proximos, uolēdo illis amicè eadem bona, propter illos, & non propter nos, alioqui si propter me diligo, iā nō illū, sed me diligo. [in his duobus tota lex.] Omnia præcepta ordinantur ad diligendum Deū ex charitate, ubi clauduntur omnia præcepta morū, fidei spei, &c. Et ad diligendum proximum, ubi clauduntur præcepta iustitiæ, pietatis, amicitia.

Glossa interli. (toto corde.) Ut nihil erres in cōfessione Deitatis. (uoluntate.) Ut nihil contrariū uelis. (memoria.) Nihil reminiscēs, quo minus de eo sentias. (maximum mandatum.) Dignitate, & ordine. (ponam inimicos.) volentes vel nolentes.

Glossa ordi. (toto corde.) Fidei integritate. (anima.) Id est, tota obedientia. (mente.) Id est, perseverantia. (uoluntate.) Id est, decalogus, nam in prima tabula tria erant præcepta de Deo, in secunda, septem de proximo. (dixit Dominus) Dixit, quia æquale filiū generauit.

Lyra. (conueniunt.) Ut multitudine terre ret. (quod est mandatum.) Credebāt. n. quæ Christus d'ceptus, respondere, illud magnū quæ erat primū, si nō habebis Deos alienos, & tunc illi redarguerent, maius esse de dilectione Dei (toto corde.) In Deutero. cap. 6. habetur, toto corde, anima fortitudine. Matth. 22. habetur corde, anima mēte. Marcus. c. 12. addit his fortitudine, quæ apud Lucā. 1. dicitur, ex omnibus

uiribus tuis. Igitur, primū quæ à nobis requiritur, est ut amemus Deū ex nostra uoluntate, quæ cor est secundo, ex appetitu sensitiuo, qui uocatur anima, tertio ex intellectu, quarto ex uiribus motiuis, & exequutiuis, quæ uocantur uires, siue fortitudo. Totū uero sonat perfectum. Licet uero non exigat à nobis Dñs totam perfectionē possibile amoris (hec enim in patria erit) requiritur tamen perfectio amoris debita, id est, ut nihil cōtra Deū diligatur. (David.) Patet hinc totum psalmum, de Christo intelligi, siquidē nec id Pharisæi negauerunt. (à dextris meis.) Secundum deitatem, in equalitate mea, secundum humanitatem, in posterioribus bonis Dei. (Morale. Prælati qui locum Christi habent, debent esse filij David. David erat tenerrimus uermiculus, sed hic lignum perforat, ut prælati sint piji, & molles, sed duri contra rebelles.

D. Bernar. serm. de diligendo Deo. Volens Deus reparare hominē, eum non coegit, homo enim est, nō brutum, quid igitur? quia uel brutum est, terrebo, cōminabor ei tenbras exteriores, ignes, uermes. Nihil tamen ita Deus profecit. At quia homo cupidus est, promittam ei cælum, at nec sic proficit. Sed homo amat. Offeram ei uerbum incarnatum amabilissimum. Vbi potentia Dei in infirmitate absconsa est: sapiētia in stultitia. Per stultitiā enim prædicationis saluamur, & uideri poterat Deus stultus soluens quæ nō rapuit, uelut ebrius uino charitatis, hæc absconsa, sed apparuit benignitas, & humanitas, ut uix magis apparere potuerit. Datus est igitur hic amor homini, cōtra concupiscentiam carnis, sed hic amor debet esse prudens, ut paratus sit reddere rationē de eo quæ credit, debet esse fortis: ut omnia pro Christo patiat aduersa. (Sermo. 20. in cantica, sit amor dulcis, circumspectus, fortis, Dulcis amor discipulorū, sed nō prudens, eo enim dicit Dñs, si diligere

2. Reg. 23

Matth. 30

1. Cor. 1

Psalm. 68

Titum. 3

1. Petri. 3

Ioan. 14

Matth. 16

Lucæ. 21

CAPVT XXIII.

Tunc loquutus est Iesus.



Ius Hierony. quid Domino mansuetius, tentatur à Phariseis, at ipse populos hortatur, vt eorum doctrinæ subdantur: non opera, sed doctrinam considerantes, cathedra verò doctrinam significat. Igitur & cathedra pellilentia, & cathedra vendentium columbas, doctrinam significant. (philæteria.) Deutero. 6. dicitur, ligabis eam in manu tua. Id Pharisei scrupulosè intelligentes, scribebant decalogum in membranis, quas complicatas fronti appendebant, vt ob oculos semper moueretur. Seruatur hic mos apud Persas, Indos, Babylonios, qui ita facientes religiosi iudicantur. Iubetur etiam, numero. 15. vt in quatuor angulis palliorum Iudæi hyacinthinas fimbrias faciant, quibus à reliquis nationibus dignoscantur - Pharisei verò has fimbrias dilatabant, quibus acutiss. spinas inferebant, vt eis, ambulantes pungerentur: & ad memoriam cultum Dei reuocarent hæ membranæ hic vocatur philæteria. Nò verò intelligebant Pharisei, illas corde, non corpore portandas, alioqui & armaria libros habent. Faciunt similiter muliercula superstitiosa, afferentes paruula Euangelia, & lignum crucis, habent illa quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam, siquidem liquantes culicem, deglutiunt camelum. Hanc in Christo fimbriam tetigit mulier, quæ sanguine fluebat, & sanata est, non verò sanaretur longis & senticosis Phariseorum fimbrijs, quas cum afferrent amabant tamen primos accubitus in cœnis. (nolite recari rabbi.) Cur ergo Paulus vocat se doctorem gentium? & monasteria vocant maiores suos Patres. Est sane hic pater, non natura, sed indulgentia. Et sicut vnus per naturam filius, non præiudicat quin alij filij dicantur adoptiui, ita vnus Pater & Magister non tollit, quin abusiue alij dicantur patres & magistri.

Augustinus li. 4. de doct. Chri. ca. 27. Illa cathedra non sua, sed Moyfi cogebat eos bona dicere, etiam non bona facientes. Agebāt sua, in vita sua, sed docere sua, cathedra non permittebat aliena, profant multis dicendo quæ non faciunt, prodesse pluribus, si quæ dicunt facerent. Alioqui auditores non obediēter audiunt eum, qui se ipse non audit.

Psal. 119. Deutero, 6. nume. 15.

Vnde

Vnde Apostolus. Nemo adolescentiam tuam contemnat, subiecit, vnde non contemneretur, forma esto fidelibus, in sermone, conuersatione, &c. Ex eodem lib. 4. de Bap. contra Dona. cap. 11. colligi potest, sicut verba, ita & Sacramenta prodesse malorum, id est, quæ à malis ministrant. Idem habet li. 2. cōtraliteras Petilia. ca. 6. Malus homo de malo thesauro suo profert mala, quæ sua sunt, at cum Sacramentum ministrat, nō profert quod suum est, sicut cum malus verbum Dei prædicans, audiendus est, quia non quod suum est prædicat. Idem. c. 51. reprehendit eos qui cathedram Romanam vocabant cathedram pellilentia. at Christus detulit honorē cathedrae Moyfi, licet mali essent, qui in ea federēt, vt nos deferamus honorem cathedrae episcopali, licet malus sit, qui in ea resideat. Idē tract. 46. in Ioannem. Aliquando inter tentes botrus vuarū pēdet, quæ qui decerpere vult, botrū excerptat, sed spinas caueat, nedum carpit fructū laceret manū, ita doctrina Moyfi botrus est inter tentes malorū operū, eorū qui docent natus. Igitur quæ dicunt facite, id est, fructum capite, sed secundū opera eorū noli refacere, id est, caute ne manus vulneretur. Idē li. de pastorib. c. 4. Non sibi blandiatur prælatus male viuens, non male docens, tot enim oues suas occidit, quot suo exēplo male vixerunt. Idem. c. 10. Nō solū terret cæcū ducentē, sed etiā cæcū cadentem, si enim cæcus cæcū ducat, ambo in foueā cadunt. Idē ser. 49. in Ioannē. Nō solū hoc dictum Dñi ad Phariseos spectat, sed etiā ad malos clericos, & mercenarios pastores. Cum enim Dñs habiturus esset ecclesiā de Iudæis & gentibus, (quas duas, duæ significabant naues, de quibus Luca. 5. & duæ item vxores Iacob. Lia, & Rachel, & duo cæci illuminati) manifestum est, quod non erat missurus discipulos suos ad Phariseos, quos illi docerent. Ergo per cathedram Moyfi doctrina significatur euangelica. Per Mosem, Christus, per Phariseos, mali pastores. Idem li. 2. contra Petili. c. 61. explicans illud, Qui soluerit vnū de mandatis illis & docuerit sic, dicit, Pharisei erant, qui soluebant, & ita docebant, qui dicebant: & non faciebant, super quorum iustitia, debet nostra abundare, vt faciamus quæ docemus, at etiā si nō faciamus, populus debet facere quæ dicimus, ne eius vnitas dissoluatur. Idem in Breuiculo, collat. 3. diei. [patrem nolite vocare] Quomodo igitur Paulus dicit, per euangeliū ego vos genui? Respondet, aliud est patrem esse diuinæ gratiæ, qui solus Deus est, aliud

honorificentia causa, qualis Apostolus pater est.

Diuus Greg. in. 5. cap. Iob, super illo, stulti melle famelicus comedit, inquit. Habet stultus melle, quando donū accipit intelligenti, bona loquitur, at non bona operatur laudando verba Dei exaggerat, sed malè viuendo calcat, ideo melle habendo ieiunat, quam comedit, qui discens, quod ille dicit, non facit, quæ ille facit. Idem in. 31. ca. Iob, super illo, seram & alius comedat, dicit prædicatorem iniquum ferere (prædicare enim seminare est, vt Isai. 32. habetur) at non comedere, quia qui non facit voluntatē Patris, ieiunus manet, ideo subdit Iob, progenies mea (quæ scilicet, verbo genui) eradicet (quia per opera occiditur, ad morem foemina illius, quæ filium quem vigilans lactabat, dormiens occidit, & licet mali prædicatores discipulos ambient, quos sancti alij prædicatores pepererunt: at gladius Salomonis discreuit inter filium propriæ matris, & quem aliena mater vsurpabat, ita iudicium extremum dignoscet, quos filios mali, quos verò boni prædicatores genuerint.

Origenes hom. 23. [dixit ad turbas & ad discip.] Qui affectuose audiunt discipuli sunt, reliqui tepide audientes, turbæ. [super cathedram.] Sicut olim sedebant super cathedram Moyfi mali homines: ita & nunc. Is tamē benè sedet, qui prius facit quam dicat: qui prius portat onus. quā alijs imponat, qui enim benè fecerit, & docuerit, hic magnus vocatur, qui vero docet, & non facit, is minimus. [vocari rabbi.] Dñs docet nos humilitatem, quæ prima est apud Deū ascensus occasio. [Dubitium est cur Christus doceat nos facere quæ Pharisei docent? docent enim cæremonias legis, quas Apostoli nos facere vetant, nō amplius legis iugū nobis imponentes. Respondetur. Pharisei seruant & docent literam legis non spiritum, christianij iubentur seruare legē non in litera, sed in spiritu, quæ illi nesciūt nec faciūt. Nam azima, pascha, sabbata sunt Christianorū in spiritu: Iudæorum in litera, qua ratioe importabilia onera sunt, quæ nec nos nec patres nostri portare potuerūt, at in spiritu, iugū suaue est, & onus leue. [omnia faciunt vt videantur.] Sunt Iudæi sectatores rerū visibiliū, circūciōnē visibilem querūt. Hierusalē visibile. Christū visibile. At Christianus orat in absconso, circūciditur in corde, nō aspiciūt quæ videntur, quia temporalia sūt & quæ nō vident æterna, Iudæi legē in brachio, & frōte pendente ferebant. Christiani Pri. Tho. Z 4 eam

1. Timo. 4

Matth. 5.

1. Corin. 4.

3. Re. 9.

Matth. 5

Act. 15

Act. 15

Matth. 11.

Matth. 6.

Roma. 2

1. Cor. 4

proximi inferuire: ne tuis etiam inferuias, frænum tibi tuus proximus est. Quod si proximis succurrendo, pauper factus es, iam tunc ad Deum recurre, ideo enim tribulationes mittit vt in eis ad Dominum clames. Ereptus homo à tribulatione Deum amare incipit, non propter Deum sed propter se. Iam si ex frequentia impetrandi à Deo necessaria, gustari Deus incipiat, iam nō propter necessitates (quæ sunt carnis loquella) anima credere incipit: sed quia ipsa videt, & audit (vt Samaritani) Incipit igitur tunc anima diligere Deum propter Deum. Quod si ad quartum gradum ascendat vt non diligat homo se propter se sed propter Deum hic gradus beatus est, amor hic mons est, quis igitur ascendet in montem Domini? hic totus in Deum anhelat, dicens, quis dabit mihi pennas, vt columbæ? & heu mihi, quia in colatas meus, &c. factus est in pace, huic amori locus. Tunc homo obliuiscitur sui, vt vasis perdit, tunc deficit cor & caro.

Druthma. [conuenerunt.] Eligentes sapientissimum, qui interrogaret. [mandatum.] De hac re erat quæstio Iudæis, nam auari ex eis dicebant, nihil melius, quam Deo sacrificia offerre, docti dicebant, meliorem esse scientiam, quā holocausta, at scientia ex dilectione dependet. [diliges ex toto.] Id est, quātum capere anima potest, quantum cor cogitare, quantum mens suggerere, absque vilius comparatione, Deus diligitur.

Isidorus in Deutero. 6. dicit Iudæos hoc præceptum ita intelligere. [ex toto corde.] Quia dilectio est, quæ bona facit, aut mala opera. [ex anima.] Vt animam exponas, vbi necesse fuerit. [fortitudine.] Vt ex facultatibus, hæc enim sunt robur hominis. Sic exponit fortitudinem Paraphrastes Chaldaus. Rabbi Kimhi id confirmat, addit tamen posse intelligi totā fortitudine, id est, quantum potes, nam hebrejs pro fortitudine est, 782, quod significat valde, & multum, vt valeat, diliges ex corde, anima, multo tuo.

Diuus Gregorius Nissenus lib. de creatione hominis capit. 8. dicit tres esse in homine vitas, voluntates, appetentias corporalem, siue nutrientem, animalem, seu sensitiuam: rationalem, seu spiritualem, iuxta Apostolum dicentem. Integer sit spiritus vester, anima, & corpus. Igitur vult Deus diligi ex corporali appetentia, ex sensibili, ex spirituali, ac ita ex toto corde, anima, & mente, hæc enim illa tria sunt.

1. Thess. 5

1. Tim. 3

eam ferunt in corde, & opere. Inueniuntur tamẽ in ecclesia, qui episcopi & rabbi velint vocari visibilibus, nō habentes eas cōditiones quas Paulus ab Episcopo requirit, veri verò Christiani conditiones illas in corde habere contendunt, vt corā Deo, licet nō corā hominibus, episcopi sint. Vt medicus est, qui artē nouit, licet nō curet, similiter mali Christiani amant primò visibiles accubitus, at boni, accubitus & cernas coelestes quarunt, quæ nunc nō videntur, videbuntur tñ. Carnā videlicet cū agno, thronosq; apostolicos, per apostolicā vitā, diligunt. [neque vocari rabbi.] Iustus non cupit ab aliquo vocari rabbi, sciens omnes sibi esse fratres, & qui ex Deo secundū spiritū natus est: nullū in terrā vocat patrē quia secundū actū vitæ suæ patrē habet Deū cui dicit Pf n̄ qui es in caelis, & p̄dicator qui auditoribus vtilis est, magistri nō arrogat nomen, sciens Christū esse, a quo vtilitas p̄dicatoribus venit, vocat se ministrum potius. [qui se exaltat.] Ita Christus summus se deiecit, cū enim in forma Dei esset, exinaniuit se & quantū erat magnus humiliavit se, vt inā eam formam sequeretur clerici & episcopi.

Matth. 6:

1. Co. 4

Philip. 2.

D. Chrysost. hom. 74. Nunc ostēdit Dñs non se legi contrariū, sed tantū legi honorē deferre, vt propter eā auscultādos iubeat, qui licet nō faciant, docent tamen. Omnia igitur quæ dixerint, facite. Si dixerint ea, quibus mores hominū corriguntur, & quibus nō imponitur nobis legis iugum iterū. Porro quia grauius erat Dñs accusaturus Phariseos, pri⁹ eis autoritatē cōcedit, vt sine suspitione, postea liberius reprehendat: & ne auditores credant, q̄ si auscultādi sunt Pharisei, protinus sunt imitandi, ideo hac p̄monitione vsus est, quod ipsum est acriter reprehēdere, cum coram talis sit vita, quā sit fugere necesse. Iā attende, quomodo amplificet crimina, dicūt & nō faciunt. Ergo peccant tripliciter, quia nō faciunt, quia in dignitate cōstituti facere debuissent, & quia suo malo exēplo alios peruertūt. Rursum cū dicit. [alligant onera.] Dupliciter eos accusat, & quia exquisitissimè suos auditores viuere cogunt: & quia sibi licentiā latè viuendi indulgent. Cū cōtra optimus princeps, in se austerus, alijs mitis esse debeat. Hac tenus eos taxauit crudelitatis & desidiz. Nunc verò taxat gloriæ vanæ, propter quā perierunt, dicit ergo. [omnia faciunt vt videantur.] Omnia inquit, nō hæc aut illa hoc vero expulit eos à charitate, & effecit, vt in alieno certaret spectaculo, nā quales quisque deligit spectatores, talia etiā certamina

fuscipit. [dilatant phylacte.] Cū ex omnibus, gloriā quæreret, etiā ex his minimis eā expiscabatur. Iussit verò Deus vt haberet hi hæc phylacteria, quasi infantuli obliuiosi, quibus ligatur digito filū, vt recordetur. [diligunt primos accubitus.] At p̄fectō erat synagoga loc⁹ humilitatis. Dices, certē in caena & foro non erat peccatū primatū quærere. At doctori ecclesiæ peccatū est. Doctor. n. vbi libet docerē se gerere debet, simplicē. f. & humilē. At si primatū diligere malorū fomentū est, quid erit p̄curare? [neque vocemini magistri.] Quia nihil à se sciunt, & Paulus, & Apollo, non se magistros vocat, sed ministros. [neque pater] Principaliter. Deus em̄ est principaliter omnium patrū, & magistrorū causa. [magister vnus Christus.] Etiā Pater doctor est, sed nō p̄rius dicat, quin sit filius doctor. [exaltabitur.] Nihil ferē est humilitate p̄stātius, ideo toties fit de ea in euāgelio mentio, & nō solū dicit, ne superbiatis: sed humiliamini, vt facilius reuocet nos ad meliora. Cuius si placet spectaculū videre, vade ad monasteria eremitarū. Interim Abraham dicit. Cum sim puluis & cinis. Dauid dicit. Vernis sum, & non homo. Paulus dicit. Nō sū dignus vocari Apostolus. D. Hytarius cano. 24. [super cathedram.] Legis de Christo testat̄, Christus gloriā p̄restitit, quæ imaginē futuræ in se veritatis expresserat, in omnibus enim Christi, meditabatur aduentū. [nolite facere.] Docent enim Deū & proximū diligendū ipsi tamē Christum vsque ad mortē persequuntur. [primos accubitus.] Qui igni æterno deputantur. [volumus vocari rabbi.] Magistrū salutis æternæ respūctes. At Christi⁹ suos in cōtrariū docet. s. vt inuenerit oēs se fratres esse filiosq; vni⁹ patris, & per nouæ natiuitatis generationē, terreni ortus excessisse primordia, & gloriā honoris æterni hūilitatis cōsciētia capessēdā. V. Beda. in Lucæ. 20. [stollas.] Stollis ambulare, est cultioribus vestibus in publicū p̄dire, in quo diues ille, indutus purpura peccasse de scribitur. Nō est aut̄ malū salutarī in foro, ijs quibus ex officij ordine cōuenit: sed ijs, qui hæc amāt in debitē, animū nō gradū redarguit, quāuis culpa etiā sit, litib⁹ forē sib⁹ eū interessē, qui in synagoga esset doctorus. D. Th. [qua dixerint seruare.] (In corde) & facite.] (In opere) Ita Moyses, facies quæ dixerint, sequerisq; sententiā eorū, & Apostolus, obedite p̄positis vestris. Dices. Ergo seruāda sunt nobis legalia. R. legalia sunt seruāda ad intētionē legislatoris. Qui quādiu nō uenerat Christi⁹, volebat seruari, at post eius aduē

1. Cor. 4

Genes. 17

Psalms. 17.

1. Corin. 14

Lucæ. 16

Marc. 7

1. Pet. 7

Ioan. 13

2. Corin. 4

Lucæ. 12

Lucæ. 7

Marc. 5

Isai. 6.

Exod. 3

Ezech. 11

Prouer. 20

Leuit. 19

3. Reg. 12

Osee. 2

Prouer. 29

Prouer. 19

Job. 22

Matth. 11

tū vult seruari, quo ad moralia, non quo ad reliqua. [alligant.] Patet horum superbia, qui non contenti lege Dei, alias addunt traditiones baptismatum calicum, vrceorum &c. Patet & crudelitas, quia imponebant humeris hominum. Patet indiscretio, quia æquē imponebant fortibus & debilibus, & sine relaxatione. [digito nolunt.] Non solum maior non faciebant, sed nec minima, vt exactores tributorum, qui cū nihil soluant exigunt violentē, vt alij soluat. [nolite vocari Rabbi.] Vnus enim est qui doctrinam habet à se, reliqui ministrant. Agnosce te non à te habere doctrinam, nec enim dare eam potes, cui uolueris. Est doctor sicut medicus. Medicus enim ministrat, sed natura infirmi sanat. Ita doctor exterius docet, sed intelligendi principium est natura, in qua Deus operatur. [patrem in terra.] Illi patrem in terra vocēt, qui hereditatem in terra volunt, at qui eam in cœlo volunt, patrem cœli vocent, is enim re generauit nos in hereditatem viuā. [vnus.] magister Christus, quo ad Deitatem. Verbū enim est: & doctrina fit per verbum. Et quo ad humanitatem, quia nullus est doctor generis humani, ideo, inquit, vos vocatis me magister & bene dicitis. Quid igitur, aufertur ne à terra p̄latio? Non, sed vult, vt qui maior est, estimet se vt minorem: ita Paulus nos autem (inquit) seruos vestros, & Dñs, ego in medio vestrū sum vt qui ministrat. [exaltabitur] Quia exaltauit humiles, vt Virgocantauit. Hugo. [tunc Iesus.] Tunc, idest, imposito silentio Pharisæis, vt imposito silentio tibi cibus excitauit puellam, & Esaias mortuo Ozia rege leproso, videt Dñm, & filij Israel clamant ad Dominum mortuo Pharaone, & clamat Ezechiel ad Dominū mortuo Phaltia. [dicunt & nō faciunt.] Sunt igitur ficus folia, nō fructus habentes, sunt habentes pōdus vnum in ore, aliud in opere, at pondus & pōdus, vtrumq; abominabile apud Deū, statera verò sit iusta, & æqua sint pondera. [imponunt humeris.] Significatur per Roboā, dicentem, ego cædam vos scorpionibus. [vt videbantur.] Ergo receperunt mercedē suā. [magister vnus.] Qui loquitur ad cor. [humiliabitur.] Ita dictum est. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria, & item. Sapientia humiliati exaltabit caput eius. Ecclesi. 11. & antequam conteratur exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur, humiliatur, & qui fuerit humiliatus, erit in gloria. Nota hoc verbum ter à Domino repeti, hic & Lucæ. 14. 18. vt notaretur hu-

militas cordis, oris, & operis, unde, discite à me, quia mitis sum, & humilis, unde inquit, humiliū deprecatio semper tibi placuit. De mō, oratio humiliantis se penetrat cœlos, & Christus reformabit corpus humilitatis n̄rę. Caieta. [super cathedra.] Idest, super sede docendi & iudicādi, quæ dicitur Moyfi, quia primus in ea sedit. [sederunt.] Autoritatē habentes, vt p̄sidentes. [Pharisæi.] Non legitur Dominus reprehendisse sacerdotes, propter ordinis reuerentiam: sed Pharisæos, quia profitebatur sanctitatem, similiter ergo p̄dicatores faciant. [omnia quæ dixerint.] Ex cathedra Moyfi, nō aliunde, idest, si docēt, quæ cathedra Moyfi iubet. [nō faciunt.] mōstrū in moralibus est, doctor dicens, non faciens, sanè Apostoli non cōuertissent mundū, nec ecclesiæ fuissent tot temporalibus bonis dotatæ, si maiores nostri dixissent, & non fecissent. [importabilia.] Idest, vix portabilia, alio qui non diceret, quæ dixerint vobis facite. [digito nolunt.] Vtinam hæc verba tunc finem habuissent, non etiam nūc vera essent. Tot enim p̄cepta addita sunt p̄ceptis veteri. & noui testam. vt Christiani crederent, facile se Christo seruire posse, si tot p̄ceptis non subijcerentur, & cōfessores se felices iudicarent, si solum de p̄ceptis Diuinis esset illis curādum. Sed interim parendū est Christo p̄cipienti, quæ dixerint, facite sedentes igitur agnoscant damnationem suam, onera multiplicando, & Lutherani suam, eis nō parendo. [omnia faciunt.] Hoc peccatum pessimum est. [vocari Rabbi.] Non p̄bendo gloriā vero doctori. Est enim facile, non p̄bere gloriā Deo, eum qui se vt doctorē vult honorari, non vero vt Christi ministrū, quasi enim qui non acceperit, gloriatur. [omnes vos fratres estis.] Hæc pars ad sequētia nō ad p̄cedētia referentia est. Sumus verò omnes fratres, secundū animam rationalē, quam nullus nisi solus Deus dat, & sumus fratres, secundū vitam gratiæ, quā etiam solus Deus dat. Nota, quod dixerit Dominus, vnus est magister vester Christus. Nō vero dixit, vni⁹ est pater vester Christus, sed vnus est pater qui in cœlis est, quia Christo vt homo, non non conuenit, quod sit pater aut animæ, aut gratiæ. [nolite vocari magister.] Sumitur magister pro moderatore, aut rectore, qui mores moderatur, nam Rabbi est qui docet. Aduerte totum hunc sermonem esse, de vita gratiæ: de doctrina spiritus: de institutione morum, non de vita temporalī, aut de magistris operum temporalium.

Iudith. 9

Eccle. 35

Philip. 3

1. Cor. 4

[*exaltauerit.*] Exaltare se, est proprium officium & obiectum superbi, sicut proprium officium humilis est, deijcere se. Nota quod aliud est tu tui, & tu Dei. Tu Dei es, secundum quæ accepisti ab eo in esse gratiæ & in esse naturæ. Hunc, te non debes deijcere, alio qui deijceres dona Dei. Tu tui, es secundum ea quæ aliunde quæ à Deo accepisti, hac ratione te deijcere debes. Quæ virtus cognita Aristoteli non est, solum Christiana est.

Glossa interli. [*cathedram.*] Id est, doctrinam quam Moses docuit. [*quacunque dixerint.*] Ad cathedram pertinentia. [*onera.*] Id est, traditiones suas. [*primus accubitus.*] Quasi mercedem suæ religionis gulam & gloriã vanam sequuntur. [*magister Christus.*] Cui quicquid scitis tribuendum est, qui docet ne de primatu contentio sit, humiliabitur à Deo, licet non forsan coram hominibus.

Glossa ordina. [*vos autem.*] Duplici ratione ab his attendere iubet, ne videlicet eorum simulatione seducamur, & ne eorum æmulatione inflammemur. [*vnus magister.*] Qui illuminat omnem hominem ve. in huc mun. Reliqui magistri dicuntur ex consortio veri magistri: tanquam eius nuncij: & pro reuerentiã mittentis honorantur. [*erit minister vester.*] Bene agentibus sit socius, sed delinquentibus zelo iustitiæ sit erectus, cauendum enim ne aut districtio sit rigida, aut pietas remissa.

Lyran. A tempore Moysi constituti sunt septuaginta senes, iudices populi, hi dicuntur sedere super cathedra Moysi. [*facite.*] Malis prælatis parendum est, dum tolerantur in officio, & non iubent manifestè contra Deum, vt David reuerbatur Saul. [*digito nolunt.*] vnde patet autorem legis peccare, si quam tulit legem, non obseruet, vt dicitur, de constit. cap. cum omnes. Item patet eundem peccare, si dura statuta sine graui necessitate condant. [*Rabbi.*] Desiderare nomen tantum, & non rem, malum est desiderare verò rem & nomen, malum non est: si cupis, vt bene vtare. Sed quia Deus est principalis magister ideo vetat nos ab arrogantia huius nominis.

Anastalius Papa. 2. probat ab excommunicatis ordinatos, non propterea sui ordinis læsionem incurrere, primo, quia baptismus à quocunque detur firmus est, est enim Christus qui dat. Secundo, quia quod Iudas in apostolatu fecit, firmum est. Tertio, quia Dominus voluit firma esse quæ Pharisei docebant. Firma igitur sunt quæ ministri ecclesiæ pro officio videntur operari: non enim Paulus vel Apollo faciunt, sed qui incrementum

dat Deus, habentur hæc dist. 19. capit. secundum, ecclesiæ. Idem habet Diuus Augustinus, vt refertur. L. quæst. 1. capit. omnia Sacramenta, inquit, obliunt indignè tractantibus, profunt dignè fumentibus, sicut & verbum Dei, vnde, dicitur, quod dixerint vobis facite. Idem Nicolaus Papa. 1. quæst. 1. capit. non quales, & Fabianus Papa. eodem. capit. significastis. Idem de consecr. d. 4. capit. baptisimus. Iustos esse oportet tanti iudicis ministros, si ministrare voluerint, si autem iusti esse nolunt, securum me fecit Christus, qui baptizat, & docet: licet qui in cathedra sedet malus sit. Et. 3. quæst. 7. capit. Sacerdos, probat Augustinus, malis principibus esse parendum sicut Sauli obtemperatum est, & Dauidi, quando adulter erat, & Salomoni libidinoso. Achab idololatræ, iubet enim Dominus, vt quod dixerint faciamus.

Væ autem vobis Scribæ.

Diuus Hieronymus. Scribæ habentes legis notitiam, sciunt Christum esse filiũ Dei, sed dum de plebe sibi subiecta appetunt prædam, nec ipsi regnum Dei intrant, nec alios intrare permittunt. Ita Oseas. Sacerdotes absconderunt viam. Vel etiam, omnis magister, qui malis exemplis scandalizat, claudit ante se regnum cœlorum. [*circum mare.*] Lustrabant illi orbem propter negotiationem, & lucra, etiam à discipulis imagine sanctitatis captanda. [*profelytum.*] Id est, in circumcisum, quem miscebant populi Dei, at vbi profelytus videbat eorum mala opera, reuersus ad vomitum, gentilis factus, grauiora faciebat, ac ideo grauius puniendus. [*filium gehennæ.*] Eius qui filius vocatur, cuius opera facit. [*iurauerit per templum.*] Captionem hi fecerunt talein, ad lucra sectanda. Si quis in iurgio, vel in cautæ ambiguo, per templum iurauerit, conuictus mendacij non erit periurij reus, si vero iurasset in auro, vel pecunia templi, statim ab eo poena extorquebatur, & sacerdotibus dabatur. Idem commenti sunt de altari, vel oblationibus eius. [*qui decimatis.*] Id est, curatis, vt etiam de minutissimis rebus decimæ soluantur, at nihil curatis, vt plebs legis seruet grauiora, id verò est culicem excolare, id est, maximam curam habetis, vt decimæ, mentæ & anethi soluantur, at voratis camelum, id est, violationem grauisimorum mandatorum contemnit. [*vos implete.*] Patres horum occiderunt prophetas, isti eorum sepulchra ædificantes,

cantes, se illorum filios esse fatentur, ò igitur filij homicidarum, vos implete, quod defuit illis, illi seruos occiderunt, vos occidite Dominum. [*genimina vip.*] Id est, viperæ, ex viperis natæ.

Diuus Augustinus libr. de reſtitu. catho. conuers. Qui in ecclesia fabulantur, pro se & alijs dabunt rationem: nec enim audiunt verbum Dei, nec audire permittunt, claudunt ergo cœlos, nec ipsi intrantes, nec intrare sinentes. Idem libr. quæst. Euangel. capit. 34. Templum, inquit, & altare significant Christum: Aurum verò & dona significant preces & sacrificia, quæ per Christum sanctificantur. Capit. 15. dicit. Pharisei excolant culicem, ideo enim Barrabam soluerunt, quia sabbatum non violauerat, at camelum vorant, occidentes Christum, quia fidem tractabat & pietatem. Culex Barrabas, quia sanguinem, vt culex scribebat. Camelus Christus, oneri se subdens.

Diuus Ambrosius in capit. 11. Lucæ. [*de foris est calicis.*] Corpora nostra vitreo calici assimilantur, quæ breui lapsu præcipitata franguntur: & licet in vitro, quod intus est, foris lucet, ita intima nostra foras prodeunt. Ergo per calicem quem dedit Pater, Christus corporis fragilitatem indicat, quam tunc quis bibit, cum eam spiritali sorbet affectu. Pharisei huius calicis interiora contaminant. [*iudicium.*] Is seruat iudicium, qui omnia ad generale futurum iudicium refert. [*fidem.*] Quæ in charitate fundatur. [*ædificatis sepulchra.*] Non ædificatio sepulchrorum, sed imitatio paternorum homicidiorum estimatur, quæ imitantur Pharisei Christum crucifigentes.

Diuus Gregorius in Pastora. per. 3. admo. 34. [*cuminum.*] Non negligenter est audiendum, quod decimari minima, sed non nisi bene olentia, dixit, vt ostenderet, quod simulatores sanctitatis, cum parua custodiunt odorem de se, sanctitatis querunt, maxima prætermittunt, minima obseruant, quæ humano iudicio longe lateque redolent.

Idem homi. in Ezechi. 21. in illud. Mensæ habeant labia palmi vnus, dicit has mensas esse prædicatores, qui vasa Domini, id est, fidelès portant, horum prædicatorum labia, id est, prædicatio, sit palmi vnus, id est, vt auditores admoneantur opera vnus palmi integra perficere, id est, vt ita faciant maxima, vt non negligant minima, in palmo enim à digito minori ad maximum fit extensio. Igitur palmi digitus maior significat au-

dicium, misericordiam fidem, eiusdem palmi digitus minor significat decimationem anethi mentæ, &c.

Origenes homi. 25. sicut Deus in lege veteri. promisit benedictiones legem obseruanti, & maledictiones negligentibus: ita Christus in capit. 5. supra, beatitudines promisit pijs, in hoc verò, ponit impijs, vnde. Id verò ad emendationem filiorum, sicut patres filios maledicere solent. [*nec intrare finit.*] Quia blasphemabant fidem Christi, quæ via est ad regnum, omni terrore persequentes eos qui fidem amplecti volebant. Quadrat doctoribus, & alijs, qui exemplo suo malo, alios scandalizant, cum contra, sint beati, qui verbo & exemplo alijs regnum Dei aperiuere. Neceſſe vero est, vt vel claudamus alijs viam, male viuendo: aut aperiamus, si bene viuamus. Claudunt Episcopi excoimunicantes, non propter peccata, sed propter zelum & contentionem. Et qui prædicando fabellas adducunt, etiam claudunt. [*fit filius gehennæ in duplo.*] Cur in duplo certè, quia prius erat gehennæ filius, quia idololatra, postea factus Iudæus peccata addidit, non subſtulit, igitur duplici causa gehennæ filius, vel etiam, quia relicto paganismo, non etiam reliquit Iudaismum, vt Christianus fieret, ideo in duplo gehennæ filius. Discimus, in inferno non omnia supplicia esse æqualia, launt enim alij simpliciter, alij in duplo. [*iurat per eum qui est in altari.*] Reprehensione ergo digna consuetudo est iurandi per cœlum, qui enim ita iurat, per eum iurat, qui est in cœlo. Item, scilicet, scripturæ sunt templum Dei, ille verò sensus & doctrina, que in hoc templo inuenitur, aurum est: per templum sanctificatum, reliquæ doctrinæ per sanctas literas non sacratæ, profanæ sunt. Item altare cor est Deo dicatum, oblationes sunt cogitationes & opera quæ ex corde nascuntur, stultus ergo est, qui imitatur opera quantumuis magna, nisi sine per sacrum altare sanctificata. [*iudicium.*] Id est, iuste de hominibus iudicare. [*culices.*] Id est, minora crimina. [*camelus.*] Id est, maxima crimina. [*menta & cuminum.*] Hæc non sunt præcipui cibi, sed eorum condimenta, stultus verò est relinquens cibos, id est, fidem & misericordiam, solo condimento contentus, id est, sola abstinentia à verbis bis rifu, &c. sunt & hec liquada, dum tamen non cameli vorentur, id est, curada est abstinentia à risu, moderatio in cessu: sed curanda interim

interim ne voremus maxima vitia. Certè ignis non solum comedit lignum, sed & foenum, & stipulam. [*emunda prius quod intus est.*] Nam qui hoc mundare studet, mundat etiam quod foris est. Et nota quod qui studet ad populum eloquentem habere sermonem, non ad eò verò salutare: is mundat quod foris est calicis, cum tamen intus sordibus vanitatis sit repletus. At Paulus imperitum se fatetur sermone, non scientia. Sermo enim vas est, quo cibamur, & potamur spiritualiter. [*osibus mortuorum.*] Qui episcopatum non rectè gerit, fingit tamen, ossa mortua is habet. Qui castum se ostentat, mortua ossa habet. Quid est videre hominem hypocritam? est videre sepulchrum ossibus mortuis plenum. [*adificatis monumenta.*] Iudæi digni erant vix, quia factis & intentione Christum optabant occidere. Quod se filios patrum esse testabantur.

Diuus Chrysostomus. [*clauditis.*] Si accusandi sunt qui nemini profunt, quam veniam consequentur, qui nocent? [*intrantes.*] Id est, idoneos, & paratos. [*circuitis.*] At magno studio seruare homines solent, quæ magno labore parauerunt. Duplici ergo ratione reprehendit hos Dominus: prior. Quia vix magno labore vnum faciunt profelytum. Altera. Quia desides sunt ad custodiendum eum quem fecerunt: imò & proditores, cum suo malo exemplo peiorem illum faciant. Bonos enim magistros vix imitamur, malos verò, (quia faciles ad mala sumus) etiam superamus. [*hæc oportebat facere.*] Quia & eleemosyna decima est. Et quidem parua sunt & iubentur propter magna: sed non contra. [*iudicium.*] Quod simulatores esse non sinit. [*miser cordia.*] Quæ alijs condolet & opitulatur. His verò tribus omnis vita nostra continetur. [*quod foris est.*] Non iubet hæc seruari à Christianis: sed per hæc, docet prius esse intendendum mundanæ animæ, quæ intus est: postea corpori, quod foris. Rursum, sicut Dominus contemnit exteriora respectu maiorum: ita prophetæ contempserunt sacrificia, exigentes internam iustitiam. [*sepulchra dealbata.*] Si turpe est phariseo curam exteriorum agere intus mortuam animam gerendo: quanto turpius erit Christiano tale sepulchrum esse? cum contra domus Dei, & templum Sancti spiritus esse debeat. [*adificatis.*] Non quia ædificant: vix illis dicit, sed quia ædi-

ficabant sepulchra, vt patres suos tantas habuisse vires ostenderent, vt prophetas occiderent: & ne illorum facinorum caderet memoria, id ostendit dicens, genimina viperarum eos esse. [*implete.*] Non præcipit, sed prædicat.

Euthymius. [*duplo filium.*] Id est, qui in prauis præceptoris malicia non consistit, sed progreditur. [*qui iurat.*] Non permittitur iurare, id enim c. 5. prohibuerat: sed illorum mores tractat. [*iudicium.*] Quod fieri debet iniuriam passis. [*miser cordia.*] Quæ præstari debet egenis. ¶ In annotatione habetur: quod cum decem in nobis sint sensus, quinque externi, & quinque interni, decimas ex eis debemus, scilicet, iudicium, misericordiam, fidem.

Diuus Hilarius can. 24. [*comeditis domos viduarum.*] Hæc ergo erat ratio, claudendum, vt comedere possint. Ideo acerbius patientur iudicium, proprii, scilicet, peccati & alienæ ignorantia. [*circuitis mare.*] Vbi que locorum erunt Iudæi fidei obtrectaturi. [*duplo.*] Quia nec remissionem peccatorum assequutus, fidem persecutus est. [*aurum.*] Redarguit eos, quod aurum templi, & dona altaris, pro sacramentis, venerarentur. Cum illa, solum fuissent futurorum signa, quæ adueniente Christo cessarent.

Venerabil. Beda, in Luca. capi. 11. [*quod intus est.*] Hoc, contra eos qui corporalia peccata, vt fornicationem, furtum, vt grauissima damnant, at spiritualia peccata, quæ non minus damnat Apostolus, superbiam, iram, &c. parui pendunt. [*iudicium & misericordiam.*] Per misericordiam poterant mundare, quod intus & foris erat. Nam dicit, date eleemosynam & ecce omnia vobis munda, & certè si eleemosyna munda peccata, iam mundat animam: quæ munda, ecce corpus mundum est. Porro iudicium hic dicitur quo per peccatum iuste miseri facti sumus, quia iudicium ex vno in condemnationem. [*hæc oportuit.*] Nemo ergo se fallat, quanuis largissimas det eleemosynas: putans ijs, suorum emere redemptionem peccatorum, si aliunde tamen in peccatis maneat. Hæc enim oportet facere, sed illa non omittere. [*peccata magis accubitus.*] Vix nobis miseris quibus breuis hæc vita ad plangenda crimina datur, at nos in sumimus eam in cathedrarum ambitione.

D. Tho. [*clauditis regnum.*] Regnū Dei est gloria

gloria, sancta scriptura. Harum ostium Christus est. Ego enim inquit suum ostium, quod per aduentum suum iam apertum est. Porro Pharisei clauderant hoc ostium per malam doctrinam & vitam, sedebant ergo in cathedra pestilentia: suos auditores corrumpentes. Ita habetur recessistis à via, scandalizatis plurimos. [*maius iudicium.*] Quia qui per arma diaboli rapit, peccat: at qui per arma Dei rapit, peccat in duplo. Item quia rapitis ab his, quibus oportebat dare. Demum, quia seruus sciens voluntatem Domini & non faciens, plagis vapulabit multis. [*filium gehennæ in duplo.*] Quia melius erat viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam reuerti. [*per aurum templi.*] Hæc erat eorum traditio, vt lucrarentur ex poenis. Planè, qui aurum è templo furatur sacrilegus est, non quia aurum, sed quia è templo surripuit. [*qui decimatis.*] Intelligi potest, primo. Quia exigitis decimas ex rebus etiam minimis, quærentes quæ vestra sunt, quod charitas non facit. Secundo, quia decimas datis non curantes de interiori sanctitate. [*hæc oportuit.*] Dices. Ergo Christus mandat dari decimas, & sic decimæ essent de iure diuino nouæ legis. Quod est falsum. Respondeo, quod præceptum de decimis non est purè naturale, nec purè humanum, sed quantum ad alendos clericos, & prædicatores, naturale est. Quota verò parte alendi sint, hoc est humanum. [*munda prius.*] Quia si oculus tuus simplex fuerit totum corpus lucidum erit. Omni ergo diligentia custodi cor tuum. [*qui edificatis.*] Qui ædificando vanam gloriam intendit, non ambulat in vijs Dei, & ideo non prodest ei. [*testimonio estis.*] Quia assueuistis maliciæ patrum vestrorum. Qui enim patres malos habet, eorum sequitur prauitatem, & illi in senectâ vehementius hæret. Nequissimi enim filij impiorum. [*implete.*] Aliquando ego impediui ne impleritis: sed iam non impediam, ideo poteritis implere. Dicit, implete. Quia Deus non punit statim culpam, sed expectat, donec exaggeretur, & impleatur. Licet ergo Iudæi peccauerint, prophetas occidendo, nondum tamen eorum culpa, ad suum venerat culmen.

Simon de Cassia. libr. 8. capit. 37. [*clauditis regnum.*] Illi claudunt, qui incipientem colere Deum, per argumenta diaboli, per blanditias mundi, pollicitationes, terrores, à via Dei auocant. [*domos viduarum.*]

Hi sunt qui habitum ferentes sanctitatis, domos frequentant viduarum. prolixas missas, & officia eis promittentes. [*vnum profelytum.*] Horrendum est prauitatis esse magistrum & quod profelytus suo fiat magistro peior. [*Deum iurat.*] Innuat, quod tam obligat promissio facta per Deum, quam per res eius. Imo ipsa promissio etiam non iurata obligat. [*iudicium.*] Quo si nos diiudicemus, non vtique iudicemur. [*excolant culicem.*] Intelligi potest de his qui peccata pauperum vehementius arguunt & puniunt: at peccata maiorum excusant & prætereunt. [*munda prius.*] Si placet in ecclesia nitor, magis placeat in conscientia. Nam si gauderet Deus de mundicia exteriori, iam stellæ, flores, arbores, premia tulissent æterna.

Hugo. Ponit Dominus octo, vix, quæ ferè respondent, octo beatitudinibus de quibus c. 5. [*non intratis.*] Quia nisi conuersi, efficiamini vt paruuli, non intrabitis. [*intrare non sinitis.*] Sacerdotes peccata populi manducant: & ad iniquitatem subleuant animas eorum. [*amplius iudicium.*] Quia iudicium durissimum fiet his qui præsumunt. [*qui decimatis.*] Contra temporâ nostrâ claudunt. Vbi prælati & doctores auaritiæ student, omnes in viam suam declinant, à minimo ad summum auaritiæ intendunt. [*iudicium.*] Quærite in Hierusalem, an inueniatis virum facientem iudicium, & intrate in eum. [*intra.*] & item principes tui focij furum, & demum indicabo tibi, o homo, quid Dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. [*miser cordiam & fidem.*] Per quæ purgantur peccata proverb. 15. [*sepulchra.*] Fili, hominis fode parietem, & vide abominationes, quas isti faciunt. O si aperirentur multorum conscientia, quod vermes inuenirentur. [*dealbata.*] At sponsa dicit. Nigra sum sed formosa. Omnis enim gloria filia regis ab intus. De istis vide Davie. 14. Vbi habetur, quod Bel, erat exterius, æneus, intus luteus, iuxta illud, filia eorum compositæ armate: &c. [*dealbata.*] Qui detrahunt, & postea excusant, hi mortificant, & postea dealbant. [*prophetas occiderunt.*] Nunc multi eos occidunt, non sinentes eos veritatem, sed placencia dicere, & prohibentes gentibus loqui, vt salui fiant. [*serpentes.*] Serpentes varij sunt, sed hypocritæ magis varij, tabulis dicuntur,

1. Cori. 5

1. Tessa. 2

Gene. 3.
Philip. 3.

citur ut super pedes suum gradientur, quia omnia faciunt propter ventrem, quia eorum venter Deus est, habent serpentes virus in lingua ita hypocritæ detractores sunt. Serpens quærit ocium & latebras, ita & hi, quia qui male agit odit lucem.

Ioan. 3.

Caïetanus. [*Pharisæi hypocritæ.*] Non de omnibus scribis loquitur, erant enim aliqui eorum boni, ut Nicodemus, & Simon. Sed de hypocritis mentio est. [*non introiissis.*] Id est, non credidistis, quia intrare, est per fidem. [*duplo filium gehennæ.*] Quia ingratitude recepti doni fidei, hominem facit reum, omnium præcedentium delictorum, ille igitur profelytus, reus est, & vitæ malæ actæ in Iudaismo, & Idolatriæ in Paganismo. Rursum isti Marrani mali, nec sunt Christiani, nec Gentiles: igitur peiores sunt, quam cū erant gentiles. [*aurum templi.*] Purabant isti aurum esse sanctius templo, videbatur enim esse altari propinquius. [*iurans per cælum.*] Licet cælum sit res naturalis, at natura iuramenti est, ut per ipsum, Deus vocetur in testem, ergo per quiduis iuras, per Deum iurare conuinceris. [*iudicium.*] Quod in his quæ alijs debita sunt reperitur. [*miseriam.*] In his quæ licet non sint debita, necessaria tamen sunt indigentibus. [*fidem.*] Id est, veritatem in dictis & factis, cui ex diametro hypocritæ opponitur. [*culicem excolantes.*] Ita qui videntur mundissimi cum culicem inueniunt in vino, non tantum extrahunt culicem, sed per lintheum excolant, hæc videlicet est summa mundicia. [*camelum.*] Credit Caïetanus, non recte intelligi camelum, sed forsan muscam grandem, aut vespani, ita enim omnia quadrant. [*munda prius.*] Textus latinus videtur corruptus, non debet dici pleni estis, sed plena sunt rapina, id est, licet vasa exterius sint pura, at quæ intus sunt, ut pote ex rapina parta, plena sunt rapina & iniquitate. [*testimonio estis.*] Cum enim sepultura sit consummatio occisionis: patres illorum interfecerunt, hi vero consummant, igitur filij illorum in facto vos estis. [*implete.*] Olim Deus dixit, nondum sunt completæ iniquitates Amorrhæorum, ita nondum erat impleta mensura iniquitatis Pharisæicæ, sub ea enim continebatur occisio Christi & Apostolorum, [*quomodo fugiatis.*] Habetis apud homines quo iudicium eorum fugiatis, at non ita coram Deo.

Druthmarus. [*non finitis intrare.*] Quia dicebant, num a Galilæa potest aliquid boni

esse? [*circuitis.*] Circuibant illi tunc: sicut nos nunc, ut vinum conuerterent ad suam legem. [*duces cæci.*] Cum tamen nullus cæcus velit alij esse dux. [*hypocrita.*] Odit Dominus hoc vitium, toties contra ipsum excandescens. [*anethum.*] Ergo decimabant omnia. [*paropside.*] Vas quadrilaterum est. [*sepulchris.*] Fuit orientalibus grandis cura ornandi sepulchra, adeo ut non traillis collata, nihil sint. [*edificatis.*] Si adeo horretis Patrum vestrorum iniquitatem, cur prophetam vestrum cupitis occidere? Verbis igitur patrum nequitiam fugitis: sed animo vos filios eorum demonstratis.

Glofainterli. [*duplo filium gehennæ.*] Quia vestra videns vitia ad gentilitatem reuertitur, sit que maiori pœna dignus. [*qui decimatis.*] Id est, decimas exigitis relinquentes grauiora incorrecta, etiam si negligantur. [*sicut quod de foris est mundum.*] Id est, ut ostendas sanctitatem per opera. [*similes estis sepulchris.*] Id est, estis sepulchra in quibus alios mortificatis. [*gemina viperarum.*] Id est, homicidæ ad homicidam nati.

Lyranus. Beatitudo est regnum Dei, eius ostium Christus, cuius clavis doctrina. Quæ si mala est, claudit: si bona, aperit. [*non finitis.*] Simples populi in Christum credidissent, nisi ab his fuissent auersi. [*circuitis.*] Credebant isti, quod sine legis obseruatione nemo seruaretur, quod est falsum. Nam Iob & alij sunt in lege naturæ seruati. [*duplo filium gehennæ.*] Quia videns profelytus, mala illorum opera, reuersus ad suam gentilitatem fiebat apostata. Ita faciunt multi monachi, procurantes alicuius secularis monachatum, qui fugiens illorum malam vitam, facit nouissima peiora prioribus. [*qui decimatis.*] Id est, quidecimas datis. Quia omnis leuitica gens (licet reciperet decimas) harum tamen decimarum, decimas dabat summo Pontifici. Ut habetur Numer. 18. [*iudicium.*] Quod ordinat nos ad proximum ratione debiti, at misericordia ordinat, ad proximum ratione doni, fides verò ordinat nos ad Deum. His clauditur tota iustitia. [*quomodo effugietis.*] Cum sitis obstinati. **Morale.** [*Chrymum.*] Ita nunc multi religiosi faciunt. Grandes sunt obseruatores silentij, & inclinationum: at nihil curant si defraudent proximos. &c.

Ideo ecce mitto.

Diuus

D. Hieronymus. [*propheta & sapientes.*] Varia fuerunt dona discipulorum, alij enim erant propheta, alij doctores, ut inquit Apostolus. Misit ergo Dñs, prophetas, qui veterum prænuntiant. Sapientes qui sciunt, quando sermo proferri debeat. Scribas, id est, legis doctissimos. Ex quibus Stephanus lapidatus est, Paulus occisus, Petrus crucifixus. [*Zacharia.*] Hunc alij dicunt fuisse vndecimum, ex prophetis minoribus. Alij fuisse patrem Baptistæ. At vero, nulla scriptura hos occisos memorat. Alij volunt, hunc Zachariam fuisse occisum, a rege Ioa. Sed hic Zacharias non fuit filius Barachiz, sed Ioiadæ. Licet, huic possit responderi, hunc Ioiadam, vocatum etiam Barachiam, id est, Benedictum Domini. Cuius testis est. Euangelium Nazæorum, dicens. Ad sanguinem Zachariæ filij Ioiadæ. At cur, a generatione Iudæorum qui erant tempore Christi, sanguis requiretur. Abel & Zachariæ, quos illi non occiderunt? Respon. Quod sancta scriptura, sicut vnam generationem nouit iustorum, ita & vnam iniustorum. De priori dicitur, hæc est generatio, quærentium Dominum. De posteriori requiretur sanguis, a generatione hac. Licet ergo iusti, diuersis ætatibus fuerint, eorum tamen, vna generatio est. Sic etiam & iniustorum. [*Hierusalem.*] Cum eius habitatoribus, & non cum saxis, mentio est. Bis vero, Hierusalem nominans, patris affectum monstrauit, sicut, etiam, cum videns eam fleuit. [*quoties volui.*] Indicat prophetas a se missos. [*sicut gallina.*] In Deuteronom. legitur hæc similitudo, sicut aquila prouocans. [*ecce relinquatur.*] Dixit & hoc Ierem. capit. 12. reliqui domum meam. Domus vero, id est, templum. [*donec dicatis benedictus.*] Sicut in Psal. 117. habetur. [*non me videbitis.*] Nisi poenitentiam egeritis.

Diuus Augustinus lib. 1. de mirab. scrip. capit. 3. Sicut in genealogia Domini dicitur. Dauid autem rex, (vocatur rex, quia ab eo regnum Deo placitum incepit.) Ita dicitur hoc loco, Abel iusti, quia ab eo iustitia cepit. Cum enim omnis iustitia tribus cõstet, scilicet, virginitate, sacerdotio, & martyrio, hæc tria Abel habuit, mors enim præmatura, nõ fuit violare pudorem, oblationes eius ostendunt sacerdotium, & fusio sanguinis martyrium. Abeli igitur iusto reliqui quasi hæreditario iure, in iustitia succedunt. Idem lib. de gene. ad liter. 1. c. 18. Spiritus sanctus ferebatur super aquas, Hebræis sonat, fouebat,

(sicut gallina pullos) sic Dominus fouet nos non ut semper paruuli simus, sensu: sed malicia. Idem in Enchirid. ad Laurem. capit. 96. [*quoties volui.*] Vbi est igitur ea omnipotentia, qua quicquid voluit fecit, si nunc, (sicut multi dicunt) cum Deus vult, nos nolimus. Superatur igitur eius voluntas a nostra. An potius & Hierusalem filios suos noluit ab illo colligi. Licet ea nolente, filios eius, ipse quos voluit, collegit. Quia omnia quæ voluit, fecit in cælo & in terra. Idem lib. 1. quest. Euangelii. capit. 36. [*sicut gallina.*] Hæc infirmatur, propter pullos, quos alij protegit, & contra miluos pugnans, defendit. Ita Christus propter infirmitatem nostram infirmatus est, nam dicitur, quod infirmum est Dei, fortius est, & pugnavit contra diabolum. Idem fere tract. 15. in Ioan. Idem de verbis Domini ser. 29. cum dixisset ouem esse spem, quia ouem, futurum est pullus, hortatur, ut hoc ouem nostrum sub alis Christi ponamus, ne dicat ille nobis, quoties volui, &c.

Origenes homi. 26. Zachariam hunc dicit fuisse patrem Baptistæ, qui occisus est a Pharisæis, eo quod cum virgo sacra eijceretur a loco virginum, ille eam defendit, dicens eam esse virginem. Alioqui, nullus ex Pharisæis, qui tunc vivebant, alium Zachariam occiderat. Sed dubium est, cur sanguis Abel & prophetarum requiratur ab his qui eos non occiderunt? Ad quod dicendum erit, quod nõ statim post peccatum, punit Deus. Sed cum vna generatio peccat, secundam & tertiam ipse expectat, considerans an corrigat præcedentis generationis errorem an vero peccata peccatis accumularet. Quod si accumularet, generatio vltima, non patitur poenitentiam priorum. Sed in ea Dei patientia finitur. Et quæ debuerat destrui prius. Tunc tandem destruitur. Huius rei exemplum habemus in Iudæa, quæ peccauit Christum crucifigens nec tamen tunc vastata est, sed sequuta generatio, prioris errorem accumulauit, ac ideo, sub Tito & Vespasiano desolata est. [*Scribas & sapientes.*] Spirituales Pharisæi, sunt hæretici. Hi linguis suis flagellant sapientes Euangelicos, & eijciunt, de ciuitate in ciuitatem, id aliquando corporaliter facientes aliquando vero spiritualiter de ciuitate veritatis, in ciuitates errorum eijcientes. [*sanguis qui effusus est.*] Id ita spiritualiter intellige. Sanguis scripturæ est veritas eius, quam dicuntur effundere, qui eam immunendam esse existimant, & etiam qui nolunt in

Rom. 12.

1. Corin. 12.

Apost. 7.

2. Paral. 24.

Psal. 23.

Luc. 19.

Deutero. 32.

Luc. 11.

in ea sanctificari. Contra quos veritas ipsa sic effusa clamat, sicut sanguis Abel, contra Caym suum effusorem, olim clamabat. Et quia Zacharias significat memoriam Dei: omnis qui memoriam Dei, in ijs, quos exemplo scandalizat, auferre contendit, is sanguinem Zachariæ, effundere dicitur. Rursum Abel significat luctum. Ergo qui recipit verbum illud Evangelicum. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, is Abelem non interficit, sed seruat. At verò, qui idem Evangelij verbum non recipit sed rejicit, is sanguis Abelis effundere dicitur, quia rejicit luctus salutaris veritatem. Item, ab impijs Zacharias, id est, Dei memoria occiditur (idque inter templum & altare) cum lasciuu templum Dei violant, & quando per orationum sordidarum negligentiam, impij illud inquinant. De his enim orationibus, psaltes dicit, quod eorum oratio fit in peccatū. [*qua occidis prophetas.*] At dices, non legimus in Hierusalē, fuisse prophetas occisos, licet enim inueniatur incarcerati, sed non inueniuntur occisi. Quomodo ergo Dominus dicit, quod Hierusalem occidit prophetas? Respon. quod licet id in sanctis literis non inueniatur. At verum est, quod Stephanus dixit, vos semper spiritui sancto resististis, sicut patres vestri & vos, quem prophetarum non sunt persequuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Verum etiam est, quod Paulus dixit de Iudæis, inquiens, quod Dominum occiderunt, & prophetas, & nos persequuti sunt, & idē rursus de sanctis prophetis dicit, quod lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt, & si cōsulamus Apocriphos libros, illi aperte dicunt, multos prophetas, in Hierusalē occisos, interim tamen vt Paulum à falsitate vendicemus, non est necesse dicere, multos prophetas fuisse lapidatos, aut multos fuisse sectos. Sat enim est, vnum exhibere sectum, Isaiam & vnum exhibere lapidatum Zachariam.

Sed maiori dubio vrgemur, Quomodo Dominus dicat, non capit prophetam, perire extra Hierusalem. Num nullus propheta ta est extra Hierusalem? Responso est, quod planē omnis propheta est in Hierusalem. [*quoties volui.*] Non intelligas. Deum voluisse Iudæos congregare, solum cum esset in carne assumpta, imo verò, quod diuinitas, semper à Iudæorum institutione eos voluit congregare. [*non me videbitis.*] Qui malè operatur verbi diuini pulchritudinem non vide-

bit, donec de male actis poenitens, dicat. Benedictus qui venit in nomine Domini, tūc enim verbum Dei benedictum, veniens in nomine patris sui, super cor hominis poenitentis venit, quando ipse ad Christum conuertitur.

Diuisus Chrysostomus, homi. 75. [*venient hac super vos.*] Non hinc colligas, quod aliquis aliena peccata luat: sed quod qui multos ob peccata sua, vexatos esse non ignorat, nec propterea fit melior, vt qui ea ratione grauius peccet, illorum etiam poenas sustinebit, nam priores, non adeo grauius peccare videbatur. Porro meminit Abel, fratris inuidia occisi, vt Phariseos admoneret, eos etiā contra Christum inuidia incitari. O vero inæstimabilem Dei misericordiam, qui Iudæis tantopere impijs, nunquam prophetas mittere cessauit, sciens etiam nihil illos Iudæis profuturos. Sapientes verò vocat apostolos, eorumque successores. [*quoties volui.*] Sensus est, etiam si occideritis prophetas: tamen nunquam a vobis remouistis, quin vos diligerem, & vellem congregare: imò verò, à vobis atrociter læsus perseueravi, vos semper reuocare contendens. [*fit domus vestra deserta.*] Deserta, scilicet, à patrocinio meo, quo vos semper protexi. [*non me videbitis à modo donec dicatis.*] Illud à modo, valet ex tēpore passionis meæ, & occultè hic, se resurrecturum, & secundo venturū, insinuat. Quando eum etiam increduli sunt odoraturi, iuxta illud psalmi: adorabunt eum omnes fines terræ, & omnes gentes benedicent ei.

Euthymius. [*ecce ego mitto.*] Indicat se Deum esse. Dei enim est mittere prophetas. [*ex illis flagellabitis.*] Ex illis, dicit, nec enim omnes sunt flagellandi, multi enim non flagellati, sed in multo pretio habiti sunt. [*hec omnia venient.*] Hæc, dicit, vt quos gehenna non terrebat illa omnia supplicia vettura terreat. [*quoties volui.*] Quia dispersos Iudæos congregauerat. [*non me videbitis donec dicatis.*] Quia Iudæos amabat, noluit simpliciter dicere, nunquam me videbitis, sed temperauit sermonem suum, dicens non me videbitis, donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Diuisus Hilarius cano. 24. Idcirco sanguis Abelis & Zachariæ, super Iudæos venit, quia iam in illis habitans Christus & prædicans, passus fuerat, cui si Iudæi credidissent, non solum nex prophetarum, sed & ipsius Christi condonata fuisset. At quia non crediderunt, ab eis vltio sanguinis prophetarum repofcitur.

Christus terrena & domestica auis factus est, corpore suo tanquam alarum operimento, calorē, id est, vitæ immortalitatem pullis suis indulgens, & in volatum, velut noua generatione producens, pulli enim primò sub testa illa velut, sub claustro corporis continentur. Dehinc postea parentis sedulitate confortati, exeunt in volatum, vt nos è corpore exeuntes, sublimia petamus. [*non me videbitis.*] Quouq; in nomine Domini reuertentem, etiam inuita infidelitatis confessione benedicant.

V. Beda in. ca. 3. Lucæ. (*Ecce relinquetur domus vestra deserta.*) Merito quidem, si enim vos vestram gallinam, quæ vos sub alis suis protegebat, vulpibus, Herodi, & Pilato vorandam tradidistis, fiet plane, vt relinquami ni, sine eius protectione, venient igitur Romani, & nidum vestrum diripient. [*donec dicatis benedicatis.*] Necesse est hoc de Christi secundo aduentu intelligere. Nam antequam Christus, hæc verba diceret, iam pueri ei cantauerant versum hunc. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Diuisus Thomas. [*Prophetas, sapientes & scribas.*] Apostoli fuerunt Prophetæ, habuerunt enim donum prophetiæ, iuxta illud prophetabunt filij vestri, fuerunt etiā sapientes, quibus Dominus donum sapientiæ dedit, eo dicente, dabo vobis os, & sapientiam. Fuerunt etiam scribæ, aperuit enim illis sensum Dominus, vt intelligerent scripturas. Huius verò rei præmonet Apostolos, vt facilius lapides ferant & gladios, quam vero, Iudæi Apostolos lapidauerint & flagellaerint, habetur Acto. 5. 9. & 10. [*Zacharia.*] Meminit Abelis, & Zachariæ, tum quia horum mentio habetur in scriptura, tum quia Abel laicuserat, Zacharias verò sacerdos. Significauit igitur, quod omnis vtriusq; status occisio, in Iudæis punietur. [*omnia hac venient.*] Intellige quantum ad poenam temporalem siquidem in filijs, patrum malitia fuerat completa. Nam quantum ad æternam poenam, filius non portat iniquitatem patris. [*qua occidis.*] Id est, non solum quæ occidisti, sed etiā quæ in affectu peccandi perseueras. [*domus deserta.*] Id est, à proprijs habitatoribus. [*donec dicatis.*] In secundo aduētū Iudæi (etiam increduli) recognoscēt, & dicent, Christum qui venerat fuisse benedictum.

Simon de Calsia. lib. 8. c. 37. [*congregare.*] Væ, qui non congregantur, congregatione sancta, in cuius medio adest dominus, cuius

orationes ipse exaudit, sed diuiduntur multitudine sua intentione, & moribus. At dñs dispersiones vult cōgregare. Congregari expedit, quia extrema castrosum combussit cœlicus ignis. Aquæ sunt hominum voluntates, has iubet dñs congregari, in vnam fidem; baptisma, spiritū, vnum Christum; vt arida appareat, id est, vt terrena malitia, damnata appareat, Greges non potantur, nisi cōgregentur, vt pastor auferat lapidē ab ore putei. Igitur vt haurias aquas de fontibus saluatoris necesse est congregari in vnu, vt tibi Christus os putei aperiat. Et planē quæ non fuerunt congregata ex agris in Aegypto, perierunt. Vt pro nobis sumus sacerdos oret, cōgregemur in Masphat. [*sicut gallina.*] Sub cuius vmbra sperat psaltes. Psal. 56. 16. habet hæc gallina alas duas, amorē Dei & proximi, cū multis pēnis, id est, operibus, videlicet alas diuinitatis & humanitatis, cū innumeris beneficijs collatis. Vult igitur sub his alis non solum nos vniri. Sed quod etiā, vires omnes anime nostræ dispersæ vniantur, vt nil appetamus, nisi iustū. (Habeamusq;) alas duas, iustitiæ & misericordiæ sub quibus esse dicitur quibus saluandus. [*deserta.*] Quia prior deseruit. Naues sunt quæ deserunt portū, portus si xus est, sed quo cōfugiet à Deo desertus? Ad desertum diaboli, desertum querent ad poenā.

Hugo. [*vt veniat.*] Id est, hoc consequituum est, non effectiuum. [*Abel in fili.*] Id est, qui à Deo iustè approbatus est. [*Hierusalem Hierusalem.*] Bis eam Dñs deflet, quia duplicē poenā merebatur, presentē & futurā: corporis & animæ: poenæ, & sensus. [*gallina.*] Etiam Ecclesia comparatur gallinæ, quæ & alienos filios, sibi suppositos, magna charitate diligit, Dominus tamen, magis gallina vocatur, qui dicit, venite ad me omnes, & pul-lorum infirmitatibus compatitur iuxta illud, quis infirmatur, & ego non infirmior. Item gallina habet filios vilis est, ita & Christus & Ecclesia, dicit enim vide Domine & considera, quoniā facta sum vilis. Item scalpēdo quærit grana, videlicet, spiritalia querens inter terrena & temporalia, de quibus Paulus inquit, omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucri faciam. Item gallus quærit locum altiorē, vbi noctu quiescat, vt nostra conuersatio in cœlis sit. Item gallus puluerat se, vt pediculos excutiat, vt nos etiam volutemur in poenitentia, quo peccata excutiamus. Ita enim Isaias excute te de puluere, confurge, sede Hierusalem. [*donec videatis.*] Scilicet, venientem adiudicium.

Pa. 108

A cor. 7.

i. Thessal. 2.

Hcb. 11.

Psal. 71.

Psalm. 146
Num. 11

Genesi. 1.

Genesi. 29.

Isaia. 12.

Exod. 9.

i. Regū. 10.

Hugo.

Genesi. 4.

Matthæ. 11.

2 Corin. 12.

Thren. 1.

Philippē. 3.

Isaia. 52.

Caeterans. [ecce ego.] Scilicet, in cœlo re-
 fidens. [mitto ad vos.] Scilicet, in die Penthe-
 costes. [ut veniat.] Illa dictio, vt, causam me-
 ritoria denotat. [omnis sanguis iustus.] Id est,
 Poena æquiualens, omnibus poenis, quas me-
 ruerunt occisores. omnium iustorum illi enim se-
 uierunt in Prophetas: hi vero in Dominum
 prophetarum. Horum ergo poena, omnibus poe-
 nis, quas illi meruerunt, æquiualeat. [a sanguine
 Abel ad sanguinem Zachariae.] Id est, ab in-
 fimo ad summum, nam Abel fuit pastor ouium
 (quod est infimum munus) Zacharias vero
 fuit pontifex maxi: quæ est functio summa.
 Et quia sanguis Abel clamat vindictam, vt ha-
 betur Genesi. 4. Et item sanguis Zachariae,
 vt habetur. 2. Paralipo. 24. Idcirco, de his me-
 minit Dominus, tacuit verò de sanguine alio-
 rum, de quo scriptura non meminit quod
 clamat vindictam. At sicut sanguis Abel, eam
 elamat, sic & sanguis Christi. [super genera-
 tionem istam.] Videlicet, quia intra. 40. an-
 nos tanta Iudæorum generatio passa est, vt vix
 credibilia videatur, & facile videamus quod
 omnis sanguis iustus ab eis exactus sit, ha-
 bent etiam obstinationem, quæ poena alijs
 maior est. [Hierusalem Hierusalem.] Scilicet,
 quæ tot dignitatibus & donis polles. [quoties
 volui.] Scilicet, præcipiendo, monendo, id
 vocat Theologi voluntatem signi, & hic,
 notat se esse Deum, qui olim Iudæos congregare
 voluerit. [danc.] Id est, à tempore pas-
 sionis vsq; ad secundum aduentum.

Glossa inter. [occiditis.] vt Paulum. [cruci-
 cifigatis.] Vt Petrum. [quem occidistis.] Non
 vos sed generatio vestra. [lapides eos.] Vel
 duritia cordis repellendo: vel corporaliter,
 vt Stephanum. [non me videbitis.] Nisi poe-
 nitueritis. [donec dicatis benedictus.] Id est,
 donec confiteamini Christum filium esse Dei
 omnipotentis benedictum, id est, à peccato
 immunem, quem pater ad nomē suum glo-
 rificandum misit.

Glossa ordina. [Abel vsque ad sanguinem
 Zachariae.] Id est, à laicis ad sacerdotes occi-
 sos. Porro Zacharias fuit filius Ioiadæ, aut
 etiam, vnus de duodecim Prophetis mino-
 ribus.

Lyranus. [filium Barachia.] Qui etiam Ioi-
 iadas dictus est [a sanguine Abel.] Id est, à san-
 guine minimi iusti, vsque ad sanguinem ma-
 ximi iusti. [occidit.] Habetur. 4. Regum. 21.
 Maxima Prophetarum occisio. [deserta.]
 Id est. [Quæ amplius non adificabitur.] Vt Da-
 niel prædixerat.

Burgensis. Referuntur hic Abel & Zacha-

rias, quia Abel fuit primus in orbe sine cul-
 pa occisus, Zacharias vero fuit vltimus eor-
 um, qui sine culpa à Iudæis occisi leguntur.
 Nam Ioannes, ab Herode gentili, non à Iu-
 dæis occisus est.

C A P. XXIII.

Et egressus Iesus de templo



Iesus Hieronymus. [Non ret-
 linquetur lapis.] Quia egres-
 so Iesu de templo, omnia le-
 gis. Et mandatorum, compo-
 sitio, & ædificium corruer-
 unt. Capite enim sublatò
 membra compugnata. [sedente in monte Oli-
 ueti.] Scilicet, vbi verum lumen scientia na-
 scebatur. [multi venient in nomine meo.] Inter
 quos fuit Simon Samaritanus, vt act. histo-
 ria refert. Imò & omnis hæresiarcha dicit
 Ego sum Christus. [sed nondum fuit.] Ergò
 licet prælia sint, non existimemus iam diem
 instare iudicij. [gens in gentem.] Licet hæc
 ad litteram intelligi queant, mihi tamen vide-
 tur in hæreticis magis intelligi, qui contra se
 dimicantes, Ecclesie victoriam faciunt, tunc
 verò famas est, audiendi, scilicet, verbu Dei.
 Et pestilentia, eorum quorum sermo, vt can-
 cer serpit. [initia sunt dolorum.] Vel facilius,
 parturitionum, vt hæc sint signa conceptus
 Antichristi, & non partus. [tradens vos.]
 Id est, Christianos. [charitas frigescet multo-
 rum.] Non omnium, sed multorum, quia mul-
 ti sunt vocati. In paucis verò electis, aquæ
 multæ, non poterunt extinguere charita-
 tem. Quis enim nos separabit à charitate
 Christi: tribulatione, angustia, an aliqua
 alia creatura? [predicabitur Euangelium in toto
 orbe.] Igitur signum dominici aduentus est,
 prædicatio Euangelij in toto orbe. Quod
 aut completum est, aut est in breui comple-
 dum. Iam enim non est regio, quæ Christi
 nomen ignoret. [Cum ergo videritis abo-
 minationem desolationis qui legit intelligat.]
 Quando ad intelligentiam prouocamur, si-
 gnificatur mysticum esse quod dicitur, er-
 go abominatio hæc, illa est, de qua Aposto-
 lus dicit, quod homo iniquitatis eleuabitur,
 supra omne quod dicitur Deus, ita vt in tem-
 plo, Dei stare audeat dicens, quod ipse sit
 Deus. Potest etiam de imagine Cesaris in-
 telligi, quam Pilatus in templo collocauit.
 Aut

Aut etiam de statua Adriani, quæ in sancto
 sanctorum, vsque ad præsentem diem ste-
 tit. Siquidem abominatio in sanctis literis,
 idolum dicitur. Potest & intelligi per abo-
 minationem, omne dogma peruersum, quod
 quando in templo steterit, admonemur, vt
 dimissa occidente litera, accedamus ad mon-
 tes æternos, à quibus, mirabiliter illuminat
 Deus, & conscendamus ad testum, quo igni-
 ta nequissimi tela peruenire non possint.
 Nec descendamus, ad aliquid tollendum de
 domo, id est, pristina conuersatione, neq; re-
 uertamur ad tollendum quicquam eorum
 quæ retro sunt. Magis vero seramus in agro
 spiritualium scripturarum, vt ex eis aliquæ
 fructum excerpamus. [ut prægantibus.]
 Id est, animabus illis, quæ non imperfectum
 virum, sua genimina perduxerunt. Sed eru-
 ditione magistrorum adhuc opus habent.
 Potest etiam, & ad litteram intelligi, de per-
 sequitione Romanæ captiuitatis, & Anti-
 christi, in qua prægnantes & nutrientes, ex-
 peditus fugere nequeant. [orate ne fuga fiat
 in hyeme.] Si de tempore Titi & Vespasiani
 intelligas, historicus sensus patet, sed si de
 consummatione seculi, sensus erit. Orate vt
 tempore fugæ, non sit hyems charitatis re-
 frigescentis, aut torpor otij Sabbatini, id est,
 ne otiosi simus. [abbreviati dies.] Non qua-
 litate, quia ordinatione Dei perseverat: sed
 numero. Ne temporum mora credentium
 fides concutatur. [ecce hic est Christus.] Li-
 cet tres fuerint tempore obsidionis Iudaice,
 qui dicerent se esse Christos melius tamen
 hæc verba, de mundi consummatione intel-
 liguntur. [ecce in deserto est.] In deserto, id est,
 indogmate gentilium philosophorum. [aut
 in penetralibus.] Id est, arcanis hæreticorum.
 [tunc nolite exire.] Id est, nolite credere, quia
 lumen Christi, non in Philosophis, aut hæ-
 reticis, sed in toto mundo ab oriente, ad oc-
 cidetem patet. Intelligi etiam potest, quod
 Christi secundus aduentus, non erit humi-
 lis, sed gloriosus. [ubi fuerit corpus.] Si aues,
 ex tam longo spatio ad cadaver veniunt,
 quanto nos potius ad illud lumen festina-
 re debemus, quod ab Oriente illuxit ad
 occidentem? Secundò intelligitur, quod
 cum legimus aliquem de Christi passio-
 ne, & de eius defuncto cadavere, sancti con-
 gregentur, vt per illam passionem, ad ver-
 bum Dei possint peruenire. Porro sancti
 dicuntur aquilæ, apud Isaiam, quia sum-
 munt alas; quibus ad Christi passionem ve-
 niant.

Psal. 75.
Ephes. 6.

Psal. 118

Matth. 23
Capit. 8.

Roman. 8.

Isaie. 40.

Diuus Augustinus. libr. 83. quæst. quæ. 61.
 Dicit tres fuisse dies, legis naturæ, veteris,
 & gratiæ, in hoc vltimo die, nos Deus pa-
 scit septem panibus, id est, septem donis spi-
 ritus sancti, ne deficiamus in via, quæ ad
 diem quartum æternitatis ambulamus, &
 licet in hoc tertio die refecti, possimus de-
 ferere Christum, tamen qui perseverauerit,
 perueniet ad æternum & amplum septem
 sportarum conuiuium. ¶ Libro. 1. quæstio.
 Euange. capitul. 37. 38. [orate ne fuga vestra.]
 Id est, orate ne detineamini aliquo impedi-
 mento, hyems enim & Sabbatum impedi-
 menta sunt, vel aliter. Orate, ne inueniami-
 ni in hyeme, id est, tristitia rerum tempora-
 lium: aut in Sabbato, id est, earundem latti-
 tia. [sicut fulgur.] Ecclesia nunc sua autori-
 tate, fulgens in medio nebulæ mundi,
 fulgur dicitur, quod iam ab Oriente in oc-
 cidentem fulget. Admonemur igitur, vt Ec-
 clesia tam latè sparsa credamus: non vero
 hæreticis, qui inconuenticulis suis dicunt,
 hic aut illic est Christus, neque schismati-
 cis qui in penetralibus suis, id est, particula-
 ribus locis, idem dicere nõ verentur. ¶ Idem
 eodem capitulo. 42. [ubi fuerit corpus.] Id est,
 sancti congregabuntur in cœlum, vbi erit
 Christus, qui quia, cum hæc dicebat, erat
 moriturus: ideo se corpus, seu cadaver no-
 minabat. ¶ Idem libr. 2. de con. consen. Euan-
 ge. capitul. 77. Non descendere eos qui sunt
 super testum, ad aliquid de domo tollen-
 dum, est, nullo rerum temporalium deside-
 rio teneri, eos vero qui sunt in agro, ad ciui-
 tatem non redire, est eos qui bono propo-
 sito extra temporalia sunt, non iterum eo-
 rum curis implicari. [ne fuga fiat Sabbato.]
 Explicauit hoc Lucas, dicens, ne grauen-
 tur corda vestra, crapula, aut ebrietate, hæc
 enim in diebus festis fieri solent. ¶ Idem
 Homi. 20. De verb. Domi. nunquam dec-
 runt Christianis, tribulationes, quia nun-
 quam defunt iniquitates, & ideo, in fine mū-
 di, vt abundabit iniquitas ita & tribulatio.
 [ut prægantibus.] Qui aliena cupit, præ-
 gnans est, qui iam ea rapuit, lactans. Vt qui
 cupit alterius domum, & fraudes innecti-
 turæ minoris emat, hic cupiditate præ-
 gnans est, væ ergo ijs prægnantibus, qui-
 bus aliud væ reseruat maus, illud, scilicet
 eest, ite maledicti. Nam si, qui rem propriam
 non dedit maledictus est, quid erit qui in-
 uasit alienam? nam dum viuimus, sine con-
 ceptu esse, non possumus. At magna diffe-
 rentia est concipere à Christo, de quo di-
 citur,
 Pri. Tho. A a 2

Lucæ. 21.

Matth. 23.

Isaie. 61.

Psal. 7.

citur, à timore tuo concepimus & parturimus spiritum salutis. Aut à diabolo, à quo qui concipit, concipit dolorem, & parit iniquitatem. **C**ôcupisce, ergo, æterna quibus imprægnaris, & non facies abortum: nec à te tuus diuellitur partus.

1. Corin. 5.

Diuus Ambrosius, in 21. capitulo. Lucæ. [Non relinquatur.] Nullum est opus manu factum, quod aut vetustas, aut violentia, non destruat, erat tamen templum olim, præcissum ædificium, pretiosis lapidibus ornatum, idest, Synagoga, hoc ruit noua Ecclesia surgente. Est etiam in vnoquoque nostrum, templum, quod fide deficiente labitur: imò & si quis falso Christi nomen obtendit, quo interiorem expugnet affectum. **E**st & alia expositio utilior, quid mihi peccatorum meorum conscio, diem prodest scire iudicij? Quid prodest? Nisi Deus in me veniat? Veniet verò si defecerit mundus. Deficit verò, cum dicere possumus, mihi mundus crucifixus est. Iam si tibi mundus

Galat. 6
Philippé. 3.

ita defecit, & te hæc defectio, super tectum inuenit: ita ut tua conuersatio in cœlis sit, tunc tibi destruetur templum corporale, Pascha, & azima corporalia: audeo dicere, Christus temporalis, quia cui mundus defecit, Christus æternus est, templum, lex, & pascha, sunt spiritualia: hic epulatur azima. Sed non ex fruge terrena, huic aduenit Christus, sit enim ei præsens & sapientia & iustitia Christi. [gens in gentem.] Sat vidimus præliorum, à Gothis, Alanis, &c. Ergo quia in occasu mundi sumus, nos mundi ægritudines infestant, scilicet, fames, pestilentia, gladius. **S**unt etiam prælia passionum in hominis animo, ut superbia, avaritia, ira, sed vir fortis dicit, si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Etiam si Goliath, ferrox exurgat, non deerit David, qui in funda ex tribus funiculis confecta, lapide Gigantem deiciat, & ideo illi canant, percussit Saul mille, & David decem millia, quia victor huius seculi, principibus ante fertur. **I**tem est sermo hæreticorum, quasi Goliath gladius, cui nemo se infirmus opponat expectet tamen donec veniat David, qui potens sit hæreticum occidere, donec veniat Nazareus, nihil in capite superfluum habens, quod ei cadat in pugna. [abominatorem desolationis.] Quia cum Romaniceperunt templum, in ipsum porci caput iniecerunt, hæc fuit abominatio. Est etiam abominatio, multiplex error, quem An-

Psal. 26.

1. Reg. 16.
Ioann. 2.

tichristus in mentibus hominum disseminabit. Imò ad literam, ipse in templo sedebit. Et tunc abominatio stabit. Cum putabunt homines eum esse Christum, sed templum illud in quo Antichristus, sedebit, non purum erit, sed quod à vitij destruetur. [tunc erit fames.] Sicut in diebus Iesabel, fuit fames quia erant multi pseu-
3. Reg. 18.
dopropheta, quia cum iustus est in deserto, iniquus est, in regno. **E**st etiam alius Antichristus, qui meam Hierusalem, idest, meam pacificam animam, nititur possidere, hic est diabolus, cum quo nobis colluctatio est, tunc verò discessio fit, cum anima à se ipsa deciscit, cum igitur Antichristus hic animam tenet, donec ipse è medio fiat, iustitia exulat, iniquitas regnat, fides est rara: adeo ut dicat Dominus, putas ne, inueniet fidem in terra? de quo dictum est, de cœlo respexit Dominus, ut videat, si est intelligens non quia id ipse nesciat, sed quia adeo rari sunt intelligentes, ut videatur dubitandum, an vlli sint. Cum autem cuique laboranti, præsentia illuxerit Christi, tollitur iniquitas & regnat, iustitia. **E**st tertius Antichristus, quilibet hæreticus, ut Arius. Sabelius, hi cum fuerint, qui legit intelligat, ne falsa, more Iudæorum, pro veris accipiat. [va prægnantibus.] Idest, his qui carnis suæ pinguedinem extendunt, quibus animi gressus pigrescunt, qui inspirati à Deo, nullum suscepti operis, dedere processum, nec enim omnes sunt Mariæ quæ de Spiritu sancto concipientes filium pariant. Sed sunt qui abortum faciunt. Sunt etiam, qui necdum formatum, habent in vtero Christum, ut Paulus inquit. Nam qui voluntatem patris facit, ille Christi mater est, Christum genuit: & si perfectus est iustitiam peperit. **S**unt verò alij qui concipiunt iniquitatem, & eam pariunt. Istis erit vax. **V**ax etiam ei, qui scandalum facit infirmo, ut abortum faciat, ut habetur in Exodo. Minus tamen vax ei, qui cathecumenum ab vtero parturientis Ecclesiæ exclusit, (ut pote adhuc informem) quam si fidelem fecerit infidelem. Audi verò quibus rebus repleas ventrem tuum, dictum enim est, ex fructibus oris sui vir implebit ventrem suum, fructibus autem labiorum suorum satiabitur. Hæc de prægnantibus, iam de nutrientibus. Et quidem, ex illis duabus foeminis, quæ filios suos nutrebant, quasque Salomon ait
3. Reg. 3.
dicauit,

Eodem:

Name. 6.

dicauit, altera per negligentiam filium suum peremit altera fere perdidisset, nisi Salomon occurrisset. Cur ita? certè quia mulieres illæ filios suos habebant imperfectos, nondum ab lactatos. Nos igitur, paruulos nostros ab lactare curemus, idest, ne opera imperfecta nutriamus, si quidem ab lactatus Isaac à dormiente matre, non occiditur. Et ideo grande epulum pater Abraham in filij Isaac ab lactatione facit, & ab lactatus David super matre sua, retributionem sperat, quia non lacte opus habebat, quo imperfectus nutrireretur, sed solido veteratur cibo. Sicut Christus non tantum concipitur & nascitur: sed ætate proficit & gratia. Quod facies, si non tempus expectes senectæ: sed cum ætas suppetit, sapientia desponseris, ut sine corruptela partum iustitiæ edas. Vide mihi Paulum hesternino persequentem, hodie credentem, crastino prædicantem. [ne fuga fiat in hyeme.] Imò videbatur potius orandum, ne fuga fiat ætate, cum sol vehementius vrit. At qui in montes iam fugit, frigus & hyemem peccatorum timere non debet: sed optare lucis serenitatem, ne lubrico corporis infirma vestigia labantur, vnde illa secura canebat. Hyems transijt, imber abijt, hyeme enim arbores expoliantur, & in speciem mortis arescunt. At vere resurgunt semina: vere pascha est, quando feruati sumus. At Penthecoste, est in æstate: quando resurrectionis gloria, & celebratur, & speratur. [neque fiat sabbato.] Quando otium est, esto igitur, spiritu feruido, opere vehementi, labore peruigili, tunc tibi optandum est, è vita discedere, quando virtutes vigent: & sunt vitia captiua. [sol obscurabitur.] Quia cum plures à fide deficiunt, Sol obscuratur nube perfidiæ. Quia Sol ille cœlestis, mea mihi fide vel minuitur, vel augetur. Quia ut quisque habet oculos, ita lucentem, aut pallentem Solem iudicat, ita & pro deuotione credentium. Sol ille cœlestis luce videtur. Porro cum Luna, lumen suum à Sole mutuatur, si lumini cœlesti vitia carnis obstant, necesse est, ut Ecclesia lumen amittat suum, id igitur est, quod dicit, Luna obscurabitur. [stella cadent.] Idest, viri illi qui sicut stellæ refulgent, de quibus Abraham dictum est, ita fulgebit seminum tuum, sicut stellæ cœli. Hi igitur cadent, & hæc fieri oportebit, ut probentur boni perdantur mali. Ergo, animorū æstus

Genesis. 22.

Psal. 130.

Lucæ. 2.

Act. 9.

Canti. 2.

Exod. 15.

i. Christus.

Genesis. 15.

adeo graues erunt, ut malè sibi conscij (futuri iudicij metu) sacri ros fontis arescat. Contra vero cum perfidia arescit, fides irrorat.

Diuus Gregorius. Homilia. in Euangel. 12. Sabbato non licet (secundum legem) longius ire, hyeme pedes torpent. Orate ergo, ne tunc velitis peccata fugere, (idest, in morte) quando iam non licet ambulare. Non tunc quæramus bene vivere, cum compellimur de corpore exire, omne ergo, quod potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia est, apud inferos, quod tu properas. **I**dem in Iob capitulo. 40. Super illo: stringit caudam suam sicut Cedrus, dicit. Cauda dæmonis, Antichristus est, quia in fine mundi eam demonstrabit. Tunc dilatabitur hæc cauda sicut Cedrus, altior enim erit omnibus arboribus, idest, hominibus. Nunc verò per potentiam Dei stringitur & ligatur, quousque perficiatur mundus, & veniant anni illi mille, de quibus in Apocalypsi, quo tempore, cauda laxabitur, ut ostendatur hominum infirmitas: sed propter electos stringetur, propter quos breuiabuntur dies illi. **D**ices, cum in principio Ecclesiæ diabolus, ita sauerit: ita Martyres torserit. Quid iam reliquum est, in quo caudam laxare possit? Certè quia dabit signa & prodigia talia, ut si fieri possit, labantur etiam electi: cuius enim virtus tunc non concutietur? cum is qui flagris cruciat, signis coruscat? rectè ergo dictum est, quod stringet caudam sicut Cedrus, quia & altus erit veneratione prodigij, & durus crudelitate tormenti. **I**dem in 18. capitulo. Iob, explicans illud, in diebus eius stupebunt nouissimij, & primos inuadet horror, dicit. Tempore Antichristi, tot ille signa monstrabit, tot dira faciet, ut stupeant electi, qui diebus illis erunt nouissimij, & horrorem inuadat Heliam & Enoch qui primi fuerunt, & in tempus illud reseruantur ad mortem, ex qua sunt horrorem accepturi. **I**dem Homilia. 9. super librum. 1. Ezechielis, super illud. Si forte quiescant, inquit, Deus qui omnia videt, nihil dubitat sed cum per signum dubitationis loquitur, aliquid significat, ergo cum dicit, quod induentur in errorem si fieri possit electi, non hic aliquid dubium in Deo est, si enim fieri potest, ut cadant, electi non sunt: &
Pri. Tho. Aa 3 si ele-

Apoca. 20.

1.

1.

si electi sunt, id fieri non potest. Significatur ergo, quod electi in corde suo nutabunt, sed quia electi sunt non cadent.

Origenes Homilia. 27. [egressus de templo.] Dum in templo Dominus erat, seruabat templum, at exiens ab eo, manet domus deserta, & a gentibus destruitur, & quiuis dum est in gratia, templum Dei est,

1. Corin. 5. atli peccet, egresso. Christo anima eius sit deserta, ita vt non relinquatur in ea lapis super lapidem, ex omnibus, scilicet, bonis ædificationibus. Curemus igitur, ne Christus egrediatur, vt templum nostrum maneat donis & gratijs ornatum: ita vt videntes dicere possint, o quales lapides, & quales structura. Sed cur discipuli ostendunt ædificationes templi, ac si eas Dominus non vidisset? Certè ædificationes monstrantes ad misericordiam Dominum flectere conabantur, ne faceret quod erat comminatus. Secundò cum sancti conspiciunt, mirabilem Dei in genere humano, ædificationem, rogant eum, ne deserat quod tam pulchrè composuit. Vtque magis prouocet magnitudo ædificij ad seruandum, quam iniquitas nostra ad destruendum. Tertio, templum non vnico ictu cadit, sed paulatim decedit, ita qui peccat, nisi cito conuertatur, sensim labitur. Adeò, vt nihil in eo integrum relinquatur. Quarto, templum ædificatum pulchrè est historia legis veteris ad literam: quæ per Spiritum Christi destruitur: ita vt non seruetur, quia litera occidit, spiritus autem viuificat. [Sedentes autem eo in monte Oliueti.] Id est, in Ecclesia ex gentilibus, quorum quiuis est Oliua fructifera in domo Dei. [accidunt discipuli secreto.] Pharisei, nunquam secreto accedunt. Igitur illi qui perfectiores sunt, ex maiori charitate fiduciam habent interrogandi Christum in secreto. [multi venient in nomine meo.] Cum paucos sciamus, qui in nomine Christi se dixerint venisse, intelligimus per hos multos, errores in sacra scriptura, quos (vt veros) multi admittunt, & seducuntur. Hi verò errores sunt Antichristi illi, de quibus Ioannes dicit, nunc Antichristi multi sunt. At ad falsitatem non fat est rectè viuere, nisi etiam ab erroribus caueas. Puto autem Antichristum non solum errores docere, sed etiam virtutes quasdam simulatas ostendere, quibus fallat. Vt enim Christus est vera iustitia, misericordia, castitas: ita hæc omnia Antichristus, sed simulata: adeò vt etiam

Ioan. 5.

1. Ioan. 2.

patientia sit, vsq; ad sanguinis effusionem, sed simulatè. Quin & virtutes sunt apud eos, qui in nomine Christi veniunt, prædicantes, & virtutes multas facientes: at operarij sunt iniquitatis, & aduerte non inueniri locum, vbi Christus dicat, ego sum Christus, contentus enim erat id operibus docere.

Homilia. 28. [prælia.] Discrimen est, inter prælia, & auditiones præliorum, quia qui prælia longè distantia geri audit, hic prælia audit, at qui ipsas præliantium voces audit, is auditiones præliorum audit. Potest & contra intelligi. Sed spiritualiter intelligendo. Vir ille qui gloriosum Christi aduentum sentit, (quo aduentu mundus illi crucifigitur, & quo ferè videt gloriam Christi quasi vnigeniti à patre) is prius in anima sua videt prælia multa, videlicet, errorum cum veritate dimicantiù.

Quod etiam audiens in alijs contingere, audit auditiones præliorum. Porro quia vir ille perfectus iam est, ideo Dominus dicit ei, videte, non dicit, audite, sed videte, ne turbemini. Ac si diceret, necesse vobis est, in vobis ipsis, has dæmonum pugnas, & contra vos, & contra alios videre, sed ne terreamini, expectatis enim gloriosum Christi, ad vos aduentum, proteginini enim à veritate, quod si ab erroribus terremini, & ab eis seducimini, vulnerati manebitis, & de vobis illud dicetur, vulnerati tui, non vulnerati gladio: & mortui tui, mortui in bello. At non cuiusuis est, hæc prælia videre, vel audire, & non terri: sed id est perfectorum, qui viuentes in carne, non secundum carnem ambulant: quibus sunt, arma militiæ, non carnalia, sed potentia Deo contra hæreses. De quibus Abigail dicit, quod prælia Domini præliantur. Lucas verò addit, audietis prælia, & seditiones, seditiones sunt intra Ecclesiam prælia verò extra. Qui ergo expectat aduentum verbi, in anima sua, prælia debet audire, & seditiones. Videat interim ne tetteatur, sed habeat cum fidelibus cor vnum & animam vnã.

[exurgegens.] Videlicet, mundus iam iam moriturus, necesse est, langueat, languor enim ad mortem via est. Ideoque elementa, & omnis mobilis natura compatiatur vniuersali rerum mutatione. Non dabit ergo terra fructus, (ac ideo fames erit.) Rursum homines inopes contra diuites insurgent, (ideo seditiones). Imò verò, sicut terra tunc arbores

Psal. 71.

Matthæi. 5.

Amos. 8.

Psal. 72.

arbores sine fructibus gignet, ita & gignet homines sine iudicio. Inde bella multa, pax nulla. Vt enim Christo veniente, orta est in diebus eius iustitia & abundantia pacis: ita Christo, propter iniquitatem, à nobis fugiente, rursum redibunt prælia, cum enim Dominus salem reliquit & lucem, homines sale conditi, & luce illustrati, facile conueniebant: at vbi & sal, & lux perijt, redierunt tenebræ, redijt hominum acerbitas & bellum, & quidem tempore Samuelis Hieremiæ, & aliorum, si fames propter peccata veniebant, orationibus sanctorum illorum dissoluebantur. Sed notabiliter dicit, erupit fames & pestilentia per loca, non enim Deus semel mundum vnico ictu vult euertere: sed sensim, vt locus sit conuersioni, & emendationi. Quod si homines his pestilentijs & fame, nolint corrigi proficiantque in peius, ex aliquibus locis, in locum sanctum insilient, vt in eo sit abominatio desolationis. Initia dolorum sunt hæc, sed si talia sunt initia, quales erunt & consummationes. Moraliter. Vir, qui gloriosum Christi aduentum, in anima sua sentit, aut expectat, videt prælia gentis contra gentem, id est, gentem vni errori addictam, pugnare contra gentem alij errori subiectã, videt etiam fames, quia plerunque viri sancti, quærunt verbo Dei satiari, & non satiantur, videt etiam pestilentias prædicationum hæreticarum, eorum qui in coelum ponunt os suum. [eritis odio omnibus gentibus.] Id est, multis, in fine mundi tribulatio multa affliget Christianos, dicent enim infideles, quod propter illos oriuntur fames & pestes, ideo erunt odio omnibus. Tuncque Christiani, ab omnibus afflicti, per omnia loca diffugientes, in toto orbe Euangelium prædicabunt, & tunc erit finis. Moraliter. Quanto quis accedit ad gloriosum Domini aduentum in anima sua, tanto magis in tribulatione erit, quia enim angustiam elegit viam, angustiam inueniet, eritque odio hominibus: sed maxime dæmonibus.

Homilia. 29. [Quod scriptum est à Daniele.] Daniel sic dicit, & confirmabit testamentum multis septimana vna, & in medio septimanæ tolletur sacrificium, & super templum abominatio desolationis erit. Septimana hæc, sunt septuaginta anni post Christum, in quibus ab Apostolis testamentum nouum confirmatum est, omnibus ho-

minibus. In medio verò huius septimanæ, anno, scilicet, post Christum trigesimo quinto, venit Titus, & destruxit Hierosolymã, & ablatum est sacrificium, quod si templum reædificatum est, uon in gloriam Dei, sed in cultum abominabilium idolorum ædificatum est, imò verò ab anno decimo quinto Tyberij, è quo Dominus prædicare cepit, ad annum quadragesimum, destructa ciuitas Hierusalem est, vt Phlegon dicit. Quod si hæc vera sunt, vt sunt, facile patet, septuaginta septimanas Danielis vsque ad aduentum Messia, in Messia Christo fuisse completas, quando peccatum Iudæorum consummatum est, quia propter illud derelicti sunt, & peccatum credentium consummatum est, id est, deletum. Tunc signata & clausa est visio & prophetia, quia lex & Prophetæ, vsque ad Ioannem. Porro ex quo cepit ædificari Hierusalem, vsque ad Christum duces trāsierunt septimanæ, id est, 490. Licet etiam ex quo cepit ædificari mundus (quando videlicet exijt verbum Dei condere terras) ad aduentum suum in carne trāsierunt septimanæ septuaginta duæ, id est, anni quatuor mille nongentis: si per centenas computes singulos annos. Igitur abominatio desolationis Titus est, qui obsedit Hierosolymam, in cuius tempore tantum erat tribulationis, vt non daretur spatiu ei qui erat in tecto ad tollendas opes suas, è domo nec ei qui est in agro redeundi in ciuitatem. Nulla etiam dabatur misericordia prægnantibus, maxime verò si contingebat inimicorù rabies, in sabbato; quo tempore, quiuis dicebat se esse Christum, erepturum Iudæos ab illo misero casu, vt fecit Symon magus, sed iam erant electi, præmoniti, ne deciperentur. Spiritualliter. Abominatio desolationis stans, aut sedens in loco sancto, est hæresis fundata & extracta, in sanctis literis, dicens se esse veram fidem, & verum verbum Dei. Extollitur igitur hac ratione super veritatē, quæ verbum Dei est. Cum igitur viderimus huiusmodi hæreses, qui legit scripturas, eas intelligat, vt possit illam abominationem euertere. Rursum, cum hæreses hæc sic præualent, viri pij fugiant ad montem veritatis, fugiant fornicationem, fugiant peccatum, quasi à furia serpentis: fugiant cum Iacob fratrem suum Esau. Imò fugiat cum eodem Iacob à Labam, id est, à vanitate & prosperitate seculi, nihil relinquens ex rebus suis cum Labam? vt Iacob fecit. Qui in Pri. Tho. Aa 4 Iudæa

Genes. 28. Genes. 30.

Iudæa igitur est, fugiat ad veritatem spiritus: qui in tectum ædificationis Euangelicæ ascendit, ne descendat ex sua perfectione, qui in agro (vbi thesaurus est absconditus) fuerit, ne reuertatur retro, si inuenit se in agro pleno, cui benedixit Dominus, non redeat retro, ad ea quæ obliuioni tradit Paulus: sed anteriora se extendat, alioqui si redierit incidet, in abominationem, is maxime, qui cum se expoliauerit tunica sua, rursus redit ad resumendam eam. Caue igitur, ne descendas deorsum: ne redeas retro: ne resumas vestimentum, ne consitas in regione: salua re in monte, ne te ignis Sodomæ comprehendat. [*Ve pragnantibus.*] Certum est esse animas, quæ spiritu Domini conceperunt, nec dum tamen pepererunt fructum verbi. Formatur tunc in earum utero, Christus, vt Paulus dicit, & hæc est mulier quæ saluatur per filiorum generationem, eodem Paulo teste. At si hæc anima nondum fructificauit, & in ea abominatio præualuerit, misera seducitur. Ideo illi vix, & similiter vix, si fructum, quem peperit, nondum ad perfectionem gratiæ adduxerit. [*ne fuga fiat in hyeme.*] Fugiant viri pij à peccato, in montes illos, in quibus sunt Ecclesiæ fundamenta, & in quibus Moyses vidit magnam visionem. Rogandus vero Deus, ne fuga hæc, tunc fiat, cum tentationum ingruerit procella, quæ hyemem faciat. Quod si illa ingruerit, Christum qui in te dormire cœperat, clamoribus excita: qui surgens imperabit procellæ, & fiet tranquillitas. [*in sabbato.*] Viri pij à malis operibus Sabbatum faciunt, dum bona exercent: contra, mali Sabbatum faciunt à bonis operibus, dum mala exercent. Viri vero mediocres, sabbatum faciunt, nunc à bonis, nunc à malis. Orandum ergo, ne in sabbato à bonis operibus fuga nostra fiat, alioqui à peccato comprehendemur. Comprehenduntur enim ab operatione erroris, qui charitatem veritatis reliquerunt. [*erit tribulatio magna.*] Videre enim fratres nostros à veritate abduci, summa tribulatio est, imò videre nos ipsos, in errorem declinare, hac tribulatione, nulla maior. [*nisi breuiati.*] Sacræ scripturæ veritas dies est, quod autem illi erroribus additur, non dies est, sed additio diei. Cum autem Deus, has falsitates scripturæ additas, per prædicatores suos tollit, diem abbreviat scripturæ propter ele-

ctos, diem illis puram & lucentem relinquens, sine erroris tenebris, aut nocte. [*ecce hic est Christus.*] Id est, vnus hæreticus tibi dicit, en locus Euangelij quo mea sententia firmatur, alius hæreticus dicit, en locus Euangelij, quo etiam mea sententia firmatur, tunc inquit Dominus, nolite illis credere. Quod si hæreticus, per scripturas non canonicas errorem suum probat, ille Christum dicit esse in deserto: quod si per canonicas probauerit: tunc Christum dicit esse in penetralibus, ne ergo his credamus. Siquidem veritas non in aliquo angulo, sed ab Oriente in Occidentem fulsit, quia in omnem terram exiuit sonus veritatis. [*Homil. 30.*] Fulgur veritatis, ab ortu Christi, vsque ad eius passionem apparuit, & à prima litera Genesis, vsque ad vltimam Apostolorum Canonicam confirmatur. Item que à principio legis, quæ est litera, ad finem, qui est spiritus, & ab initio legis vsque ad Ioannem. [*dabunt prodigia magna.*] Vehementer enim hæreticorum verba persuasoria sunt, videlicet profecta à serpente omnium bestiarum callidissimo, & à magno Assyriorum principe. At non est credendum Christo, nisi ei, qui est in Ecclesia, quæ firmamentum est veritatis, vbi fulgur est veri luminis. [*fuerit corpus.*] Id est, Christus per passionem factus cadauer. [*erunt aquila.*] Non vultures, sed regales aquilæ, id est, pij Christiani.

Diuus Chrysostomus. Homil. 76. Discipuli audientes Hierusalem desolandam, concipientes magnificentiam templi, dubitabant, rem tantam destrui debere: at Dominus non relinquetur, ait, lapis. At dices, quo modo nunc manent ædificia illa? certè ab ea parte qua ostendebantur ædificia, penitus corruerunt. [*dic nobis quando erunt.*] Audierant enim infinitam gloriam sibi prouenturam in aduentu Domini, & credebant aduentum futurum statim à templi destructione, huius igitur rei auidi interrogant, quando hæc erunt. At Dominus admonet prius de periculis, ne eorum vi opprimantur: aut à seductoribus, aut ab hostibus: nec hic sermo est de bellis gentium. Hæc enim vt semper fuerunt, ita & erunt semper. Sed sermo est de bellis contra Iudæos, & ne putarentur hæc etiam facile ventura, siquidem Iudæi à Romanis premebantur: ideo & de fame, pesteque pronūciat, quæ à Deo irato proueniūt. Sed nondum erit finis. Tum nec sermo est, de secundo, Christi aduentu: sed de malis quæ eo tem-

eo tempore, in ianuis erant, scilicet, de hostibus, de seductoribus, pseudoapostolis, de falsis fratribus, de quibus conqueritur Apostolus, periculis in falsis fratribus; & rursus, tales sunt pseudoapostoli, operarii dolosi, &c. 2. Corin. 11. Et non solum hæc tunc fuerunt mala, sed & aliud: quod nec à charitate erit solamen, si quidem refrigescet charitas multorum, verum hæc omnia à discipulis erant superanda: quod planè prænuntiat dicens, prædicabitur Euangelium in vniuerso, & tunc veniet consummatio, videlicet Ierosolymæ, sic enim Apostolus dicit, ante euerfam Ierosolymam: in omnem terram exiuit sonus eorum. Et rursus euangeliū quod prædicatum est in vniuersa creatura. Colossens. 1. Quod vero dicit, in testimonium omnibus gentibus, id est, in reprehensionem omnium non credentium. At cum intra quadraginta annos aut triginta vbique terrarū, prædicatum fuit Euangelium, vt videatur, velut fulgur rutilasse quam excusationem afferent Iudæi suæ pertinaciæ. Quod autem de consummatione Ierosolymæ mentio sit, constat ex prophetia Danielis, quam affert vocans abominationem, eam statuam, quam victor Cæsar, desolato intulit templo, quam quia ex viuentibus aliqui erant visuri, ideo intulit, cum videritis abominationem desolationis. Sed o rem inauditam in medio procellarum, cum naues omnes submerguntur, vni naui Christi firma prosperitas promittitur. Et cum innumeris Iudæi à Romanis victi sint, duodecim homunciones Romanos, etiam inuitos vincunt, nouas ei leges, norma que viuendi statuunt. Et cum ad legem statuendam authoritas incōdente, subiectio in recepturis, temporis tranquillitas requiratur. Contra hæc omnia Apostoli leges diuulgant, & suscipiuntur. Apostoli exosi ex gente & patria: præcepta eorum asperrima: vita gentiliū aduersa. Quid igitur non contra illos pugnabat? Quis ergo loquetur potentias Domini? Moses facit signa coram Aegyptijs, nec creditur: Apostoli condunt leges & recipiuntur. [*Homilia. 77.*] [*tunc in Iudæa.*] Cum dixisset prædicandum inter omnes erumpas mundi sanctum Christi Euangelium, redit ad calamitates: Iudæorum, quas tantas dicit esse futuras, vt nullū remedium habituræ sint, habuerunt enim Iudæi olim contra sua bella remedia: at cū Romani venerant sublato omni remedio, ad montes iubentur confugere: licet nudi sint & lactentes: quia cum foetibus serpare se ne

queant, se & foetus periculo gladij exponunt. [*Orate ne fuga.*] Clarè patet non de Apostolis esse sermonem, siquidem hi sabbatū non seruant. Nec viui adfuerunt, aut præsentis excidio vrbis. Igitur erat cum Iudæis sermo. [*tribulatio magna.*] Lege Iosephum libro 7. de bello. ca. 8. dicentem nunquam fuisse similem tribulationem Iudæis, & si diutius bellum Romanum durasset; neque vnus Iudæus euasisset: non solum Ierosolymis, sed neque etiam alibi, tantum erat odium, quo Romani Iudæos vbique terrarum prosequerentur. Sed propter electos, id est, fideles (qui tempore illò Iudæis erant commisti) breuiatum est bellum illud. Igitur propter fideles, etiā infidelibus lucra proueniunt. Hæc scripserunt Euangelistæ, multò ante excidium Ierosolymæ, vt veritas Euangelij, persequens opus comprobaretur. [*tunc si quis vobis.*] Agit nunc Dominus de secundo aduentu suo, eius signa docens: nec enim illud, tūc tempora connectit, sed quādo res futura sit significat. Primum ergo signum est, multitudo hominum seductorum, qui Antichristi ministri erūt, De qua re Paulus. Quia igitur horum seductorum multæ fraudes erūt, iubet Dominus ne fideles ex domibus suis exeant, nec ad desertum, nec ad domos, vbi illi seductores fuerint. [*sicut enim fulgur.*] Veniet iudex, absque nuntio aut præcone, sed subito sicut fulgur. [*erunt & Aquila.*] Aquilæ dicuntur angeli, martyres, & reliqui sancti.

Diuus Basiliius, initio cōment. super Isaiā [*ne fiat fuga hyeme, auf sabbato.*] Id est, orate ne fugatis, cum affectus carnis dominantur in vobis, aut cum per inertiam vitam vestram traducitis.

Euthy. [*bella.*] Illa, sc. quæ contra Ierusalē acta sunt. Nā rumores bellorū dicuntur illi, quos Iudæi excipiebāt, de bellis, quæ Romani cōtra reliquas Iudæorū ciuitates gerebāt. [*nō dū finis.*] i. Nōdū finis tēpli Iudæici. [*gēs cōtra gentē.*] i. Gens Romana cū auxiliarijs suis cōtra Iudæorū gētē, & sibi fauētēs. [*fames & pestilentia.*] Vt Iudæi cognoscāt ea omnia esse ire diuine. [*tradet vos in afflictionē.*] Nā Apostoli afflicti sūt ab Herode, à sacerdotib⁹. &c. [*eritis odio omnibus.*] Iis qui à prædicatione Euangelij alieni erūt. Adeo vt præsens insurrectūri sint in filios, &c. vid. sup. c. 10. & 19. [*tunc erit cōsum.*] Ierosolymorū, nō mūdi. [*cū videritis abomina.*] Statuā. sc. Titi, quæ collocata est in aditu tēpli, tūc q. legit Danie, intelligat cōpletā esse ei⁹ prophetiā. [*fugiat ad mōtes.*] Causam Lucas subdit, quia dies vltionis To. primus. A a 5 sunt

sunt. Qui incultum Dei ascendunt, ad montes præsidij diuini, & qui in tecto, idest, qui in conuersatione eleuatiore, ne relumas pristinos affectus, qui in agro, idest, in vita solitaria. [*ne fuga fieret hyeme.*] Idest, Rogate, ne tunc animæ exitus à corpore fiat, cum animum cogitationes turbant, aut inertia otij hæbetauit. [*non salua fieret omnis caro.*] Omnes, scilicet, Iudaici sanguinis homines vbique perirent, sed obsidio abbreviata est propter Iudæos fideles. [*tunc si quis vobis dixerit.*] Hoc cum sequentibus etiam ad Apostolos videtur dici, & per Apostolos ad reliquos fideles. [*sicut fulgur.*] Veniet Christus, non ignobilis sicut prius, sed cum maiestate, & terrore sicut fulgur. [*vbi fuerit corpus, seu cadaver.*] Vocauit se cadaver, quia erat futurus discipulorum cibus, idest, regiarum Aquilarum.

Diuus Hilarius cano. 25. [*non reliquetur.*] Quia ædificatur aliud templum sancti Spiritus (scilicet, homo) per agnitionem filij & patris & præceptorum obediētiam. [*prædicabitur Euangelium.*] Et tunc erit contumatio Ierosolimæ: vt prædicationi fides, ex infidelium poena concilietur, & ex ciuitate destructa, metus fidelium auferatur. [*cum videritis abomina.*] Hoc signum aduentus secundi ad iudicium est, vt Paulus, & Daniel testantur. Porro quia Antichristus à Iudæis erit adorandus, vt Deus, ideo ne contagio errantium Iudæorum, reliqui contaminentur, iubentur fugere ad montes: vbi tuti esse possint. (*qui in tecto.*) Nequit hoc historicè intelligi, num enim super tectum seruari quis potest? igitur sensus est, qui in perfectionis fastigio est, ne descendat ad imperfectiora. Et qui in agro est, idest, in operatione præcepti. Prægnantes, idest, quæ peccatis sunt plenæ animæ, intelliguntur. Lactentes, idest, infirmæ, quæ exiguam Dei habent cognitionem. Et ita in hyeme sunt, qui frigore peccati obriguerunt: in sabbato vero qui in otio virtutis. (*vbi fuerit corpus.*) Si roges vbi nam appariturus sit Christus? Respondet, in loco vbi cadaver fuit, idest, in loco, quo passus est Dominus. Et ibi congregabuntur Aquilæ, idest, corpora resurgentium, quæ erunt, vt Aquilæ velocia, dignè enim ibi gloriosus aduentus expectabitur, vbi gloriam æternitatis per passionis humilitatem nobis operatus est.

Venerabilis Beda, in capit. Lucæ. 21. (*non reliquetur.*) Quia vbi Christus verum Dei templum, verum sacrificium, verumque al-

tare venit: illud antiquum destructum est. (*ego sum.*) Simon ille Magus se Christum & Dei virtutem dicebat. (*terrores.*) Scribit Iosephus ante captam Ierosolimam, visum per annum, flammeum gladium in aere, & per dies quadraginta equites armatos contra se pugnantem apparuisse. (*cum autem videris.*) De fine Ierosolimæ mentio est. (*qui in Iudæa sunt.*) Narrat Ecclesiastica historia, imminente vrbis excidio, cunctos Christianos diuinitus admonitos, vrbe excessisse, & in Pella trans Iordanem constitisse.

Diuus Thomas. (*lapis super lapidem.*) Si contingat aliquem in virtutibus ædificatum cadere, is si negligentior sit in se reparando, funditus perit, iuxta illud, exinanite, vt que ad fundamentum. (*quod signum aduentus.*) Id quæ fuerunt Petrus, Iacobus, Ioannes Andreas, qui enim altiores sunt in contemplatione, maiorem habent petendi fiduciam. (*multi venient in nomine meo.*) Idest, vsurpantes nomen meum, quod est super omne nomen, & hæc verba possunt & de Ierosolymæ & de mundi consummatione intelligi. (*audisuri estis prælia.*) Semper fuerunt prælia: at maxima fuerunt ante Ierosolimam captam: qualia etiam erunt in fine mundi: nunc enim orationibus iustorum stat mundus: at tunc refrigescet charitas multorum: nemoque resistet Deo vindicanti. Ideoque nocentur demones terræ & mari. (*prædicabitur Euangelium in vniuerso orbe.*) Non iam vniuersum genti, sed omnibus, iuxta illud, accipimus gratiam, & Apostolatam, ad obediendum fidei in omnibus gentibus. (*abominatio nem desol.*) Idest, exercitum Romanum, vel Aquilam, quam Pilatus in honorem Cæsaristemplo intulit. (*tunc qui in Iudæa.*) Tunc, idest, tempore Vespasiani, quando rex quidam Agrippa, habens cum Romanis pacem, habitabat in montibus, admonet ergo Dominus fideles, vt ad hos Agrippæ motes fugiant, quo tuti esse possint. Et ita factum est. (*prægnantibus.*) Vt impleatur dictum Domini, beata vbera, quæ non lactauerunt. (*propter electos.*) Id fuit miraculum, quod a deo pauci residui, totum mundum potuerint conuvertere. (*hyeme vel sabbato.*) Idest, cum est tristitia nimia, aut lætitia nimia. (*tunc si quis.*) Agit de mundi vastatione, nec enim illud, nunc tempora connectit, sed tempus confute dicit. (*dabunt signa.*) Demones licet miracula facere non possint (ea enim faciunt, quæ viribus nature fieri possunt) facient tamen breuius quam natura, applicando acti-

ua pas-

ua passiuis. Et hæc dicuntur signa: nec enim corporalia, demones ad nutum obediunt, vt credit Auicena. [*in penetralibus.*] Falsa doctrina quærit penetralia. At Dominus in occulto locutus est nihil, sapientia enim dat vocem in plateis, est igitur Christus publicus in Ecclesia, & non in penetralibus occultus. [*vbi fuerit corpus.*] Christus dicitur cadaver: quia in die iudicij cum insignis mortis veniet.

Simon Casia, libro nono, cap. 53. [*Egressus Iesus de templo.*] Vt qui iam antiquum legis statum contemnebat: vt qui adoratores quæreret, qui adorarent in spiritu & veritate: vt qui sacrificia illa fastidiens, sacrificium quærebat laudis, & cordis contriti: vt qui doctrinam legis euacuabat, Euangelijque instituebat Prædicandam, non in Angulo templi: sed per totum orbem. Egressus ergo, ascendit in montem Ecclesiæ; montem misericordie, lætitiæ, claritatis, & charitatis. Porro discipulus ille desipuit, Christo templi structuras ostendens, quasi verò non maiores alia corruerint. Quod si indignum videbatur, sanctum templum destrui, plane sanctitas destrui non potest (etiam templo destructo) & aderat Christus qui nouerat illam templi nobilitatem in melius, id est, in spiritualem commutare. Significatum etiam est, per lapides templi corruentes, quod rectores Ecclesiæ essent in capite platearum dissipandi. [*multi venient in nomine meo.*] Ab exordio mundi, hæc hominibus rapina inest, vt sibi velint arrogare diuina, magnum verò est Christi testimonium, quod eius nomen, sibi sui arrogent aduersarij, aliunde desperantes sua se vota posse complere.

Hugo Cardinalis. [*Egressus ibat.*] Quasi offensus, & quasi non inueniens quod quærebat. [*non reliquetur.*] Si non reliquetur in ædificij lapis, cur ergo tanta ædificandi ambitio? maxime de patrimonio Christi? Dictum enim est: Væ qui ædificat domum suam, non in iustitia. Et ite, omne opus corruptibile, in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo. Et item lapis de pariete clamabit. [*ne quis vos seducat.*] Præmonet eos, de his quæ ad rem pertinent. Nam seductores proficient in peius. Ideo Paulus dicit. Videte, ne quis vos decipiat, Colossien. 2. Et Ieremias, non vos seducant propheta vestri, & Dominus, attendite à falsis prophetis. [*ne turbemini.*] Quia qui extra mundum est, non turbatur de tribulationibus mundi, iuxta il-

lud, Iustus leo confidens. Et, non contristabit iustus, quicquid ei acciderit. [*Eritis odio.*] Boni odiuntur à malis, quia boni corripunt malos: non enim amat pestilens eum qui se corripit. Item quia sunt ei dissimiles. Ideo enim oderant filios Israel à Egyprij. Item, quia oculi infirmi lucem non iustinent. Et ideo oderat Esau Iacob. Et grauis est iustus impijs ad videndum. [*propter nomen meum.*] Non propter delicta vestra, Beati ergo eritis cum maledixerint vobis homines. [*inuitem tradent.*] Quia fratres tui, & domus patris tui, ipsi pugnabunt contra te. [*Pseudopropheta.*] Idest, falsi doctores. (*abundabit iniquitas.*) Quia maledictum, mendacium, homicidium, furtum, adulterium, innundauerunt, sanguis sanguinem tetigit. [*refrigescet charitas.*] Non ipsa, sed feruor eius. (*qui perseuerauerit.*) Perseuerantia commendatur. Primò exemplo Christi, qui rogatus, vt descenderet de cruce, perseuerauit: at multi incipiunt ædificare, qui non consummant. De quibus dicitur, qui mollis est in opere suo, frater est sua dissipantis. Iam perseuerantia impetrat, vt Lucæ. 11. habetur. Et nõ confunditur vt David dicit. Item misericordiam Domini recipit, ait enim Dominus, misereor super turbam, quia triduo sustinet me. Item ineretur gloriam, quia qui perseuerauerit, saluus erit. Item dura emollit gutta enim cauat lapidem. Item perficit imperfecta, nam modicanus in magnam arborem euadit. Demum, summa sapientia est perseuerantia, vt Bernardus ait. (*Abominatio*) Aelius Adrianus idolum suum templo affixit, quod quia Iudæi euerterunt, ipsi cum sua vrbe eueri sunt. Licet postea, Adrianus nouam vrbe iuxta antiquam ædificauerit. Est etiam abominatio Antichristus, & quibus malus prælatus, qui pastor est & idolum. (*qui est in agro.*) Foris hic est prædicator, qui in agro Ecclesiæ ius habet euellendi, plantandi, &c: Is igitur, non reuertatur ad tunicam, qua se exuerat. (*fugiat.*) O, o, o, fugite, de terra Aquilonis. (*in hyeme.*) In hyeme spiritali, est ventus superbiæ, obscuritas, inuidiæ, gelu avaritiæ, lutum luxuriæ. Et accedi solet ignis, & instituitur ebullitio gula (*non fuerit salua.*) Qui in tribulatione deficiit, stultus est. i. quia regem in regni porta defecit, oportuit enim Christum pati: & ita intrare in gloriam suam, secundo: Quia tunc fugit, cum ei Dominus auxilium de celo mittit, tertio: Quia vitam seruare volens, vitam relinquit,

Ioannis. 19

Prouer. 1

Ioannis. 4

Psal. 49

Thre. 1

Ierem. 22

Eccle. 14

Abacuc. 2

2. Timo. 3

Ierem. 29

Matthæ. 7

Prouer. 28

Prouer. 12

Prouer. 15

Sapient. 2

Matthæ. 9

Ierem. 12

Osæ. 4

Matthæ. 27

Prouer. 18

Psal. 24

Matthæ. 15

Matthæ. 24

Zachæ. 12

Ierem. 18

Cant. 5

Zachæ. 2

Lucæ. 11

Daniel. 9

Philip. 2

Apoca. 7

Roma. 1

Lucæ. 21

linquit, quarto: Quia deserit ciuitatem re-
fugij, cuius Dominus est murus & antemu-
rale, quinto: Quia fugiens gladium homi-
num, ad gladium diaboli properat. [*prodigi-
gia magna.*] Quia bestia, habet cornua, sicut
Agnus, Apocalypsis. 13. [*sicut fulgur.*] Di-
xerat quomodo Antichristus venit, nunc di-
cit, quomodo veniet Christus, veniet enim
sicut fulgur igneum, manifestè, subito, po-
tenter, nulli parcens, omnia segregans. [*fue-
rit corpus.*] Id est, homo, ita enim per Em-
phasin Christus dicitur. Aquila verò sene-
ctam deponit, & oculis fixis solem in-
spicit.

Caietanus. Tria hic Apostoli inquirunt,
quinque signa destructionis templi, signa
aduentus ad iudicium, & sine finis mundi.
¶ Dominus verò. Primo respondet ad ter-
tiū, præmonens discipulos, quod non vnus
Antichristus veniet ante finem mundi, sed
multi. Rursum, quod erunt prælia, fames,
pestis quæ erūt initia dolorum. Itē quod di-
scipuli erunt odio omnibus gentibus, quod
quidem signum nondum impletum est, sed
implebitur. Causa verò odij hæc erit, quia
in fine mundi, erunt multi falsi doctores,
grandis & dilatata iniquitas multorum cha-
ritas peribit: in alijs licet maneat, tamen se-
cundum amorem acquisitum, erit exigua.
In his malis qui perseuerauerit saluus erit.
¶ Vltimum verò signum consummationis
mundi erit, quod prædicabitur in orbe euā-
gelium regni. Dicitur verò, Euangelium
regni, non timoris, non pœnarum, non et-
iam virtutum: sed regni cœlorum: finis
enim Euangelij est regnum, reliqua quæ
euangelizantur, sunt ad hunc finem neces-
saria. Prædicabitur verò Euangelium in or-
be actualiter, & non per famam solum.
¶ Tūc verò erit consummatio, non huius, aut
illius rei, sed totius mundi.

¶ Habes hinc, prælia, fames, & pestes, ini-
tia esse mali æterni: Antichristos verò & se-
ductores, merita esse inferni æterni: prædi-
cationem tamen Euangelij generalem, esse
signum certum, mundi finiendi. [*cum vide-
ritis.*] Hic respondet ad primum dubium,
& dicit cum videritis. Nam multi illorum,
qui aderant, viderunt. [*abominationem.*]
Hanc abominationem, variè variè exponit:
sed apertè Lucas testatur, eam esse exerci-
tum Romanorum, qui ciuitatem vastau-
erunt, iisdem enim verbis, de exercitu loqui-
tur Lucas: quibus, de abominatione Mat-
thæus. Adueniente igitur hoc exercitu qui

in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in
tectis, non descendant ad tollendum quic-
quam, sed ad fugiendum. Orate verò, ne fu-
ga fiat in sabbato, solent enim pij scrupu-
lum habere, in festis, iter faciendi. [*tunc erit
tribulatio.*] Videtur, nunc respondere ad secū-
dum dubium: nec enim loquitur, de signis
vastationis Ierosolymæ, sed de signis aduen-
tus sui, dicit enim non fieret salua omnis ca-
ro, non loquens de Iudæis tantum, sed de
omnibus. Rursum quia nos credimus, quod
ante finem mundi, tanta tribulatio futura
est, vt nulla (nec diluuium) fuerit in orbe
maior. [*salua fiet omnis caro.*] Id est, nullus,
corporaliter viuere, nec enim hic de salute
animæ mentio est, & hoc flagellum Dei
etiam ad bruta se extendet, licet benignus
Deus, promiscuè plebi propter electos par-
cet. Alterum signum erit, quod Anti-
christi dabunt prodigia non vera, aut cer-
tè non excedentia vires naturæ, sanabunt
enim infirmos: occulta, sed non diuina vir-
tute. At non est credendum illis dicentibus
Christum venire in domum aut penetralia,
non enim sic veniet, sed sicut fulgur. Quod
non est accipiendum de fulgore nubium
sed de fulgore solis, qui summo mane ab o-
riente patet ad occidentem, alioqui fulgur,
non latè protenditur. [*vbi fuerit corpus.*] Vn-
de intelligitur, sanctos, non ambulando
sed volando ascensuros ad locum quò Chri-
stus veniet, secundo intelligitur sanctos au-
dos velut ad proprium cibum, ad locum
illum ascensuros.

Glossa interlinia. [*super montem.*] Id est,
super fructiferam Ecclesiæ celsitudinem.
[*audietis estis prælia.*] Id est, ante excidium
audietis prælia in hostes. [*videte ne turbemi-
ni.*] Id est, ne deseratis Iudæam. [*eritis odio.*]
In Apostolis omnes fideles intelliguntur.
Item Apostoli dicuntur, qui vita eis sicut si-
miles. [*frater in fratrem.*] Gladio Domini
inuicem separante, id factum iam est, & tem-
pore Antichristi fiet. [*abundabit iniquitas.*]
Ex Apostolo, erunt homines se ipsos aman-
tes. [*refrigescet charitas.*] Quæ in pace vide-
batur calere. [*prædicabitur euangelium.*] An-
te finem mundi, sicut & ante excidium Ie-
rusalem prædicatum est. [*Abominationem.*]
Hominem peccati qui extollitur super omne
quod dicitur Deus. [*ad moyses*] Dimissa occi-
dètera litera fugiat ad montes æternos. [*pra-
gnantibus.*] Diuitias partas fouentibus. [*la-
ctentibus.*] Id est, egentibus doctrina magistro-
rū. [*Orate.*] Ne mors vestra sit, cū à malo exi-

1. Timo: 1
1. Thess. 5

re incipitis. [*si dixerint ecce in deserto.*] Id est,
Indoctrinate gentilium. [*Ecce in penetralibus*]
Id est, id dogmate hæreticorum. [*vbi fuerit
corpus.*] Quia Christus non est fictitiuus, sed
verus. [*Aquila.*] Eo enim festinabit intētio
sanctorum qui in solis radijs potuerunt ocu-
los figere.

Glossa ordinaria. [*super montem.*] Quie-
tus in Ecclesia manens superborum detesta-
tur arrogantiam. [*dic nobis.*] Tria quærun-
tur, vt supra ex Caietano. Nota, quæ ventu-
ra sunt ante orbis consummationem, similia
illis sunt, quæ venient ante Ierosolymæ ex-
cidiū. Et ita loquitur de vno, sicut & de alio.
[*ne turbemini.*] Ne deseratis Iudæam, non e-
nim illico finis Ierosolymæ [*conferget.*] Mul-
ta mala debent præcurrere, vt nuntient ma-
lum sine fine. [*prædicabitur Euangelium.*] Vt
si tribulationes vos conturbant, consoletur
fructus ex Euangelij prædicatione futurus.
[*fugiant ad montes.*] Ita ad literam contigit,
fugerunt enim fideles ad regnum Agrippæ,
vt supra dictum est. Sed quomodo fugient
(seu vt Lucas dicit, discedent) si ciuitas est ab
exercitu Romano vallata? sensus igitur erit,
discedant, à desiderio vitæ præsentis in desi-
derium futuræ. [*hyeme, vel sabbato.*] Explica-
uit Lucas, caute, ne grauentur corda vestra,
crapula, & ebrietate, (hæc enim sabbatis fie-
ri solent) aut curis tritibus seculi, hæc est ve-
ra hyems. (*nisi breuiati.*) Quæ ergo spes pijs:
nisi gratia Dei? (*in penetralibus.*) Credunt
enim quidam, Christum, aliquibus dedisse
fidei secretiora præcepta. (*sicut fulgur.*) Stul-
tum est, eum quærere in paruo loco, cuius si-
des rutilat in toto mundo.

Lira (*non relinquetur lapis.*) Non ita factū
est: sed est modus loquendi. Cum magna de-
structio significatur, Ponuntur hic quatuor
signa, ante excidium Ierusalem, id est, sedu-
ctores, vt Simon. 2. prælia inter Samaræos,
& Ierusalem, ex Ioseph. 20. antiqui. Et quia
cometæ apparuerunt (qui apud quosdam
erunt signa præliorum) ideo dicit prælia, &
opiniones, id est, sidera, per quæ quidam opi-
nabuntur futura prælia tertia. Gens & re-
gnum Romanum contra Iudæam, quarta.
Pestilentia & fames, quam Agabus prædi-
xit Acto. 11. Hæc erunt mala communia
omnibus.

¶ Porro, discipulis erunt alia quatuor specia-
lia. Primum, tradent vos, vt patet, de Saulo
deuastante Ecclesiam. Stephanus fuit mor-
uus & Iacobus. Et Paulus, conqueritur
de fallis fratribus, secūdu Multi pñudo pro-

1. Cor. 11. 1.


phete: de quibus queritur Ioannes, tertiu 1. Ioannis 4
abundantia iniquitatis, quartū prædicatio
Euangelij per totum orbem, sub Petro enim
fides, in Italia, Gallia, & Hispania, publica-
ta est, & eadem ratione creditur publicata in
reliquis partibus mundi.

¶ Cum igitur videritis. Expositis signis, an-
te excidium, iam ipsum excidium tractat.
(*abominatio.*) Idolom A Elij Adriani.
¶ Orate. Incipit soluere secundā quæstionē
propositam, de mundi fine: dicit, orate, vt
tempore Antichristi, non fiat fuga vestra tē-
pore inconuenienti, quia tunc summa tri-
bulatio fiet, adeo, vt nullus homo seruaretur
nisi breuiarentur dies, tot enim erunt sedu-
ctores, tot eorum signa, vt electi, vt pote li-
beri, etiam seducerentur.

Statim autem post tri-
bulationem.

Diuus Hieronymus. (*sol obscurabitur.*)
Non diminutione luminis: quia potius sol
in septuplo fulgebit. Iuxta Isai. Sed obscura-
bitur sol, luna, & Angeli, comparatione iu-
dicis tantopere fulgentis, quod cum ita sit,
excitatur supercilium illorum, qui se san-
ctos existimantes, præsentiam iudicis non
formidant. (*signum filij hominis.*) Id aut erit
cruce (ait enim Zacharias, viderunt quem
compūxerunt) aut certè est vexillum Chri-
sti triumphantis. (*cum tuba.*) De hac tuba in
Apostolo, & in Apocalypsi, & in Numeris,
habetur iubentur enim tubæ ductiles fieri
ex auro & argento, vt sublimia resonent sa-
cramenta. (*ab arbore ficu.*) Cum ficus cortex
erumpit in folia, intelligimus venire veris ca-
lorem, ita cum quæ dicta sunt venerint, non
statim erit aduentus ad iudicium, sed propè
erit. (*cælum & terra transibunt.*) Non abolitio-
ne, sed mutatione, alioqui quomodo sol ob-
scurabitur, & quomodo stellæ cadent, si cœ-
lum in quo illa sunt non erit? (*de die illa no-
mo scit.*) In quibusdam exemplaribus addi-
tur, neque filius, cum illud non addatur in
exemplaribus Adamantij, neque Rierij, sed
age differamus verbū illud, super quo adeo
gaudet Arrius, & Eunomius, quasi ignoran-
tia Magistri, gloria sit discipulorum: fieri er-
go nequit, vt filius ignoret diem iudicij,
si nouit patrem quod maius est: quomodo
ignorabit diem illum, quod minus est? &
si vltimum diem illum ignorat, ignora-
bit eū

1. Cor. 15
Apoca. 8
Nume. 10



vt nemo putet, aut omnes diuites relin-
 dos, nec omnes pauperes assumendos. Et vi-
 detur sanè nocturno tempore iudiciũ futu-
 rum: quo homines in lecto dormiunt. **Luc. 6.**
Orige. homi. 30. Sol obscurabitur. Forſan,
 quia grandis ignis accendetur ex eo fu-
 mus, qui aſcendet ſolem obſcurabit, vnde tu-
 ma que à Sole illuminatur, etiam obſcurabitur.
Porro ſtellas marceſcentes ex defectu
ſignis ſuis, et ſtellas reſcitate loco ſuo cadent.
 quod angeli videtes, neceſſe eſt aliquam com-
 morationem patiuntur, vel aliter mundo reſ-
 ſante, lucis nutrimentum ceſſare: videtur ſi-
 cut ceſſante oleo, ceſſat & lux. At ceſſante lu-
 cis nutrimento, ſtellas, ſolem, & lunam obſcu-
 rari neceſſe eſt. **ſicut parabit ſignũ.** Sicut Chri-
 ſto in oriente, obſcuratum eſt iudicium in oc-
 ciduo ſuo ſigno, fulgente, cœlum obſcurabitur &
 ita ſtellas, & Orion, & ſtella in oriente.
 namenta cœli non dabant lumẽ in ſuum. Et
 lohi, Sol & luna contenebrati ſunt, ante fa-
 ciem eius. Quod verò plangent ſe omnes tri-
 bus terræ, Zacharias, author eſt. **At locus**
hinc de ſole & ſtellis, quibusdam falſus vide-
tur, ſi ſtellas enim non ſolè, aut lunam, defectu-
ros, ſed ſepties ſplendidioreſ futuros aſſeue-
rat, & cum ſtellis ſint maiores quã terra, quo-
modo ergo cadent in terram? Forſan igitur
moraliter debet locus intelligi. Sol diabolus
ſit, & transfiguratur ſe in cingulum lucis: Lu-
na ſit Eccleſia malignãtiũ, ſtella vero ſint,
qui cum mali ſint, ſplendete tamen videtur.
Horum omnium lumẽ in iudicio redargue-
tur, dictum enim eſt, quod lumen impiorũ
extingitur. Et Dominus dicit, videbam Sa-
thanam tanquam fulgur de cœlo cadentem.
Quo fiet, vt illorum angelorũ virtutes ſint
mobiles: iã qui hos malos ſecuti fuerint, plã-
gent ſe. Probat hæc omnia Apocalypſis, que
dicit draconem traxiſſe poſt ſe, terram par-
tem ſtellarum, id eſt, eorum qui prius fulge-
re videbantur. [venientem cum nubibus.] Cum
nubibus, ſcilicet, ſupernis. Nam ſi in ſua trã-
figuratione uſus eſt. Dominus lucida nube,
que tres diſcipulos obũbrauit: quãto potius
cum apparebit, non tribus hominibus, ſed
vniuerſis, transformatus in nubibus cœli ap-
parebit: Porro hæc nubes erunt forſan partes
cœli: vt corpus Chriſti hunc honorẽ habeat,
quod ſuper cœlos veniat. Forſan etiam, erũt
illæ nubes animatæ eſſe enim quãſdã nubes
animatas inde probatur, quod mandat Deus,
nubibus ne pluant, & itẽ quia inquit Deus,
veritas meã, vſq; ad nubes. Iã ſi Domino in-
trante Ieroſolymanũ, veſtimenta eius, aſello-

ſternuntur, quãto potius nubes ſternẽtur, in
 iudicium venienti? **[veniet in virtute multa.]**
 Prima veniet in virtute. (virtus enim de illo
 exibat.) At poſtea veniet in virtute multo
 maiore: ſicut apparuit transfiguratus in glo-
 ria: ſed iudicans, apparebit in multo maiore
 in caſtitate quam habuit ante mundi con-
 ſtitutionẽ. **¶ Porro, quod in nubibus veniet**
attende parunt angeli, qui cum nubes ſuſce-
piſſet Dominum ab oculis diſcipulorum) di-
xerunt: ita veniet. Et Apoca. dixit ecce ve-
niet in nubibus cœli. Et Iſa. aſcendit Domi-
nus ſuper nubem leuem. Et Apoſtolus. Ra-
piemur obuiam Chriſto in nubibus cœli.
¶ Moraliter. Cum virtute multa, venit qua-
tidie Dominus ad animam hominis, & in nu-
libus, id eſt, in prophetarũ ſcripturis, cum
verũ eſſe Deum teſtãtib. [mittet angelos.]
Hi ſunt meſſores zizaniorum. Hi, educetes
ſagenam, mittunt bonos in vaſa ſua. Hi con-
gregant omnes Dei electos: non ſolũ a qua-
tuor ventis: ſed etiam a ſummis cœlorum, id
eſt, congregant omnes ſãctos, qui a ſeculo
fuerunt & moraliter hi ſãcti congregantur
eſu in no terra, qui perfecti vixerunt in ter-
ra. Et a ſummo cœli, qui perfectionẽ habue-
runt de cœlo. [cum tuba.] Mandauit Moy-
ſes, tubas fieri argenteas, ad quarum ſonitum
cãſtra Iſraelis mouebantur: ita ad ſonitũ ver-
bi diuini congregabũtur omnes electi, a qua-
tuor partib; terre. [a ficu.] Ficus hyeme, nu-
da & ſicca eſt, at intus vitalem habet calorẽ,
qui adueniente vere ramos producit: ita in fi-
ne mundi, erit hyems tribulationum: ſed af-
ſante Chriſto, viri boni ramos teneros pro-
ducent. Ei placeat, vt inueniamur tunc, non
ſola habentes folia. ¶ Vel aliter, ficus carẽs
fructu Iudæa fuit. Gentilitas etiã ficus erat,
fructu carens, id tamen ob negligentiam cul-
toris, poſtea enim culta largiſſimos præ-
buit fructus. Et qui uis noſtrũ, prius aridus,
poſtea ad Deũ reuerſus ficus eſt: quã ſi poſt
folia, & flores, fructus ediderit, propẽ habe-
bit Dominum ad ſe venientem, & propẽ illi
eſtas erit. [non prateribit generatio.] Duę ſunt
generationes, de quib; dicitur, generatio præ-
terit, ſcilicet, Iudæorum, & generatio adue-
nit, ſcilicet, fidelium, & in plãl. Domine, re-
fugium factus es a generatione in generatio-
nem, id eſt, a Iudæis ad gentes. Non ergo præ-
teribit generatio fidelium, donec iſta omnia
fiant. Porro trãſibunt cœlum & terra, id eſt,
virĩ cœleſtes & terreni trãſibunt ad melio-
rem ſtatum. Tunc quando generatio hæc ge-
nuerit filios ſuos, id eſt, cum a timore Domi-
ni, quẽ

ni. quem cõceperunt, pepererint ſpiritum
 ſalutis. **[verba mea non trãſibunt.]** Quia lex
 vetus & prophetia tranſiit. Dominus enim
 eas impleuit: at verbum Chriſti plenum eſt.
 Et planè verbũ, quod cum creatura cõcepit,
 cum ea tranſiit. Sed quod ante creaturam
 fuit, cum creatura non tranſiit. **[neque filius.]**
 Prima hui; loci expoſitio (ſed falſa eſt) quod
 Chriſtus proficiebat ſapientia. Et ante ſuam
 mortem non profecit, vt diem hanc noſſet.
 Secunda expoſitio (item falſa) filius non no-
 uit, quia pater licet præſinierit mundum ha-
 biturum finem, non præſinuit tamen tem-
 pus, & momentum, ſed duo reſeruauit iudicio,
 & poteſtati. Nõ igitur nouit filius, quod
 a patre præſinitum non eſt. Tertia expoſi-
 tio, filius dicitur neſcire, quãdiu eccleſia,
 quæ eſt corpus eius neſcit. Sicut tunc dicitur
 Chriſtus ſubiiciendus Patri, cum eccleſia fue-
 rit illi ſubiecta. Quarta expoſitio, ſcire eſt ex-
 periri iuxta illud, qui cuſtodit mandatum
 non ſciet malum, & illud. Cognouit Adam
 Euam, & item. Eum qui non nouit peccatum.
 In quibus locis cognoscere eſt experiri,
 quia ergo ſãcti & Chriſtus non ſunt exper-
 ti eam reformationem quæ in fine ſeculi fu-
 tura eſt: ideo neſcire dicitur. **[in diebus Noc.]**
 Colligitur hinc, quod in fine mundi, erunt
 homines ex tribulationibus ad pacem con-
 uertendi, in qua edent, & bibent. **[duo in a-**
gro.] In cordibus hominum duæ ſunt arbo-
 res, & virtutis & vitij: ita mundus eſt ager, in
 quo ſunt viri boni aſſumendi, vt Noe: & ma-
 li relinquiendi, vt Cayn. **[molentes.]** Nota. Cor-
 pus vt infirmum, dicitur eſſe in lecto paſſio-
 num. Anima vero (vt afflicta) molit in cor-
 pore, ſenſus vero hominis, dicitur in agro
 mundi operari.
 Euthymius. **[ſtella cadent.]** Nulli videli-
 cet, vſui futuræ, quia poſt iudiciũ nox (vbi
 ſtella lucent) non erit. **[virtutes calorũ com-**
mouebuntur.] Videntes regem cœlorum in
 terras deſcendere. **[ſignum.]** Crux, ſcilicet,
 luce Solis fulgentior, ante quam angelos mit-
 tet. **[a quatuor ventis.]** Id eſt, a quatuor parti-
 bus mundi, & per extrema ſignificantur etiã
 media. **[ſummis cœlorum.]** Docemur eadem
 eſſe extrema cœli, que terræ. **[cœlum & terra**
trãſibũt.] Scilicet, facilius. **[quã verba mea**
neque filius.] Id eſt. Neque filius ſcit, niſi quia
 pater ſcit, quia enim pater ſcit, ſcit & filius.
[duo in agro.] Hi ſunt diuites, qui ijdẽ ſunt
 in lecto, id eſt, requie. **[duo in mola.]** Id eſt,
 pauperes.
 Diuus Hilarius. **[voce tuba.]** Id eſt, publi-

cæ libertatis hortatu. Tũc de grano ſinapis,
 erit arbor ingens. De lapide qui ſtatua at-
 triuit, mons grandis, & ciuitas omnibus con-
 templabilis. Lucerna lucens vniverſis in li-
 gno, & Deus gloriæ ex humilitate mortis.
[prope eſt aſtas.] Non parum interſtat, inter
 æſtatem & teneſcentẽ ficum, nõ igitur de
 arbore ficus mentio eſt: ſed ficus lex videtur,
 ramus ficus eſt Antichriſtus, diaboli filius le-
 gis aſſertor, hic cum frondeſcere cõcepit, iu-
 dicium indicat proximum. Frondeſcet verò
 cum flos peccatorum, & gratia prophãnorũ
 fuerit. **[cœlum & terra.]** Quia hæc ſunt de ni-
 hilo poſſunt non eſſe. Verba autẽ mea quia
 ſunt de æternitate non poſſunt non eſſe. **[ne-**
que filius.] Dies iudicij extra diſinitionem po-
 ſita eſt: vt largum diem poenitentię Deus nõ
 bis indulgens, nulli certum iudicij diẽ aſſi-
 gnans, poſſit illum differre quantum velit.
[duo in agro.] Fileles, ſcilicet, & infideles in
 agro huius ſeculi laborantes, quorum in fide
 les relinquuntur. **[duo in mola.]** Iudæi labo-
 rant in legis mola, quorũ pars aſſummetur
 in fine ſeculi. **[duo in lecto.]** Id eſt, cruce Chri-
 ſti, hæretici verò, ex prædicantibus crucem
 Chriſti relinquuntur.
 Venerabil. Beda in Lucæ capit. 21. **[cœlum**
& terra trãſibunt.] Ita habetur in Apocaly-
 mare iam nõ erit. **[sol obſcurabitur.]** Quia ad
 ueniente gloria veræ lucis omnia mundi lu-
 mina tenebris comparantur. **[virtutes cœli.]**
 Si columnæ cœli contremiſcunt, quid faciẽt
 miſeri homines, niſi præ timore aſcẽre? **[vi-**
dete ficulneam.] Ex fructu arboris ventura æ-
 ſtas dignoſcitur, & ex ruina mundi, quæ fru-
 ctus eius eſt, regnum Dei, intelligitur. Hor-
 ſum enim mundus creſcit & germinat, vt ca-
 dat & ruat. **[amen amen.]** Veriſſimum eſſe in
 dicat. **[generatio hæc.]** Id eſt. Mundus. **[cœlum**
& terra.] Non tranſiit cœlum ſydereum:
 ſed aer hic, qui cœlum vocatur. Vnde & vo-
 lucres cœli dicuntur. Nam iuxta Petrũ, cœ-
 li ſunt de aqua. Illi ergo, cœli, ſunt igne peri-
 turi, qui ſũt, ex aqua facti, aer videlicet, quia
 iuxta eundem Petrum, quò peruenit aqua
 diluuij, eo perueniet ignis iudicij. **¶ Dices,**
 quomodo terra tranſiit? ſiquidem dictum
 eſt, quod terra in æternum ſtat. Certè ſtat in
 ſubſtãtia: ſed tranſiit in figura, præterit enim
 figura huius mundi, & iuxta Ioannem, erit
 cœlum nouum, & terra noua, & Pfaltes. Mu-
 tabis ea & mutabuntur. Id verò nulli mirum
 eſſe debet: cum ſemper terra ſuas variet figu-
 ras, vere enim vernantem faciem habet; quã
 non habet in hyeme: imo & cœlum aliam fa-
 Pri. Tho. Bb ciem

1. 706
 Iſa. 60
 Iohel. 2
 Zacha. 13
 Iſa. 30
 1. Cori. 11
 Prouer. 20
 Lucæ. 10
 Apoca. 12
 Matth. 16
 Iſa. 5
 Pfalm. 56

Lucæ. 6
 Iohannis. 1
 Acto. 1
 Apoca. 4
 Iſa. 60
 1. Theſſ. 4
 Matth. 13
 Ibdem
 Name. 10
 Eccle. 1
 Pfal. 76. 39
 Iſa. 59

Matth. 13
 Matth. 5
 1. Corin. 15
 Genefi. 3
 1. Cori 5
 Matth. 13
 2. Pet. 3
 Eccle. 1
 1. Corin. 7
 Apoc. 21
 Pfal. 101

ciem habet cum purum est, quàm cum nubi-
bus obducitur. Idem in capit. 17. Lucæ. [*ede-
bant nubebant.*] Nô hic firmatur dogma Mar-
cionis, Manichæi, Taciani, & Enciratarû,
alimenta & coniugia reprehendentium, sed
excessus licitarum rerum reprehenditur, iam
si licita hæc puta esus, & coniugium, quia im-
moderata, puniuntur, quid erit de illicitis?
[*in lecto*] Hi sunt in lecto, qui nullis negotijs
grauantur. Ex his, qui ocium propter Deum
quesierunt, assumentur. At qui propter vitia,
otia sectantur relinquuntur. [*dua in mola.*] Hi
sunt, populares homines, qui, quia ab alijs re-
guntur, foemina dicuntur: & molunt pro-
pter secularium negotiorum orbem, atque
circuitum: quorum cogitationes, & curæ tã
minutæ, farinæ vocantur. Ex his assumun-
tur pij, relinquuntur impij. [*duo in agro.*] Hi
sunt rectores ecclesiæ (sumus enim nos agri-
cultura Dei) ex his qui castè prædicant, assu-
mentur: qui autem verbum adulterant, relin-
quentur. In his tribus paribus hominum, to-
ta continetur ecclesia, & quidem rectores, si
gnificantur per Noe, qui arcam rexit: otia ve-
rò contemplationis per Danielem: labor cõ-
iugij per Iob, Idem in capit. 13. Marci. [*Sol
obscurabitur.*] Idem. Obtenebrabitur, sicut in
passione, postea clarescet, plusquam nunc.

Diuus Thomas. [*Sol obscurabitur.*] Iuxta
Ioclem dicentem, Sol conuertetur in tene-
bras, & Luna in sanguinem. Non quia Sol
sua luce carebit, sed quia à luce Christi ma-
iore obfuscabitur. Postea verò eius lumen
augebitur, vt Isa. ait. [*stella cadent.*] Quia fu-
mo ignis contenebrabuntur. vel vt quidam
dicunt, sunt quædam stellæ corruptibiles,
quæ immutabuntur. [*virtutes calorum.*] Id-
est. Vires quibus cœli mouentur, hæc moue-
buntur, quia desinent eos mouere. Vel an-
geli mouebuntur, admiratione & gaudio, de
glorificatione sanctorum. [*signum.*] Idem,
Cruz, ostendens quod totus ille triumphus
est per passionem, per quam etiam acquisi-
uit iudiciariam potestatem. [*plangent.*] Di-
centes, nos insensati vitam illorum æstima-
bamus infaniam. [*videbunt siltum hominis.*]
Scilicet, secundum humanitatem. Videbit
enim omnis caro salutare Dei, videbunt ve-
ro mali, vt confundantur. [*uenientem in nubi-
bus.*] Nubes est habitaculum diuinitatis.
Exod. 16. & 3. Regum. 8. Erunt verò hæc nu-
bes, quædam claritates redundantes, ex cor-
pore Christi, & sanctorum. [*cum tuba.*] Id-
est, virtute Deitatis, de qua dicitur, omnes
qui audierint, viuent. Et quidem Dominus

Moyfi mandauit, vt tubis vocarent, ad cõ-
cilium, ad festa, ad pugnam, ad castra mouē-
da. At iudicium, erit concilium, festum, &
pugna contra malos, commotio castrorum
ad cœlum. [*voce magna.*] Hæc vox est hu-
manitatis Christi, dicentis ascendite huc. [*ab
extremis terra.*] Propter corpora. [*ad summū
cœli.*] Propter animas sanctorum. [*ab arbore
fici.*] Ficus est ecclesia, quæ cum suas vires,
contra Antichristum ostenderit, iudicium
erit propè. [*cœlum & terra.*] Facilius transi-
bunt, quam verbum Dei, nam verbum fuit
causa cœli. At facilius effectus transit quam
causa. [*neque filius.*] Secundum Augustinū,
quia non facit scire, secundum Origenem,
quia ecclesia nescit. [*diebus Noe.*] Tūc aqua
refrigerauit ardorem libidinis. At in die iu-
dicii ignis calefaciet frigus charitatis. [*edētes
& bibentes.*] Quantum ad malos, nam boni
arescent præ timore. [*dua erunt molentes.*] Nā
molere officium erat tūc muliebre.

Hugo. [*plangent omnes tribus terra.*] Idem,
decedentes cum terrena voluptate, qui in
terra scripti sunt. Ierem. 17. recedentes à te in
terram scribentur. [*in nubibus.*] Idem, San-
ctis I. 3. Dominus ad iudicium veniet, cum
senatoribus suis Proverbiorum vltim. Nobi-
lis in portis vir eius, quando sederit cum se-
natoribus terræ. [*à quatuor ventis.*] Qua-
tuor venti figuram crucis faciunt, qui igitur
cruci conformati sunt, congregabuntur.
[*cum ramus tener fuerit.*] Cum prælati tene-
ri, & delicati fuerint, propè est iudicium.
[*& folia nata.*] Cum multa prædicatorum
verba fuerint, & exigua opera, propè est iu-
dicium. Vel licet, cum ramus tener fuerit,
per compassionem, & folia nata per prædi-
cationem, propè est æstas, scilicet, feruor de-
uotionis. [*de die illa.*] Tam inclita de qua
Apostolus, quam reddet mihi Dominus in
illa die, dies illa dies iræ, tribulationis. [*ne-
mo scit.*] Scientia acquisita. [*vnus assumetur.*]
Osee. 13. Consolatio abscondita est ab ocu-
lis meis, quia ipse inter fratres diuidet.

Caietanus. [*Sol obscurabitur.*] Miraculo-
sè, non per eclypsin, & sic etiam Luna, vnde
dicit, non dabit lumen suum, cum, scilicet,
Luna non sit priuata lumine suo, tunc non
dabit illud. [*stella cadent.*] A fulgore, scili-
cet, & luce sua, quia non fulgebunt. [*virtutes
calorum.*] Idem, potentia motrices cœlorum.
[*signum.*] Idem, Cruz, canit enim ecclesia,
hoc signum crucis erit in cœlo, cum Domi-
nus ad iudicandum venerit, & certe testatur
omnes Christiani, hoc esse signum Christi,
vntes

vtentes eo in omnibus. [*& plangent.*] Non
pœnitendo, sed expectando suam damna-
tionem. [*cum tuba & voce.*] Non intelligas
duo, sed cum voce tubæ magna. Et hæc tu-
bæ vox, erit sonitus quidam similis voci tu-
bæ: non dearticulatus, sed similis illi, quo
Exod. 19. dicitur, quod descendente Domi-
no in sina, clangor buccinæ audiebatur, &
perstrepebat, sed tunc sonitus fuit ad terro-
rem ille ad conuocandum. [*à summis calorū.*]
Idem, ab omni loco vnde congregari possint
electi: etiam ab inferiore hemisphærio. [*ge-
neratio hæc.*] Non cessabunt electi, donec ista
omnia signa fiant, nec alia generatio homi-
num instituetur (sicut post diluuium insti-
tuta fuit) donec fiant hæc omnia. [*cœlum &
terra transibunt.*] Non secundum substantiam
sed à statu motus ad quietem. [*verba autem
mea.*] Quibus dixi congregandos electos,
nullatenus deficient, aut mutabuntur, sed
firmis, veritate subsistent: non transibunt à
statu veritatis ad statum falsitatis. [*neque fi-
lius.*] Vt homo nescit diem illum nouitia na-
turali, hæc enim nouitia soli Deo seruetur, at
certum est, nouitia supernaturali, hunc diem
Christum sciuisse, nouitia, scilicet, beatifica.
[*sicut in diebus Noe.*] Licet enim illis diebus
videbant homines Noe fabricantem arcam
suam, non tamen nouerunt diem diluuij, nec
cessabant à lasciujs suis: ita & in extremo
tempore videbunt homines hæc signa, nec
tamen cessabunt à vitijs suis. [*duo in agro.*]
ergo puræ gratiæ est, quod homines eli-
gantur à Deo. Si quidem ex eodem opere,
nec bono, nec malo, sed indifferenti, scilicet,
agricultura, vnus elegitur, alter non. 2. No-
quod non ex vna sola familia Dominus ele-
git vt elegit familiam Noe in diluuij, sed ex
omni familia.

Symon Casia. lib. 6. capit. 27. [*ab arbore fi-
ci.*] Videtur ficus ista illa arbor, sub qua A-
dam peccauit, de eius fructu comedendo,
sed licet illa sit arbor materialis, mistica ve-
rò est, excusationis superbia. Forsan nullum
malum in posteros Adæ dimanasset, si ille
peccatum non excussisset, igitur ficus fuit il-
la arbor, cuius folijs, idem, excusationibus vo-
luit sese regere Adam. Cum igitur excusa-
tionum in peccatis superbia increbuerit: tūc
velut ramos profert ficus, & tunc erit iudi-
cium. 2. dici potest, ficum esse sanctimoniam
vitæ, & ramos eius teneros esse pios, qui ca-
rent floribus sicut caret ficus, toti versantur
in faciendis operibus rursum, qui succo & a-
nimo sunt dulci, non in aliquem amaro. Ter-

tiò, qui cum maturuerunt, intus & extra co-
medi possunt: toti enim dulces sunt. Quartò
qui soli, idem, Christo exponunt se. Et suas
intentiones vt sic in longum exsiccati dura-
re possint, idem, in æternitatem. Quintò, cū
mens rectè disponitur, folia confessionis pro-
ducens, & fructus bonorum operum, tunc
propè est diuina claritas, dilectionis ardor, &
lux æternitatis.

Glossa interli. [*stella cadent.*] Idem. Lu-
mine carebunt. [*virtutes calorum.*] angeli cõ-
mouebuntur, idem, venient ad vos. [*signum.*]
Tau impressum frontibus fidelium. [*tuba
& voce magna.*] Tam aperta, scilicet, & cla-
ra voce, quæ vbique à mortuis audiat. [*non
præerit hæc generatio.*] A morte ad immor-
talitatem, donec omnia hæc fiant. [*hæc gene-
ratio.*] Videlicet hominum vel Iudæorum,
qui durabunt vsque ad seculi consummatio-
nem. [*comedet.*] Idem, gula & ebrietati dediti.
[*duo erunt in agro.*] Prædicatores, in semente
pares, sed non pares referentes fructus. [*dua
molentes.*] Occupati in secularibus, vnus eo-
rum assumetur, scilicet, qui habent, vt nō ha-
bentes, alter relinquitur, qui sperat in incer-
to diuitiarum.

Glossa ordina. [*Sol obscurabitur.*] Eccle-
sia quæ est pulchra vt Sol, & speciosa vt Lu-
na, sicuti malis, lumen suum non da-
bit, vnde & stellæ firmis turbabuntur. Vel
Sol & stellæ, ante aduentum amittent lu-
men: post iudicium recuperabunt abundan-
tius. [*arbore fici.*] Cum Israel conuersus fue-
rit propè est iudicium. [*cœlum & terra transi-
bunt.*] Idem, Innouabuntur, non destruen-
tur. [*neque filius.*] Non de naturali filio, qui
est Christus, est fermo, sed de aliquo sancto-
rum hominum. [*Noe.*] Christus, sicut Noe,
(cum enim consummatam arcam suam ha-
buerit) introiuit in eam die iudicii, pereun-
tibus malis hominibus. [*duo in agro.*] Ex
Beda.

Liranus. Post tribulationem. Quia san-
cti dicunt post mortem Antichristi, futu-
ram per quadraginta dies pacem, vt mali
conuertantur, quod in Apocalypsi dicitur,
factum silentium est in cœlo, quasi dimidia
hora. [*stella cadent.*] Quia propter nubes ob-
scuras obtenebrabuntur. Et tunc comete ca-
dent, quæ dicuntur stellæ: [*virtutes calo-
rum.*] Idem, Angeli medij secundæ hierar-
chiæ, per quos Deus operatur miracula. Cū
igitur eo tempore Deus sit multa facturis
miracula, necesse est hos angelos moueri læ-
pius. [*signum.*] Cruz clauis, lancea, vel cæci-
Pri. Tho. Bb 2 trices

1. Corinto 4

Iocel. 2.

I. 30

Sapient. 9.

I. 26

I. 5

Apoc. 11

Psal. 148

Genes. 8.

Sopho. 9

Genes. 3

Tam.

1. Cor. 7.

1. Tim. 6

Roma. 11

Apoca. 8.

trices in corpore. [omnes tribus.] Igitur ex omni tribu aliqui condemnabuntur. [cum tu ba.] Sonitu ab angelis facto, sicut fuit sonitus ille. Exo. 19. [voce magna.] Erit vox Christi vocantis mortuos. [a summis celorum.] Ex omni loco sub cælo. [cælum & terra transibunt.] Cessabunt à suo motu. Quia mouebuntur, vt completeretur numerus electorum igitur cessant, completo illo numero. [in agro: mola, lecto.] Prælati, actiui, contemplatiui. Moraliter. Sol obscuratur, cum malus prælatus præficitur. Et tunc Luna, idest, ecclesia (quæ ab eo lumen recipere debet) etiam obscuratur. [stelle.] Religiosi cadentes à contemplatione. [virtutes cælorum.] Idest, viri perfecti, mirantur de patientia Dei, & permissione malorum. [edentes.] Aliqui repente moriuntur in prandijs & festiuitatibus, & primo concluditur, vigilate. Diuus Basilii, filius non scit ad dicendum. Diuus Nazanzenus libr. 4. Theolog. filius scit, vt Deus, nescit vt homo. Vel nescit, sicut Pater solus bonus: ita solus sciens. At in patre filius scit: vel nescit, nisi quod Pater scit. Diuus Athanasius, in fine libr. octauo, de Arriana & Catholic. confess. Quod ignorat diem, & nescit locum. Num credendum est, quod qui fecit dies, horas, & tempora possit aliqua ignorare? Sed ignorat vt homo, quod non ignorat Deus.

Vigilate itaque quia nescitis.

Diuus Hieronymus. [vigilate.] Docet quare dixerit, neminem scire diem iudicij: vt pendulæ expectationis incerto semper credant eum esse venturum. [quis putas est fidelis.] Interferit exemplum Patris familias, idest, sui & Apostolorum. Vt tpe premijciaria doctrinarum tempore suo conferuis ministrarent. [moram facit.] Ita Ezechielis. 12. [diuidet eum.] Idest. Segregabit à consortio sanctorum. [ponet eum in agro.] Idest, cum his qui erant in agro, mola, & lecto, & reliqui sunt. Est vero hypocrita, qui aliud ostendit quam est. Ita vt in agro, mola, & lecto, videretur facere, quod vir pius facit, sed exitus diuersam voluntatem monstrauit.

Diuus Ambrosius in capit. 12. Lucæ. Litter illud præceptum, Vigilate, quia nescitis diem, generale præceptum sit: hoc tamen, Si dixerit seruus ille, moram facit Dominus meus, dispensationibus, idest, sacerdotibus vi-

detur esse propositum, quò sciant grauem sibi poenam esse subeundam, si secularibus intenti delicijs plebem sibi commissam, idest, Domini familiam gubernare neglexerint.

Diuus Gregorius, in capit. 9. libr. 1. Reg. 1. Reg. 9. Super illo Samuelis. Cui erunt quæque optima Israel, non ne tibi dicit, Israelim significare societatem sanctorum, qui Deum videt, huius societatis optima, sunt æternæ retributionis dona. Quæ licet omnium sanctorum sint: At quia prædicatorum summa merces est, ideo propria illorum sunt optima Israelis. De eis enim Dominus dicit, super omnia bona sua constituet eum. At, qui super omnia bona est, optima bona habet. Aduertat prædicator eadem summa bona, non summæ dignitati, sed summo labori deberi. Si ergo prædicatoribus optima seruantur, summus eis labor iniungitur. Quia nimirum meliora non præualebit habere, qui melior esse non studuerit.

Idem in secunda parte Pallora. capit. 6. [partem eius ponet cum hypocritis.] Iure inter hypocritas ponitur, qui ex simulatione disciplina, ministerium regiminis vertit in vsum dominationis. Et tamè grauius delinquitur, si inter peruersos plus æqualitas quam disciplina custoditur, vt Heli, non castigans filios suos docuit.

Diuus Chrysostomus homilia. 78. [si sciret Pater.] Idest, si præscirent homines quando essent morituri, suam diligentiam circa illam horam ostenderent. Vigilent igitur, quia nec generalem, nec particularem sui iudicij diem norunt. Nota. Nunquam liquidius Christus se Dominum dixit, quam nunc. [fur venerit.] Ad erubescendum dicit desidia nostræ, qui vigilantiores sumus circa fures, quam circa animam. [quis est fidelis.] Ad doctores vertit sermonem, porro non ideo interrogat quia ignoret. Nam & Deus interrogauit Adam, ubi es? Et etiam dixit: verebuntur fortasse filium meum. Et item, descendam in Sodomam, vt videam, si clauorem opere compleant. Igitur hæc parabola, non de nummis intelligitur solum: sed de verbis, de virtute, & de omni dispensatione, quæ cuius commissa est, imò etiam de magistratibus Republicæ. Ergo à præfectis deo flagitat, prudentiam, & fidem. Fides est, si ex rebus Domini, nihil sibi attribuant, neque in casum quicquam expendant. Prudentia est, si opportunè dispenset. Vtrumque requirit, & à doctore verbi diuitias habente, & à diuitibus per-

cunias habentibus. [triticum.] Non est triticum dispensatoris sed Domini. [super omnia bona sua.] Quæ precor oratio, hanc beatitudinem consequi poterit: cum cælorum conditor, cui omnia seruiunt, hominem super omnia constituit. [tardat Dominus meus.] Accusabit forte quis Deum, quia cum diem iudicij absconderit, ansam dedit seruo dicendi, quod eius Dominus tardet. At certè mentitur seruus, non tardat Dominus, quia secundum Paulum Dominus propè est. Et Abacuch, veniens veniet, & non tardabit. Attendant igitur diues: quæ habes homo non tua sunt, sed Dei: qui apud te passus est illa esse, vt in tempore dares pauperibus. Id igitur à te Dominus expetit, quod tu à tuo dispensatore.

Origenes homilia. 31. [non sineret perfodi.] Deus in anima naturales intellectus, quasi naturales ædificationes, construxit. Hos cor rumpit & fodit Diabolus, cum sensus noster non vigilat. Per has igitur perfossiones ille fur ingreditur. Porro si eum ille perfodit, euigilet homo & diabolo resistat bonum pro malo operetur: diabolusque fur rem interficiat, de quo dicit Moses. Si in ipsa perfossione inuentus fur occisus fuerit, non est homicidium: sed si sole orto occisus est, reus erit, idest, si post patratum scelus, homo poeniteat, occidit sanè diabolus. At durat reatus culpæ prioris, quam esse culpam ortus Soli iudicauit. Sed quid Marcus dicit, vesperare, in prima vigilia noctis, in galli cantu, & vsq; mane: certè qui bonus est, postquam peccauit, nec impudicitijs sese tradidit, & somno, vsque ad mortem: is à vespera vsq; ad manè gloriæ vigilauit. Porro, qui iam naturæ ætatis, ad Deum conuertitur, & durat in bonitate, is à media nocte incipit vigilare. At si iam senex ad Deum conuertitur, is à vigilia matutina vigilat. Non igitur defraudabitur mercede sua: sed interim Dominus non ad perfossam domum veniet: sed ad eam quæ habet præcinctos lumbos, & lucernam in manibus ardentem. [quis putas est fidelis.] Ille qui non vt Dominus tractat conseruos, sed vt conseruus. Ille infidelis, qui tractat vt Dominus & vt amarus Dominus, sicut Aegyptij tractabant Israelim. Meminerint igitur sacerdotes, quod exemplum dedit Dominus, vt & ipsi lauent pedes discipulorum. Et illud, qui vult maior esse, sit minister, & illud cum possemus vobis oneri esse, facti sumus paruuli in medio vestrum: tanquam si nutrix foueat filios suos. Optaba-

mus dare animas nostras, & illud. Confo- lamini pusillanimes sustinete infirmos. &c. Et Nota ex textu, etiam malos à Domino constitui, super familiam suam, dicit enim malus constitutus, moram facit Dominus meus. Ergo non sublimitas loci saluat, nisi rectè sit locus administratus. Alioqui iudex diuidet eum: vt Daniel contra malum presbyterum dixit. Angelus Domini habens gladium scindet te in medium. Item nota. Eum prudentem esse, qui velox ingenio sit: quæ prudentia aliquando non est virtus. Nam vilicus iniquitatis prudenter fecit, & filij huius seculi, prudentiores sunt filijs Dei. Deus vero elegit stulta, vt confundat sapientes. Rarum verò est, inuenire virum fidelem & prudentem, qui cibos temporales, & spirituales nouerit dispensare. Maior enim elemosyna largienda est habenti filios quam non habenti: & foemina quam viro. &c. [super omnia bona.] Idest, supra quinque ciuitates & decem: vt, scilicet, sint cohæredes Christi, qui super omnia habet potestatem. Hic tamen non intelligas, quod aliquis seruus, habeat omnia bona. Sed quod cunctis seruis data sint omnia. Alius enim habet decem ciuitates. Alius quinque. [moram facit.] Malus semper somniat, Dominum suum tarde venturum. [stridor dentium.] Stridebunt, quia tormenta erunt æterna, & importabilia. Et stridebunt illi dentes, qui maliciâ gustauerunt.

Diuus Hilarius. Can. 26. & 27. fur Diabolus est, ad detrahenda nobis spolia peruiuigil, & domibus corporum nostrorum infidians. [fidelis & prudens.] Idest, curans commoda populi sibi commissi. [super omnia bona.] Idest, in gloria, qua nihil est maius. [diuidet eum.] Idest, à bonis temporalibus, quæ illi sponderat, quia commissam ei gentem, fame, siti, cæde, vexauerit.

Euthymius. [vigilate.] Non solam vigilantiam præcepit, sed attentionem, & preces, iuxta Lucam, vigilate omni tempore precantes vt digni habeamini effugere omnia hæc. [qua hora non putatis, filius hominis venturus est.] Quidam dicunt, quod quouis Christiano moriente Dominus cum sanctis angelis, adest, cum vitæ rationem anima reddit. [super omnia bona.] Hoc non est scrupulosius inquirendum. Nec enim omnia parabolica sunt anxie tractanda. [diuidet.] Idest, à sua dignitate, nec enim iam prælatuserit.

Pri. Tho. Bb 3 Vene-

Ezech. 12

Philip. 4 Abacuc. 2

Marci. 13

Lucæ. 12.

Exod. 1

Ioan. 13

Lucæ. 21

1. Theff. 2

1. Theff. 5

Daniel. 13

Lucæ. 16

codem.

1. Corin. 2

Lucæ. 21

3

Venerabilis Bedain cap. Lucæ. 12. [fur.] Fur domum perfodit, quia dum a sui custodia spiritus dormit, & improvisa mors carnem nostram irumpit, & animam ad supplicium trahit: Sed furi resistit, qui vigilat, id est, poenitet. [quisputas.] Non dicit impossibile esse inuenire: sed difficile, iuxta illud.

Deutero. 32 Quis sapiens, & custodiet hæc. [tritici mensuram.] Quia alta non debent omnibus exponi, ita Moses fulgentem faciem vulgo vellat. [super omnia bona.] Communes fideles id premium accipient, vt discumbant, illis Christo ministrante: sed prædicatores sunt super omnia bona, abundantius enim cæteris sanctis æterna fructuone replentur. Duplici enim honore digni sunt ex Apostolo, & qui erudiant multos, fulgebunt quasi stellæ, ex sapientia. [moram facit.] Vitium mali serui est, credere Dominum tardaturum. Non tamen boni serui est, anxie expectabunt, id enim Paulus reprehendit. Diligat igitur bonus seruus Domini aduentum: sed non nimis anxie. [diuidet.] Id est, nunquam fidelibus eum sociabit. Cum enim curam domesticorum non habuerit, fuit infideli deterior.

Diuus Thomas. [nescitis.] Cur Dominus hoc apostolis dixit, qui non erant ad iudicium vsque victuri? Respon. quod id omnibus dixit Dominus Christus enim dupliciter venit ad nos, scilicet, in die iudicii & in fine mortis, & qualis inuenitur in morte, talis inuenitur in iudicio. ¶ Potest etiam exponi, de aduentu inuisibili Domini in animam, de quo dicitur. Si venerit ad me non percipiam. Cum ergo hac ratione ad multos Dominus veniat, eos vigilare iubet. Nam ipse stat ad ostium & pulsat. [Pater familias.] Domus hominis anima est, in qua homo quiescere debet. Huius domus Pater familias est ratio. Fur est, tentatio, quæ non intrat per ostium legis, sed cupiditatis, hic fur de die venire non solet, vt cum homo in contemplatione est: sed de nocte, cum remissus agit. Ideo dictum est. Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. [quisputas.] In omni opere bono duo sunt necessaria, finis, & media. Tunc verò fidelitas est, cum statuitur finis in solo Deo, & non in propria utilitate. Væ enim pastoribus, qui paciscunt se. Tunc autem est prudentia, cum accommoda media huic fini deligit. Ser-

uus enim non sibi, sed Domino operatur. [quem constituit Dominus.] Nemo enim assumit sibi hunc honorem, nec muneribus, nec precibus, nisi vocatus tanquam Aaron. [super familiam.] Ergo inuigilet familiaræ, & non alijs temporalibus. Quid enim ad nos de his, quæ foris sunt. [vt det illis cibum.] Doctrinæ, Exempli, Temporalis subsidij. Quæ tria significata sunt. Cum Dominus Petro ter dixit. Pasce, Pasce, Pasce. [in tempore.] Dixit enim Dominus. Multa habeo vobis dicere. sed non potestis portare modo. [super omnia bona.] Primò in Deo, qui est super omnia bona. Secundo, super omnia bona, id est, super omnia sanctorum premia. Nam prælatus qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur, vel tertio qui vnitus est Christo, qui habet omnia bona, habet etiam omnia bona. [moram facit.] Sæpi præ desiderio, hanc moram sentiunt, quia Dauid dicebat. Incolatus meus prolongatus: mali vero dicunt ex negligentia, in longum differentur dies. Ea vero negligentia omnium malorum est causa.

Simon de Casia. libr. 6. capit. 30. Mundi principes sunt crudeles, punitionis auidi: ita tractantes suos, ac si subditi ex illis penderent. At Dominus a quo omnia pendent, non vult castigare: sed præmonet, ne nos imparatos dies ille inueniat: ideo dicit. Omni custodia custodi cor tuum. [seruus fidelis.] Qui, scilicet, bona naturæ, & gratiæ sibi commissa, dispensat, non dissipat. [super omnia bona.] Ita enim gaudebit, ac si omnibus esset præpositus & nulli subiectus: ita Ioseph, præponitur omnibus rebus Aegypti: ita iustus replebitur bonis & Psaltes dicit. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, id est, sicut ego proximis mensus sum: ita triticum (qui Christus est) participabo. [moram facit.] Cur id dicis, quod nescis? Sed iniquus optat Dominum suum nunquam venire. [diuidet.] Id est, a beatitudine, quia se ipse diuisit a virtute.

Hugo. [vigilate.] Valet iudicii memoria, vt quiuis se ipsum gubernet, dictum enim est. Recordare nouissima tua, & non peccabis, & sordes in pedibus eius, quia non est recordata finis sui, & quidem aues cauda se regunt. [vigilaret vtrique.] Tria dormientem excitant. Virga, iuxta illud, virgam vigilantem ego video. Clamor, vt, clama ne cesses. Cura periculi, vt, vigilate ne intretis in tentationem. [stote parati.] Primò, ad bellum,

lum, equus enim paratur ad diem belli. Secundo, ad reddendam rationem de fide. Tertio, ad bene operandum. Ita Paulus admonet, ad omne opus bonum nos esse paratos. Quarto, ad recipiendum Christum, iuxta illud. Parate corda vestra Domino. Quinto, ad flagella. Ego enim in flagella mea paratus sum. [fidelis.] Fidelis est, qui diligit. Prudens qui intelligit. Fidelis, qui iura Domini sibi non vendicant (gloriam, scilicet, & vindictam.) Fidelis, qui bona Domini non dissipat, & qui castrum animæ diabolo non dat, & qui quod fecit ore, non destruit opere. [in tempore.] Arbor enim sancta, fructum suum dabit tempore suo. [super omnia.] Quia merito suo, habet auream, & in merito subditorum aureolam. [cæperit percutere.] Vel falso verbo, vel malo exemplo. Nota duo sunt vitia prælatorum. gula, & minorum oppressio.

Caietanus. [sisciret.] Num si nesciat excusabitur: imo verò, quia nescit, & periculum adeo præfens est, vigilandum semper est. [quisputas.] Tractantur hic conditiones prælati. Prima, fidelis, vt verax sit, ne fallat. Secunda, seruus, ne recalcitret, nec eleuetur. Tertia, prudens, ne fallatur. Quarta, quæ constituit Dominus, ne sibi ipsi honorem assumat. Quinta, vt det illis triticum, non sibi. En officium prælati, dare cibum, non flagellum. [in tempore.] Id est, manè, meridiè, noctu. Nunquam ergo cesset prælatus prædicare, & cibare: opportunè, & importunè. [sic facientem.] Non solum vigilantem, id enim commune omnibus Christianis esse debet: sed fidelem, prudentem, & dantem triticum in tempore. [super omnia sua.] Non dicit super omnes suos, sed super omnes res suas. [diuidet eum.] Id est, separabit animam a corpore. [partem eius.] Pars mali prælati sunt supplicia æterna: quæ patietur cum hypocritis, quia talis ipse fuit.

Glossa interli. [Pater familias.] Id est, spiritus. [fur.] Id est, Deus in morte. [perfodit domum.] Id est, corpus. [det illis cibum.] Pro eorum capacitate. [diuidet eum.] A consortio fidei. [partem eius.] Id est, sortem. [stetus.] Ex calore. [stridor.] Ex frigore.

Glossa ordina. [fidelis.] Non ad lucrum sed ex charitate pascens. [prudens.] In futuro sibi prouidens.

Lyranus. [fidelis seruus.] Vt prælatus fideliter dispenser spiritualia: & princeps temporalia. Reliqui verò omnes benè vtantur bonis suis. [super omnia bona.] Quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatio

ne perfectus vt Boetius ait. [cum hypocritis.] Boetius. Id est, separabit a beatitudine.

Druthmarus. [vigilate.] Id est, benè operamini. Nam bona opera vigilant pro vobis, etiam si vos dormiatis. ¶ Nota tradidisse maiores: Dominum in pascha ad iudicium venturum, paulo ante mediam noctem. Sicut angelus ille venit percussurus Aegyptum, tunc enim cum medium silentium tenerent omnia Angelus ille venit. Tradiderunt etiam diem illam futuram octauo calendæ Aprilis, quo die mundus factus: Christus cõceptus: & mortuus est. Igitur eo die & mundus destruentus, vnde statu ebant, vt nullus ea nocte, ante medium noctis dormiret. At quia in consilio Nicæno iussu est, vt expectare mus diem Domini, post æquinoctium vernale, quo non contingit Pascha, nisi in decem & nouè annis: ideo ille vigilandi mos abolitus est. Incertior ergo nunc, dies illa iudicii est, quam olim. [non sineret perfodi.] Ille non sineret perfodi, qui lætus & gaudens egreditur e vita, corpore eius interim dormiente sicut Stephanus.

CAPVT. XXV.

Tunc simile erit regnum.



Diuus Hieronymus. Quidam intelligunt hanc parabolam simpliciter, de his virginibus quæ mente & spiritu virgines sunt: & de his, quæ corpore virgines, aut alia opera non habent, aut certè spiritu ante nupserunt. At alius sensus videtur, sicut enim molentes, & laborantes in agro (de quibus supra) rectè comprehendunt omnes homines: ita & virgines videntur. omnes homines etiam Iudæos, & hæreticos comprehendere. Qui omnes vocantur virgines, quia do mens eorum idolatriæ turbine non construpatur. Hæ verò habent oleum, quæ vltra fidem operibus adorantur, qui verò non sumpserunt oleum, ex sunt, quæ fidem habent sine operibus. Potest & tertio intelligi, de quinque sensibus, quorum alij ad celestia festinant: alij verò luce gratiæ destituuntur. [omnes dormitauerunt.] Id est mortuæ sunt, quia sanctorum mors somnus est. [Pri. Tho. Bb 4 dor

Job. 9
Apo. 3
Sapient. 8
Psal. 70
Ezechi. 34

Heb. 5.
1. Cori. 5
Ioan. vltimo
Ezech. 13
Prouerb. 4
Genesi. 41
Prouerb. 17
Thren. 3
Iere. 3
Matth. 27
Prouer. 23

Boetius.
Sapient. 8.

Matth. 24.

Exod. 14 Dormierunt.] Quia in resurrectione excitantur. [*media nocte clamor.*] Secundum Iudæos Christus media nocte venturus est: sicut & angelus ille, qui seruauit eos, quorum superliminaria agni sanguine erant tincta, unde reor antiquum morem permansisse, ut in vigilia Palchæ, ante noctis dimidium, populus dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi. Quo tempore transacto, securitate concepta, festa peragunt. [*ornauerunt lampades.*] Id est, sensus, in quibus oleum scientiæ recipiebant, ornant autem, ut opera habeat virtutum, quibus ante ludicem refulgeant. [*lampades extinguuntur.*] Ergo signum est, lampades ex parte fulsisse. Igitur, qui Christianus est, non sit contentus mediocribus, quæ cito, exolefcunt, & caumate exorto arefcunt: sed perfectum lumen sequatur, quod æternum sit. [*non sufficiat.*] Non dicunt de auaritia: sed de timore. Nulli enim tunc aliena opera profunt. Quisque pro se sollicitus erit. [*ad vendentes.*] Venditur hic oleum, & multo pretio emitur. Quod in elemosynis, cunctisque virtutibus, & consilijs intelligimus magistrorum. [*venit sponso.*] Quia tunc non operandi tempus est. In inferno enim nulla est redemptio. Et in inferno, quis confitebitur tibi? [*Domine Domine.*] Iudicium fidei est: sed quid prodest voce inuocare, quem operibus neget? [*nescio vos.*] Nouit enim quæ sunt eius, & qui ignorat, ignorabitur, & fat pœna illis est, quod a spõso ignorentur. [*vigilate.*] Horum igitur omnia dicta.

Psal. 6: Diuus Augustinus libr. 83. quæst. quæst. 59. decem virgines bonos & malos significant. Sed reliqua connectere, miræ est difficultatis. Dicuntur autem quinque quia continendus est animus, à quinque sensuum voluptatibus. Qui igitur continentiam hanc seruant, propter Deum, virgines sapientes sunt. Qui verò, ut gloria humana capiantur, stultæ, lampades, opera sunt. Porro, quia omnes hi veniunt, obuiam sponso, intelligendum est, hos omnes esse Christianos. Qui enim Christiani non sunt, non exeunt obuiam sponso. Non fumere oleum, est non habere gaudium exultationis in corde, quia Deo placet: cum contra Apostolus iubeat. Probet se ipsum homo, & sic in se ipso gloriam habebit. [*dormierunt.*] Id est, mortui sunt, tam ex bonis, quam ex malis: [*clamor factus.*] Quia in ictu oculi omnes resurgemus.

[*lampades.*] Id est, rationes reddendas operum suorum. Omnes enim stabunt ante tribunal Christi. [*date nobis.*] Id est, laudate opera nostra, apud Deum, quia extincta est, laus humana, qua priora opera fulciebantur. [*ne forte.*] Vnusquisque reddet pro se rationem. Nec alieno testimonio iuari apud Deum quis potest, & vix quisque sibi sufficit. Quis enim gloriabitur, mundum se habere cor? & Apostolus. Nec me ipsum iudico, ite potius ad adulatorem vestros, qui vobis spe premij laudes vendebant, qui vos foelices dicebant, & falsebant, ut Isaias ait. [*dum autem irent.*] Id est, dum solita gaudia quærunt: tunc venit sponso, cui foelicitè anima copulanda erat. [*clausa est ianua.*] Nullus enim locus iam est, precibus, aut operibus. Nota. Non dicit, quod emerint: sed quod exclusi sunt ab sponso, dicente. nescio vos, quia qui hominibus placent à Deo nesciuntur. [*vigilate quia nescitis.*] Id est, vigilate vsque ad diem mortis. Paratus enim vsque ad diem mortis: paratus etiam est ad diem iudicij, & quod dicit. Obuiam sponso & sponsæ, per sponsam intellige ecclesiam, ex virginibus coalitam. De quibus Apostolus. Respondi vos vni viro. Vos, id est, qui facitis vnam Ecclesiam, virginem, & castam. Cum ergo filij ad matrem occurrunt, sponsæ obuiam veniunt.

Idem de Verbis Domini Sermone. 23. Virgines hæ, omnes animæ sunt, quæ ab illicitis sensibus abstinent, (est enim corpus nostrum, quasi quinque ianuis sensuum diuisum.) Hæ lampades habent, quia opera habent, de quibus dicitur. Sic luceat lux vestra, id est, opera vestra. Hæ etiam virgines sunt, de quibus dicitur. Sint lumbi vestri præcincti. Vbi notatur virginitas. Et licet coniugati virgines non sint, est tamen in sua fide virginitas pudiciam exhibens conjugalem. Qua ratione tota Ecclesia virgo ab Apostolo dicta est. cum dixit virginem castam exhibere Christo. Si igitur virgines sunt, qui à malis abstinent, lampadesque habent operum bonorum, & tamen ex his quidam à sponso non admittuntur, quid dicent, qui à malis non abstinent. Sed iam si hæ virgines lampades habent, cur non admittuntur? Certè quia oleum non habent, id est, charitatem. Hæc enim omnibus alijs liquorib, sicut oleum innatat, dicente Paul. Adhuc excellentiore viâ vobis demõstro

Roman. 14
Roman. 14
Prouer. 10
1. Corin. 4
Isai. 3
Psal. 51
1. Corin. 11
Luc. 14
1. Corin. 11
1. Corin. 13

[*exierunt obuiam.*] Id est, expectauerunt aduentum iudicis, videlicet videntes omnia signa, iudicium præcedentia esse completa. Sed tardante sponso, omnes dormitauerunt, id est, mortui sunt. [*media nocte.*] Quando scilicet, non speratur. Nox enim ignoratio est. [*clamor factus.*] Hic clamor est nouiss. tuba, mortuos est sepulchris excitans. [*non sumpserunt oleum.*] Id est, testimonium bonæ conscientiæ, testimonium enim ab hominibus quærebant. [*date nobis.*] Quærebant laudes solitas. [*ite potius.*] Irridentis est, sapientia enim dicit. Ego quoque in interitu vestro ridebo. [*ne forte non sufficiat.*] Non de desperatione dictum est: sed de pia humilitate. Licet enim Paulus, nihil mali sibi conscius sit: non tamen in hoc iustificatus est. Quis enim gloriabitur, mundum se habere cor? Rectè David. Ne intres in iudicium cum seruo tuo. [*clausa est.*] Nunc tempus est misericordiæ, cum pulsanti aperitur: tunc iudicij, cum pulsanti dicitur. Nescio vos, id est, non approbo, sed reprobo.

Idem Epistola ad Honoratum cap. Trigesimo prim. Trigesimo Secun. Trigesimo Ter. Lampades sunt bona opera, maxime ad misericordiam pertinentia, & ipsa etiam quæ coram hominibus lucet, laudabilis conuersatio. [*in vasis suis.*] Id est, In cordibus suis, vbi fit participatio superni, ac intimi boni, dicitur enim. Dediti lætitiã in corde meo. [*clamor factus est.*] Id est, Tubæ, quæ erit aliquod euidentissimum signum, ea vox archangeli dicitur, & vox Domini. [*lampades nostra extinguuntur.*] Id est, Non sunt in Domino gloriata, neque dixerunt. In Domino gloriabitur anima mea, & apud te laus mea. Tunc igitur, non inueniunt in quo gloriantur. [*irent emere.*] Adhuc enim in illis perseverat humana laudis appetitus. [*intrauerunt ad nuptias.*] Id est, Ad gaudium Domini sui. [*nescio vos.*] Id est, Nescitis me.

Diuus Gregorius super. 1. Regum capit. 7. in illud, Obtulit Samuel agnum integrum. Dicit, offerre agnum integrum est ad æternam vitam, mentis integritatem præparare. Neque enim offert agnum integrum, qui continet corpore, non mente: imo verò; hic est virgo fatua, quæ lampadem parat, oleum non parans.

Idem. 1. Regum cap. 16. in illud, Erat David pulcher aspectu, decoraque facie, inquit. Aliæ virtutes corpus iustitiæ sunt:

Prover. 1
1. Cor. 4
Psal. 4
Psal. 33
1. Reg. 17

huius corporis facies, charitas est: per quam, & non per corpus quisque cognoscitur. Vnde fatuas virgines sponso nescit, quia licet virgines essent, faciem tamen charitatis non habebant.

Idem homilia duodecima in Euangelia admonet. Ut bona, quæ facimus, magna cautela faciamus ne laudis appetitu sur repente, intus à mercede euacuemur. [*si mile erit regnum.*] Id est, Ecclesia, de qua angeli colligent omnia scandala, de qua etiam dicitur. Qui non docuerit, minimus vocabitur in regno cœlorum. [*decem virginibus.*] Quis nostrum, in quinque sensibus subsistit. Et quia ecclesia, ex viris & foeminis constat, decem virginibus similis est. [*quinque fatua.*] Mali enim bonis sunt in ecclesia permilli. [*oleum secum.*] Oleum nitor gloriæ est, vasa sunt corda: vbi quæ cogitamus ferimus. Qui igitur nitorem gloriæ intus quærunt hi sumunt oleum secum, id est, testimonium conscientiæ. [*dormitauerunt.*] Id est, Languerunt. [*date nobis de oleo vestro.*] Id est, Testimonium vos ferre, de operibus nostris quæ vidistis: nos enim quasi nihil operati repellimur. [*forte non sufficiet.*] Illo die, vix cuiusque sibi testimonium sufficit. [*dum irent emere.*] Id est, Dum testimonium operum suorum quærunt iudex venit. [*sponso venit.*] O si palatum esset, quod scire posset, quantæ dulcedinis est sponso venit: & quantæ amaritudinis, & clausa est ianua quæ dulcedo intrare cum illo ad nuptias, qui terribilis adeo iudex aduenerat? quæ amaritudo ab illa ianua excludi, quæ nunc cunctis est aperta per poenitentiam: Nunc enim tempus est acceptabile. Quærite nunc dum inuenire potest [*nescio vos.*] Quia qui nunc tempus poenitiæ perdidit, frustra tunc cum precibus venit, clausa ianua vocem exclusi audiri non finit. Vocauit, inquit. Et renuistis, ego quoque in interitu vestro ridebo. Certè Christus ille, nobilis diues, sed malus, cum mortuus esset proximus tetros spiritus vidit, clamat accurrit familia: accedit. Maximus eius filius monachus: precatur Pater monachum, ut in suam se fidem reciperet: vrgerur à dæmoniibus: clamat ille, inducias vsque mane, inter has voces expirat. Vigilare igitur.

Diuus Chrysostomus ista parabola, & sequentes, eodem spectant, ut scilicet, elemosynas demus, & cum non sit possibile aliter saluari, proximorum; Pri. Tho. Sb 5 vtili-

Math. 13
Math. 5
1. Corin. 6
Prober. 1

utilitati studeamus. Et cum de omni utilitate parabola loquantur: hæc verò de eleemosynæ tradit utilitate, virgines enim fatuæ eleemosynas dederunt, sed quia non accumulata dederunt, ideo torquentur. Cur igitur parabola de virginibus texuit. Sanè sublimis res cunctis habetur virginitas: adeo ut prioris seculi viri eam colere non potuerint, & in nouo testam. adeo excellit, ut non iubeatur virtus hæc, sed voluntati fidelium committatur. Ne quis igitur re hac tanta peracta, quali nullo indigens in alijs negligentior esset: ideo nunc ostendit, quòd etiam si virgo sis sic carueris eleemosynæ fructibus, cum fornicatobuseijceris. Sanè acrior pugna cum libidine, quam cum pecunia est. Rectè igitur fatuas virgines dicit, quæ difficilius hoste superato, facilius perdidit. Lampades igitur nominat donum virginitatis, & mundiciam sanctitatis. Oleum verò patrocinium indigentium. [*moram faciente sponso.*] Ergo inter Apostolos & diem iudicii magna mora est, & mortem quandam somnum esse indicat. [*media nocte.*] Tum quia dormiunt, tum quia de nocte fit clamor, clamor vero dicit, ecce sponsus venit. [*fatua dixerunt.*] Rursum fatuas vocat, quia nihil stultius, quam hic pecuniam colligere, illuc vero nudos proficisci: ubi maxime misericordia nobis opus est. [*date nobis.*] Licet prudentes virgines misericordiam fulserint, licet fatuæ non totum oleum petant: at illæ ad rem impossibilem has mittunt, ut docerent nihil nobis tunc prodesse posse: si nostra hic perdidimus. Id ostendit Abraham dicens. Magnum chaos firmatum est. [*ite ad vendentes.*] Qui sunt hi vendentes: sunt pauperes, qui in hac solum vita inueniuntur. Hi ergo hic quærendi sunt. Vides quam magnas ab inopibus merces emamus. Si igitur hos tollas, magnam nostræ salutis spem euertisti. Noli igitur indelijs & luxurijs impendere, cum illo tempore multum sit tibi olei, necessarium. [*dum autem irent.*] Igitur post sudores illos, & post trophæa, quæ virgines, de naturæ rabie tulerunt: post hæc surgunt cum dedecore, lampadibus extinctis tenebrosæ. Quid igitur ex virginitate lucrata sunt, quæ nec sponsum videre meruerunt. [*nescio vos.*] Ipsa gehena est verbum hoc grauius. [*vigilate igitur.*] Vbi sunt, qui viuentes nihil tribuunt, dicentes: secum morientur, om-

nia pauperibus largituros? Cum multos tamen mors repente rapuerit. Et Nota quod Christus maxime afficitur virginitati eleemosynas tribuenti. Et ideo sponsam nominavit, cum tamen parabola se quens non sponsam dicit, sed regnum vocat.

Origenes homilia. 32. Virgines dicuntur, qui verbo Dei crediderunt, quod tanta est puritatis, ut animas quæ recipiunt castificet. Sunt verò quinque prudentes, nec enim potest quis prudens esse, cum vna aut Quatuor virtutibus. Omnes adesse oportet. Omnes igitur sensus hominis (idest, interiores) aut sint prudentes, necesse est, aut fatui. Hi vero sensus accipiunt lampades suas, idest, organa sua naturalia, siue benè, siue malè eis uti volent, has lampades recipiunt cum credunt verbo Dei, & exeunt ab erroribus Idolorum, & seculi. Illæ vero virgines prudentes sunt, quæ tantum doctrinæ à doctoribus (qui eam vendunt) recipiunt, quantum sufficere possit, usque ad sponsi aduentum. Ex verò fatuæ quæ non tantum moralis doctrinæ (quæ oleum luminis fidei dicitur, quantum necesse est recipiunt. [*dormierunt.*] Id est, Remissius egerunt. [*media nocte.*] Id est, in altitudine remissionis. [*clamor factus est.*] Ab angelis, ut existimo, suggerentibus animæ negligenti, ut quia sponsus venit, exeat obuiam ei. Hunc clamores omnes virgines audiunt, surgunt etiam, sed non adornant omnes æque lampades suas. [*date nobis de oleo.*] Non est igitur omnium dare oleum, & vendere: siquidem prudentes virgines, licet habent oleum, non dant tamen: sed remittunt potius ad eos qui in ecclesia oleum vendunt. Pretium verò est, amor discendi, studium & diligentia eorum qui addiscunt. [*date nobis.*] Licet fatuæ, benè tamen intelligebant, cum accensis lampadibus obuiandum esse Christo. [*ite potius.*] Quasi dicat congregauimus nobis oleum doctrinæ tantum, quantum vitæ nostræ sat esse posset: non tamen quantum ad docendum alios esset. Ite igitur ad doctores. [*dum irent emere.*] Ita fit. Plurimæque negligentes dum viuunt addiscere, cum pulsantur à morte discere cupientes à morte rapiuntur. [*vigilate igitur.*] Ornantes lampades vestras, idest,

idest, sensus vestros. Oculos ut videant: quæ recta sunt, non verò videant iniquitatem. Aures ut audiant, Iesum dicentem Epheta, & sic de reliquis sensibus.

Diuus Hieronymus can. 27. [*decem virgines.*] Omnes fideles & infideles comprehenduntur, quorum alij dextri erunt iudici: alij vero sinistri. Sicut Moses tabulas decalogi habuit, alteram dextrâ; sinistram alteram. [*sponsus.*] Tuba excitante itur Christo obuiam, ut sint iam duo in carne vna, in gloriam enim spiritualem humilitas carnis excedet, & quidem primo vitæ progressu ad gloriam resurrectionis præparamur. Lampades sunt animæ, baptismi sacramento splendentes. Oleum verò est boni operis fructus. Vasa, corpora nostra: intra quorum viscera thesaurus bonæ conscientie recondendus est. Vendentes sunt, qui misericordia fidelium indigent, indigentia suæ ex fatietate boni operis nostri conscientiam ementes. Nuptia sunt ad immortalitatem assumptio. Mora sponsi, poenitentia tempus. Somnus est in tempore poenitentia morstemporaria. Clamor est vox Domini in resurrectione excitantis. Lampadum assumptio. Animarum ad corpus reditus fatuæ illæ animæ quæ in aduentu sponsi non se præparauerunt, quæ videlicet in nullam resurrectionis spem se extendunt. [*ne forte non suffi.*] Quia unicuique, lampadi suæ oleum emere est necesse. Hortantur tamen, ut vel serio fatuæ præceptis Dei obsequantur. [*intrauerunt cum eo ad nup.*] Id est, In celestem gloriam sub ipso dominicæ claritatis aduentu.

Euthymius. [*regnum caelorum.*] Suo more vocat, ea quæ tunc circa regnum caelorum contingunt. [*virginibus.*] Idest, seruantibus virginitatem. [*fatua sapientibus.*] Et hoc stultitia fuit, sperasse ibi oleum accepturas, quod ab alijs possidetur. [*ne forte.*] Ibi etiam sapientes sunt misericordes: sunt tamen etiam cautæ, quia nulli ibi aliena virtus prodest. [*euntibus illis.*] Id est, tentantibus ire. At vanus erit tunc ad virtutem conatus. [*nescio vos.*] Immercatorum enim misericordiam nescitur. At ex hoc loco videtur, prius assumptos sanctos ad nuptias, quam mali descendant ad inferos cuius contrarium supra dictum est, sed responsio, hoc loco non tradi rerum ordinem: sed id solum quod virginitas sine eleemosyna nihil sit. Quodque damnatorum preces nihil impetrent, ordo rerum

supra traditus est.

Diuus Thomas. [*decem virg.*] Sunt decem quia sub denario numero vniuersitas continetur, quia semper decem, non est alius numerus distinctus, vel sunt, decem quia obstringuntur seruare decalogum: cui etiam homines ferè resistunt. [*virgines sunt.*] Quia si hi damnantur, quanto potius, & alij, vel virgines, qui abstinent ab illecebris sensuum. [*lampades.*] Sunt, vel animæ, vel bona opera. [*exierunt obuiam.*] Idest, seuerunt Christo desponsato cum carne nostra, vel desponsato cum ecclesia. [*acceptis lampadibus.*] Omnes enim volunt lampades accensas habere: sed non omnes sumunt oleum. Oleum, primo sunt opera bona, quibus nutritur fides. quia repellentes bonam conscientiam, circa fidem naufragauerunt, & prouerb. 23. oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud, Secundo per oleum significatur misericordia, ut dicitur quod Samaritanus infudit vinum & oleum: at iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam, Tertio oleum est lætitia bonæ conscientie, vixit enim te Deus oleo lætitiæ, Quarto oleum est doctrina. In corde meo, inquit, abscondi eloquia tuæ. [*dormierunt.*] Quia cum quis expectatur, maxime de nocte, facile dormiunt expectantes. [*dormitauerunt.*] Intelligi potest, quod vixerunt vita longiori. [*clamor factus est.*] Iuxta omnes doctores intelligitur de voce Christi, excitantis ad resurrectionem, sed iuxta Origenem intelligitur de clamore, per prædicatores dum viuimus Isaiæ. 40. Exalta in fortitudine vocem tuam. Ad quam vocem surgunt negligentes, & ornant lampades. At per priorem sensum, licet non sit tempus tunc ad præparandum, illa tamen præparatio. Et dinumeratio operum factorum præparatio dicitur. [*date nobis.*] Succurrite defectui nostro ex abundantia vestra. [*ne forte.*] Iustus enim vix saluatur, peccator igitur, ubi parebit, & passionibus huius seculi non sunt condignæ ad futuram gloriam, & omnes iustitiæ nostræ, ut pannus mēstruatæ. [*ite potius.*] Debueratis abisse ad vendentes. Est igitur irrisio & inproperium. [*dum irent emere.*] Idest, Dum anguntur, quomodo reddant Deo vitæ rationem venit sponsus. [*clausa est ianua.*] Nunc enim ostium in cælo apertum est. Apocal. 4. & psalm.

Math. 18

Matth. 25

Exod. 23

Genes. 2

Lucæ 16

1. Timo. 5

Lucæ. 10

Sapient. 6

Psalm. 44

Psalm. 118

psalm. 23. attolite portas principes. [Domine Domine.] Repetunt ex augustia Spiritus. [nescio vos.] Nouit enim Dominus, qui sunt eius.

Simon Casien. libro. 6. capit. 28. Non est hæc parabola ita gesta, sed sic est à Domino, ad nostram cautelam ficta. [virginibus.] Humana enim natura, virgo à conditore fuit facta, sicque in omnibus, qui nascuntur, seruat. Nec enim corruptus parens prolem in hoc gignit corruptam, & ipse Dominus incarnatus ex virgine nascitur, & virgo permanit. Et hic, soli ij dicuntur virginibus, qui fidem susceperunt.

Porro vocatur regnum celorum hæc ecclesia militans, quia celestis est, qui condidit: quia ad celum eam præordinauit, cœlestibus virtutibus instruxit, & Doctrinis.

Quia omnia terrena despiciere docuit, & quia ita exaltatur à lege veteri, sicut celum à terra. Dicuntur decem quia omnibus decalogus præfigitur, Et præcipitur. Quinque fatuæ, quia à delectatione quinque sensuum decipiuntur, quinque prudentes, quia ab illis abstinent. Quid verò stultitius, quam à sensuum illecebra, cum tanto nostro damno deuinci & pessundari

[non sumpserunt oleum.] Id est, Non considerauerunt Dei beneficia quibus illuminari, & accendi debuerant. [prudentes sumpserunt oleum in vasis cum lampadibus.] Id est,

Cum luminibus, alioqui esset idem, ac si diceret, sumpserunt oleum in vasis, cum vasis. Et Exod. 19. dicitur de lampadibus, id est, de luminibus, & Ezechiel. 1. aspectus lampadum, id est, luminosarum flammaram.

Oleum igitur est, consideratio diuinorum beneficiorum, quæ accepimus. Lumen vero, siue lampas, est pia intelligentia. Et similiter amor eius, qui tam longe benefecit. [moram faciente sponso.] Moratur expectans ad poenitentiam, daturus tamen mortem. [media nocte.] Id est, in profunda rerum ignoratione: ignoratur enim Dies ille. [fatuæ.] Merito fatuæ, quæ futura non præuiderunt: & dum tempus est, non opportuna parauerunt. [date nobis.]

Id est, Iuuate precibus vestris. [ne forte.] Non sufficiunt nostra merita vobis, & nobis. Sola enim merita Christi alijs sufficiunt, ex quibus sufficientia nostra est. [ire ad vendentes.] Considerate. An precibus habere possitis quæ pretio non potestis.

[clausa est ianua.] Id est, Immutabilis est iudicis sententia. [vigilate.] Pius est iudex,

nollet habere, quem puniret. Hugo. [clamor factus est sponso.] In aerem, quia iusti in aera rapiuntur, modo necesse est exire de mundo & de peccato. Tunc de sepulchris. [date nobis.] Quia vestra iustitia latet est vos iustificare, & nos excusare. [intrauerunt ad nuptias.] Apocaly. 19. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se: & datum est ei, ut cooperiat se byssino splendenti, & candido.

[Domine Domine.] Tertium, Domine, deest, quod dici non potest (secundum Apostolum nisi in spiritu sancto).

Caietanus. [regnum celorum.] Quod hic inchoatur, tunc consummabitur. [virginibus.] Habentibus fidem integram. [lampades suas.] Studia exteriorum operum, ieiunij, elemosynæ, audiendo sacra, &c. [exierunt obuiam.] Id est, habuerunt conatū eundi in celum. Igitur non est sermo de malis Christianis: sed de his quæ habent accensas lampades, id est, quæ continuum studium eundi in celum, actibus externis profitentur habere, & primo, non dicitur, obuiam exierunt iudici, sed sponso: tanquam qui profitentur se ire, ut amice & honorifice à sponso Christo recipiantur. [quinque prudentes.] Terribilis sententia, quod sola media pars eorum, quorum lucent opera exterius sit prudens & saluetur. [quinque fatuæ.] Ut quæ non curauerint media necessaria ad finem. [non sumpserunt oleum.] Susceperunt sanè oleum in lampadibus. Et putantes id sufficere, non prouiderunt aliud oleum in lechyto. Oleum verò secum de ferre, est sentire id quod quisque agit, propter Deum agere: testimonium reddente Spiritu sancto, quod filius Dei sit. Itaque sentiunt pij, intusse Dei amore agi, hoc est oleum intus. At fatuæ, num curant illud opus facere, sed id quod exterius lucent? [dormitauerunt.] Ergo non spontè dormierant: Sed irrepit somnus, quo significatur, etiam pios in multas negligentias & passiones, etiam nolentes, ex humana infirmitate incidere, & nihilominus non sunt hæc peccata mortalia, quæ faciat eos, non expectantes Dominum: sed sunt venialia, quæ expectantibus accidunt. [media nocte.] Quando minus putatur. [clamor factus est.] Ad iudicium vniuersale vocans, aut ægritudo ad mortē. [sponsus.] Venit ad iudicium vniuersale aut particulare. [surrexerunt.] A somno negligentia. [ornauerunt.] Id est, Disposuerunt

Luc. 21

1. Thess. 5

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Cor. 13

runt opera sua, præsentanda sponso, ut meritioria. [date nobis.] Id est, An non ego ieiunauit, sicut alij: confessus fuit quotianis: interfui sacris: & vixi, sicut cæteri pij. Detur igitur nobis de oleo vestro, id est, sanctorum.

Testamini ergo o sancti, quod sancti sumus, sicut & vos. At illi nemo, inquit, est, qui de alio testari possit: imo de se vix testabitur [ite potius.] Consilium dant sancti ijs, qui sunt in vitæ extremo, ut ad poenitentiam recurrant, id est, ad sacerdotes, &c, qui velut vendunt absolutionem pretio veræ poenitentia. [dum autem irent.] Potius fuit velleitas, quam vera voluntas. [ecce sponsus venit.]

Hinc patet, sermonem esse de aduentu sponsi, in morte singulorum, & non de iudicio finali, cum tempus poenitendi, nec emendi absolutionem reliquum est. [clausa est ianua.] Qui sit, ut existentibus virginibus adhuc in seculo claudatur ianua, nec audiantur orantes? at virgines illæ fatuæ non verè poenituerunt, non ex charitate rogauerunt. Negatur igitur eis venia sicut Etiaue hebræ. 12. Quo sit, ut poenitentia vsque ad mortem dilata, non sit secunda: imo nec vera esse poenitentia describitur, nec tamen diffidendum est confessori: memori, quod latro in cruce poenitentiam inuenit. Clausa igitur ianua, cum poenitentia vera non est, veniunt virginibus cum adhuc in vita sint, & veniunt cum oleo solo in lampadibus, non secum, id est, cum operibus quæ coram hominibus lucent, coram Deo extinguuntur.

[Domine Domine.] Adorant sanè, sed sine interno, Spiritu Sancti, oleo. [vigilate igitur.] Stote semper parati, virginibus enim non sunt admittæ, quia hora aduentus Christi non erant paratæ.

Glossa interline. [regnum celorum.] Id est, Ecclesia permixta omnibus, tam religiose, quam superstitiose continentibus. [lampades.] Opera quæ secundum continentiam fiunt. [obuiam sponso.] Id est, concordauerunt Christo & ecclesie. [oleum.] Leuitia est mentis eorum qui Deo placere contendunt. [media nocte.] Securis omnibus, & insperato. [ornauerunt.] Numerauerunt opera, pro quibus præmium expectant. [fatuæ quinque d.] Sua fiducia deceptæ: [date nobis.]

Dicite quæ vidistis à nobis fieri. [decem virg.] Contemplatiui hæc parabola designantur, per denarium eorum vniuersitas, per virginitatem, quæ excelsiss. virtus castitatis est designatur celsiss. status, contemplatiuorum. Lampades sunt

bona opera contemplatiuorum. [exierunt.] Horum enim vita contemplatiua ordinanda est. Prudentes sunt, qui sua opera eo dirigunt, ut Deum glorificent: se perficiant: proximis proficiant. Fatui, qui hæc ad gloriam humanam vel quæstum detorquent. Oleum gaudium est spirituale, iuxta illud gaudete in Domino semper, quo gaudio nutritur, & fouetur charitas. Qui enim delectatur in opere, melius operatur. Moritur interim fatui & prudentes at in die iudicij excitati ornant lampades, id est, requirunt sua, quæ fecerunt opera. [ne forte.] Exprobratio est, præteritæ fatuitatis. [dum irent.] Notatur remorsus propriæ conscientia. [non iussis.] Id est, Nimis tarde, cum non est ad gloriam accessus. [Domine.] Igitur Christiani erant isti fatui.

Diui Augustini sententia est. 1. quæstio. 1. cap. quod quidam. Idem est sacramentum corporis Christi: sed diuersi effectus in pio. & in impio Eadem Christianorum fides, sed in malis mortua est eadem est virginitas fatuarum, & prudentium: sed diuersa intentione, in his & in illis. Sic etiam est æs sonans, aut Cymbalum tinniens martyrium, vel elemosyna, quam nescit charitas.

Diui Hieronymus. 32. quæstio. 5. cap. 1. Paulus Timeamus, inquit, illam prophetiam Amos. 8. virgines bonæ deficient, si bonæ sunt igitur & virgines malæ, scilicet, quæ virgines carne sunt, non spiritu. At quæ verè virgines sunt, si in alijs culpis maculantur, sua virginitate non saluantur. Iam quid fiet illis, qui corpora sua prostituerunt? Innocentius. 3. de sacra vnctione. ca. vnico, vult oleum quod sumpserunt prudentes esse nitorem conscientia.

Sicut enim homo...

mo.

Diui Hieronymus Homo iste, hæud dubium quin Christus sit, qui ad patrem post resurrectionem ascendens vocatis Apostolis doctrinam euangelii tradidit, non pro paritate alteri plus, alteri minus tribuens, sed pro accipientium viribus quomodo Apostolus lac in potum dedisse videtur. Denique simili gaudio excipitur qui ex quinque fecerat decem sicut eum qui ex duobus quatuor non considerans luri magni-

1. Cor. 13

1. Cor. 13

magnitudinem, sed studij voluntatem. In quinque igitur. 2. vno, vel diuersas gratias intelligamus, vel in quinque omnes sensus examinatos: in duobus intelligentiam & opera: in vtroque rationem, qua à bestijs separamur. [*lucratus est alia. 5.*] Acceptis terrenis sensibus coelestium notitiam sibi duplicauit ex creaturis intelligens creatorem, ex temporalibus æterna. [*lucratus est alia duo.*] Et iste, quicquid in lege didicerat in euangelio duplicauit: siue scientiam & opera præfentis vitæ, futuræ beatitudinis typo intellexit. [*abscondit pecuniam domini sui.*] Nequã feruus, secali voluptate Dei præcepta neglexit & polluit. In alio euangelio habetur. Ligauit in sudario, id est, doctrinam euangelij molliter, viuendo eneruauit. [*post multum. empus.*] Quod est ab ascensione ad iudicium. [*posuit rationem cum seruis.*] Si cum Apostolis ponitur ratio, quid cum nobis? [*intra in gaudium.*] Omnia quæ in præfenti, habemus, licet magna videantur, comparatione tamen futurorum exigua sunt. Intra igitur, & accipe, quod nec oculus vidit, nec auris, &c. Quid autem maius fidei seruo, quam esse cum Domino & eius gaudium videre? [*homo durus est.*] Ad excusandas excu. in pec. non sat huic fuit pigritia, nisi & superbiam cumularet, debuerat confiteri & orare patrem familias. At id minime facit, sed calumniatur, & prudenter se facere contendit, ne dum lucrum quarit, pecuniam perdat. [*serue male.*] Excusatio hæc culpa tua est, malus dicitur, quia calumniatur Domino, piger, quia non dederat ad vsuram. [*dares pecuniam.*] ap. p. id est, vel argentum, vel nummum. Porro eloquia Domini dicuntur argentum igne exami. hoc argentum debet dari alijs doctoribus sicut Apostoli fecerunt, per singulas prouincias episcopos ordinantes: vel credentibus, qui possunt pecuniã duplicare, vt quod sermone didicerunt, opere faciant. [*date ei qui habet decem.*] Licet enim æquali gaudio recipiatur, qui decem & qui quinque at magis debetur ei qui plus laborauit, dicitur enim. Duplici honore digni sunt, qui bene præfunt. [*metis vbi non seminasti.*] Igitur & gentiliū & Philosophorum bonam vitam recepit Dominus, quorū qui legē non acceperunt comparatione dānatur, qui malē in lege vixerunt. [*omni habenti dabitur.*] Si quis pollet naturali ingenij acumine, sed eo negligenter operatur, perdit quod habet: & ad alium, qui licet tardus sit natura, in-

dustria verò est diligens, transire videtur. Vel si quis habet fidem & bonam voluntatem si in opere, vt homo, minus habuerit, dabitur ei, à bono iudice. Qui autem fidem non habuerit, etiam cæteras virtutes, quas videbatur habere, perdet, & eleganter dicit, quod videbatur habere, quicquid enim sine Christi fide est, non ei debet imputari, qui eo malè vtitur: sed Deo qui malo seruo naturæ bonum tribuit. [*eijcite in tenebras.*] Deus lumen est, qui ab eo foras mittitur, lumine vero caret.

Diuus Augustinus homilia vigesima quinta in Ioannem tractans illud. Qui venit ad me non eijciam foras. Quale, inquit, illud est, vnde non exitur foras, magnum penetrabile, & dulce secretum. O secretum sine tadio, sine amaritudine malarum cogitationum. Nonne illud secretum est, quo ille intrare iubetur cui dicitur. Intra in gaudium. D. t. ex eo anima foras exijt, quia superba est, Christus venit humiliari: ideo qui humiliter ad eum non nenerit, eijcietur foras. Quid igitur est introire. Est esse sub tegmine alarum Dei. Quid est illud Intro. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluntatis tuæ potabis eos: quia apud te est, fons vitæ, non foris est, sed intus. Præfende igitur misericordiam scienti-

buste. Diuus Ambrosius in capitulo decimo nono Luca. [*mna tua decem mnas acquisiuit.*] Non est mediocris hæc mna, propter quam inueniendam euerit mulier domum lumen accendit, gratulatur inueniam. Lucas vero posuit decem mnas, & quinque: quia quinque sunt corporis sensus, & ille habet decem duplicia, id est, mistica legis, & moralia probitatis. Mattheus posuit quinque talenta, & duo quinque vt sint moralia in duobus: vtrunque mysticum atque morale: is vero, qui mnã abscondit in terra, est qui rationem ad imaginem Dei factam in carnis voluptatem, quasi in foueam detrudit. Porro sicut diues non elargiens quæ habet: ita & doctus non docens quæ scit, non mediocris culpæ reus est.

Idem sermone. 80. dolebat sanctus Ambrosius, quia populos non eum libenter audiebat: ideo proponebat sæpè non prædicare, memor verbi Domini, Habenti dabitur: Et ideo ei qui castus est, & qui libenter de castitate audit, prædicandum est, de castitatis premio, vt promptior fiat. Habenti em dabitur. Porro qui auarus est, & nihil hæc

curat, qui impudicus est: cui hæc omnia videntur stultitia: huic quorsum prædicabimus? id etiam prædicationis quod sibi deberi videtur, auferatur. Imo auferatur id quod suum est prius, id est, auaro nummus congestus: impudico voluptas, & concubina. Vereor, inquit, ne conueniat vobis illud. Cantauimus regni coelestis gaudia, & non saltastis gaudente, lamentauimus vobis triste iudicium, & nec planxistis, certè exultauit coram arca, Dauid: Exultauit prægnans Maria, & Ioannes in vtero matris clausus, cum Christum venire sensit.

Diuus Gregorius homilia sexta in euangelio. Nemo dicat proximum meum admonere non sufficio, non sum idoneus docere, quãtum potes exhibe, ne malè seruatum talentum cogaris in tormentis pendere. Neque enim qui non erogauit talentum, acceperat plusquam vnum talentum. Et in tabernaculo Domini non solum fuerunt phialæ, id est, exuberantes doctrinæ, sed etiam & ciathi, id est, parua & angusta scientia. Si igitur per phialam potare fratrem non potes: certè per ciathum id facito. Nemo in coelum nisi cum socio ire contendat, nam dictum est. Qui audit, dicat, veni si au disti Deum in corde tuo, dic etiam proximo tuo, vt veniat.

Idem homilia. 9. Qui se à Deo plus accepisse sentit, & humilior sit, & ad seruiendum promptior: quanto de reddenda ratione, se videt esse obligatiorem. [*homo peregrè proficiscens.*] Est Christus in carne, quæ quando in coelum subuecta est, verè rem peregrinam coelo Christum induxit. Christi ergo caro cum terra esset, peregrinata in coelum est. [*5. talenta.*] Id est. 5. sensus. Alij duo, id est, intellectus & operatio. Dum igitur homines etiam rudes (si pij sunt) alios ammonent, vt carnales sensuum deserant voluptates, ij certè ex. 5. faciunt. 10. Rursum qui per intellectum mira intelligunt, & per operationem, mira operantur, ij duo duplicant, si alios quæ nouerunt & operantur edoceant, is vero talentum defodit in terram, qui intellectum suum nunquam à terrenis rebus leuauit. [*intra in gaudium.*] Tunc intrabit quando ita gaudebit interius de munere, vt non sit iam quod exterius doleat de corruptione. Porro inutilis seruus durum dicit Dominum suum, & timuisse ne perderet talentum, cum id solum timere debuisset, ne non ad vsuram collocaret, sunt igitur multi tales in ecclesia, qui aggredi melio-

ra metuunt, non metuentes in suo torpore iacere. Talis fuit Petrus dicens. Exi à me Domine quia peccator sum, imò ideo tene, quia peccator es. Respondet Dominus seruo. Si durus sum, vt exigam quod dedi, certe durior esse debui, exiges quod ad vsuras dedi. Damnatur igitur prædicator non docens: imò etiam & auditor: qui ex auditis, alia non intelligit, vt vsuram faciat. [*habenti dabitur.*] Qui charitatem habet, etiam alia dona percepit, qui caret, etiam amittit accepta. Sciendum verò quod nullus ab accepti talenti ratione securus est. Nullus est qui verè dicat. Talentum non accepi, aut enim diues es, aut artem habes, aut familiaritatem cum diuite, horum tibi reddenda ratio est.

Diuus Chrysostomus homilia. 79. Cum in parabola de virginibus specialis mentio de necessitate elemosynæ facta sit: in hac generaliter sermo fit contra eos, qui nec pecunia, nec verbo, nec autoritate, nec alio quouis modo proximis conferunt, & hæc parabola dicit. Simile est regnum: prior verò parabola dixit. Simile est sponso, vt scias quantum afficiatur Dominus virginibus misericordibus. Et nota non esse hanc parabolam eandem cum parabola lucæ. [*peregrè profice.*] Vt longanimitatem Domini agnoscas: quauis & resurrectio hoc loco significari videtur. [*ecce alia duo.*] Hic ostendit se à Domino occasionem operandi accepisse, & ideo ei gratiam habere: & totum ipsi reputare. [*intra in gaud.*] Vniuersam beatitudinem significat. [*oportebat te committere argentum meum nummularijs.*] Quos videlicet rogare debueras, vt tuto argentum & sine periculo tractarent. Dices. Non obtemperant nummularijs. At Dominus: nihil hoc ad te pertinet. Quid hac re mitius, ac si diceret, tuum erat committere, meum exigere. Te oportebat, quod facilius erat facere, vt opera mea haberent splendorem, mihi vero difficiliora relinquere. [*habenti dabitur.*] Qui doctrinæ gratiam ad vtilitatem aliorum accepit, si ea non videtur eam perdit: qui vero studiosè acceptis vtitur, maiorem acquirat gratiam. [*ibi erit fletus.*] Igitur non soli male factores raptores cruciantur verum & qui bona facere negligunt. Accipiamus igitur in uasis oleum, Amplificemus talentum. Talentum hic accipimus, id quod quouis facere potest, vt alijs auxilio sit, non es tu vidua illa pauperior non es Petro rusticior. Igitur, lingua,

mens, manus, talenta sunt, quibus alijs commo-
dare possis.

Orige. hom. 33. Cur dicitur Dominus peregrinari, cum alias dicat. Ego vobiscum sum, usque ad cons. f. & alibi. Vbi fuerint duo congregati in nom. m. ibi sum: & Baptista. In medio vestrum stetit quem. v. n. & Paulus congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu. Quomodo igitur absens est Iesus eius nobiscum est? Solui potest peregrinatur ut homo præsens est secundum diuinitatem, vel. 2. soluitur, Dum ambulamus per fidem peregrinamur à Domino, Et ipse à nobis. At cum in nobis iam est Christus formatus, tunc ambulamus per speciem, neque ipse est à nobis peregrinus. Hic igitur peregrinus dedit eloquia seruis suis, vni quidem multum: vt nimis intelligeret. Alij multo minus: vt nec dimidium, prioris respectu, intelligeret. Alij vnum nec propterea quia vnum contemptibile est si quidem talis Domini est. At ille prior est, qui apud Paulum dicitur, exercitatos habere sensus, & apud Ierem. dicitur habere sensus cordis. Et nota, Nemo multiplicat plusquam ad duplum, quia videlicet, quod quisque scit, id docet, & id multiplicat. Nemo enim docet, nisi quæ scit. Et id quod in alio docendū reponit, suum facit. Qui vero duo talenta accipit, is est, qui sensum literarum nouit. Et aliquid ultra. Is qui vnum, is est, qui sensum literarum suum habet, & is timorem quidem Dei, habet, præ timore enim abscondit pecuniam. Porro damnatur, quia non fructificat inter eos, quos docere posset, iuxta illud. Væ mihi est, si non euangelizauero. Nemo igitur mittens manum ad aratrum retrovertatur. [accedens qui quinque.] Fiduciam fecit cum primo accedere. Et accessus est exitus ex hac vita. [euge.] Eodem modo recipitur qui. 4. Et qui. 10. fecit, querit enim Dominus vt quicquid habuerit homo, siue magnū fuerit siue exiguum, ex eo toto operetur. Dilige ex toto corde, siue tibi Deus magnum cor dederit, siue paruum. Dilige, ex tota virtute, magna aut exigua tibi data. [sciebam quod homo austerus.] Sunt igitur aliqui ex timenti-
bus Deum, qui sentiunt de Deo, vt de duro, & implacabilili: & ideo non fiducialiter agunt. [metis quod non semi.] Quia reuera iustus est, qui videtur seminare in spiritu, ex quo Deus metit, & iustus est, qui spargit & dat pauperibus, hæc quæ dedit iustus colligit Deus. Et reuera Deus austerus est aliquibus, iuxta Paulum. Vide Dei bonitatem, & seueritatem: in eos qui ceciderunt, seuerita-

tem. Bonus est igitur, his qui conuertuntur. Austerus, negligentibus, & credentibus scilicet esse si credamus, licet peccemus. [numularijs.] Id est auditoribus, qui audita teneant, & omnia probant, vt quod bonum est teneant ijs igitur auditoribus prædicandum & committendum verbum Dei est, qui alios adducere ad salutem contendunt. Id enim est pecuniam Domino reddere, cum vsuris, iuxta Paulum. Quæ audisti à me per idoneos testes, hæc commenda alijs fidelibus, qui possint alios docere. [tollite ab eo.] Illud acumen intelligentiæ tollite ab eo, & date facienti fructum. [omni enim habenti dabitur.] Fieri potest, vt habeas naturalem castitatem, humilitatem. Sed si hæc tibi ex gratia Dei non venerint in nihilum computatur. Cum igitur hæc naturaliter te habere noueris. Deum ora vt supernaturaliter habeas.

Euthymius. Parabola hæc de ijs, qui gratiam acceperunt docendi, intelligitur, quæ propter honorem eorum talenta nominantur. [alijs.] Id est, multa. [alijs duo.] Id est, pauca. [Alii duo.] Qui bene operatur & recte docet talenta duplicat. [in terra.] Id est, in se. Nec enim alijs utilis fuit. [alia. 5.] Lucrum sunt qui per illius diligentiam acquisiti sunt. [multa te consti.] Multas gratias tibi tradam. [qui duo] Aequaliter quidem laudantur, & æqualiter introducuntur: sed non æqualiter premiantur, [homo austerus.] Hoc dixit, quia putauit omnia ex propria pendere, diligentia, & non ex Dei auxilio. [ysara.] Id est, Omne lucrum, secundum communem usum loquendi. [omni habenti dabitur.] Id est, Diligentiam habenti, dabitur honor, etiam supra sibi debitum.

Diuus Hylarius can. 27. diuisio pecunie non est secundum moderantis arbitrium, sed vt quisque capax eius est. [peregrinationis tempus est.] Pœnitentiæ spacium. Igitur secundum vnius cuiusque fidei mensuram, talentum, id est, prædicationem euangelij à prædicante suscepit, hoc enim est Christi patrimonium, æternis hæredibus reseruatum. Qui vero quinque acceperat talenta, populus est credentium ex lege: qui probè meritum euangelicæ fidei operatione duplicauit. Ratio quæ cum seruis ponitur est indicij examen. Ergo qui quinque acceperat, obtulit alia. 5. talis, scilicet, repertus in fide qualis fuerat repertus in lege, in qua. 10. præceptorum obedientia requiritur. Et ideo intra re iubetur in gaudium, id est, in honorem gloriæ Christi. Porro qui duo talenta suscepit

ritualem: sed iam non habere, vt qui tantum sensualitatis in se permiserit, quod tam pretioso vnguento vngeretur.

Druthimarus. Pascha est ipsa dies, qua comedebatur agnus, azima verò erant panes si ne fermētō, quos illis diebus festiuis erat vescendum. [filius hominis.] Non enim diuinitas tradi potuit. [tradetur.] Iudei enim non occidebant nec arma portabant, sed iudicabant dignum esse morte, iudicatum verò tradebant Romanis occidendum. [accessit mulier.] Non habes aliam meliorem rationem qua Domino gratificaretur fratris Lazari excitationem, erat verò tanta balsami & vnguentorum copia apud Iudæos, vt capita vngere consuescerent, secundum illud, vngere caput tuum. [indignati sunt.] Iudas indignatus, non credidit esse Deum, quæ hæc tenens tanta desperatione viuerè viderat: nunc verò vngere se patitur. [trecentis denarijs.] Id est, viginti quinque solidis.

Glossa ordina. Pascha propriè dicitur solus dies quo agnus ad vesperam occidebatur id est, decima quarta luna primi mensis, at decima quinta, quæ egressi sunt de Aegypto, incipiebant azyma septem sequentibus diebus.

Lyra. [Cum consummasset.] Eos consummavit tertia feria ante passionem. [dixit.] Secretum, non coram turbis. [post biduum.] Id est, feria quinta, vespere: à quo incipiebat solemnitas sequentis diei. [tradetur.] Nam feria quinta ad noctem, à Iuda traditus est. [tunc congregati.] Congregatio facta est quarta feria. [seniores populi.] Qui erant iudices ordinarij, vt super. c. 15. [Cum autem esset in Bethania.] Fugerat in Bethania ante sex dies paschæ, sed nunc recēsetur hæc hystoria, quia fuerat Iudæa venerationis occasio. [mulier.] Scilicet, Maria soror Lazari, vt habetur Ioan. 12. [effudit super caput.] Sicut nunc solet aqua rosacea effundi propter refrigerium & odorem. [abiit vnus.] Ad principes, quos audierat congregatos.

Prima autem die azymorum.

D. Hiero. [Prima die azymorum.] Hæc est quarta decima dies mensis primi, quando agnus immolatur, & luna est plenissima, & fermentum abijcitur. [in ciuitatem ad quendam.] Tacetur huius nomen, vt omnibus qui pascha facturi sunt, libera festiuitatis occasio panderetur. [parauerunt.] In coenaculo grandi, per quod lex spiritualis intelligitur, quæ de angustijs literarum egrediens, in sublimi loco recipit Saluatorem. [vnus vestrum me traditurus.] Qui passionem prædixerat, proditorem etiã ma-

nifestat: vt pœnitentiam agat, videns suas cogitationes à Christo intellectas, tacuit verò Christus eius nomen, ne manifeste coargutus impudentior fiat. [nunquid ego.] Nouerant Apostoli, se nihil tale contra Dominum cogitasse, sed pertimescentes propriam fragilitatem, plus magistro credunt quàm sibi: ideo tristes, de peccato interrogat, cuius conscientiam non habent. [qui intingit.] Dixerat Dominus vnus vestrum me tradet, perseuerat proditor in malo, eum Dominus manifestius arguit, eius tacendo nomen. Iudas, reliquis retrahentibus à paropside manum, solus manus in eam cum Christo mittit, vt audacia bonam conscientiam mentiretur. [væ homini.] Pœna prædicitur: vt quæ pudor non vicerat, timor corrigeret, ille verò ex patientia Domini suam nutrit

impudentiam, thesaurizans sibi iram. [melius fuerat ei.] Quia melius est non subsistere: quàm male subsistere. [nunquid ego sum magister.] Reliqui Apostoli, dixerunt, nunquid ego domine, Iudas non Dominum vocat sed magistrum, ac si excusationem haberet, quod Domino denegato, magistrum prodiderit. [canaribus.] Post quæ typicum pascha fuerat impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, assumit panem, qui cor hominis confortat, & ad verum patris regreditur Sacramentum. Vt sicut Melchisedec, in eius figuram, panem & vinum obtulerat, ipse in pane & vino veritatem corporis & sanguinis representaret. [de genimine vitis.] Vinea de Aegypto transeptantata est domus Isracl, cui per Hierem. dicitur, ego te plantavi vineam electam, quomodo versa es in prauum? & cui dicitur in Isaia: quod sit vinea Domini, Dominus ergo dicit, se de hac vinea, nisi in regno patris, non bibiturum. Regnum patris est credentium fides. Regnum enim Dei intra vos est. Ergo cum Iudæi receperint fidem, non solum Dei, sed Dei patris, vt agnoscat eum habere filium, de eorum vino bibit Dominus, & ad similitudinem Ioseph, inebriabitur, regnans in Aegypto cum fratribus suis. [et hymno ditto.] Ergo manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terrarum. Ita, qui Saluatoris pane saturatus est, poterit laudare Dominum, & montem conscendere Oliueti, vbi laborum refectio, & veri luminis notitia est. [scandalum patiemini.] Prædicit quod passuri sunt, vt cum passi fuerint, non desperent: sed agant pœnitentiam. [in ista nocte.] Vt enim qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt: ita qui scandalizantur, nocte scandalizantur. Nobis autem nox præterijt, sed dies appropinquauit. [percutia pastorem.] Zacharias ad Deum dicit. Percute pastorem, & Christus in Psal-

Roma. 2

Psalm. 103

Iere. 2

Isaia. 5.

Luca. 17.

Genesi. 43.

Psalm. 21

1. Theff. 5

Roma. 13

Zachar. 13

Ioan. 10.

mo dicit. Quem tu percussisti, persequuti sunt. Percutitur autem pastor bonus, ut ponat animam pro ouibus, & fiat vrum ouile, & vnus pastor. [ego nunquam.] Non est mendacium, neq; temeritas: sed fides Petri erga Christum. [ter me negabis.] Petrus negat nocte, & tertio, sed vbi vicina lux per galli cantum nuntiatur, negationē lachrymis diluit.

Diuus Augustin. libr. 1. quæstio. Euange. cap. 43. [donec illud bibam nouum.] Adam vetus homo est, de cuius propagine corpus suscepit, quod morti tradebat, sanguinē igitur suum, per vinum significat. Vinum verò nouum significat immortalitatem corporum renouandorum, quam cum discipulis bibit Christus, quia eis etiā resurrectio corporis promittitur. Quod autē dicit, de hoc genimine vitis noua illud vinum esse, significat eadem corpora resurrectura, secundum coelestem inuolutionem, quæ nunc secundum terrestrem: vetustatem sunt mortura. Si autē vitis, de cuius vetustate, passionis calicem bibit, significat Iudæos, prædicatur, etiam ipsos Iudæos per nouitatem fidei ad Christum accessuros. Cum ingressa plenitudine gentium Israel saluus fiet.

Idem Sermo. 124. [ego nunquam scandaliabor.] Verus medicus Christus, venam cordis inspexit, & qua hora tentationis pōdus, & infidelitatis frigus futurum erat, prædixit. Medicus prædicebat, æger negabat. Sed vbi ad horam prædictam vētum est, falsum apparet quod negabat ægrotus: verum quod medicus. Quid enim homo sine Dei gratia? Promiserat enim Petrus se cum libero arbitrio, sine diuino auxilio, pro Domino morturum. Sed quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus cum Christū negaret? Omnis enim caro fœnum. Ideo enim Dominus Petrum subderuit, ut in illo totum genus hominum cognosceret, nihil se, sine dei gratia præualere: & ut Ecclesiæ rectori futuro, ignoscendi peccantibus regula proponeretur. Creditæ enim ei sunt clauēs regni cœlorum, populiq; innumera multitudo, pro sua naturæ vitijs, passionibus, & culpis inuoluta, erat futurus fidelis ianitor, & in sententijs clementissimi dispensator, cum tamen alioqui paulò durior erat (ut absca Malchi ostēdit auricula.) Hic igitur tam durus, si donū non peccandi à Domino habuisset, quā veniā hominibus donaret? Ideo igitur permittitur errare, ut sciat in aliorum errore sententiam temperare. Aduertite ergo Dei prouidentiam. Totius corporis morbum, in ipso

capite curat Ecclesiæ. In Petro, scilicet, qui confessus fuerat. Tu es filius Dei. Hic negauit, nondum videns ignes & tormenta, nondum interrogatus à regibus, non ab aliquo qui timorem incuteret, sed ab ancilla, à vili mancipio. Fides Petri, non à turbine, non à vento, non à imbre, sed à leui gutta disijcitur. Ergo culpæ subiacere permittitur tātus Apollolus, ut elationis vicio emendatus, in tegro vestiatur in moderationis & clementiæ indumento. Quisq; ergo considera, ne & tu tenteris, & si quis lapsus est: ne statim abijcias & damnes: sed erige lapsum, cadēti porrige manum, Christi tanti inagistri exēplo.

Diuus Ambrosi. in. c. 22. Luca. [Ite in ciuitatem ad quendam.] Dominus maiestatis iam nouit, quid alibi sit futurum, nec diuitē eligit aut nobilem. Sed pauper ambitur: & angustum hospitium, amplis nobiliū ædibus ante fertur. Sciebat Dominus nomen viri: sed id tacuit, ut ignobilis æstimetur. Pater familias eligitur, ut agnoscas sanctitatis esse diffinitionem non census. Cœnaculū habet superius magnum, ut meritum eius aduertat: in quo Dominus cum discipulis sublimium virtutum eius delectatione requiesceret. Vtinam verò mihi contingat lagenam aqua portare. Lagenam enim mensura est perfectior. Ideo enim dicit Dominus. Mensurā bonā supereffluentem, &c. Dabunt in sinū vestrū, super aquas verò ferebatur olim Spiritus sanctus. Aqua orbem lauauit olim humano sanguine respersum, ut præsentia lauacrorum figura præcederet. O aqua que sacramentum Christi esse meruisti: quæ lauas omnia, nec lauaris. Tu incipis prima, tu completes perfecta mysteria. Per te arenibus estu corporibus, dulcis ad gratiam, salutaris ad vitam, suavis ad voluptatē potus infunditur. Tu nomen Prophetis, Apostolis, & saluatori dedisti, illi nubes dicti, hi sal terræ, hic fons dictus est vitæ. Te euomuit petra prophetico tacto percussa, & cum de latere Saluatoris exiisti, viderunt te percussores & crederunt. Ideo regenerationis nostræ, de tribus, vna est testibus. Tres enim testes sunt. Aqua, sanguis, spiritus. Aqua ad lauacrum: sanguis ad pretium, spiritus ad resurrectionem. [ter me negabis.] Non poterat Petrus Christi æquare constantiam. Passio Christi æmulos habet, pares non habet. Ita non reprehendo quod negauit, laudo quod fleuit. Illud commune conditionis, hoc est speciale virtutis.

D. Chrysof. Homi. 82. [prima die ætatis.]

Eam

Matth. 16.

Luca. 6.

Gene. 1

Gene. 8.

Isa. 60.

Numc. 19.

Ioan. 19

1. Ioan. 5.

tur secundam virtutem & capacitatem. Quia Deus est sicut aqua decurrens, omnes foueas implens, iuxta earum captum, quinque talenta, quinque sunt sensus, duo talenta, sunt actio & contemplatio, erga se & proximum. Vnum talentum est affectus, aut est ingenij acumen. Absconditur affectus in terram, cum terrena amat. Absconditur verò ingenium, cum ex gratia non cupit scire, nisi quod suggerit natura. Etiam talentum vnu potest esse fides, quæ sine operibus mortua est, absconditur igitur in terram cordis iusque. [rollite ab eo, & date.] Non crescit gloria boni, ex demerito mali: sed quia apud Deum nihil boni perit: ideo bene operans illam gloriam habet, quam segnis si operatus fuisset, haberet. [quod videtur habere.] Non dicit quod habet, habent sanè impij naturalia dona & fidem: sed infeliciter, & poenaliter habent.

Hugo. [bona sua.] Naturæ, fortunæ, gratiæ: daturus bona gloriæ. [quinque talenta data pralatis sunt.] Instruere, coëcere, prædicare, orare, sacramenta exhibere, vel etiam, natura, gratia, scriptura, figuræ veteres, exēpla sanctorum. [duo.] Sunt data curatis, scilicet, orare, & sacramenta præbere. [vnum omnibus datum.] Cura sui. [abscondit.] Exod. 16. Manna seruatum computruit. [intra in gaudium.] Vt vndique gaudeas, è sursum, videns Deum: deorsum, internum: intus, testimonium bonæ conscientiæ: extra, decorem omnis creaturæ. [euge.] Triplex est euge, exultantis Ezechie 25. pro eo quod dixisti euge super sanctuario meo. Irridentis, Dilaucerunt os suum dicentes, euge, Adulantis, ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, euge. [super pauca] Quia quod in præfenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ. [Durus es.] Ardua est via quæ ducit ad vos. [veniens cum vsura.] Fœneratur enim Domino, qui pauperi miseretur. Proverb. 19. Et qui facit misericordiam fœneratur proximo suo, Ecclesiast. 29. [rollite ab eo] In præfenti scientiam, ut fatuus remaneat, nec guttum ex scientia acquirat. [habenti dabitur.] Et habundabit, habens charitatem recipiet primo augmentum, & postea perfectionem. [intene.] supra. 8. c. & 22. & 24.

Caietanus. [vocatit.] Per fidem. [seruos suos, & dedit eis dona.] Non ad habendum aut fruendum: sed ad negociandum, tres verò serui claudunt omnes seruos, quia ternarius est numerus perfectionis. Et similiter ternario donorum, clauditur omnis donorum di-

sparitas. (vnicuique secundum suam virtutem.) Vt enim neminem onerat supra vires suas: ita nullius viribus congruum donum denegat. (perfectus est.) Ordinata enim Ecclesia, abijt. (fodit.) Pusillanimitas est fossa, occultans dona pusilli animi. (bone & fidelis.) Quia quæ fecisti omnia ad me referebas. Er par premium est vtriq; que par meritum: prius in quinque, posteriores in duobus. (homo durus es.) Vis semper lucrari: nunquā verò perdere. Et si seruus tuus perdit, tu agtum eius, ac non seminatum, demeris: vè tibi fors integra maneat. Si vera pusillanimitas illa phantasiæ occurrat, quod Deus sit exactor, & rigorosè exacturus curam animarum, &c. Ideo curare eas nolunt, nec confessiones audire, & reuera Deus durus est: quia nullum malum relinquit sine pœna: merit quod non semit. quia ex vitijs nostris refert sibi gloriam: itaque ex omnibus, siue bene siue male opere mur, lucrari vult gloriam sibi. (ecce habes quod sime est.) Putabat ille se integrè Deo offerre, quæ acceperat: quia videbat se nullum præceptum negatiuum violasse. At non reddidit integrum, quia talentum non solum minuitur, si male agas: sed etiam, si non bene agas. (seruus male) Quia pusillanimitas est maius vitium, quā auaritas. (sciebas.) Rigore multitiæ meæ. Igitur debueras talentum meum lucto securo exponere, si timebas periculosi luctis committere. (ut cum vsura.) Loqui videtur secundum tempora illa, quibus licebat vsuram referre ex extraneis, vel certe debueras cum aliquo numulario societatem inire: vt vel minimum lucri securi ad me deueniret. (rollite donum.) Quo ad gaudium. (dare illi.) Non quo ad vltim, iam enim non erit vsus donorum post iudicium: sed quo ad gaudiū, gaudebit enim pius de donis, alijs collatis. (omni enim habenti dabit.) Igitur non solum dabitur habenti decem talenta: sed etiam habenti quatuor quia reuera commune est omnibus sanctis gaudium. (ei autem qui non habet.) Dignè.

Glossa interlinial. (quinque talenta.) Scientiam per quinque sensus acquiratam. [lucrus est in eis.] Dum se & alios à visibilibus voluptatibus compescit. [abiens fodit.] Per se abijt, ad se non redijt. [serue bone.] Non quærens quæ tua sunt, sed quæ Iesu. [congregans in regno tuo gentiles.] quibus legem non sparlisti. [numularijs.] Id est, ijs qui prædicationem auditam valent verbis & opere exercere. [quod meum est cum vsura.] Reciperem To. primus. Cc 2 te,

Psal. 147

1. Cor. 4

Matth. 7

ce, & quos tu acquisisses.

Glossa ordinaria, posuit rationem, id est, cepit cuiusque acta discutere, accusante, vel excusante conscientia. [ecce alia quinque.] Quotquot ab errore conuertit, Domino obtulit. [super pauca.] Pauca sunt presentia, nec sine admisione miseriz. Reliqua ex Gregorio.

Lyra. [quinque talenta.] Bona natura, gratia gratis data, scientia, potentia, opulentia que omnia quidam simul habent: quidam, quedam illorum, quidam vnum solum. [abscondit.] Qui his utitur, vel ad mundi gloriam, vel ad questum temporealem: non vero ad sui perfectionem, vel proximorum consolationem. [Quia durus es.] In iudicio erit durus, qui est nunc mansuetus. [metis quod non femina.] Exigis a prelato profectum non solum in se, sed in alijs, vel: 2. exigis, vt homo faciat opera meritoria: cum tamen tu non in eo seinaueris naturalem, facultatem ad merendum. Meritum enim est ex gratia. [ecce habes quod tuum est.] Plerique adeo insanunt vt dicant: fecit animam Deus, en habet illam, curet eam si vult. Alij item dicunt, non fecit Deus animam vt damnet. Igitur vt cunque saluabit eam: [date ei.] Reproborum dampnatio, fidelibus cedit ad gloriam, quia lætabitur iustus cum vid. vin. [abundabit.] Non solum in suo gaudio, sed etiam de maiorum iusta poena. [ei qui non habet.] Quod habet cedit ad poenam.

Druthmarus. Dedit illis quinq; duo, & c. Etiam Apostoli non receperunt ex equo in relectum. Minus sapiens fuit Thomas dicens, Nescimus quo vadis? Et Philippus dicens, Ostende nobis Patrem, quam Ioannes dicens, In principio erat verbum, Accepit etiam Iudas talentum intelligentiz: sed in auariciz oculis defodit, ideo damnatur. [eu ge serue bone.] Non semper seruus, est nomen timoris, est hic dilectionis. [metis quod non.] Id est, punis etiam eos qui te non nouerunt nec de te audierunt. [abiens abscondi.] Vides quod neminem recipis, qui culpam habeat: meque considerans maculatum culpis: videns non posse iucunditatem cœli comparare, decreui me non fraudare terrena. [habes quod tuum.] Adam retorfit culpam suam in foeminam: foemina in serpentem: hic malus in Dominum suum. Itaque ab Adam docemur, culpas nostras in alios reijcere. [ad vsuram.] In temporalibus vsura prohibetur, at in spiritualibus necessaria est. [date ei qui decem.] Videbatur dandum ei qui

duo habuit. At ita est, quod qui simplex est & recte exteriora administrat, maiora accipit, quam is qui nimis ingenij acumine pollet. [quod videbatur habere.] Id est, diuitias. [stetis & stridor.] Per hæc vera resurrectio monstratur. Iā talentum est maximum ponderum, & minimum valet, 50. libras. mediū 72. maximum. 120.

Cum autem venerit filius hominis.

Diuus Hieronymus. Recte mentionem facit, ante biduum passionis suæ, de premio resurrectionis, vt futura passionis scandala, pollicitationis premio compensaret. [statuet oues a dextris.] Iuxta illud Ecclesiast. 10. Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra, & illud. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera, ita & iusti dextræ erunt, hæc diuero peccatores, qui in lege offeruntur semper pro peccato. Non igitur dixit capras, quæ factus habere solent: quæ etiā de tonsæ egrediuntur de lauacro, omnes gemellis foetibus, & nulla est inter eas sterilis: sed dixit hædos, lasciuum animal & petulcum. [paratus vobis a const.] Id secundum Dei præcientiam intelligitur: apud quem futura iam facta sunt. [esuriui.] Videri poterat sermonem esse de quo vis paupere, at rectius intellige de his, qui pauperes spiritu sunt, hi enim sunt minimi: hi etiam sunt fratres, in quos tendens Dominus manum suam, dixit, fratres mei, & mater mea hi sunt.

Diuus Augustinus libro primo, de Trinitate. 13. [cum venerit filius hominis in gloria sua.] Hinc probatur, quod filius hominis sit Dominus gloriæ. Idem tracta. 68. in Ioannem. [possidete regnum.] Id est, qui regnum eratis, & non regnabatis venite nunc, & regnate: vt quod eratis spe, possideatis in re. Idem libr. de Trinitate. & vni. cap. septimo. [venite benedicti.] Hic iudicat Dominus ex præcepto patris: pater enim non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio.

Idem Epistol. 120. [esuriui.] Transfert ergo personam suorum in se. Sicut in Psal. 21. vbi Dominus dicit, in persona suorum. Longe a salute mea verba delictorum meorum. [qui paratus est diabolo.] Societas cum diabolo, sunt tenebræ ille exteriores, in quas inutilis seruus conijcitur: sicut e contrario, gloria beatorum est, intrare in gaudium Domini sui, vt quanto sunt ille tenebræ

bræ exteriores, tanto sit gaudium hoc interiorius. Idem de fide & operibus capitu. 15. [non dedisti mihi manducare.] Ergo sine operibus fides ad salutem non sufficit. Quod si fides, sine operibus bonis damnatur, quid fiet de fide cum operibus malis?

Idem libro. 21. de ciuita. capi. 23. [in ignem æternum.] Igitur ignis qui homines viturus est & demones sine fine durabit ita enim Apoc. 20. dicitur, Cruciabuntur die ac nocte, in secula seculorum.

Idem quaestione prima, ad Dulcitium. [esuriui.] Tantum scriptura eleemosynis tribuit, vt earum fructum duntaxat Dominus pronuntiet, se imputaturum dextris: & earum solum sterilitatem sinistris.

Idem de saluta. docu. cap. 49. [in ignem.] Vbi, nullus honor vnus ad alterum: vbi, non est Dominus super seruum: vbi non agnoscit mater filium: vbi non honorat filius patrem: vbi omne malum, indignatio, foetor amaritudo. Idem libro primo contra aduers. leg. & prophetarum. [esuriui.] Quæris causam tanti supplicij, cur pro esca non ablata, sed non oblata, ita puniat Dominus? Recte sanè, parum enim est, quod in eleemosyna datur: sed cum pie datur, æternum inde meritum comparatur. Quia vero parum est quod datur, magna impietate negatur tante ergo sterilitati arboris merito ignis æternus præparatur. Idem ad Horolium contra Orige. cap. 6. [ignem æternum.] Ita ignis erit æternus, sicut gloria æterna, simul enim dicitur hi in ignem æternum, illi in vitam æternam. Idem libro primo, de mirabilibus scriptis, cap. 2. [qui paratus est diabolo.] Hinc parabatur quod ante casum hominis, iam ceciderat angelus, cuius peccato carcer ante casum hominis paratus erat: qua causa, inuidia diaboli motus lapsum hominis procurauit.

Idem de fide ad Pe. c. vlt. [non recepistis me] Si qui hospitem non admittit, ita damnatur: quid patietur, qui est hospitio cordis sui Christum eijcit, & diabolum recipit. Idem de vita Christiana cap. 10. Non sat est, non male facere, sed est opus bene facere, si neque male, nec bene facis, nec seruus videris Dei, nec diaboli. Deus enim a bene facientibus colitur, item si vis cœlo frui, meritum fac, quo fruaris. Idem de visitatio infirm. libro primo, capitu. tertio. Pro hospitio tuo gratias aget Christus, dans tibi hospitium suum, erraui, dabit tibi regnum suum. At cum Apostolus dicat, si distribuero omnes facultates meas, & charitatem non habeam, &c. fit, vt

summa Christianismi sit charitas. Iam cum charitas sit Deo, quæ ex Deo est in Deum redit.

Diuus Gregorius tertia part. Pastoralis, capit. 21. contra auaros inuehitur, primo ex Abacuch. capit. 2. Væ qui multiplicat non sua: vsque quo aggrauat super se densum lutum? ex Isai. quinto. Væ qui coniungitis domum ad domum, num habitabitis vos soli? ex Ecclesiast. quinto. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, non capiet fructum ex eis, ex Prouerbio. 20. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit, ex Matth. 16. quid prodest homini, si vniuersum, &c.

Diuus Chrysostomus homilia. 80. Sermones suos Dominus omnes hic terminauit: nec iniuria, magna enim illi humanitatis & eleemosynæ cura est: de qua cum haftenus sæpe in parabolis locutus fuerit, nunc aperte loquitur, dicens. Cum venerit filius hominis, & gloriæ hic inculcat mentionem quia cito vêtura crux erit. [segregabis oues.] Nunc enim omnes mali bonis misti sunt, oues vero conditiones bonorum exprimunt, sunt enim vberes & copia lactis, elegantia lanæ, vberes foetu, quibus hæc destituuntur quos tormentis traditurus, cum eis prius disceptat. Et licet illi modestè respondeant, at nihil proficiunt: quia id neglexerunt, quod Domino magnæ curæ est. Nam eleemosynam propheta prædicauerunt, ad eam legislator, rebus & verbis hortatur, imò eam & ipsa admonet natura. Maxime cum Dominus non magna exoptat: sed id tantum visitare infirmum, venire ad incarcerationem. Imò & dare panem mendico exiguum, nec enim lautam a te Dominus mentem requirit. Igitur, impios condemnat petitionis facilitas: dandi potestas, petentis miseria: retributionis magnitudo: terror poenarum: Christi accipientis dignitas: honoris cumulus: (quod scilicet Deo tribuas) tribuendi iustitia: iustum enim est Christo de suis dare, quæ omnia cupiditas contempsit. [ex minimis.] Quid si minimi quomodo fratres? imò eò fratres: quia minimi, humiles, & despicabiles. [esuriui.] Dicent non potuimus, propterea eos condemnat, quia coram sunt alij iusti, qui poterunt: ergo & vos potuistis. Moris enim Domino est, impios priorum comparatione damnare, vt ibi, viri Niniuitæ surgent, & Regina Austru surget, & ipsi iudices vestri erunt, &c. [venite benedicti.] O quantagloriabenedicti a Patre, hæreditare regnum pro re vili, scilicet, pro tecto, pro cibo, imò pro minori, vltimo primus. Cc 3 deli

Roma. 2.
2 Cor. 4

Psal. 57

Ioannis 14
Ioannis 1

Ioannis 13

Genes. 3.

Ecdl. 10

Matth. 6.

Canth.

Matth. 1

Matth. 13

Ioan. 1

Psal. 111.

1. Cori. 13

Matth. 13

delicet pro visitatione infirmi & incarcerationi: Et nota, non dixit, Ite maledicti à Patre, nec enim Pater maledixit impios: sed impij ab operibus suis maledicti sunt. Rursum dixit, Percipite regnū vobis præparatū. At impij dixit, Ite in ignem diabolo paratum. At si dicat, Ego vobis regnum paravi: ignē verò non vobis sed diabolo; si vos sponte in eum cecidistis, vobis imputate. [esuriui.] Sane si inimicus essem, daturi eratis misericordiam nudo, esurienti. Hæc enim etiam inimicos ad misericordiam mouere solent: at vos non dedistis amico, Domino, benefactori: cum si canem, aut bestiam famescere videamus, ad misericordiam flecti soleamus, fleat igitur te, non hoc solum, sed quod præconio Christi, coram orbe terrarū, prædicaueris humanus, pius & benignus.

Orig. ho. 34. [congregabuntur ante eū omnes gentes.] Id est, cognoscent eius imperium, & dominationem gentes: nemo etiam malus ignorabit eum, secundum quod ipse est. [in sede gloria sua.] Sedes Christi, aut sancti aliqui perfectiores, aut aliquæ virtutes angelicæ sunt, quia de sanctis dictū est. Quia illic sederunt sedes in iudicio, de angelis verò dicitur, quod sunt throni. [oues] Dicitur oues quia mansuetudinem didicerunt, ab eo qui dixit, Discite à me, quia mitis & humilis sū. [benedicti patris mei.] Ut magnitudinem benedictionis ostendat, benedictorum ab eo qui fecit coelum & terram: forsitan etiā sunt aliqui benedicti: sed non patris. [mundi constitutu.] Græcè habetur, mundi depositione, & certè nihil legitur deponi, nisi mundus. [hospes eram.] Christus & sui peregrini sunt, iuxta illud. Non sunt de hoc mundo, sicut & ego non sum de mundo, at cum Christi, aut suorum prædicatorum verbum suscipimus, tunc Christum & suos hospitio recipimus: ostendentes eis coenaculum græde stratum. [infirmus fui.] Cum hominem lapsum, doctrina, increpatione, consolatione, precibus, terrore iudicij, aut exemplo erigimus, certè infirmum visitauimus. [in carcere fui] Certè, omne quod hic est, carcer Christi, & suorum est. In hoc enim mūdo degētes sunt necessitatibus naturæ constricti. [Domine quando te.] Non obliuiscuntur eorum, quæ fecerunt, sed tanta se laude indignos proclamant. [discedite à me] Rectè quidem dictum est, omni habenti dabitur, & à non habente auferetur, quia pij prius propinqui Christo, propiores esse iubentur, cum dicitur eis, veni te benedicti. At impij, qui videbantur pro-

pinqui, procul discedere coguntur. [ignem æternum.] Non igitur est omnino similis nostro, qui cruciare animas potest, qualis est ardor febris, vrens infirmos. [paratum diabolo] Homines enim ad vitam Deus creauit: mali verò filij diaboli sunt, diabolis æquales, sicut & angelis pij sunt æquales. [esuriui.] Sicut anima spiritualis, qui a vita corpori est, ideo esuriente corpore, ipsa esurit: ita Christus esurit, quia nobis vnitus est, & quidē si Paulus dicit, Quis infirmatur, & ego non vrō: multo id magis dicere Christus potest. [quā doctē vidimus.] Vide quā cursum & strictim sua facta referunt mali: proprium enim malorum est, se non accusare: sed vt possunt, excusare. [quod vni ex minimis.] Non adiecit fratribus meis, sicut loquens cum iustis adiecit: leuior enim culpa erat, non tribuisse minus sanctis, quam sanctioribus. At, qui sanctiores sunt, verius fratres Christi sunt. [minimis.] Vel quia mundus, eos minimos æstimat, vel quia minimos se faciunt, vt apud Deum magni fiant.

Euthymius. [separabit eas.] De solis christianis mentio est. [hædis.] Habent foetores hæc animalia vltra alios defectus. [posidete] Tanquam paternum regnum, & tanquam debitum. [esuriui.] Non sola humanitatis opera, & misericordiæ examinantur: sed hæc præcipue quia in hoc præcipue Christiani discernuntur, si diligant inuicem. Quod si non potes, certè à te requiritur, vt velis, hoc fiat est. Et varias humanitatis species recēset, vt si omnes implere nequeas, saltē eas quas potes. [Tunc dicit rex.] Regem se nominauit [fratribus meis.] Tum ex parte naturæ, tum ex accepta abiectione, tum quia communicauerunt paupertati eius. [discedere.] Misericordi igitur exhibetur misericordia, in humano inhumanitas. Igitur cū caput pietatis sit charitas, & charitatis præcipua pars sit eleemosyna qui hanc executi sunt, honoratur. At in infernum deiciuntur, qui odium elegerunt, cuius præcipua pars est inhumanitas.

D. Thomas. [filius hominis.] Cur non vocatur filius Dei? primo quia iudicabit vt homo. Hoc enim ipse sibi sua passione promeruit vt iudicaret, tū videri non poterat, vt Deus: sed ab hominibus omnibus videndus est. Tum quia vt homo iudicatus est ideo, vt homo iudicabit, tū vt clemens sit. [in maiestate.] Id est, in diuinitate, in corpore glorioso: in comitatu illustri, vt sup. 16. [cū angelis] Hi enim venient vt testes, qui fuerunt nostri custo-

custodes, vel cū angelis, id est, prædicatoribus, Dominus enim ad iudicium veniet, & omnes angeli cū eo. Esa. 30. & nobilis in portis vir eius cum venerit cum sena terria. [in sede.] Non est corporalis sedes, sed sunt homines sancti aut angeli, dictum enim est, qui sedes super cherubim. [omnes gentes] Omnes ab Adam, vsque ad finē seculi: omnes enim manifestabuntur ante tribunal Christi. 2. Cor. 5. etiam paruuli recens nati, Quia prius congregabuntur, qui propria merita habuerunt & quorum merita discutientur quorum alij saluabuntur alij damnabuntur, secundo congregabuntur, non discutendi, sed damnandi, vt omnes infideles qui cum Christo non fuerunt coniuncti, hi enim qui non credunt, iam iudicati sunt. Ioan. 3. hi igitur, non discutentur, tertio congregabuntur, qui nihil habuerunt commune cum mundo, hi venient, vt iudices supra. 19. Vos qui secuti estis me, sedebitis iudicantes. Sed quorsum sit iudicium cum in morte quisque iudicetur? certè vt singuli sua corpora recipiant. Et ista congregatio fiet in loco vno, Id est, in valle Iosaphat. Ioelis. 3. vt vbi Christus mortuus est, ibi & iudicet, & iusti in aere collocabuntur, Et secundum Origenem non erit localis congregatio, quiuis enim in loco suo erit: sed dicuntur congregari, quia omnes videbunt salutare Dei, congregantur igitur ad videndum. [oues.] Propter innocentiam, iuxta illud, hi qui sunt sicut oues qui fecerunt, propter obedientiam ad pastorem, quia vocem eius audiunt. Ioan. 10. propter patientiam & fructū affluentiam. [a dextris.] Dexter enim locus nobilior est. [dicit iustus.] Non vocaliter, sicut dixit Lactantius, sed mentaliter, vt Augustinus iuxta Apostolum. Testimonium reddente illis conscientia eorum, cogitationibus inuicem, accusantibus, & defendentibus: in die, cū iudicabit Dominus occulta, ergo miraculo fiet, quod vnicuique occurrat quod fecit. [benedicti patris.] Quia non erit secundū meritum nostrum: sed quia confirmamur merito Christi. Ego enim dispono, sicut disposuit me Pater. Lucæ. 22. Venite igitur, id est, confirmamini mecum, similes enim ei erimus. 1. Ioan. 3. Cum ergo dicitur, benedicti Patris, tangitur prima ratio tantæ gloriæ scilicet Pater, ipse enim benedixit, à quo est omne bonum Iacob. 1. Et cuius benedicere est gratiam infundere. Cum verò dicit paratum vobis, tangitur secunda causa, id est, prædestinatio. [à mundi constit.] Licet enim ab æterno prædestinauerit tamen in mundi condi-

tionem declarauit. [paratum vobis regnū.] Quia qui possidet Deum, possidet eius regnum, quod est regnum omnium seculorum. [Dices] Nolo esse rex: id satis mihi erit, si non damneris aut rex eris, aut damnaberis. [posidete.] Is possidet qui prius habuit: nos igitur, habemus ex Dei ordinatione, ex acquisitione Christi qui nobis acquisiuit ex gratia sua, quæ est pignus hereditatis nostræ 2. Cor. 1. [esuriui] Hanc aliqui errauerunt putantes satisse ad gloriæ affectationem; si opera misericordiæ faciamus: etiam si alia benefacta negligamus, in dō etiam si abis peccatis implicemur, iuxta illud: Peccata tua, elemosynis pauperum: sed errant, qui animalia agunt, digni sunt morte. Rom. 1. & Galat. 5. Maxime quia elemosynam debet peccator incipere à se, miserere enim anima tua: bene placens Deo. Cur igitur opera elemosynæ preponatur? Respon. Grego. quia sunt hæc minora, & quia ea ipsa natura dicit, Respon. Augustinus quod omnes peccamus, & peccata operibus misericordiæ soluuntur. Origen. dicit quod debet enim quis primo seipsum pascere spiritualiter esurientem, vel sit nudum, & c. Et cum sint septem opera misericordiæ, hic non tanguntur, nisi sexta prætermissa sepultura, ne crederemus animas non esse qui requiem donec conderetur corpus. [esuriui] Esa. 58. frange esurienti panē. [suriui.] Supra qui potum dederit, calicem aquæ frig. Pro uerb. 25. si esurierit inimicus tuus cibum illum [hospes fui.] Hebræ. vlt. hospitalitatem nolite obliuisci. [nudus fui.] Iob. 31. Si despexi prætereuntē. Et Esa. 58. [quando te vidimus.] Dicent hoc mentaliter, & dicent iuxta illud: Cum feceritis omnia quæ præcipio vobis, dicite serui inutiles, scilicet. [fratribus meis.] Ergo bonis dādum est, hi enim fratres Christi sunt, licet etiam si mali sunt indigentes, dādum eis sit, non ad fomentum peccati: sed subleuationem naturæ: prius tamen, & magis pij, operemur enim bonum ad omnes, maxime tamen ad fidei domesticos. Galat. 6. [paratus est diabolo.] Num creauit Deus angelum malum, vt illi pararet infernum? Nō, sed loquitur de præparatione quatenus ab origine mundi manifestata est, ex tunc verò diabolo maxime paratus fuit infernus, non homini. [infirmus & in carcere fui.] Latius hæc dixit cum bonis loquens, strictius cum malis: quia bonus iudex inuitē condonat. [esurientem & sitientē.] Coniungit omnia To. primus. Cc 4 dicit

Psal. 1:1.

Matth. 11

Ioannis: 17

Lucæ. 21

Lucæ. 10

2. Cor. 11

Prouer. vlt
Psal. 78: 1

Psal. 144

Eccle. 10:

Matth. 10

2. Reg. 24

Ioannis: 10

Roma: 1

Lucæ. 17

dicunt, quia nō libenter conscientias suas excutiunt. [quandiu non se.] Qui vos tangit tangit pupillā oculi mei, Zacha. 2. qui vos spernit me spernit, Luc. 10. supplicium igitur ignis ille in æternum cruciabit & supplicium inferet, ita Apoc. 20. cruciabuntur die ac nocte in seculo seculo. cur igitur temporali culpa, poena respondet æternā. Primū ex Grego. quia peccator retineas culpam suam, vsq; ad mortem, voluit eam retinere in æternum, peccavit igitur in suo æterno punitur etiā in æterno Dei. ex August. cum iudex dānat, non intendit ita nocentis mortē, vt separationem eius perpetuam a consortio ciuium: & ita similiter Deus. 3. ex Hilario culpa nō deletur, nisi per charitatē, quā damnati perpetuo carebunt, licet igitur Deus non delectetur in poena, delectatur tamen in iustitia.

D. Hilarius cano. 28. (mibi feci.) Est enim adeo transfusus mentibus & corporibus fidelium, vt sibi fiat, quod fidelibus fit. Porro ad ducit mentionem de Bethania in eodem loco, & iudicij gratia, & passionis fit opprobriū.

Simon Casi. lib. 11. cap. 55. In iudicio ille nihil habet audaciam, præter virtutem veritatis iustitia, implacabilitas, inappellabilitas, erunt inuariabiles. Natura à turpibus deturpata clamabit contra deturpatorem: lex à transgressoribus eriget, iustam vltionē. Gratia, quæ omnibus aduerat queretur de ingratis. Vita, cum se viderit in æternam mutari, tam erit læta rectis, quā tristis peruersis. Omnes sensus, omnes passionēs animæ, aut læti erunt, aut miseri clamabūt. Virtus suos deridebit derisores: vitium in frontibus vitiorum erit sculptum: Cuncta sacramēta præsto aderunt, ostendētia si reuerenter, aut cōtemptim fuerunt tractata. Aderit fides: imò cælum terra, vsus, abusus, artes ingenia: cuncta demum, quibus prælatus est homo dæmonia, poenæ, terrores, timores cuncta hanc dabunt vocem, Da eis Domine secundū opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorū. Pro bonis non erit opus ferre testimonium, ipsa enim bonitas de se clara erit, ipsa de se testabitur.

Hugo. Christus venit primo in mundum non vt iudicet, sed vt saluificet mundū Ioā. 12. Venit etiam per gratiæ infusionem ad iustificandum, apud eum enim manebimus. Demum venit, ad iudicandum, & disceptandū. [super sedem.] Id est, super Ecclesiā suā, cælum enim sedes mea est. [possidete.] Hic benedictionē sequitur, possidete. At in Cain possessionē (id enim significat Cain) sequit

maledictio Genes. 4. Maledictus eris super terrā. [percipite regnū.] Igitur oēs boni, erūt reges. Et ideo Christus dicitur princeps regū terræ & fecit nos reges, & regale sacerdotiū. Apocaly. 1. (E de distis mibi manducare.) Vos ipsos: credendo, & bene operando; sicut Petro dicitur. Manduca, & manduca. Sefusigitur est, Ego esuriui salutē hominū, & esuriui in stitiā, vt ab omnibus fieret, esuriui panē dōctrinæ, vt prædicaretur hominibus: esuriui panē cōem, & vos contenditis facere, quæ optabam. (nudus) Iacob. 1. Religio immaculata hæc est, &c. [fratribus meis minimis.] Non enim omnes minimi fratres eius sunt. (mibi fecisti.) Hæc est reges mea, reficite. Iasū Ma. 28

Gaieta. (sedebit.) Humanū iudicij auctoritas suadet, quod Dñs sedens corporali situ iudicabit, alioqui sedes gloriæ significat auctoritatem iudicandi qui etiā: quæ tunc præmo incipit, quoad possessionem mundi sensibilē. (ab hædis.) Non dixit ab agnis, nam difficile fuisset matres à filijs segregare, at tã facile segregabit Christus pios ab impijs, vt pastor oues ab hædis. (vni ex istis.) Nō dicit, vni pauperi, hoc enim officiū erat misericordix naturalis, at cōsiderare in paupere Christum, id Christianæ misericordix officium est, propter Christum hæc opera exercētis. [in ignem æternum.] Licet non sit fidei definitio, illum ignem fore corporeum rationabiliter tamē creditur, quod corporeus sit, quia nihil inde absurdum sequitur, sed si corporeus est, quomodo paratus est angelis malis, qui sunt incorporei? Responderi solet, non cruciare illum ignem, aut homines aut angelos comburendo, sed affligendo detinēdo, sicut carcer detinet vincetos, & ita ille carcer detinebit malos, adimēdo illis libertatem intellectus. Et sensuum: voluntatis & appetitionum, &c.

Glossa interlinial. (sedebit.) Id est, regnabit. (sedem.) Id est, Ecclesiam, in qua suam potentiam ostendet. [omnes gentes.] Omnis temporis, omnis ætatis, sexus, conditionis. (sicut pastor.) Qui posuit animam pro ouibus. (struet oues.) Id est, confirmabit in beatitudine, hædos autem à sinistris, id est, confirmabit in miseria. (vni de fratribus.) Indicat se non loqui, nisi de pauperibus spiritu. (discedite a me.) Qui mihi in seculo videbamini coniuncti. (In ignem.) Quia iudicium sine misericordia fit ei, qui. n. f. m.

Glossa ordina. (Dñe quando te vidimus.) Non diffidunt verbis Domini: sed stupent eius dignationem.

Lyra.

Lyra. [vōs Angeli.] Tū, ppter iudicis honorē, tū propterea quod iudiciū exequetur, ministerio enim eorū boni & mali merita recipiūt. [sedebit.] Designatur potestas iudicaria Christo cōcessa. [cōgrega. ante eum.] Nul lus enim poterit latere. [separabit.] Manifestas cuiusvis iustitiā, aut nequitia. Aut forte, secundū locū distinguētur. [oues à dextris.] Id est, in pōtionibus bonis. [a sinistris.] Id est in poena, vel forte ita erit eorū situs, vt sinistri sint Christo. [ascendit mundi.] Quia cælū Empyræ factū est, vt esset beatorū sedes. [quando te.] Sat sciebāt iulsi, bona quæ cōtulerant fratribus, Christo fuisse collata. Sed admirantum hæc vox est, pro magnitudine gratiæ, & non est sermo, de operibus misericordix spiritualibus, quia illa tpecciatim pertinent ad prælatos.

Druthma. [vōs Angeli.] Oēs nouē Angelorū ordines, & credibile est quod sono corporali sonabunt, sicut legitur quod olim corpora ærea receperūt, in quibus à sanctis antiquis viderētur. [separat pastor.] Pastor ad vespērā separat greges, oues reijciēs incubile vnū, hædos in alterū, ita ad mudi vespēram faciet Dñs. [ijs qui à sinistris.] Non dixit à sinistris eius: cū supradixerit à dextris ei, videlicet, quia in Christo, nihil sinistrū est. [discedite a me.] Tremēda vox, qui enim à Deo recedit diabolo traditur, & nihil est extra Deum nisi malum inenarrabile. [maledicti.] Creati à deo benedicti, sed operib' vestris maledicti.

CAP. XXVI.

Et factū est cū consumasset.

Hieronym. nō admittit in Christo passionē, sed pro passione, ideo nō fuit in eorum, id est, qui Christum perturbaret



Iuus Hierony. Erubescant qui dicūt saluatore timuisse mortē, & ex timore dixisse, transeat a me calix, at si timuisset: mortē quā post biduum futurā sciebat, declinasset, nec dixisset, desiderio desiderauit, pascha hoc manducare vobiscū. Spiritualiter, post biduum clarissimi luminis veteris & noui testamenti, verum pro mundo pascha celebratur. Pascha verò, non à passione, sed à transitu exterminantis Angeli dictum est. Pascha verò vel pascha nostrū ira celebratur, si terrena & Aegyptū dimittentes ad cœlestia festinemus. [congregati sunt principes.] Qui paschate vicino debuerant præparari, & purificari: vt digni esu agni fierent, conueniunt ad

occisionē Domini. [ne forte tumultus.] Non adeo timent seditionē fieri, quam ne Dominus, plebis auxilio ab eorū manibus tolleretur. [esset in Bethania.] Passurus Dominus, pro vniuerso mundo, moratur in Bethania, id est, domo obediētiæ. [Simonis leprosi.] Fuerat hic leprosus: sed à dño curatus, pristinum nomen retinebat, sicut & Matthæus publicani nomē retinebat. Quidā volūt domum Simonis significare partē populi, qui Dño credidit, & ab eo curata est, Simon quoque obediēs dicitur. [accessit mulier.] Diuersa est hæc quæ effudit vnguentū super caput, ab illa quæ effudit super pedes, hæc enim erat

Lucæ. 7.

matrux, quæ non poterat statim capite domini digna fieri. Porro vnguentū præciosum Ioannes dicit fuisse Nardum pisticam, id est,

Ioan. 12.

verā & absq; dolo, vt fidē Ecclesiæ ostēdat. [discipuli indignati sunt.] Per syllepsim quod de Iuda erat dicendū, discipulis tribuitur, sicut & Paulus dicit, lapidati sunt, ferrati sunt

Hebræ. 11.

cum tamen vnus ferratus sit Isaias, licet possit dici, discipulos propter pauperes indignatos, Iudam verò propter lucrū. [non semper habebitis.] Intellegitur secundum præsentia, & conuictū corporalē, quon. odo Paulus dicit, Christum iam non nouimus secundū carnē alioqui Christus nobiscū est, vsq; ad cō-

2. Corin. 5.

summationem seculi. [mittens vnguentum.] Nec mirum si odorē bonū fidei suæ dederit, cum ego pro ea sanguinē meū futurus sim. [pradicabitur Euangelium in toto mundo.] Attende notitiā futurorum, scit se moriturum post biduū, & Euangeliū in toto orbe prædicandum. [quid vultis mibi dare?] In scilicet Iudas damnū ex vnguenti effusione magistri pretio compēsat, nec certā postulat summā, sed quasi vile tradens micipiū, in potestate emētū posuit, quātū vellēt dare. [triginta ar-

Gene. 37

genteos.] Ioseph à fratribus viginti argenteis vēditus est, ne pretiosior sit seruus quā Dñs. D. Augusti. lib. 1. quæst. Euange. c. 41. Iudas vendens Dominum. 30. argenteis, significat iniquos, qui sequentes temporalia, quæ ad quinque sensus pertinent, Christum habere noluerunt, quod quia sexta mundi ætate fecerunt, sexies quinos eos tanquam venditi Domini pretium accepisse significatū est.

D. Chryso. Homi. 80. [cum consummasset.] Loquūt' de regno, & de æternis cruciatibus oportuē de passione diseruit, ac si diceret, quod formidatis has temporales afflictiones, cū æterna sint vobis præparata. [pascha fiet.] Perpende, quo pacto quod eos maximē cōturbabat, nouo obduxit artificio, non enim

2. Corin. 12.

Pri. To, Cc 5 dixit,

dixit, post duos dies tradetur, sed pascha fiet & tunc dicitur, & filius hominis tradetur, ut ostendat mysterium esse maximum, diem festum, qui ad salutem orbis celebratur. [*in atrium principis sacerdotum.*] Iniquissima aggressuri negotia ad summum pontificem veniunt: unde facultatem accipiunt, à quo debuerant prohiberi. Tunc vero multi erant principes sacerdotum, licet lex vnum esse præcipere. Unde constat, quod res Iudaica, iam dissolui incipiebat. [*non in die festo.*] Diabolus ne manifesta passio fieret, in aliud eam tempus reijci cupiebat. [*ne tumultus.*] Non timent Deum, neque ne tangam facinus fiat in festo: sed populum, at inuento proditore, sicut cæci, & irritati facinus peregerunt. Cuique alij nocentes soluebantur, tunc illi quaerunt occidere innocentem, qui tot illos beneficijs affecit, propter quos & gentes relinquebat. Caueamus nos interim, ne idem nobis contingat erga benefactores nostros. [*Idem hominis.*] [*accessit mulier.*] Hæc mulier iudicio meo eadem est, apud tres Euangelistas, alia vero soror Lazari apud Ioannem. Mulier igitur sciens Simonem per Christum à lepra curatum, alio qui hospes Christi non esset, ea confidentia accessit, sperans ab eodem animam suam fordes curadas, Bethaniam meminit, quæ Hierosolymæ propinqua erat, ut sciatur domum sponte ad suam venisse passionem. Porro licet illa sanguinis fluxum patiens timeret Dominum tangere, hæc tamem mulier videns Dominum alias recepisse peccatrices, ut Chananzam, Samaritanam, aulam & ipsa est, licet onere peccati pressa, priuatim in domino, non publice accedere in via, & certè aliè omnes ad curandum corpus venerunt, hæc ad curandum animum merito igitur de eius in Christum affectione quiuis mirabitur, præsertim, cum non ut homini nudo afferat honorem: sed ut rei maiori, quippe capillis pedes abstergendo, caput suum pedibus illius subdidit. [*ut quid perditio hac.*] Unde discipulis hæc cogitatio exorta est: quia audierant Christum dicentem, misericordiam volo, non sacrificium, & increpantem Phariseos, quod misericordiam & fidem reliquissent, ex quo infererent, si cultum & holocausta reijcit, magis effusionem vnguenti ingratiorem habebit, at Christus mentem eorum videns, & quanta esset religio succensa, adhuc permisit effundi sibi vnguentum: qui voluit in vtero matris claudi, & lacte potari, nec istud officium repulit. Sicut enim pater olim nidorem & fumum: sic filius nunc meretricem suscipit, & equidem Iacob statum Deo

inunxit, & in sacrificijs oleum offerebatur, & sacerdotes oleo ungebantur: ita nunc Christus unguetur. Discipuli vero mentem foeminae non videntes, factum eius dum calumniantur, eius magnanimitatem ostendunt, dicentes poterat vnguentum vendi trecentis denarijs, vides foeminae magnificentiam? [*vbi unguentum prædicabitur Euangelium.*] Hac ratione consolatur discipulos, quod tantus sit lux passionis splendor, ut per totum orbem effulgeat. [*dicitur quod hæc fecit.*] Quis hanc veritatem, quam videmus, negare poterit? prædicatur Euangelium, ut prædixit, in orbe, & prædicatur cum eo, & hæc foemina. Profecto multi principes gratia facinorosa gesserunt, statuas erexerunt, eorum tamen nulla iam memoria extat. Quis igitur hanc foeminam diuulgat: nisi virtus eius quæ vnxit. Aduerte etiam Apostolos sublimes animo, & ad eleemosynam propensos. Item nota, quod non dixit, bonum opus fecit, sed præposuit, quid molesti estis mulieri? Significas, non statim in principio, ab imbecillioribus sublimia esse petenda, infirmiorum enim fides non decutienda est in principio, sed irriganda docemur ergo, si bonum aliquid fieri videmus, licet non exactissime fiat, tamen suscipiamus oportet. Certè si Christus interrogaret an vellet vnguentum effundi, nolle se responderet, at vbi iam effusum est, non erat amplius correctioni locus. Ita qui parietes templi exornauit, reprehendendus non est, vbi fecerit: sed consulens ante quam faciat, quid facturus est, tu consule, ut pauperibus tribuat. Nemo igitur mulierem reprehendat, (inquit Christus) cum ego a deo proculsum ut ipsam reprehendā, ut in toto orbe eius feruorem prædicari faciam. Dices, cur solam famam mulieri promissit, nihil præterea spirituale? imò spirituale promissit, si enim bonum operata est, mercede sua non fraudabitur. [*tunc abiit vnus de duodecim.*] Tunc, id est, quoniam omnes Christo clamabant osanna, posuit verò vnus de duodecim, nihil enim probrosum tacet Euangelista, cum tamen multa signa facta prætereant, tanta illis, veritatis exponendæ cura fuit. [*quid vultis mihi dare.*] Vide Iudæa malignitatem, sponte ad prodendum abit, argento prodit, & argento minimo. [*quarebat oportunitatem.*] O singularē amentiam hominis, qui videat Christum inimicos toties euasisse, & singularia omnipotentiam documenta ostēdisse. Sed cupiditate excæcatus nec tetrētibibus, nec demulcentibus Christi verbis detinetur, Christus enim vsque ad vitam carnalem, curam illius gessit, ut nos etiam omnem curam adhibeamus ad lucrandos peccatores.

Origenes

Orige. Homi. 35. [*pascha fiet.*] Non vult dicere, quod post duos dies, dies paschæ adueniet: sed quod post biduum nouum pascha fiet, nec enim dixit pascha veniet, sed pascha fiet scilicet, quale nunquam factum est, ut per nouum pascha antiquum succidatur. Quod si pascha fiebat. 14. luna, igitur quando hæc dixit, erat. 11. luna. [*filius hominis tradetur.*] Certè tradetur à patre suo, nam dicitur, proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis tradidit illum, sed secundum aliam scripturam, Iudas eum tradidit, imò & Satan qui intrauit in Iudam, & principes etiam eum tradiderunt, non tamē omnes eodem proposito. Nam pater ex misericordia, Iudas ex auaritia, Satanas ex timore, ne per Christi doctrinam genus hominum amitteret, quos retinebat. [*congregati sunt principes.*] Impletur propheta, quod fremuerint aduersus dominum, & aduersus Christum eius, hi principes non erant principes veri, sed principes Sodomæ & Gomorrhæ de quibus Isaias. Conuenit eis dictum Ezechielis, iustificata est Sodomia plusquam Hierusalem. [*dolo tenerent.*] Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa. [*ne forte tumultus fieret.*] Quidam enim ex populo dicebant, bonus est, alij, non, sed seducit turbas, ideo erat his tumultuandum. [*accessit mulier.*] Mihi videtur tres fuisse mulieres, quæ Christum vnixerunt, vnā de qua Matthæus & Marcus contentienter hic exponunt: quæ vnxit caput Domini, alteram, de qua Lucas dicit, quod erat in ciuitate peccatrix: quæ non ausa caput Christi tangere, pedes cum lachrymis lauit. Tertiā, de qua Ioannes dicit, quod eam diligebat Iesus: quæ ante sex dies paschæ vnxit pedes Iesu: cum tamē illa de qua Matthæus, vnxit ante biduum paschæ, & illa de qua Ioannes in domo sua vngit Iesum, illa verò de qua Matthæus, vngit in domo Simonis. De illa quam refert Lucas, nullus discipulorum murmurat, de illa quam Ioannes, murmurat solus Iudas malè affectus, de illa Matthæi, murmurant omnes discipuli, bene affecti. Et obserua, quod Lucas vngentem peccatricis non dicit fuisse pretiosum. At Matthæus dicit, vngentem huius mulieris fuisse pretiosum, & Ioannes fuisse vngentem Nardipisticæ pretiosæ, nec enim non esse poterat pretiosum, quod super Christi caput erat effundendum. Proficiamus & nos, ut ab vnctio ne pedum Christi, ad eius caput vngentem ascendamus. Vngentem verò siue oleum in sacris literis, aut opus est misericordiarum: aut claritas doctrinæ. Ut igitur non omne oleum est vngentem, nec omne vngentem est pretiosum. Sic omne

opus bonum oleum est, sed quod propter naturam tantum, non propter Deum fit, oleum tantum est, non vngentem, ut opera quæ infideles faciunt, quæ illis in hoc seculo profunt, non in futuro ad gloriam assequutionem. Porro bona opera quæ propter Deum fiunt ad vsum proximorum vngentia sunt, quibus pedes domini vnguntur, proximi enim pauperes, pedes domini sunt, & opera misericordiarum in eos collata, pedes domini vngunt. At bona illa opera quæ in gloriam Dei cedunt, ut castitas, ut patientia, ut martyrium, illa sunt vngentem pretiosum, quo caput domini vngitur, præcedens, vngentem poenitentium est: hoc verò, perfectorum. [*tunc abiit Iudas.*] Duo Iudæ, id est, cōfiteles fuerunt inter Apostolos Christi: alter fidelis permansit, Iudas Iacobi, alter auaritia corruptus Christum tradidit. Ita inter Christianos duæ partes sunt, quæ Christum cōfiteantur. Altera pars fidelis in tentatione permanet. Altera cupiditate corrupta: verbum veritatis prodit, ut crucifigatur. De hoc Iuda impletur quod dictum est. Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, &c. Et illud, ego dixi Dii estis: sed vos sicut vnus de principibus cadetis, cecidit enim Iudas, ut ceciderat Lucifer, vadit igitur à summo & vno principem sacerdotum, ad multos principes sacerdotum, & vendidit eis eum qui suo sanguine erat mundum redempturus. [*quid vultis mihi dare.*] Idem dicit omnis peccator, qui propter lucrum aliquod verbum Dei contemnit. [*triginta argenteos.*] Tot annis peregrinatus erat Christus in mundo, nā incepit Iesus, quasi triginta annorum, verbum Dei distribuere, sicut Ioseph cum esset. 30. annorum coepit fratribus frumenta largiri. [*quarebat oportunitatem.*] Idem, quando Christus solus esset sine turba, ita & Christi proditores quaerunt errores disseminare vbi multus populus non est. Euthy. [*principes sacerdotum.*] Cum lex iuberet, ut vnus esset princeps sacerdotum quoad viueret, Iudæi tamen eam dignitatem annuam fecerunt. Verisimile ego est, quosdam tunc fuisse, qui summo essent functi pontificatu, quos principes sacerdotum dicit. [*non in die festo.*] Ne odium populi sibi conciliaret, videtis in fonte, & in festo occidi. At oportebat salutare agnum die immolationis agni legalis immolari, ut figura suū sortiret euentum. Nota frequenter Phariseos voluisse Christum cōprehendere nec potuisse, quia Christus noluit, at vbi voluit etiam ferre noluit eum comprehenderunt. [*accessit mulier.*] Tres de hac fuerunt hæc mulieres prima peccatrix apud Lucas. 7. cā. in medio tpe, quoniam Christus prædicabat vnus. Secunda apud Ioannem, Maria soror Lazari vita.

Leuit. 8.

Psal. 2

Isai. 1.

Psal. 30

Marci. 14

Luc. 7.

Ioannis. 12

Hæc sententia Origenis latine dicitur sicut in fra dicitur.

Psal. 54

Psal. 81

Isai. 14

Luc. 3. Genesi. 42.

Exod. 12

Luc. 7. Ioann. 12

Matthæ. 26 vitæ probata, quæ ante sex dies paschæ vngit. Tertia hæc, quæ ante duos dies paschæ vngit. [alabastrum.] Vas erat, plenū vnguento purissimo, non misto, ideo vocatū est pisticum, & prædestinatione alabastrum cōfregit. Miranda mulier, quæ tanto sumptui nō pepercit. [quid molesti estis.] Principia fidei obtundenda non sunt. [ad sepeliendum me fecit.] Id est, mortem meam breui futurā prophetat, erat enim mos, mortuos inungere. [Vbi predicatum fuerit.] Id laus est mulieris, & solatium discipulorū, quod, scilicet, prædicetur vbiq; Euāgelium. Præfigurauit hæc mulier Ecclesiam, quæ prius peccatrix fuit, vnguētum verò, fidem. [cum vobis tradam.] Non dicit Iesum, sed eum, iam enim & eius nomen oderat. [triginta argenteos.] Videtur prius pepigisse Iudas cum Phariseis, mox ab eis recepisse nummos.

D. Hilarius. Cano. 28. [scitis quia post biduum.] Post sermonem, quo se venturum in claritate dixerat, nunc passurū se admonet: vt sacramentum crucis admistum esse æternitatis gloriæ cognosceret. [accessit mulier.] Figura Gentium est hæc mulier, quæ in passione Christi, gloriam Deo reddidit. Caput Christi vixit, at caput Christi est Deus, quæ vngere, est, omnem curam corporis (vnguētum enim ad curam corporis pertinet) & totum pretiosæ mētis affectum in Dei honorem transferre. Sed discipuli fauore saluandi Israelis commouentur. Pauperes fidei indigos, spiritu prophetico nuncupauerunt. Atq; hanc gentium fidem emi potius ad salutem Iudæorum debuisse. At Dominus docet, quod cessante Israel, Euāgelij gloria, fide gentium prædicatur. Qua æmulatione in Iudæ persona Israel prophanus accessus, ad extinguendū nomē dñi omni odio acceditur.

V. Beda, in Marci. ca. 14. Pascha dicitur à transitu, quia transiit Angelus percutiens Ægyptios saluās Iudæos, sed figuram exposuit Iohannes dicens, sciens Iesus, quod venit hora eius, vt transeat ex hoc mūdo. Ergo illa solēntas mysticē transitus vocata est, quia agnus Dei in ea esset transiturus, & nos salubri transitu, quasi de Ægyptiaca seruitute esset educturus. Porro vocatur pascha azymorū: quia vno die agno immolato ad vespērā, septē ex ordine dies sequebātur azymorū: ita Christus semel in plenitudine temporū passus per totū huius seculi tēpus, (quod septē diebus agitur) in azymis sinceritatis & veritatis præcepit esse viuendū, & desiderijs terrenis, quasi Ægypto, relictis, à mūdāna

cōuersatione, secretā solitudinē, iter admonet subire virtutū. [accessit mulier.] Eadē vna q; est hæc Maria soror Lazari, quæ prius quidē cū peccatrix esset, pedes vnxit: nūc verò facta familiarior, caput Domini vngere audent. [alabastrum.] Nascitur hoc alabastrū in Thebis Ægyptijs, & Damasco Syriæ, cādīdū, maculis intertinēdū, accommodū seruādo vnguēto. Nardus verò frutex est redolēs Cypressum, cōmēdatur potius vnguētū ex spica, ideo dicitur, spicati pretiosi, nā dicūt precipuū vnguētū ex Nardo fieri. Significat Nardus deuotionem Ecclesiæ, quæ semel incipit manibus exerceri Mariæ: sed quotidie etiā exercetur manibus fidelīū, de quo dicitur, Nardus mea dedit odorē suauitatem & Paulus Deo, inquit, gratias, qui odorē notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus. Cum enim cum æqualē patri reueremur, caput eius vngimus vnguento pretioso, pedes verò, cum eius humanitatē veneramur. [predicabitur quod hæc fecit.] Æterna laus est mulieris, æterna verò nota Iudæ, sed dñs hæc tacuit, illam prædixit. [vt traderet eum.] Multi Christi tradūt, nā qui falsum testimoniū pro pecunia vendunt, Christū vendunt, ipse enim dicit, ego sum veritas, qui discordias contra charitatem seminant, Deum vēdunt, Deus enim charitas est.

D. Thomas. [cum consummasset.] Ipse solus cōsummare pōt, nos enim multa dicimus & deficimus. [sermones hos.] Quos de gloria sua dixerat, passio em̄ exaltatio gloriæ fuit. [post biduum.] Sabbato venit dñs in Bethaniā, die Dominica venit Hierosolymā, vbi cū ramis palmarū exceptus est, secūda feria, id est, in die lunæ redijt in Bethaniā, in hoc reditu maledixit ficui, in die Martis redijt Hierosolymā, vbi parabolas dictas supra tractauit, quas cum consummasset, dixit, scitis quia post biduum, id est, decimo quinto die fiet pascha. Ergo verba hæc dicta sunt decima tertia luna, nam. 15. erat pascha. [pascha fiet.] Quadruplex est pascha literale, agni paschalis, spirituale, Christi. Morale, animæ transeuntis ex mala ad bonā cōuersationē, & seculare, mūdi trāseūtis, coelū enim & terra trāsibūt. [traderetur.] A patre, secūdū illud, pro nobis omnibus tradidit illum, à seipso, pro nobis, à Iuda, à Iudæis, à Pilato. [congregati sunt.] Videtur consiliū hoc bis factum, nam Iohannis. 11. Habetur collegissē consiliū Phariseos, ex tempore quo Lazarus

rus excitatus est, sed aggrauatur peccatum istorum ex tempore sancto paschæ. Vult enim Dominus fieri volūtatem suam in die sancto eius, aggrauatur, ex eorū multitudine quia cōgregauerunt. Odit igitur Dñs tales cætus, aggrauatur, quia erant illi de maioribus populi, verificatur ergo illud de optimatibus. Ecce hi magis cōfreguerunt iugū, ruperunt vincula, & itē astiterūt reges, & principes conuenerunt in vnū, & A senioribus est egressa malicia. [in Bethania.] Id est, domo obedientiæ, vt verum esset illud, factus obediens vsq; ad mortem. [in domo Simonis leprosi.] Competit Christo vt sit in domo leprosi. Nos enim reputauimus eum, quasi leprosum. [accessit mulier.] Defendi pōt, quod sit eadem mulier, soror Lazari, vt Augustinus dicit, & cum arguitur, quod soror Lazari vnxit in domo sua: hæc autē vnxit in domo Simonis, credi potest, quod esset vna domus & Lazari & Simonis, vt qui essent cognati. [quid molesti estis.] Dominus semper est huius mulieris aduocatus, vt habetur Lucæ. 7. & 10. [opus bonum operata est.] Secundum illud. Noli prohibere benefacere, & si potes ipse benefac. [ad sepeliendum me fecit.] Id est, Spiritus sanctus eam instigauit, vt vngeret me, breui sepeliendum, licet ipsa id nō intenderet. [predicabitur in memoriam eius.] Secundū illud, in memoria æterna erant iusti. [tunc abiit.] Illud tunc nō refertur ad continuationē. Nā vnctio mulieris multo prius facta est, scilicet, ante sex dies paschæ. [tunc abiit vnus.] Cur igitur elegit tam malum discipulum? primò, vt monstret, nullum condēnari propter reprobationē, nec glorificari propter prædestinationem, sed propter præsentem iustitiam. Secundò, vt consolaretur electores, qui bona fide aliquādo eligūt eos qui postea mali sunt. Nā & Philippus elegit Simonem magum. Tertiò, vt nullus ex alterius culpa vituperetur, nam Apostolinō culpantur propter Iudam. [quid vultis mihi dare.] Nihil iniquius, quā amare pecuniā, hic enim & animam venalē habet. [ego eum vobis.] Videtur, vt vilissimum æstimasse Christū, quem à fecijcere volebat. Ideo dicit, date mihi quod vobis placet: pro nihilo igitur habuit terram desiderabilem. [quarebat oportunitatem.] Oculus adulteri obseruat caliginem.

Simon de Cassia. li. 9. de gestis Salu. c. 34. [ecce mulier.] Hæc est secūda vnctio, qua Maria vngit pedes Christi & caput. Nam prima vnctio solum pedes vnixerat. [fractis alaba

stro.] Vt quæ culpabilia sunt, etiā si delectabilia sint dimittamus, & honesta, etiā ardua aggrediamur. Porro frangere alabastrū, est aperire. Nihil enim apud Iesum à fidelibus stultē fiebat. Videbitur porro hæc mulier temeraria, quæ Domini caput fuit ausa cōtingere, cum Iohannes contremuerit eum baptizare, & Virgo Maria, non prius eum, cū paruuulus esset, tangēbat, quam adorasset. At nū amore hæc mulier ebria est? an mirari magis Christum oportuit, qui eam à pedibus ad caput manuduxit, vt indicaret vtramq; suam naturam, & diuinam & humanam esse adorandam. Ideo illa libram accepit vnguenti pisticæ, id est, iustitiam, non Moysi, sed fidei, libra enim iustitia est, pistica verò, fidei est. Nemo enim iustificatur ex iustitia legis, sed fidei, libra continet, duodecim vnctias, & fides nostra duodecim articulos, secundum numerum Apostolorum, & notā, quod quæ offerebantur in templo, ad pondus sanctuarij librabantur. Pondus verò sanctuarij charitas est. Vt intelligamus iustitiā fidei nostræ non posse Deo placere, nisi pondere charitatis librata, effunditur verò libra hæc in pedes & caput, quia iustitia fidei sex articulis respicit Deitatem, sex carnem. [indigne ferentes.] Non defuit in coena tam sancta: vbi erant viri tam sancti, scelus inuidiæ: & calumniandi peruersitas. Iudæ id fuit solius, nam ita explicauit Iohannes. Illi magister Diuinus non profuit, neque sancta societas, quale verò collegium purum erit, si collegium Christi habuit proditorem? [trecentorum denariorum.] Numerus hic mysterium habet, nam Arca Noe. 300. cubitos longitudinis habuit, & Gedeon. 300. militibus pugnat, & 30. argentei, trecentos nummos paruos valent, Iudas igitur Christum vendidit iuxta valorem vnguenti. Porro Iudas habuit oculos, ex Christi dispensatione, qua significauit prælatis, quod pauperum curam deberent habere, ac ideo oculos possidere, licet multis loculi occasio fuere ruinæ. [vt quid molesti.] Dicit nullam subesse causam, quare quis sit benè operanti molestus. [bonum opus.] Bonum ad finem, bonum in fine, (id est, in Christo) bonum ex intentione, bonum ex re, bonum ex significatione, bonum ex exemplo, bonum ex cōgruo, bonū ex iusto. Significauit Christus, se velle etiā corporaliter coli. Si em̄ Deus cū esset, corporalia acceptauerat sacrificia: quāto magis cū homo est propter nos homo factus, templa sibi & vasa aurea & argentea acceptabit?

Exod. 11
Iohann. 13
1. Corin. 5

Canti. 1.
1. Cor. 2

Iohan. 14

Eccle. 4

Roma. 8

Ephes. 5

Isai. 58

Isai. 1

Ierem. 5
Plal. 2

Daniel. 13

Philipp. 2

Isai. 53

Prouerbo 3

Plal. 103

Ecclesi. 10

Plal. 105
Iob. 24

Matthæ. 3

Roma. 3

Iohann. 13

Iohann. 13

his

his enim augetur & firmatur fides, aliter deuotio, excitamur per creaturas ad laudandū creatorem. Demū in his que homo propter Deum à se abijcit, & Deo dicitur, fides hominis & charitas probatior & testatior fit. [pauperes habetis.] Si adest pauper notus, non debet expectari aliusignotus cui eleemosyna datur. [præuenit vngere.] Ibit enim Maria ad vngendum Christū in monumento: sed non inueniet idēd nunc præuenire dicitur. Durat porrò vnguentum vsq; ad sepulturā, quia libra iustitiæ fidei, etiam Christū sepulchrum adorat, credens Diuinitatē ab anima & carne non fuisse seiunctam.

Hugo. Sermonibus de gloria, sermonem de passione coniunxit, est enim gloria effectus passionis Christi, & eius causa finalis.

[tunc congregati sunt principes.] Principes qui contra lectum congregantur, sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, congregatur hi. cū reliquis vitijs, in atriū, id est, in carnem, vnde fomes nascitur, vt Ieremias, id est, hominē ad salutē natum dolo teneant, transfigurantur enim vitia sub pallio virtutis. [teneant.] Quia semel à vicijscaptus, vix euadit, iniquitates enim sue capiūt impiū. [occiderent.] Duplici morte, & culpa, & poenæ, quia beatus, qui habet partē in resurrectione prima, in his partem nō habet mors secunda. [Potest etiam in bonū verti.]

[congregati sunt principes.] Scilicet, prudentia, fides, consiliū, in atriū animæ, quæ dicitur Caiphas, id est, vomēs peccata, vt Iesum, id est, hominē (per propositum integrū) saluatum. [teneant dolo.] Id est, captū vinculis præceptorū, mundo & diabolo & carni mortificent. [Cum esset in domo Simons.] Hic Simon est peccator conuersus ad Deū, dolens de præteritis, de quo dicitur. Pone tibi speculam, pone amaritudines. In huius domo tot Christo fercula offerūtur, quot virtutes peccator incipit habere, & tot vina, quot lacrimarum. Mulier effundens vnguentū anima est, orationē effundens, secundū illud. Phialas aureas plenas odoramentorum: quæ sunt orationes sanctorum, hac oratione vngitur caput Christi, cum eius Diuinitas adoratur, & pedes, id est, caro. Vel etiam cum prædicatores & pauperes reficiuntur. Alabastū est cor poenitētis, quo fracto oratio effunditur, & domus benè olet, ascendit enim fumus in cælorū de orationibus sanctorū, frāge igitur & cōminue cor, ita vt in illo nihil remaneat, quod Deo non tribuas, sic enim oratio erit sicut virgula fumi ex aromatibus. In hac ani-

ma Deo obediente, sicut in Bethania Deus est. [Videntes discipuli indignati sunt.] Ita nūc multi, quasi perditum existimant, quod in oratione & contemplatione consumitur. Id dicitur, non quia cura illis est de pauperibus sed quia sunt auari. At Dominus, quid inolesti estis oranti? bonum enim opus operatur in me. Mittēs enim orationē in corpus meū (quod facit, cum dolores passionis contemplatur) ad sepeliendam me in se fecit, mens enim deuota sepulchrū est, de quo Iob, gaudent, cum inuenerint sepulchrū, & item. Ingrederis sepulchrum in abundantia, hoc sepulchrum dicitur spelūca duplex, propter Diuinitatem, & humanitatem, quæ ibi sepe liuntur. [Vnus de duodecim.] Nemo igitur in se fidat, quantumlibet bonus sit. Iudas verò abiit ad Iudæos quarta feria, tunc vendidit eis Christū. Iudices verò pro pecunia iustitiā vendentes ligati sunt in Iuda.

Caieranus. [post biduum.] Hæc verba dixisse videtur dominus mane diei Mercurij, cui successit dies Iouis, in qua coena facta est, vespere paschæ inchoate, huic successit dies Veneris: quæ erat dies paschæ. Porro die Mercurij Iudas vendidit Christum. [in Bethania.] Mētio fit vnctionis factæ Sabbato præcedente, quia ex ea, occasione Iudas accepit vendēdi Christū. [super caput.] Prius vnxe rat pedes, & ex consequutione veniæ, & ex multis susceptis beneuolētia lignis, fiducia accepit etiā caput vngendi. [indignati sunt.]

Quia cōuersum fuerat tā pretiosum vngentū in vnus pauperis delicias, quod in vsus multorū pauperū conuertī poterat. [pauperes semper habetis.] Hinc docemur, posse nos multo sumptu in raris vtī, licet melius fuisset in vsus pauperū cōuertī. [ad sepeliendum me.] Illius animus fuerat vngere Christū, vt hominē Diuinū, longē maiora merentē, vt pote verū Messia, qui sine sensualitate libidinosa erat, velut cadauer sepeliendū. Nā vnguentū adhibentur cadaueribus, nemo tamen dicit, vt quid perditio hæc? & forsā Maria audiēs Christū breui moriturū, timēs quod nō posset eū vngere postea, præuenit eū vngere. [dicitur quod hæc fecit.] Quia igitur Ecclia quotannis hanc laudē tribuit Mariæ, Magdalenæ Lazari sorori, sit necessario, vt hæc mulier fuerit Maria Lazari soror. [tūc abiit.] Interiecerat Matthæus vnctionē Mariæ quæ fuerat Iudæ occasio venditionis: nūc redit ad feriē dicens, tunc cū congregati erant principes abiit Iudas, & rationale est credere, qd dixerit eis, se habuisse Christum vt virū spiritua-

Iob. 3
Iob. 5.

Roma. 10

pitest Gentilium populus: cui oris cōfessio & cordis fides committitur, vt spiritu & carne. Dominum cōfiteatur, vt igitur populus Iudæus ex quinque talētis (id est, ex lege) Deū cognouit, & per euangelium duplicauit: ita gētilis populus fide & operatione multiplicauit, & ideo par ambobus munus est. Exequati igitur gentiles sunt Iudæis, est ergo gētilium duplicatio, quod opinione crediderat, factis gētilis. Qui demum vnum talentum accepit populus est Iudæorū in sua lege persistens ex inuidia gentium, in terram intelligentiam legis fodiens, & dicens Deo. Habui reuerentiā præceptis tuis antiquis: ideo abstini ab euāgelica veritate. En tibi quod tuū est, id est, en in tua lege immoratus suū. Scio quod durus es metens ex gētilibus, vbi lex facta non est: colligens ex his, qui ex stirpe Abraham non sunt dispersi. Durus igitur es, sine lege iustificaturus, sine dispersione collecturus. Tunc Dominus, si id feræ nequam tu ex tua lege sciebas (videlicet colligendas gentes) igitur oportebat te legis talentum vniuerso generi hominum exponere. (hinc nūmularij sunt quia seculi negotijs occupantur) vt Dominus cum lucro talentum reciperet. Tollite igitur ab eo legis intelligentiam, & eam date ei, qui quinque accepit talenta, quia habenti vsus euangelij, etiam legis honor redditur. Non habentibus autem fidē Christi, etiam id honoris, quod ex lege habere videbatur aufertur.

Venera. Beda in. c. 19. Lucæ. [homo peregre profert.] Christus abiit ad gentes, quæ erant longē, id est, in finibus terræ, & iam quia longē à peccatoribus salus. At, qui erant longe, per sanguinē Christi prope facti sunt [vocati seruis suos.] in decalogo instructos. Quibus dat. 10. minas, id est, legis dicta spiritualiter intelligēda reuelat, aperuit enim illis sensum, vt intelligerent feri. [dicit illis negotiamini dum.] Id est, Offerre prædicationem auditoribus: & ab eis morum probitatem recipite, hoc enim est quod doctores dicunt auditoribus. Sumite psalterium: sed date tympanum. Sumite deuotionem prædicationis: sed reddite carnem vestram extentam in ligno, id est, castigatam. Tympanum enim pellicis est in ligno extenta. [venit.] In die iudicij. [venit primus.] Venit, scilicet, ordo doctorum in circuncisionem missorum. [super pauca.] Is fidelis est in paucis, qui non aduertet verbum Dei. Sed ex Deo, coram Deo, in Christo loquitur. [esto super 50. ciuitates.] Id est, Accipite gloriam maiorem, quam ille ani-

Ephes. 2.
Psal. 118
Ephes. 2.
Lucæ. vii.
Psal. 80
1. Cor. 2

mæ quibus prædicasti. ¶ Secundus seruus est cæcus doctorum ad gētes missorum, qui ex vna mina fecerunt quinque, id est, redolerunt ad Dominum gentes quinque sensibus subiectas. ¶ Tertius, malus seruus est, qui aut non vult prædicare: aut certē nō bene prædicat, de tractans onus, fat est dicens, si de se quisque rationem reddat, nō de alijs, si quidem Deus adeo durus (inquit) est, vt eos metat in ignem æternum, in quibus euāgelium, nec legem seminavit. [ego veniens cū vsuris exegissim.] Igitur qui audit necesse est vt opere exequat, quod didicit, vt Deus cū vsura recipiat pecuniam verbi, auditoribus commissam. [tollite ab eo.] Iuxta dictū Apocal. Mouebo candelabrum de loco suo, & iuxta factū in Saule à quo discessit spiritus & directus est in Dauidem. [date ei qui habet 10. minas.] Mysticū est, & significat in fine mundi totum Israelē saluandū, & gratiam spiritualem, quā nunc nos tepeter exercemus, illius gentis doctoribus tribuendam. Porro quia de examine finali hæc intellecta sunt, intelligi etiam de particulari, quod quotidie Deus exercet, possunt.

D. Thomas. [peregre.] Ascendens in cælum peregrinatur, quia nos ab eo peregrinamur. At cum ad eum venerimus erimus ciues, & domestici Dei, quia verò peregrinatur (sicut homo, non vt Deus) necesse est vt sua cōmittat dispensatoribus. [vocat.] Liberalis est, non expectat vt petamus: sed preuenit nos in benedictionibus, non vocamus nos illum, sed ille nos. [dedit bona sua.] Quidam liberales sunt de alieno, hinc de suo. Alci dens igitur in altum, dedit dona ho. [talenta] Quia inclinant animam, quia amor meus, pondus meum: ita & gratiæ Dei animam inclinant. [propriam virtutem.] Si talenta sunt eloquia Dei, planum est, quod dantur cuiq; secundum eius capacitatem. Multa habeo vobis dicere sed non potest. Et Apostolus. Lac potum vobis dedi tanquam paruulis. At si loquamur de gratijs, quidam dixerūt, quod dat Deus gratiam, & dona supernaturalia, vt quisq; est bonus in naturalib. Quod licet de angelis verum fuerit non tamen ita est in hominibus: nam latroni in cruce multum datum est. Alij dixerunt, quod initium gratiæ est, à nobis, & ita vt quisq; magis conatur, magis recipit, sed id est error: nā ipsum conari non est à nobis: sed à Deo. Non enim sufficientes sumus cogitare. Licet igitur causa maioris gratiæ sit propinquē maior conatus noster: at primaria est electio diuina. To. prius. Cc Qua-

Apoca. 2
Roma. 11
Ephes. 4
Psa. 20
Ephes. 4
Ioannis. 16
1. Cor. 3
Matth. 17
2. Cor. 8

Quare dicendū quod Deus qui voluit dare huic maiorem gratiam dedit ei maiorem conatum & virtutem. [*Et profectus est.*] Quia commissa Petro pastoralis cura ad cœlum ascendit, vel quia suo quēuis reliquit arbitrio. [*operatus est & lucratus.*] Ibunt enim de virtute in virtutē. Et Genes. 26. abbat crescens & proficiens. Et Prouerb. 13. Anima operantium impinguabitur. [*post multum tempus.*] Refertur ad iudicium potest, & ad mortem cuiusque: nam vix fuit quisquā Ecclesię utilis, qui senex non obierit, vt Petrus, vt Pau. &c. Dat ergo Dominus multum spacium ad bene agendum. [*accedens primus.*] Vide fiduciam, habētes talem spem multa fiducia vitimur. Vide fidelitatem quia omnia obtulit, nihil sibi seruans. 1. Paralip. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Vide etiā humilitatē, quid enim habes quod non accep. Et ita fatetur quod quinque acceperit talenta. Vide strenuitatē, ecce alia quinq; gratia igitur in me vacua non fuit. [*euge*] Gaudebit ipsonus super sponsa, & gaudebit super te Deus tuus, exultat igitur Dominus, dicens, euge. [*serue.*] Cōmendat humilitatē, dicite serui inutiles, 5. [*bone.*] Commendat bonitatem, quia bonum est diffusiuum sui. [*fidelis.*] Quia nihil tibi retinuisti, quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Non enim qui se ipsum commen. prob. est: sed quem Dominus commen. [*super multa.*] Fuiisti fidelis in temporalibus, dabo tibi spiritualia: quæ sunt super omnia bona ista. [*intra in gaud.*] Cur non dixit in visionem. Si quidem visio est tota merces: ita est, sed gaudium est finale premium, sicut quiescere in loco inferiori est finis grauium. Sed cur dicit intra? Respon. Quia gaudium temporalium intrat in nos: sed nos intramus in gaudium spiritualiū. Introduxit me Rex in cellaria sua. Gaudium enim Dei maius est corde tuo: ideo tu intras in illud. At gaudium temporale minus te est. Vel in gaudium Domini, vt fruamini, eo quod fruor: & edatis super mensa mea, eo quod edo. Sed cur & quæ excipitur primus & secundus? Quia si prior habuit maiorem charitatem quam secundus, necessario magis remunerabit. Sed si prior & posterior sint pares in charitate, licet prior maiora bona acceperit, quam secundus equa liter remunerabitur, vt pauper cula mittēs totum quod habuit. [*accesit qui vnum.*] Proponit blasphemiam, & assumit propriam negligentiam, & inde conclusit innocen-

tiam suam. Et nota quod accessit fidenter: quia sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias Prouerbior. 26. [*homo durus.*] Duricia solet esse ex avaricia, at Deus est miserator, & misericors. [*metis.*] Id est, rapis aliena. Similia credunt qui religionem intrare non audent, audire confessiones, &c. At verò durus est Deus peccatoribus, quia horrendum est incidere in manus Domini vestri. Vide Sapient. 11. Rursum verū est quod metit, vbi nō seminauit: si quidem nos seminamus: & Deus inde gloriam suam metit. Et item, Nos facimus mala, ex quibus ille sæpe metit nostram humiliationē, cautelam. &c. [*quod tuum est.*] Non est satis seruasse alienum illæssum, nisi & multiplicaueris. [*serue.*] Quia timuisti, timor verò seruorum est. [*male.*] Quia de malo thesauro cordis tui, dixisti me durum esse. [*piger.*] Qui propter frigus non arasti, fa-teor, quod meto vbi non semino: at non fa-teor esse me durum, quia quod ab homine requiro, ex misericordia requiro. [*dare illi.*] Quia sancti viri non solum gaudent de suis bonis: sed de factis etiam à quo vis alio: & ita aliorum accipiunt coronam. [*ab eo qui nō habet.*] Qui non habet charitatem, etiam si alia dona gratuita habeat, omnia tolluntur ab eo. prima Corinthi. 13. qui enim non habet charitatem, nihil est; at si habet charitatem, accipit bona aliorum, quia de eis gaudet, vt de suis, vel aliter. Qui habet ingenium, & torpet, amittit ingenium & fit hebes, contra hebes, laborans ingenium accipit. [*inutilem seruum.*] Omnis arbor quæ non facit fructum, excidetur. Et omnem palmitē in me non ferentem fructum, tollet. Simon Casia. libro sexto, capi. 26. Cum agant cœli, terrena cuncta, animantia bruta nihilq; natum sit vt ocietur: ita homo ociari non debet. Dedit enim Deus homini cuncta ad operandum expedientia. Et durē ab eo exigitur opus, donec ad verum perueniat sabbatum. Gratis dedit dona ad operandum, sed non gratis dabitur gloria. Et vt ad opus excitetur Christus venit operari: vt haberet nos sibi cooperatores. Christus igitur, est nobilis ille homo natus de Spiritu sancto, natus de virgine, natus sine peccato. [*peregre proficiscitur.*] Beatus à miserijs: immortalis à mortalibus: iustus ab impijs, longe hæc à se distans, dignitate magis quam locis. [*decem serui.*] Sunt omnes qui decalago seruire tenentur. 10. minæ sunt omnia dona sub hoc vniuersali numero contenta, dan-

eam diem vocat primam, quæ erāt ante azy-ma, erat enim vsus, dies à vesperā ad vesperā numerare. Ergo quinta sabbati accesserunt discipuli, quod autem Lucas dicit, venit dies azymorum similiter intellige, id est, appropinquabat, erat enim vespera diei primæ. [*vbi vis.*] Patet nullam Christo domū, nullamque diuersorium fuisse. Puto autē, quod nec discipulis eius omnibus iā propter Christum despectis. Voluit autem comedere pascha, ne se aduersarium esse legis doceret. Cur ad ignotum hominem discipulos misit? vt ostendat, se posse tormenta vitare. Nam qui mentem hospiti solis verbis induxit, vt illum cum discipulis reciperet, quid fecisset crucifigendus; si pati noluisset? Pariter de ali-na fecit. Et ergo stupeo, quod non solū Christum ignotus suscepit, sed quod eius causa Pharisorum inimicitias esset subiturus acerrimas. Signum verò dedit discipulis quod homo lagenā aquæ portaret. Sicut Samuel Sauli simile dedit signum. [*tempus meum pro-pe est.*] Refricat passionis memoriā, vt cunctis pateat, se non inuitum ad eam venire. [*cœnantibus.*] Quid impudentiam Iudæ, cæ-næ ac mysterijs communicans: nec conuertitur, cum etiam si fera esset immanis; ad lenitatē compelli potuisset. [*vnum vestrum.*] Non dixit, ille me tradet. Maluit enim omnes terre, quam huic Iudæ poenitentia iritamenta non dare: [*cui ego.*] Tandem illum reuelat, vt discipulos reliquos semimortuos dolere reuelaret: tum vt territus ille respiceret. [*qui intingit mecum.*] Dicunt quidam, Iudam in Magistri contemptum intinxisse. Ego verò credo, hortatu Christi id factum fuisse, vt vel Iudas hæc ratione magis Christo afficeretur, vel eum magis puderet. Hæc nobis sunt consideranda, vt omnem à nobis iram reuelamus. Quis enim rem illam animo voluens, & proditorem recumbentem cum saluatore, qui eum ita leniter & humiliter alloquebatur, non spuat omne furoris atque iræ venenum? [*si natus non fuisset.*] Vide quam leniter; & per commiserationem illum arguat. [*sicut scriptum est vadit.*] Dices, Cur Iudas arguitur, qui id fecit, vt impleret scripta? Certè quia non eo animo vt impleret, illud crimē admisit: sed sola improbitate: sicut fecit & de-mon, quorum vterque mille meretur supplicia, etiam si ex redemptione, totum genus hominum salutem reportaret, quippe nō Iudæ traditio, sed Christi virtus & sapientia orbis peperit salutem. Dices, quid si Iudas nō prodidisset, nec alij crucifixissent? Certè Do-

minus nouit, quomodo salutis negocium esset dispensandum. Dices, Cur Iudas tam malum futurum produxit Deus? Primum respondet Paulus, o homo tu quis es, qui ex aduerso respondeas Deo, & dicas, cur me ita fecisti? Sed si rationem quæras, hæc est. Maiori admirationi bonos esse, cū inter improbos viuant. Tu verò vniuersam hanc & certaminis materiā funditus euertere vis. Quid ergo inquires: vt alij meliores videantur, alij puniuntur? Minimè, sed propter suā improbitatem. Non enim quia nati sunt, nequitiam contraxerunt, sed quia desidia de-corruperunt; ideo puniuntur. Eodem homi-83. [*dedit discipulis.*] Apertus Lucas dicit, quod post bucellam à Iuda receptam intrauit in eum Satanas. Stupet Lucas Iudæ stoliditatem, nō verò dominicum corpus despectit. Manus enim peccatum vtraque ratione fiebat, & contra-li animo mysteria reciperet: & quod nec timore, nec beneficio, nec honore moueretur. Nihil enim Deus prætermittit, quod ad emēdationē pertineat. Cur verò coenauit? vt vindique discamus: eum veterem legem sanxisse, & omnia vetera, noua adumbrasse, hac igitur ratione, veritatem figuræ adiunxit. Porro benedixit, instruens nos; quomodo hoc mysterium peragamus: & quod ille non inuitus passioni accedebat: & item, quod omnia quæ patimur, Deum benedicentes patiamur, & quod si cut figura agni olim Iudæos à seruitute liberauit, multo magis veritas orbem terræ vindicaret. Ad hæc vt significaret, ad beneficiū humanæ naturæ eum tradi. Ideo mysterium hoc, non antea: sed cum lex cessabat, effecit. Ergo præcipuam solemnitate Iudæorum dissoluens, ad mensam eos horrore plenam prouocat. [*Accipite hoc est corpus.*] Quomodo non turbati sunt hæc audientes? quia de ea re prius multa prædixerat. [*tradetur in remissionem peccati.*] Docet passionis causam fuisse remissionē peccatorum. [*noui testamenti.*] Id est, promissionis & legis nouæ. Hæc enim rursum pollicitus est, & sicut promissio & testamentum vetus pecudes habuit ita & testamentum nouum, dominicum possidet sanguinem. [*Hoc facite.*] A Iudaicis moribus eos abducit. Nam sicut antiquum pascha faciebat, in memoriā miraculorum, quæ in Aegypto patres vestri viderūt: ita & hoc in mei memoriā facite. Sanguis ille in primogenitorum salutem fuit effusus: hic in remissionē totius orbis. Vt ergo Moses dicebat. Hoc erit vobis eternū memoriale: ita dicit & Christus: hoc facite in mei memoriā, donec ve-

Ioannis. vi. 13
Eccle. 15
Psal. 83
Prouer. 13
1. Cor. 3
1. Cor. 4
1. Cor. 15
Isai. 62
Lucæ. 17
1. Cor. 4
2. Cor. 10
Canti. i
Lucæ. 22
Lucæ. 21

Prouer. 26
Psal. 83
Hebræ. 10
Matth. 7
1. Regū. 10
Ioannis. 15
Ibidem

Rom. 9
Deutero 6
Exod. 13
Ioan. 6

nam. Ipse etiam bibit ex sanguine. Ne illi horrent, Christi sanguinem potantes, si qui dem cum prius de carne edenda & sanguine potando mentio facta fuit, multi discipulorum abierunt retrorsum, ne igitur nunc ita fieret, primus ipse bibit. **C**ellare verò voluit primum pascha, suū instituens. Si enim hoc peccata remittit, illud iam superuacaneum est. **E**t quia Marcio, Valentinus, Manichæuserant negaturi Christum mortuū fuisse, ideo ne seduceremur, hoc sacrificium fieri perpetuo iussit, in memoriā, quod mortuus fuerit. Per hanc igitur sacratissimam mēsam, & saluat, & docet, hoc enim caput omnium honorum est. [*vsque in diem illam.*] Loquutus de cruce: mētionem de resurrectione subiungit. Cur verò post resurrectionem comedit? Ne videretur phantasma esse, addit verò [*quod vobiscum bibam.*] Ut illi testes resurrectionis esse possent: vnde & discipuli, eius resurrectionem testificantes dicunt. Nos comedimus cum illo, & bibimus. [*bibam nouum.*] Id est, nouo modo bibam, non enim cibo aut potu: egenus bibit, sed vt resurrectionem probaret. Cur verò vinum bibit, non aquam? vt perniciosam hæresin reuelleret, tollentium vinum, à mensa Christi, solum aqua videntiū [*hymno dicto.*] Audiant, qui mensa absoluta, non agunt gratias, sed velut porci, ebrii mensas euertunt. Audiant, & qui vltimam mysteriorationem non expectant, quæ illi usque in holum est, Dominus igitur & à gratiarū actione incipere, & in eam finiri monstrauit. [*scriptum est percussiam.*] Docet semper attendendum esse ad scripturas: tum se Dei voluntate crucifigendum: demum, se non esse legi & Deo qui eam tulit aduersum. [*postquā resurrexero.*] Eos à necessitate liberat. [*præcedam vos in Galilæam.*] Ibi eis apparet, vbi à timore Iudæorum liberati facilius verbis suis attendent, & arderent. [*ego non te negabo*] Quid ais Petre. Prophetia dicit, vos omnes dispergendos, idque Christus confirmat: & tu negas? Idcirco cadere permissus est: vt discat in omnibus Christo parere: verioraque eum dicere, quam sua conscientia testaretur. Dicitur erat Petrus Christo. Opem fer, ne scandalizer: ipse contra dupliciter peccat, & q̄ Christo repugnet, & quod se cæteris præponat, dicens. Si omnes scandalizati fuerint: non ego qua ratione foedius quā alij lapsus est, & ideo licet omnes peccauerint, tamen pro Petro Christus specialiter orat. Cur verò Christus nō dixit, ego non permittā te cadere, sed ego rogabo? Certè qui supra Petrum ecclesiā for-

tissimam erat ædificaturus, ita vt neque portæ inferi contra eam præualere possent, facile posset non permittere vt Petrus laberetur sed velut ad passionem iturus, humilius iam loquit. **Q**uid verò est Petre. Quando Christus dicit, vnus vestrum me tradet, times, & quæris, quis id sit facturus, nunc verò, cū Dominus asserit, omnes scandalizandos tu quāto affirmatius Christus id dicit tu negas? Certè ex amore, & puto, quod ex quadam iactantia in illa verba prorupit. Nam in cœna quis eorum esset maior superbè tractabant. Christus autem ab hac passione eum liberare volens, non impulit ad negationem, id enim ab sit, sed fauorem suum ab eo subtraxit, & humanam redarguit naturam. Magnū dogma hinc discimus, quod, scilicet, nullo modo hominis voluntas sufficit, nisi auxilio superiori roboretur. Origenes hom. 35. [*prima die azymorum.*] Apparet, quod vna eadēque dies esset paschæ, quādo oportebat occidi pascha, vt Lucas ait, & quando oportebat fermentum tolli, azymaque manducari cum carnibus agni. Nos vero non legis literam seruantes, sed spiritum, fermentum tollimus malitiæ, & nequitia, & in azymis sinceritatis & veritatis pascha celebramus. Cœnantes etiam cum Christo, in locum subliorem ascendimus. Vbi diuersorium Christi est, quod est intellectus noster: qui domus est magna: vt quæ capiat Iesum, qui est Dei verbum & sapientia, sed hæc domus esse debet omnis malitiæ fordibus mūdāta: & esse debet in ciuitate, id est, in Ecclesia, sitque eius principis, qui non habet nomen, nā dicit, ite ad quendā Puto tamen, q̄ ille asserens aquā, erat minister principis, id est, intellectus: portans subtilē aquā, mandatoriam, in vase fictili, vt sublimitas sit virtutis Dei. Vel certè Christus est qui vinū adfert, ex generatione. s. vitis veræ. Minister verò ille aquā adfert, ex lege & prophetis, vt vino Euangelici verbi miscetur. Aut etiā homo ille lagenā aqua portans est Moses, portans doctrinā spirituale, in corporalibus historijs. Iudæi verò non eā sequentes spiritualiter in locum superiorē, nō celebrant pascha cū Iesu. Porro præparant discipuli domum quando catechizant intellectum, qui est paterfamilias, vt veniat diuinitas verbi, in domū prædictā, cū discipulis coepulantis. Et qui in potationibus & negocij secularibus sunt, non ascendunt cū Christo in locū superiorē, ideo cum Christo nō cœnant. [*vnus ex vobis me.*] Generaliter est de proditore loquutus, vt testimonio

testimonio percussis cordis, singulorū qualitas probaretur. [*Contristati.*] Cur contristantur si quidē se in noxios illi sciebāt? Certè quia au dierāt à magistro suo, naturā nostrā esse veritabilem, & quod in lucta cum rectoribus tenebrarum, fieri possit vt circumuentus decidat homo ideo qui uis tristatur: ne forte ipse esset præcognitus proditor. Quod si sibi, illorum quisque timebat, timēdum etiam nobis est. Nam Paulus corpus suum castigat ne forte alijs prædicans, ipse reprobis efficiatur, licet ex perfectione sibi à Christo data, diceret, scio, q̄ nulla creatura separare me poterit à charitate. Quā vero timendū nobis est, vel Petri adeo confidentis casus nos abunde docet. Nemo igitur gloriatur in crastinum, nescit enim quid super ventura pariat dies, & quantis nemo sibi conscius sit, non tamen ideo iustificatus est, imo Paulus ei dicit. Si aliquis præoccupatus est in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, confirmate eum, cōsiderans te ipsum, ne & tu tenteris. [*qui intingit.*] Iudas in memtor panis & salis, contra innocētē, contrabenefactorē subleuauit caleaneum tuum. Tales sunt, qui fratribus in Ecclesia insidiantur: cum quibus corpus Dñi, in ecclesia communicant. [*filius hominis, vadit.*] Vt videbatur ibat: sed reuera manebat, discipulos in fide custodiens, alioqui quomodo crederent in eum iam mortuum, nisi ab ipso seruarentur. [*va homini illi.*] Væ etiā, his qui fratres suos tradunt, eos enim tradentes, ipsam Christum etiam tradunt. [*bonum erat ei, si natus non fuisset.*] Sed ne hoc bono, ne nasceretur, dignus fuit. [*num ego sum rabbi.*] Id subannās dixit nec. n. eum credebat esse magistrū. [*accipit panem.*] Panis hic est verbū nutritoriū animarū: positū super mēsam, de qua dicitur. Passi in cōspectu meo mensa in, aduersos eos, &c. Idē verbū est sanguis, & potus, de quo dicit. Calix meus in æbrians quā præclarus est vocatur etiā verbum hoc vinum, quia est generatio eius qui dixit, ego sum vitis vera & est sanguis vux illius, quæ missa in torcular passionis, hunc protulit potum. Idem est panis factus ex tritico illo, q̄ cadens in terram dedit fructum multum. Quia vero verbum hoc est panis, secundū q̄ per ipsum nutrimur in iustitia: & ex potus, secundum q̄ annuntiat nobis sanguinē Christi, in quo testamentum nouū est, ideo dicit, hic est sanguis meus noui testamenti. [*bibam nouum.*] Regnū Dei non est esca & potus corporalis: his qui digni sunt panē angelorum, & eo cibo, de quo dicitur, meus cibus est, vt faciam voluntatem

Patris, & Paul⁹ dicit. Nemo iudicet vos in cibo & potu, quæ sunt vmbra futurorū, sunt ergo aliæ veræ escæ: quarū hæ corporales sunt vmbre. Veras igitur escas māducabimus cū Christo in regno Dei. [*exierunt in montē.*] Discipuli Christi, nihil agunt in valle, sed ascendunt in montē, vbi sicut oliua fructifera, sunt in domo Dei, aut certè sicut nouellæ oliuarū in circuitu mensæ Patris sui. [*scandalum patie mini.*] Quomodo post tot tātaque signa scandalizantur? certè, quia sicut nemo potest dicere Dñs Iesus, nisi in spiritu sancto: ita, nec diu poterit esse sine scandalo, sine spiritu sancto. At in illa nocte, qua scandalizati sunt apostoli, nondū spiritus fuerat datus. Nobis vero datus est spiritus sanctus, qui enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, ideo excusationem non habemus, si negauerimus, maxime, quia iam nobis dies appropinquauit, nox præcessit. [*in Galilæa.*] Sequamur nos in Galilæam, vt populus qui ambulabat in tenebris videat lucem magnam. [*ego non scandalizabor.*] penē impiē volebat Petrus Christū, qui est veritas mēdarem facere, ideo tam foedè labi permissus est, vt doceamur, ne supra vires nostras quid permittamus. Noli. n. altum sapere, sed time. Audiēs verò Petrus, q̄ omnes scandalizarentur, debuerat rogare Deū, vt liberaretur, fortasse Deus auerteret ancillam & ministros, ac ita illē non negaret. **Q**uæres si poterat Petrus nō negare? quidam dicunt, quod non. necesse est vera esse quæ Christus prædicit. Sed alij dicūt. Quod sicut Niniuitarum pœnitētia abstulit minas Dei: ita & Petri deprecatio auerteret negationem. At sicut in monte Petrus loquebatur, faciamus tria tabernacula, nesciens quid diceret: ita & nunc promittit, q̄ moriatur cū Christo, nesciens quid dicat. nemo enim cū Christo moritur, solus ipse pro omnibus moritur, omnes enim opus habet, vt pro eis moriatur. Euthymius. [*primo die azymorum.*] Azyma vocatur pascha: ita enim Lucas dicit, appropinquabat dies azymorum qui dicitur pascha, hic verò dies erat quintus septimana. Ita enim Ioannes: Ante diem festum paschæ cœnauit erat ergo dies quintus, nam pascha erat sextus. **V**ult verò Euthymius (vt qui Græcus erat) diem hunc quintū fuisse decimam tertiam lunam, & 14. Christum comedisse, & populū etiam incepisse. cōsum agni paschalis, sed 15. cōsummasse, sed de hoc postea dicitur. [*ite in ciuitatem.*] Lucas dicit hos missos, fuisse Petrū & Ioānem. [*ad quem tacuit eius nomē, ne Iudas præoccuparet.*]

Ioan. 6.

Act. 10.

Luc. 21

1. Cor. 9

Roma. 8

1. Cor. 4

Galat. 6

Ioan. 13

Psalmo. 22

Ioan. 15.

Ioannis. 12

Roman. 14

Ioan. 4

Coloss. 2

Psal. 51

Psal. 127

Ioannis. 7

Roma. 8

Roman. 13

Matth. 4

Rom. 11

Ion. 3

Matth. 16

Luc. 22

Ioannis. 13

ret cum Pharisæis domū: & ita cœna impedi-
 retur. Significatur mysticè quod qui baptis-
 mum accepit (id. n. est lagenâ aquæ portare)
 ad eum Christus, si paratum inuenerit, ingre-
 dietur, & cœnabit cū illo. [illic inquit parate no-
 bis.] Id est in illa mente mundata, & diuinis
 contēplationibus ornata. ¶ Vult vero Euthy-
 mius Christum die. 13. lunæ cœnasse, dispen-
 sationē anticipando diem quē lex præceperat
 quia. n. sciebat, quod. 24. nō posset cœnare, si-
 quidē erat moritur⁹, vt pascha verū correspō-
 deret paschæ figuranti, ideo anticipauit vno
 die, & ita dicit Lucas. Desiderio desiderauī. i.
 festinaui cœnare vobiscum, antequā partiar.
 Dices, cur hanc anticipationē tacuerunt Euā-
 gelistæ? Certè quia non erat necessariū eā di-
 cere. Dices, Cur Pharisæi eam non accasarūt
 in Christo? causa est, quia nulla lege ea antici-
 patio erat prohibita (Deo providente quod
 futurum erat) licet lege cauta esset pœna, his
 qui postponerent. [qui intingit.] Iam præce-
 ptorem Iudas despexerat, ideo nō verebatur
 cum eo intingere. ¶ Dicunt quidam. Iudas
 caruit culpa, quia quod prædefinitum est,
 fecit. At non quia prædefinitum est fecit,
 sed quia facturus erat, prædefinitum est,
 quod faceret. ¶ Cur Iudam futurum ma-
 lum Christus elegit, vt ostendatur Christi
 bonitas, qui suum proditorē dilexit, & bene-
 fieris affectis: nihil omittens eorū quæ eius cō-
 uersioni essent necessaria. Malus verò ipse
 perseuerauit, quia auaricia in eius animū dia-
 bolū, velut ostio aperto induxerat, siquidē
 Christi sermones efficaces erāt ad eum cōuer-
 tendam, qui publicanus & peccatores cōuer-
 tebant. [cœnantibus.] Prius stantes legale pa-
 scha comederūt, mox cœnabāt discubentes,
 tum lauit pedes eorum, & iterū discubuerūt,
 vt cœnam mysticam daret Dñs. Porro fecit
 Dñs, quod pictores solent. Primum. n. iuagi-
 nem adumbrāt, postea perficiūt: ita Christi⁹,
 prius vmbra legalis agni, mox veritatem pa-
 nis sacri peregit. [qui pro multis.] i. pro omni-
 bus. [nouū testamentum.] Dixit. Testantur. n.
 qui pximi mortifunt: vt tūc Christus erat.
 Vt autem vetus testamentū habebat hostias
 & sanguinē: ita nouū habet corpus & sangui-
 nem, & non dixit, hæc sunt signa corporis &
 sanguinis mei. Sed hoc est corpus, hic sanguis
 me⁹. Vt. n. supernaturaliter. assumptā carnem
 idēficauit: ita panem & vinū ineffabiliter in
 suū corpus & sanguinē transmūtāt, quæ cum
 pane & vino habent similitudinē. Est panis,
 vt & corpus de terra. Vinum & sanguis aerea
 qualitas. Panis confortat, magis corpus Chri,
 321

corpus & animā cōfortat & sanctificat. Læti-
 ficat sanguis Christi, vt & vinū. Quod si oēs
 fideles edimus de corpore Chri, oēs sumus
 vnū per ipsam cōionem, & in Chri sumus
 oēs: & Christi⁹ in omnibus. Qui. n. edit carnem
 meā, in me manet, & ego in illo. Vt enim ver-
 bum vnitū est carni, per eius assumptionem:
 ita hæc caro vnitur nobis per participationē.
 [non bibā à modo.] Christi⁹ igitur bibit ex san-
 guine suo, igitur & manducauit ex corpore
 suo. [in regno Patris] i. qñ post resurrectionē
 data est ei omnis potestas. Quid verò est quod
 Lucas dicit, prius Chri accepisse calicē quā
 panem, cum contrā dicant reliqui? Videtur
 Christus accepisse poculū, cū tñ cōtentio fie-
 ret de primatu inter Apostolos, panem accepit,
 & poculū resumpsit. ¶ Rursum notādū,
 quod bis, vt apparet, mētio de Iuda in cœna
 facta est, primum ante traditionem mysterio-
 rum: Quod refert Mattheus. Quo tempōte
 nōdum Iudas à Christo manifestatus est pro-
 ditor. At mysterijs peractis rediit iterū de
 Iuda mentio, & cū is dolor torqueret discipu-
 los: Petrus Ioānem rogat, vt Chri percōte-
 tur. Ioannes verò reuerenter ad pectus Dñi
 recubens ab eo audiuit, cui ego intinctū pa-
 nem potrexero. Quā buccellā cū acciperet
 à Chri, intelligens se iam diffamatū: timens
 ne à discipulis discerperetur: audiēs q; , quod
 faceret cito, iuit ad Pharisæos. Hæc innuit
 Ioannes. [exierunt in motem.] Erat mos Chri
 in montibus per noctare, tū vt absq; vlla di-
 stractione oraret: tū vt cū discipulis secretius
 loqueretur, nam multa eis dixit, quæ retulit
 Ioannes. [percussit pastorem.] Permittam per-
 cuti. [antequā pallus cæter.] Antequā vllā vo-
 cē det. Permissus est Petrus omnīū princeps
 cadere: vt sibi diffideret: nā ita inuenitur po-
 stea semp humilis, tū vt plus amaret. plus. n.
 diligit, cui plus dimittitur. Et vt nos firmius
 credamus quæ Deus dicit, quæ quæ nos vide-
 mus, & cogitamus. Credamus igitur esse cor-
 pus & sanguinē in sacris mysterijs, licet non
 ita videamus.
 ¶ In annotationibus Euthimij id habetur,
 [Hic est sanguis noui testamenti.] Vt testamētū
 vetus pepigit Deus cū populo: & ea ratione
 occisum vitulorū sanguinē partim in alta-
 re, partem in populum respexit: vt sanguis
 esset velut signū, signaculū, cōfirmatio, & te-
 stimoniū foederis: ita Christus sanguinem ve-
 lut confirmatiuum sui testamenti effudit.
 ¶ D. Hilarius cano. 30. [itē incūtatē ad quē
 dam.] quomodo irent ad innominatū? Cer-
 tē quia nōdum nomen erat Christianis im-
 positū,

Eodem
 Ioann. 6
 Matth. 28
 Lucæ 22
 Ioannis 13
 Ioan. 13
 c. 14. 17. 16.
 Lucæ 7
 Hebr. 9. 15

positū, apud quos Apostoli Christo pascha
 parauerunt. Euentus igitur rei prophetiā ex-
 plicauit. Iudas verò non cōmunicauit ex cor-
 pore & sanguine. Exiit enim ante mysteria.
 [hymno dicto.] Consumatis mysterijs omni-
 bus, cū gaudio ad cœlestē gloriā. i. ad montē
 oliuarū. efferentur. [non scādabizabor.] Tanto
 affectu & charitate in Christum efferebatur.
 ¶ Vene. Beda. in. c. 14. Marc. [Prima die axy.]
 Luna. 14. in qua ad vesperā populus immola-
 bat agnū, & Chri suæ passionis primordia cœ-
 pit. [lagenā aqua.] Vt ostendat huius paschæ
 mysterium p perfecta totius mundi ablutio-
 ne celebrandum, aqua. n. lauacrū gratiæ, lage-
 na carnis dicit infirmitatem, eorū per quos
 eadē erat gratia mundo ministranda. Itā Pau-
 lus, habemus thesaurū hunc in vasis fictilib⁹,
 ¶ Parant ergo Apostoli pascha vbi infertur lā-
 gena, ostendētes tempus adesse, quo cultori-
 bus veri paschæ, typicus de postibus cruor au-
 feratur, & ad tollenda mundi crimina viuifi-
 cum baptisma cōsecratur. [ostendet vobis.]
 Qui gratiæ præconē, in domū ecclesiæ fuerit
 sequutus, hic per spiritū illustrātem, superfi-
 ciem literę transcēdēdo, in alto mētis solario,
 Christo refectionem præparat. Cuncta eius
 esse opera recognoscens. [va hominū li.] Iu-
 das nec primo, nec secūdo correptus peccare
 desistit. Væ ergo illi. Væ etiā illi, qui ad men-
 sam Dñi malignus accedit. Tradit hic Chri, non
 ludæis peccatoribus: sed proprijs mēbris
 peccatoribus. Ille etiā Deū vendit, qui eius ti-
 more, vel amore neglecto, caduca, imo & cri-
 minosa diligere & curare cōuincit. [Fregit.]
 docens corporis sui fractionē, sua spōte ven-
 turam, habuit. n. potestātē ponendi animam
 suam: sed antequā frangeret benedixit, quia
 naturā humanam quam passurus assumpsit,
 prius ipse, gratia diuinæ virtutis impleuit.
 [gratias agens.] Ostēdit, quid in correptione
 facere debeat subditus, cum in flagello posi-
 tus, Patri grās agit æqualis. [Hic est sanguis.]
 Quia nos in Christo, & Christi⁹ manet in no-
 bis, vino aqua debet misceri, Quia secundum
 Ioannem, aquæ sunt populi, sicut & panis a-
 qua conficitur. Alioqui, qui vinum solum of-
 fert, caput à mēbris fecernendum significat:
 aut Christum sine amore nostro passum, aut
 nos sine illo saluari potuisse. [nouū testamen.]
 Vetus testamentum sanguine hyrcorum &
 vitulorū dicatum est. Necesse enim est exē-
 plaria verorum his mundari, ipsa verò cœle-
 stia melioribus hostijs, quā istis. [non bibā
 à modo.] Id est licet hæcenus biberim & dele-
 ctatus sim virtutibus synagoge, sed iam non

vltra his delectabor. eius ceremonijs. Aderit
 enim dies mee resurrectionis vbi de eiusdem
 synagoga fonte gratiæ regeneratæ, nouo vo-
 biscum gaudio profundar. [hymno dicto.] Po-
 test intelligi hymnus hic, ea oratio, qua apud
 Ioannem Dñs, pro se, pro Apostolis, & pro
 creditoris per eos, precatus est. [in montem.]
 docuit nos per acceptiōem sacramentorum,
 per quam opem suæ intercessionis ad aliorū
 opera virtutum, & Sancti spiritus charitatem
 ta, quibus corde vngamur, conscendere debe-
 re. [ter me negabis.] Fota Petri negatio, tristia
 fuit: sed sicut qui videt mulierem, ad eam cō-
 cupiscēdā, licet nō eā mœchetur, iam tñ mœ-
 chatus est eam in corde suo: ita Petrus in pri-
 ma negatione ter negauit, tantus enim eum
 timor inuaserat, vt ter esset negare paratus.
 D. Thomas. [prima die axym.] Quæ erat. 14.
 luna, & erat ante diem festum. Ante decimā
 quintam lunā, qua crucifixus est Dominus.
 Sabbato verò sequenti, quia erat dies festiuis-
 simus, voluerunt mulieres aromata parare.
 [adquendā.] Secundū August. Dñs illum
 nominauit: sed Mattheus eius nomen, vt nō
 necessarium tacuit. (tempus meum prope est.)
 Tempus à Patre definitū, de quo dicit, tem-
 pus meum non dum adueuit. (vespere autem
 facto.) Iuxta legem Exod. 14. mandante in, q
 14. luna ad vesperum pascha celebraretur, &
 etiā vespere, quia tendebat Christus ad oc-
 casum. (vnus vestrum.) Amicus enim socius
 mensæ, non permanet in die necessitatis, &
 item. In omni fratre tuo non habeas fiducia.
 [contristati.] vt tali duce & patrono carituri.
 [intingit.] Fortè omnes in eadem scutella ip-
 tingebant: & nunc alijs manū retrahētibus,
 solus Iudas intinxit: vel bini comedebant, &
 Christus Iudam vt socium habebat. [filius ho-
 minis vadit.] Vadit propria voluntate, quem
 Iudas tradit mala voluntate. [si natus non fuisset.]
 Nur. q. fuisse simpliciter, nō est eligibile,
 vt ait Aug. sed cōparatiuè ad malè fuisse est
 eligibile vt inquit Hierony. Melius enim est
 non esse, quā sub miserijs esse. (cœnantibus)
 Post agnum paschalem, instituit Eucharistiā
 quia veritas debet figuræ succedere, & quia
 quæ vltimo audiuntur, magis infiguntur. Ec-
 clesia tñ ob reuerentiam sacramenti, iubet
 ieiunos accedere, non temen iussit, vt qui in-
 somnem duxerint noctē, ab Eucharistiā ab-
 stineāt. (panem.) Nō ergo tantū Christus est
 hic vt in signo, alioqui ad vetus testamentū
 pertineret, vbi erant signa & non veritas, est
 igitur hic veritas, quæ debet correspondere
 figuræ, quæ erat cibus, scilicet agnus pascha-
 Pri. Tho. Dd 3 lis.

Ioannis. 17
 Marci vlti.
 Ioan. 7.
 Ecclesi. 6
 Ieremia: 9

is: Sed videtur irreuerentia corpus Domini comedere? R. esset irreuerentia si Christus in hoc (vt alij cibi) conuerteretur. At non ita est: sed nos in eum conuertimur, vt habet August. At non sumitur in propria specie, vt fides habeat meritum. Celebratur sub specie panis: quia cū vellet celebrari ab omnibus, instituit materiam communem omnibus, qualis est panis, & vinum. Quare ratione sacramenta nostra sunt antiquiora quam Moisaica, habuerunt enim originem à Melchisedec. vnde Christus dicitur sacerdos secundū ordinem Melchisedec. [benedixit.] abstulit ergo maledictionem, qua Deus terræ maledixit. Etiam benedixit rem sacramenti: quia benedixit qui venit in nomine Domini. Etiam benedixit rem sacramenti, per eū enim benediciuntur fideles, transit enim benedictio à capite ad membra, [fregit.] foderunt enim manus meas. [dedit discipulis.] nulli enim nō baptizato deest distribui, imō neque infideles admitti debeant vt Eucharistiam videant, & quia dicit, dedit discipulis, etiā dedit Iude, vt oēs excepto Hilario dicunt. [accipite.] In fide, & caritate. [comedite.] non solum spiritualiter, sed sacramentaliter. Cāt. 5. Comedite &c. [Hoc est corpus.] Si verbum Helię fecit ignem de celo descendere, magis verbū Christi conuertet vnū corp⁹ in aliud. Est ergo virtus in verbis Christi. Dedit. n. voci suę vocē virtutis, & sermo eius potestate plenus est. Eccles. 8. Porro hæc virtus non est in sacramēto manēs, sed à causa principali, id est Christo trāteunter accepta. Illud verò, accipite, comedite, non est de essentia formæ sacramentalis. Hæc enim pertinent ad vsum. At hoc sacramentum non consistit in vfu, (vt reliqua sacramenta) sed in cōsecratione materię: quia etiam si nullus vteretur Eucharistia, adhuc ipsa esset sacramentum. Et Dñs in ijs eisdē verbis consecrauit. [Hoc est corpus meum.] Quæris quid significat, & ostendat illud? R. Quod verba diuina excedunt humana. Ideo significant, & efficiunt. Prius vero efficiunt quam significant. Ergo significat illud hoc, contentum sub illa specie, fieri corpus Christi, vt sit sensus, hoc fit, vt contētum sub accidentibus, sit corpus meū, ac ideo in principio verborum posuit illud pronome hoc, quod significat rem indeterminatam, in fine posuit corpus meum, quod rem nominat determinatam. Quæris quomodo ibi sit corpus Christi? R. quod non manet villo modo cum corpore Christi substantia panis: sed nec propterea illa substantia panis annihilatur

sed definit esse per conuersionem in corpus Christi. mutatur ergo substantia in substantiam. Nam simul cū corpore Christi est eius anima, sanguis, & diuinitas, id verò est, per cōcomitantiam: non tamen ex vi verborum. ex verbis enim solum est ibi corpus, vnde si celebrasset quis in triduo mortis Christi, in hostia esset corpus, non ita anima Christi. Quomodo verò est in tā paruo loco? quia non est in eo per proprias dimensiones: sed per dimensiones panis. [fregit.] Num sub qualibet parte hostiæ Christi est? dices esse, id verò quomodo fieri potest? R. prius est substantia quam quantitas, ideo non habet sequi modum existendi quantitatis: sed modum quo substantia existit, vt igitur anima nostra est tota in qualibet parte corporis: ita corpus Christi potest esse ad modum animæ in qualibet parte hostiæ. Quæris, quomodo accidentia panis possunt esse sine suo subiecto? Rñr, quod Deus est principium essendi, esse igitur quod mediante pane dat accidentibus panis, dat etiam lūe pane, nihilominus licet quantitas panis maneat sine subiecto: reliqua tamen accidentia subiectantur in illa quantitate. [accipiens calicem.] Ergo ex Domini institutione sub vtraq; specie oportet celebrare, quia sacramentum hoc est refectio, refectio verò est in cibo & potu. Iam si sacramentum hoc significat & in memoriam passionis Christi fit, necessario debet in vtraque specie celebrari: vt refricet corpus & Christi sanguinem, è corpore effusum, demum sanguis in remediū animæ effusus est, est enim anima in sanguine. Ergo vt celebratur panis pro corpore nostro: ita species vini, pro anima. Manifestum verò est, quod calix ille erat vini, non aquæ, dicente Domino, non bibam de generatione vitis huius, & quia in terra calida homines temperati non bibunt vinum sine aqua, fit vt celebrandum nobis sit in vino cum aqua: horum enim fluxit de latere Christi sanguis & aqua, ad significandum quod sanguine nos redimebat, aqua abluerebat, & ad significandum, quod populus, qui nomine aquæ significatur, Christo in sacramēto adunatur. Porro quia modicū aquæ infunditur in calicem, illa aqua vertitur in vinum, mox vinum in sanguinem demum cū dixit, accipiens calicem, indicauit, quod voluntariē passionis calicem accipiebat. [gratias agit.] Egit gratias de institutione sacramenti, de eius etiam effectu, qui erat salus mundi, de passione per calicē significat: quia in omnibus oportet gratias agere. ad Theff. 5. in omnibus

nib⁹ gratias agētes. [Hic est sanguis meus.] Hæc verba sunt forma. Licet Chrs ea verba dixerit pro forma, quæ ecclesia nunc dicit, ea ex Apostolorū traditione recipiens. Matthæus verò non curauit verba formæ punctim adducere: contētus historiā contexere. Quæris cur nō dixit. Hic sanguis fit, sed dixit, hic est sanguis? Respon. indicauit Dominus effectum verborum esse nō quod fiat, sed quod sit ibi eius sanguis sed addit. [sanguis meus.] Non hireorum aut taurorum ideo enim mū dare potest peccata ad Hebræ. 9. [noui testamenti.] Olim in pactione fœderis effundebatur sanguis, ac ita in pactione & testamento fœderis nostri cum Deo, sanguis adest, iā testamentum in morte fit, cum testator legat hæredibus bona sua, & quidē in lege veteri erat testamentū vetus, quia legabat De⁹ bona vetera, scilicet, temperalia nunc vero est testamentum nouum, quia legatur bona coelestia. [et æterni.] Tum quia æternus est testator: tum quia testatur bona æterna. [qui pro multis effundit.] Nec enim restringitur testamentum ad Iudeos: sed etiam ad gentes. Isai. 52. ipse asperget sanguine suo gentes multas. Dicit porro pro multis, non pro omnibus, quia multi sua culpa pereunt. [donec illud bibam nouum.] Id est, nouo modo, quia post resurrectionem ad eam demonstrandam bibit: non ex necessitate. [hymno dicto.] Docuit post prandium temporale, & sacramentale Deū esse laudandum, illum verò himnū repræsentat post communio, quæ in ecclesia cantatur [oliuæ]. Significatur misericordia, quam Dominus facere volebat. Oleū enim alijs liquoribus supernatat, & ita miserationes eius, super opera eius, psalm. 144. [postquam resurrexero.] Non solum Christus surrexit potētia Patris, sed etiam sua. [præcedam in Galilæa.] Antequā vos illuc eatis, ego præcedam. [ego non scandalizabor.] Bis vel ter verba hæc dixit Petrus, scilicet, in cœnaculo: & extra: ita scribit Augustinus. [antequam gallus cantet, ter me negabis.] Id est, ante galli cantum incipies ter me negare.

Simon Calsien. lib. 13. ca. 4. [occurret vobis homo.] Hic aquæ baiulus est sermo diuinus, vt enim ille homo duxit discipulos ad locum, quo finitæ sunt veteres figuræ: nouū sacrificium inchoatum est: Iudas mōstratus: Christi amor declaratus: ita hæc omnia sermo diuinus præstat. Item baiulus aquæ est amor, ille enim ferebat aquam, quæ mundat: at amor Christi fert gratiam quæ magis mundat, refrigerat, & ostēdit locum in quo Chri-

stus est cœnaturus. Item baiulus aquæ est catholicus intellectus, nam hæreticus aquæ amphoram non fert. Est etiam baiulus hic Christi apostolos præcedens, chorus prophetarum & patriarcharū, nos ad Christum ducentium, est demum ordo sanctorum, nos suis exemplis præcedentium, atque ad locū æternæ cœnæ perducentium & planè Dominus iubet, vt nos sequamur hos sanctos, quia qui prædagogum à magistro positum se qui iubet, iubet etiam sequi magistrum, at Dominus iubens, vt sequamur sanctos nostros prædigos, se etiam sequi iubet, nec enim est diuersa sequela membrorum & capitum. [pascha hoc.] Pascha est transitus, vt transeamus de litera ad spiritum de ceremonijs ad veritatem, de cortice ad medullam, de peccato ad gratiam, à virtute in virtutem è terrā in cœlum. [desideraui pascha manducare.] Id est, transitum celebrare vt in per passionem & crucem transeunte, vos ex virtutibus transeatis ad Patrem, desideraui terminare figuras, mysteria instituire coelestia, ostēdere me meam velle passionem: me scire & indicare proditorem. [nunquid ego sum rabbi.] Anima reproba vocem assumit innocentium, aliorum, scilicet, Apostolorum, cum nocendi haberet affectum. Deprauata enim anima innocentiam simulat, donec scruis noceat. [tu dixisti.] Illo modo, quo dixit iniustus vt delinquat in semetipso, & vt dixit insipiens in corde suo non est Deus. [bonum erat ei si natus non fuisset.] Certè melior est natura hominis etiā in inferno existentis, quam natura bruti: aut etiam quam nihil, verum tamen huic naturæ damnatæ melius fuisset non esse, quā sic esse. Petrus vero ferebat auidus nosse, quis proditor esset, nam si crederet se esse, aut se perimeret, aut Christum rogaret, ne id in se contingeret. Si verò alius esset: in eum insilieret, ne collegium Christi perpetua inureretur nota. Nam sæpè cœnobium integrum ex vno iniquo diffamatur. [qui intingit mecum manum in catino.] Catinus communicatio passionum est, in quibus & boni communicant & mali, illi bona, hi mala voluntate, vnde illis catinus proficit ad prædestinationem: his ad reprobationem.

Idem cap. 18. Pie creditur, quod post abluitionem pedum: manentibus in mensa pane azymo, & vino, tanquam reliquijs ex agno paschali, in his sacramentum confecit Dominus, de quo & Iudas communicauit. Vt nemo occultum peccatorē, ab hac cœna excludat, non tamen admittatur ad eā publicè maledictus.

Deutero. 16
Psal. 133
Apoca. 3
Psal. 106.
Iob. 37
Lucæ. 19
1. Cor. 7.
Matth. 5
Matth. 10
Matth. 11.
Ioannis. 13
Hebr. 9.

ius. [hymno dicto.] Desideratur hic hymnus. Hugo Cardin. [vbi vis paremus.] Duo sunt loci in quibus cenare nobiscū Dñs potest. Intellectus & affectus. Sed intellectus est locus negociosus, velut prætorium, vbi causæ aguntur, ibi nō est locus accomodatus Dño, comeduntur. n. ibi folia volatū cogitationū. Sed affectus desiderius, vt cū discipulis māducat. Ita dicit. Nō poteris immolare phafe, in qualibet vrbiū: sed in loco vbi præcepit Dñs. Affectus est de quo dicitur, hæc requies mea, hic habito, quoniā elegi eā. Is est altare, est refectorium animæ, est diuersorium Christi comedit vero Dñs nobiscū duobus modis, vel gaudendo de nostra pœnitētia: vel nos sibi incorporando. Nos verò comedimus cū eo tribus modis. Primo cōsumendo hædū veteris hominis, secundū, assumēdo agnū noui hominis. Tertio, cōmunicādo agnū, qui es Christus in altari. Ergo inquit, si quis mihi aperuerit coenabo cū illo. [in ciuitate.] Id est, in ecclesiā, stulti hāc nō inueniūt, viā. n. ciuitatis habitaculi nō inueniūt. [ad quendam.] In determinatē. Quia nullus est, ad quē Dñs aliquando discipulos nō mittat. Nubes. n. spargūt lumē suū, quæ lustrat cūcta per circuitū, quocūq; eas volūtas gubernātis direxerit. [tempus meū.] i. Pasionis, q̄ est specialiter tēpus suū, & suorū. [prope est.] Mihi, & eis. [apud te.] Zachæe festinās descende, quia hodie oportet me tecū manere. [fecerunt sicut præcepit.] Nō solū fecerunt q̄ præcepit, sed sicut præcepit. i. festinanter, quia tēpus breue est latāter, quia merces magna est. Perseuerāter, q̄ sola perseuerātia est coronari digna, qui. n. perseuerauerit, saluus erit. [discumbet cum discipulis suis.] Id est, cū vnueritate electorū, vel virtutum, vel sanctorum cogitationū, & desideriorū. [cœnantibus illis.] Triplex est cœna Christi nobiscum in sacra scriptura. In Eucharistia, & in gloria. [benedixit.] Vim sanctificatiuā Sacramento tribuendo. [dedit.] Non vendidit. [discipulis suis.] Hi. n. solius habent cōmunicandi, qui a Christo humilitatē, mansuetudinē, & claritatem didicerunt. Discite a me, quia mitis sum, & humilis, & itē. In hoc sciunt omnes q̄ discipuli mei estis, si dilectionē habeatis inuicē. [accipite.] Corde credendo, ore cōfitemdo manu vicē reddendo. [comedite.] Per amorē & vnionem ei vōsiungendo. [noui testamēti.] Quia testamentum sanguine confirmatur & in mortuis confirmatum est, alioqui nondū valet. [in remissionē pec.] Omnia. n. in sanguine mūdantur, & sine sanguinis effusione, nō

fit peccatorū remissio. [nō bibam amodo.] Vt Hebr. 9
tis est iudæa, eius genimina, cœremonia, vni- Isaiæ. 5
nū nouū, fides, vel vitis est natura humana, eius genimina, mortalitas, vinū nouū, immortalitas. (in montē Oliueti.) Virtus sacramēti est ad altitudinē internę vnctōnis subuehere, & ad literā, post Sacramentū acceptū, opera misericordia sunt exercēda. (scādali patemini.) Id est, si bona facere cœpistis, paramini ad tētionē. (in ista nocte.) i. præsentī vita. (dispergetur oves.) Percussio prælato a peccato mortali subditi patēt lupis infernalibus. Totū. n. pō- i. Reg. vii.
d° bellū in Saulē cōuersum est. (præcedā vos in Gal.) Prælat° debet eos præcedere vt migrēt e terra in cœlū. (Petrus.) Permiss° est cadere, vt Iob. 5
verū sit. Intellige quæ sunt pximi tui, ex te ipso, & itē. Visitās speciē tuam, nō peccabis. Eccle. 31.
Caieta. (prima die azy.) Igitur erat. 14. luna siquidē Exo. 12. dicitur q̄ prima dies azymorum erat. 14. luna. (vbi vis paremus.) Christus suū hospitium habebat in Bethania, at pascha omnino erat celebrandū Hierosolymis, ideo rogāt discipuli, vbi vis paremus. i. in qua domo Hierosolymæ. (pascha.) Sumitur hic pro agno paschali aliās sumitur pro festiuitate septē dierū, quibus aberat fermentatū, & sumitur pazy mis quæ illis dieb° comedebāt. (in catinum.) Saceti in quo intingebant lactucæ agrestes in hoc intingebat Iesus cū tribus aut quatuor. (snatus non fuisset.) Sic. n. iuisset in lymbū, & euasisset pœnā inferni tantā. (cœnantibus.) Post cœnā instituitur Eucharistia, vt tollat error dicentū, nō posse Eucharistiā dari nō ieiunis, & vt indicaret, quāta debeat esse tēperātia Christianorū, vt etiā cœnati donci sint sacris mysterijs. (benedixit.) Gratiās agēs nōdū cōsecrās ita dicit Paulus. (accipite comēdite.) Meritō arcētur a cōmunionē pueri qui bus dici nō pōt, accipite, comedite, nō. n. illi accipere possunt. ¶ Dices. Cure ergo nostris manibus nō accipimus? R. Ecclesia instituit ne nisi sacris manibus res tanta tāgeretur: vt etiā nō ieiunis comedere de ea prohibuit, sed vt in articulo inortis nō ieiunus possiet cōmunicare: ita in eodē articulo (vt in tempore pestis) infirm° forsan possiet suis manibus oblata eucharistiā recipere. Credibile vero est Christū in patina duodecim offascōsecrassē, & discipulos inde alij alijs porrexissē. (Hoc) Nō hie, sed hoc q̄ est p nomē demonstratiuū substantiæ, demonstrat enim non panem, non corpus, sed hanc substantiam, quam in manibus habebat. (Est.) Non dicit, apparet aut, significat, sed reuera est. (Corpus meum) Non corpus panis & quia hæc verba Domini

& Enoch in fine mundi reducantur ad fidē. [hymno dicto.] Erat mos iudæis ipsa die ante cœnā cantare psalmū. 112. vsq; ad mediū psal. 113. scilicet, nō nobis Dñe, non nobis. Post cœnā verò reliquū, ad finē psalm. 118. [exierūt.] Vt daret locum proditori, & ijs qui eū erant comprehensuri. [percutiam pastorem.] Fecit Christus vt bonus pastor. Cū videt leones & lupos, obijcit se illis: vt interim liceat ouibus fugere & dispergi. Ideo dixit. Si me queritis, finite hos abire. [in Galilæam.] Licet prius sit ab aliquibus visus, sed plenē in Galilæa visus est, de qua apparitione Paulus. Ioann. 18.
Glossa interl. [gratiās egit.] Inter aduersa. [sanguis meus.] Dedicator noui testa. [de hoc genimine.] Non bibā nisi nūc de mortalitate, & passibilitate, quæ sunt genimina humanę naturæ. [dispergentur oves.] ab vnitate fidei. 1. Cori. 15
Gloss. ord. [prima die.] Id est. 14. luna, nam 15. luna est crucifixus. [vbi vis.] Dñs domo carebat. Improbatur ergo edificatio superfluorū. [qui intingit mecum.] Humilitas notatur & patiētia magistrī, talem ad mēsam suā admittētis. [in paropside.] Vas est parū absidū, id est, parium angulorū, erat enim quadrāgulū. [melius fuisset si natus.] Nū dicit melius nō nasci diabolo, ad peccatū? An etiam bonū erat non nasci Christo per vocationē, vt nō esset apostata, per pditionē. [cœnantibus.] Ideo post cœnā instituitur Eucharistia, quia necesse erat veritatē post figurā sequi. Nos autem in reuerentiam sacramenti ieiunī māducamus. [gratiās egit.] Si Dominus pro culpa aliena flagellatus gratias agit, quid faciat seruus pro propria culpa flagellatus. [hymno dicto.] Hymnus erat ille psalmus, quo dicitur, edent pauperes, vel hymnus erat, illa precatio, qua pro se & suis Dominus deprecatus est, vt apud Ioannem habetur [in Galilæam.] Ioann. 14. 15.
Vt prædixit locum passionis, ita & resurrectionis, vt sicut passio turbauerat: ita resurrectio lætificet. [ter me negabis.] Diuersa verba Petri cogunt fateri, ter illum præsumptionis verba dixisse: locis etiam diuersis, & ter Dominum dixisse: quod ante galli cantum ter esset negaturus, & ter interrogauit, an se amaret, & ter ei commendauit ouium pastum. Lyranus. [apud te facta pascha.] Id est, para mihi locum & cibum. Videtur hic discipulus Christi, sed occultus. [nūquid ego.] Timeat ergo quisque sibi, quantumuis sit sanctus. [qui intingit.] Hoc loco non explicauit proditorem, edebant enim omnes, ex eodem vase, carnes paschales. [sicut scriptum est vadit.] Ita erat scriptum Isaiæ. 53. & Pii. Tho. Dd 5 Danic.

Danie. 9. [bonum erat ei] Minus malum erat. Licet enim non sit minus malum non esse, ratione pœnæ adiunctæ, est tamen ratione culpæ, quæ priuat bono infinito, ideo maius malum est esse cum culpa mortali, quam non esse simpliciter. [hoc est corpus.] Qui de nihilo fecit creaturas, poterit in alias, eas conuertere. [non bibam.] Prædicatur hic æternæ vitæ inchoatio. Quia panis quem ego dabo caro mea est, & qui ex hoc pane manducauerit habet vitam æternam. Igitur cum Sacramento iunxit vitæ immortalitatem, quam illud efficit. [hymno dicto.] Id est gratijs actis pro sacramenti institutione, & pro vitæ nouæ inchoatione. [antequam gallus cantet.] Matthæus dicit. Petrum ter negaturum, ante primū galli cantum. Marcus dicit, quod negauit ter, antequam gallus bis vocem dederit. Augustinus cōcordat. Quod dum esset Petrus in tertia negatione, gallus cantauit, & sic coepta est tertia negatio ante primum galli cantum, finita vero antequam gallus bis vocē dedisset.

Tunc venit Iesus cum illis.

Diuus Hieronymus. [Gethsemani.] Id est, vallis pinguisima. In qua iussit Christus discipulos sedere paulisper, & expectare redeūtem. Donec solus, pro omnibus oraret. [cepit contristari.] Verè contristatus est, vt veritatem assumpti hominis probaret. Sed quia passio tristitiæ non dominata est in corde christi, ideo dicitur, quod cepit contristari, tristatus verò est, non timore passionis, verterat enim ad patiendum. Sed ob miserum Iudam: scandalum discipulorum: reiectionem Iudæorum: euerisionem Hierosolymæ. Vnde & Ionas tristatus est, quod suum hederaceum tabernaculum periret. [vsque ad mortem.] Non propter mortem: sed vsque quo per mortem Apostolos sua passione liberet. [vigilate.] Non eos a somno excitat, cuius tempus non erat, imminente discrimine, sed excitat a somno infidelitatis, & mentis torpore. [procidit in faciem.] Humilitatem mentis habitu carnis ostendit. Dicitque blandiens. [mi pater transeat a me calix.] Postulat hoc non timore patiendi, sed misericordia prioris populi. Ne ab illis calicem bibat propinatum. Ideo non dicit, transeat a me calix: sed calix iste, scilicet, Iudæorum, qui in hac re excusationem non habent, cum legem habeat & prophetas, quæ me quotidie vaticinantur. [non quod ego volo.] Quod ex persona hominis trepidanter reuertat: ex Dei, si-

lijque, confirmat. [vt non intretis in tentationem.] Impossibile est humanam animam non tentari. Non igitur petant, ne tententur: sed ne inducantur in tentationem, id est, ne superentur ab ea. [caro infirma.] Dicitur hoc est contra temerarios: qui quicquid credunt, audēt. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus. [secundo orauit.] Secundo orat, vt si Niniue aliter saluari non potest, nisi aruerit cucurbita: fiat voluntas Patris, quæ non est contra voluntati filij. Ipso dicente. Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus: volui. [tunc venit.] Postquam tertio orauerat, vt in ore duorum aut trium testium, staret omne verbum: & postquam Apostolorum correctionem impetrauerat, vltro se interficientibus præbet. [surgite eamus.] Ne nos Iudæi velut timentes inueniant, surgite, & vltro pergamus ad mortem, vt confidentiam & gaudiū passuri videat. [dederat Iudas signum.] Iudas putabat Christum signa magicis artibus fecisse & transfigurari posse, vt in monte Thabor, ne ergo elabatur, signum tradit. [osculatus fuero.] Hoc est signum quod posuit Deus in Cain, ne quicumque eum inuenisset, interficeret. [amicæ.] Vel dictum est per antiphrasin, vel certè vt illud: quomodo huc amicæ in traisti non habens vestem. [amputauit auriculam.] Petrus amputauit auriculam serui (qui dictus est Malchus) dextrâ. Malchus, id est rex quondam Iudæorum populus, seruus factus erat impietatis, & deuotionis sacerdotum. Dexteram hic perdidit aurem, vt totâ literæ vtilitatem audiat in sinistra. Dominus verò, in his, qui ex Iudæis credere voluerunt, reddidit & dexteram, fecitque seruum genus regale, & sacerdotale. [conuertere gladium.] Et si non frustra gladium portat, is qui vltor dominicæ ire politus est, contra eum qui malum operatur, at qui gladium sumpserit, gladio illo peribit, qui igneus vertitur ante paradysum, & gladio illo spiritus, qui in Deo recensetur armatura. [duodecim legiones angelorum.] Non ego defensione. 12. Apostolorum, qui vti possum. 12. legionibus angelorum, erat legio sex millium hominum. 12. igitur legiones faciunt. 72. militia angelorum, in hunc numerum omnium hominum linguæ diuisa, de 12. legionibus fuit. [quomodo implebuntur scriptura.] Vide promptum animum, frustra propheta cecinissent, nisi Dominus sua passione vera dixisse comprobaret. [tanquam ad latronem.] Frustra cum gladijs quaritis eum, qui se vobis vltro proferat, & frustra

in nocte queritis, qui quotidie versabar in templo, sed potestas vestra in tenebris est: ideo noctu quaeritis. [hoc totum factum est vt impleantur scriptura.] Illæ, scilicet. Foderunt manus meas, & pedes meos, & sicut ovis ad victimam ductus est. Et in iniquitatibus populi mei, ductus est ad mortem, vt habet Ieremias.

D. August. li. contra Felicianum. capi. 15. [tristis est anima mea vsque ad mortem.] Non post mortem, cum beatitudinem spōdet societas Deitas. Mors ista pijs non iniuria, sed finis est dolorum, nec incipiūt eorum flagella, sed desinunt, deponūt enim onus fluctuatis materiæ, & authorem suum pleniori intelligentia cognoscere incipiunt. Idem ad Probam. de orando Deo. c. 14. [non mea voluntas sed tua fiat.] Cum dicit. Pater transeat a me, humanam voluntatē ex hominis susceptione tranformans, continuo subdit, non mea voluntas: sed tua fiat. Vnde non immeritò per vni⁹ obedientiam iusti constituuntur multi. Idem de salutar. b. docum. c. 64. [spiritus promptus est, caro infirma.] Caro nostra in malis vult potens esse in vigilijs, & abstinentia, se sentit infirmam. Idem de agone Christiano. ca. 19. [qui gladio percusserit] Id est, qui lingua discordiæ ecclesiæ percusserit eadem lingua concidetur, qui schisma facit, schisma patietur. Idem de quaestionibus vtriusq; test. missi. 104. Cur Dominus gladium parari iussit, & postea vsus gladij prohibuit? Parari iussit, vt intelligerent Apostoli, se præcium esse suæ futuræ comprehensionis, ad quam paratos esse volebat. Vsum gladij prohibuit: vt indicaret, quod & si vindicari se posset, nollet tamen. Aurem verò percussam restituit, vt hostes scirent, suam illi adhuc manere virtutem, & quod hostibus ab ipso dabatur comprehendēdi potestas. Petro verò datū est, vt dolorem faceret, non verò vt occideret. Reliquis Christianis, dempto iudice occisio vetatur. Idem contra Faustum lib. 22. c. 70. Moses Aegyptium percutiēs, non laudatur, sed sicut terra inutiles, sed grandes herbas profrens, deligitur ad culturā: ita Moses hoc peccatum admittens, quia peccatum erat signū magni animi, vt regeret Iudæos a Deo vocatur, sicut mons oleastris plenus, eligitur ad oliuas: ita Saulus malè quidem, sed ex zelo Christianos persequens eligitur in Apostolatum: ita & Petrus gladium educens, & Malchum percutiēs, a Domino minaciter cohibetur, sed post hoc peccatum factus est ecclesiæ pastor. Dominus verò vult neminem vti gladio, id est, neminem superiori autoritate

non iubente aut concedente, contra alium armari.

D. Greg. in psal. 3. pœnitentiæ. Aliud est ex ignorantia, aliud ex infirmitate, aliud studio peccare. Peccauit ex ignorantia Paulus ignorans enim inquit, feci. Peccauit ex infirmitate Petrus, qui ob mortis timorem negauit. Ideo post fletū a Domino respicitur. Peccauerunt studio Iudæi, qui inaudita miracula in Christo videntes, credere noluerunt.

D. Ambros. in c. 22. Lucæ, negant aliqui a Christo dolorē, licet dicat textus. [cepit pauere & tedere.] Ego nusquam magis eius pietatem, & maiestatem demiror. Pro me doluit, qui in se nihil haberet, quod doleret. Et sequestrata delectatione Diuinitatis ætate, tedio meæ infirmitatis afficitur. Suscepit meā tristitiam, vt mihi suam lætitiā largiretur. Ergo confidenter tristitiam nomino: quia & crucem prædico. Neq; enim speciem incarnationis suscepit, sed veritatem. Debit dolorem suscipere: vt tristitiam vinceret, non excluderet. Neq; habent fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnerum tulerint, quā dolorem. Christus sciens infirmitatem, vt in Iosue. 10. Iosue erudiuit nos, carcerem non timere: ita in se docuit mortem vincere. Quomodo enim eum imitemur, nisi mortuum, & vulneratum videremus? Quid mirum si pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit. Tediatur pro omnibus, qui pro Lazaro illachrimat. Ibi sororum Lazari tangitur fletu: hic verò alto operatur affectu, vt quia in carne sua peccata nostra perimebat, mororem quoque anime nostræ, suæ animæ morore aboleret. Fortasse etiam dolet, quia post Adæ Lapsum est nobis moriendum. Deus enim mortem non fecit: nec latatur in perditione viuorū. [transefer a me.] Tanquam homo mortem recufans: tanquam Deus suam sententiam seruans. Oportet enim mori nos seculo: vt resurgamus Deo. [non mea voluntas: sed tua.] Suam voluntatem ad hominem retulit. Patris ad Diuitatem. Non enim alia voluntas Patris & filij. Vna enim Diuinitas: ergo vna voluntas. Disce Deo esse subiectus: vt non quod ipse vis eligas: sed quod Deo scias esse placitum. [tristis est anima.] Non pro sua passione: sed pro nostra dispersione, quia percutiam pastorem: & dispergentur oues. Tristis etiam erat pro persequutoribus suis, quos pro tam immani sacrilegio, sciebat pœnas esse duros. Nam dicit, ne statuas illis hoc peccatum, ne exitialis populo esset passio sua: quæ esset omnibus

Ioan. 6.

Psal. 21.
Isai. 53

Iere. 53

Ione. 4.

Psal. 39.

Deutero. 17

Roma. 5

Generi. 4

Matthæ. 23

Lucæ. 22

Ione. 4.

Generi. 3

Ephes. 6:

Exod. 2.

Acto. 9.

1. Timo. 1

Iosue. 10

Ioan. 11:

Sapientia

Zachar. 13:

omnibus salutatis. [*Iuda osculo filium.*] Significauit suam diuinitatē, quæ proditiōne non ignoraret, & ostēdit disciplinā virtutis, quæ adhuc patientiā non deserit. Tradis verò filiū hominis, qui cū esset filius Dei, filius hominis esse voluit, & osculo tradis. Pacis, scilicet, in instrumento mortē irrogas. Seruus Dominū: discipulus magistrū: electus authorē. Vtiliora ergo sunt vulnera amici, quā oscula inimici. Sed pacifico dicimus. Osculetur me osculo oris sui. Dñs verò osculatus est eū, vt plus efficeret proditorē, cui amoris officia nō negaret. [*comprehenderunt eum.*] Dominum mysteria, non arma tenuerūt. Vno enim verbo oēs ceciderūt retrorsum, quorsum igitur legiones quorsum exercitus, si vno verbo terret. [*amputauit auriculam.*] Sciēs quia Phinee reputatū est ad iustitiā, quod fornicātes percussit. Dñs verò cruenta vulnera detorsit, mysteria subiecit. Vt Israel seruus principis mūdi, non ex cōditione, sed ex culpa, auris suæ vulnus exciperet, quia non audisset verba sapientiæ. Certē omnis qui facit peccatū seruus est peccati, nā in iniquitatibus vestris venditi estis. Vel etiā Petrus docuit, quod aurē in specie nō deberent habere, qui in mysterijs nō haberent. Sed bonus Dñs restituit aurē, docens, si conuertatūr posse sanari. Omne enim peccatū fidei mysterijs abluitur. Tollit Petrus aurē, quia ille clauēs habet regni, quibus absoluit, condemnat, tollit aurē malē audientis, malē intelligentis, caueamus, ne alicui auricula tollatur. Sed tactu dextere Christi sanatur auris, non medicamento, sed tactu. Agnoscit limus operatorem suum, & manum Domini operatricem caro sequitur. Sic alibi cæco visus. &c. infunditur.

D. Chryso. homi. 84. [*sedete hic.*] Dimisit discipulos, qui non libenter ab eo discedebant, vt oraret. Solebat enim solus orare, dimisit verò illos ne caderent, assumpsit verò eos qui transfigurationi fuerant præsentēs. [*dicit Petro.*] Specialiter eū pūgit, qui fortius promissit, sed ad oēs loquitur, qui dicebant, se velle cū eo mori, nunc autē nec cū eo tristatur, sed à somno vincitur, ipse verò intētius orat, & ne hæreticus diceret eū tristitiā simulasse, ideo orando etiā sanguinē sudauit. [*ne intretis in tent.*] Eos ab arrogantia remouet: quam prius ita iactauerant, tristis eos mētis, & humiles hortatur, Deo totū attribuāt, mitigat tamē corū reprehensionē, dicens. [*spiritus promptus est, caro infirma.*] Id est, si mortem contēnere volueris, nō poteris tamē, nisi Deo porrexerit manū. Cū carnalis abhorreat sen-

sus. [*orauit tertio eundem ser.*] Cōfirmatū vult esse eū hominem. Nā quod scriptura testatū esse vult, bis tertioq; repetit, vt somniū Pharaonis ostēdit; Cū autē tertio veniēs inuenisset dormiētes, nō increpauit, ne magister erret: sed recessit. [*dormite iā.*] Nō veltro ego auxilio. [*tradetur in manus peccatorum.*] Quorū hæc culpa erit, nō Christi. [*cum fustibus & armis.*] Hæc erant sacerdotum instrumenta, [*quem osculatus fuero.*] Cōfidebat de bonitate & lenitate magistri. Quā ergo poenā meretur, qui tam lenem prodidit magistrū? Nota, quod tenebris inuoluit oculos eorū. Nā cum laternas & lāpades afferrēt, eū non nouerūt, inquit enim quē queritis? Cū ergo potentiā ostēdisset suā, permisit se eis. Cū de homi. 85. [*exemit gladium.*] Petrus hic ardentissimum suū monstrauit animū. Sed quare permisit discipulis gladiū: certē quia pullos e nido emittebat, vt per orbē prædicarent, docebatq; eos proprio studio vt, licet in memoriam eis reuocaret, quod quando misit erant sine sacco, nihil eis defuisset. [*conuerte gladium.*] Vide & Petri feruorem, & animi obedientiam, iussus enim in eo feruore, gladium in vaginam reuocare, obtemperauit. Consolatur verò discipulos, & Iudæorum supplicio, quia qui gladium exemerint, gladio peribunt: & quod libenter patiebatur, dicens, possum rogare Patrē. &c. [*legiones angelorum.*] Si vnus angelus fat fuit occidere centum octoginta milia: qui legiones angelorū facere possent? Sed inquit. [*quomodo implebuntur scriptura.*] Cur vos illis repugnatis. [*tanquam ad latronem.*] Quot modis eos exsuscitat? supinos eos proiecit, autem restituit, interitum eis comminatus est, quia gladium exemerant, nunc permissione sua se comprehēdi docet, nam cum in templo sapius fuisset non potuerant comprehendere. Discipuli verò videntes eum sponte se tradere, & scripturas ita prædixisse, relicto eo fugerunt.

Origenes. Homilia. 35. [*exiit in villam.*] Quærens locum orationi commodiorem, melius enim est cum nullo orare, quam cū malis orare: fugiat ergo oraturus confortia malorū, si de iactantia tamen, alioqui vt Pharisæus ille erit, qui publicanum contemnebat. [*cæpit pauere.*] Videbat enim in spiritu quod fremerent contra se reges terræ, & principes conuenissent in vnum. [*cæpit pauere.*] factum est in Christo initium tristitiæ, non enim de passione tristatus est, sed vt ostendat discipulis suis magna de se æstimantibus, quod licet spiritus promptus sit, caro

Gen. 41

4. Reg. 19

Luc. 18

Psal. 11

caro tamen est infirma: cui nunquam esset fi dendum, sed de ea semper timendum, incauta enim confidentia iactantiam parit: sed infirmitatis timor ad Dei auxilium confugere facit. Christus ergo tristatur, qui erat nostra infirmitate circumdatus, & nostram carnem & sanguinem participans. [*tristis est anima mea vsque ad mortem.*] Id est, principium tristitiæ tantum vsque ad mortem durabit. [*si stinere hic.*] Gratia est vos laboris mei participes efficere: ad quā reliquos discipulos nō vocaui, sed vos, & vos etiā hic manete, vt vnusquisque in suæ vocationis gradu consistat, omnis enim gratia quauis magna, habet tamen superiorem. Item adduxit tres illos, vt viderent in quo sita sint vires hominis, scilicet, in oratione, vt prostratus cadas in terram, auxilium à Domino petens. [*cecidit in faciem.*] Quia pretium exaltationis humilitas est, non enim exaltatur à Deo, nisi qui se humiliat propter Deum. [*transseat à me.*] Proprium fidelis est nolle pati dolorem, maxime ad mortem: si verò sic voluerit Deus, acquiescere voluntati Dei contra suam. Secundo intelligitur, quod quia Christus diligebat Iudæos, vt ramos bonæ oliuæ, videbat que eos acerbissime puniendos ob passionem quam Christo procurabant, ideo dicit, transseat à me passio, videns tamen eam orbi profuturam, dicit, non quod ego volo, quasi dicat. Si sine passione meā bona mundo prouenient, transseat passio, sin minus, fiat voluntas tua. [*vigilate.*] Dum Christus est cum discipulis, non dormiunt, vbi verò progreditur pusillum, statim dormiunt, oreinus ergo ne progrediat a nobis, sed a nobiscum sit vsque ad consummationem seculi. [*ne intretis.*] Id est, ne cadatis in tentationem. [*spiritus promptus est, caro infirma.*] Id est, vos qui sancti estis orate ne cadatis, vos qui habetis spiritū promptum, & carnem mortificatam: qui calligatis corpus vestrum, in quorum infirmitate virtus perfecta est, qui nunc potentes estis, quia infirmi estis, ij enim sollicitiores esse debent ne cadant. [*transseat à me calix.*] Si enim non bibo calicem, & non transito à me, non etiam transibit ab hominum genere. Dicit verò, si fieri potest, nō quo ad potentiam, huic enim omnia possibilia sunt, sed quo ad iustitiam. Si enim ipse calicem non bibisset, non transissent a nobis poenæ peccatis debita, nos bibissemus calicē illum vini meri, qui inebriaturus est omnes gentēs, vt insaniant & cadat retro. Mortuus est, vt transiret à nobis in ca mors: ita bibit calicem, vt transiret a nobis,

Luc. 14

Roma. 11

Matth. 28

Jerem. 25

[*dormite iam & quiescite.*] Non est hoc prioribus contrariū, vbi Dominus reprehendebat discipulos quod dormirent. Prius enim necesse est orare, & vigilare, post labores verò sequitur somnus cum requie. De hoc somno inquit Salomō. Si dormieris, suauiter dormies, & Dauid, qui iurabat se non daturum somnum oculis suis, donec inueniret locum Domino, significabat, quod cum inuenisset, cum requie dormiturus esset. [*venit hora.*] De qua ad matrem suam dixit, non dum venit hora mea. [*tradetur in manus peccatorum.*] Vtinam solum tuē traditus esset, nam & nunc traditur, cum iustus se tradit peccatis & vitijs. [*ecce appropinquat qui me tradet.*] Iam propinquabat Iudas sed non Christo, ab eo enim longē erat. Longe enim a peccatoribus salus. [*turba multa.*] Multi veniunt, ne elaberetur ab eorum manibus Dominus, quem magis artibus & in Beelzebub, credebant elaberendum [*quem osculatus fuero.*] Dubium est, quā causa datur signū hoc: certum enim est Christū sepiissime visum ab his qui comprehēsi eū venerant. Si sepiissime eum viderāt, quibus sum quærit signū ad eū cognoscēdū? Ratiō quaedam dicit, Dominum non semper se vnico hominibus aspectu mōstrasse, sed quæque eum pro meritis videbat. Sicut manna cuiq; sapiebat pro mētibus eā ratione fuit signum necessarium, in nō necesse fuit, quod ipse querens quē quererent, diceret. Ego sum. [*osculatus est.*] Voluit enim reuerentiam mōstrare magistro, & item voluit ea affectatiōe eum securum reddere, quem credebat etiam rū; si vt hostem esset aggressus. Ita etiam huc mali & heretici Christi osculo & blanditijs tradit [*amicæ ad quid.*] Quos Dñs hoc nomine, amice, nominauit, malos esse videm. Ita nominauit carentē veste nuptiali, & in quo ex denario diurno conenerat. [*non mit gladium.*] Nō duntaxat euāgelicā, nec patē quā Christus dat, intelligēs, sed ceteros vt posse veteri lege que vitione de iudicis capiebat, gladiū exemit. [*antrahit.*] Scilicet, dextrā vt iā Iudæi in iudæis gladius solā audiat: nō veritate. [*gladio peribunt.*] tumultuosi homines in quibus in fouea, quam faciunt, & cōueritur dolor in caput eorum. [*legiones angelorum.*] Sūt ergo militiæ in celis, cōtra principatus & potestates dæmonū in terris, ita Lucas dicit, apparuit multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & Iacob vocauit castra Domini, & circa Elisæum castra visa sunt. Porro filius Dei secundum naturam Diuinam, non eget angelis: ipse

Prouerbi. 3

Psal. 131

Ioan. 21

Lōge est Dominus ab im pijs. Proue.

Matth. 22

Matth. 20

Exod. 21

Psal. 7

Luc. 1

Genesi. 32

4. Reg. 6

eo potius egerit.

Euthymius. [*maestus esse.*] Permisit enim naturæ pati quod suū est. [*vsque ad mortem.*] Tristis sum sicut in morte. Vigilate ergo mecum consolationis gratia, ut moris est in afflictionibus. [*calix iste.*] Humanum timorem ostendit, mortem verò vocauit calicem. Orat vero secundo & tertio, quia semper conuenit orare, & non deficere. Quæres unde nouerit Matthæus quod Dominus tertio orauerit. Videtur Dominus eam rem docuisse illis quadraginta diebus ante ascensionem. [*surgite eamus.*] Id est, occurramus eis, libenter ergo ad mortem egrediebatur. [*vnus de duodecim.*] Non id tacet Matthæus licet sit Apostolorum dedecus. Vbi que enim veritati intendit. [*amice.*] Etiam cum traditur curam habet sui traditoris. [*ad quid.*] Legi potest, ad quod venisti, id est, operare id cuius gratia venisti. [*amputauit auriculam.*] In signū quod Iudæi carerēt aure, ad prophetias, quæ de Christo erant, audiendas. Mirum verò est cur ob amputatam auriculam, non omnes Apostolos trucidauerunt. Sed ea Christi virtus quæ eos retrorsum cadere fecerat: quæque eos ne eum agnoscerent excæcauerat: nunc etiam ne discipulos lædât, ligat. [*tanquam ad latronem.*] Probabile est, prius venisse cohortem ad Christum comprehendendum, quam sequebantur principes sacerdotum, ut Lucas ait. Idque Dominus dixit & his, & illis.

Ioan. 18:

Diuus Hilarius cano. 31. Non Deitas metuit, neque metuit ob mortem, sed metuit negationem Petri, Iacobi, Ioannis, metuit ne Deum cæsum, cõsputum, abnegent, quoniã prius in gloria vidisset. Ideo dicit. [*vigilate.*] Sciens eorum fidem esse sopiendam. [*transseat a me.*] Profectò quia Sacramentum passionis prefinitum erat, non erat possibile se non pati, nec ipse volebat se non pati, qui ad patiendum venerat. Sed rogat, ut quomodo ipse calicem bibebat: ita & fideles biberent, sine sensu doloris, sine metu mortis. Quia vero id carni & sanguini difficile est: ideo subiungit. [*si possibile est.*] At velle Christus suã firmitatem in apostolos transire. Sed ait, nõ quod ego volo, non ergo rogat ne patiatur. Sed ut per eos diabolus vincatur. [*spiritus promptus est.*] Nõ de se dicit, sed de illis. Transire vero calicem rogat, quia nisi illum bibat nõs pati nisi ex eius passione nõs possumus. [*ex inuenit eos dormientes.*] Absentiæ suæ tempore, significat, plures quodam fidei somno detinendos. [*dormite iam.*] Post discursus & recursus dormire cõsuebat, & quiescere ex-

Matthæ. 16

pectans securus voluntatem Patris. Ut qui bibens calicem infirmitatem nostram & timorẽ mortis absorberet. Et nota, quod dormientes primum obiurgat, secundo silet, tertio, dormire iubet. Quia post resurrectionẽ disidentes inueniens reprehendit, secundo misso Spiritu sancto, grauatos oculos ad conuendam Euangelij libertatem uisitauit. Tertio claritatis suæ reditu securitati eos restituet. Idem cano. 32. [*osculatus est eum.*] Osculum inimici non respuit, ut discamus inimicos nostros diligere. Nota. Dedit Iudæ facultatem traditionis, cū dixit. Quod facis facito. Alioqui contra Christum Iudas nihil posset.

Diuus Thomas. [*in villam qua dicitur Gethse.*] Veniebat in eum locum, quasi ad spatiandum. [*donec uadam illuc & orem.*] Ita Abraham, expectate hic, cum asino. &c. Orat verò, ut doceat, in tribulatione esse recurrendum ad Dominum. Ad dominum enim cū tribularer clamaui. Orat etiam, ut doceat, se esse à Patre, ego enim inquit, à me ipso habeo nihil. Quia vero oratio debet esse humilis, ideo Christus descendit in uallein, & quia debet esse deuota, descendit in Gethsemani, id est, locum pinguedinis, & quia debet esse solitaria, ideo solus orauit. [*assumpto Petro.*] erant enim hi tres firmiores, & quia uiderant gloriam. Ut ergo uiderunt quod illa non absorbet infirmitatem: ita nec hæc infirmitas gloriam. [*maestus esse.*] Ex Damasceno, quia naturale est animæ uelle esse cum corpore, quare & dolet, si ab eo separetur. Quod verò Hieronymus & Hilarius dicunt Christum non fuisse tristatum suæ mortis causa, habet intelligi, quod non tristabatur de ea, ut erat nostra redemptio, sed quia erat res de se tristis. Porro tristitia Christi non est ut nostra, nostra enim turbat rationem: insurgit nobis nolentibus, non etiam in Christo, ipse enim suam tristitiam assumpsit, ratione immota. [*vsque ad mortem.*] Post mortem, anima glorificabitur. [*progreffus pusillum.*] Non separat se multum, prope enim est inuocantibus eum. [*procidit in faciem.*] Oratio debet humilis esse, oratio enim humiliantis se penetrat nubes. [*Pater mi.*] Singulariter, quia est Pater eius per naturam, nõster per adoptionem, quod notatum est cum dixit. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrum, aliter enim meus aliter uester. [*non mea uoluntas.*] Duæ ergo in Christo uoluntates. Diuina, eadem quæ Patri, & humana, qua naturaliter refugiebat mortem, sed eam uoluntati sub-

Gene. 22

Psal. 119.

Ioan. 8.

Psal. 144.

Eccle. 35.

Ioan. ultim.

debat Patris sui. [*dicit Petro.*] Tam grauis Petri somnus, casus eius præfagiũ fuit. [*spiritus promptus est.*] Et ideo licet pro spiritu necessaria oratio nõ sit: est tamẽ pro carne, quæ infirma est. In bonis spiritus proptus caro infirma, in malis utrũque est infirmũ. [*si non potest fieri.*] Id est, si nõ potest fieri ut passio trãeat à me, & à mēbris meis, fiat uoluntas tua, ut facerẽ uoluntatem tuã. Deus meus uolui. Porro ter orauit ut nos à malis præteritis, presentibus, & futuris liberaret, & docuit orationẽ nostram esse ad Patrẽ, Filium, & Spiritũ sanctũ dirigendã, unde orationes ecclesiæ finiunt in gloria Patri. &c. & ut trina oratione, trinã Petri negationẽ mundaret, & demum cõtra tres concupiscentias quæ sunt in mundo, ter orat. Et dedit modum correctionis Prælatis: ut taceant, si ex infirmitate peccare cognouerint, ita enim tacuit Christus cum tertio uideret illos dormientes. [*dormite.*] Quia laboraturi estis. [*surgite.*] En quam promptus est, ipse enim hostibus occurrit, & dixit surgite, quia iam aliquantulum dormierant. [*ecce Iudas.*] Id est, cõfitens, quidã enim sunt qui cõfiterentur se nosse Deum, sed factis negant. [*vnus de duodecim.*] Nemo ergo confidat de statu, qui enim stat, uideat ne cadat, & item, nõ ne 12. uos elegi, & vnus ex uobis diabolus est: [*missi à principibus.*] Impletũ ergo est, astiterunt reges terre, & principes conuenerunt in vnũ. [*osculatus est eum.*] Simile fecit Ioab, qui osculo interfecit Amasam, ergo loquitur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorũ. [*amice.*] Quia quãtum est de se, cū his qui oderunt pacẽ est pacificus. [*amputauit auriculam.*] Quo significata est abscisio regni à populo Iudaico, & quod Iudæi erant habituri aures ad audiendũ temporalia, quæ sunt sinistra: non uero spiritualia, quæ sunt dextra. [*gladio peribunt.*] Licet non pereant gladio alieno, pereunt suo, & item pereunt gladio Diuinæ condemnationis. Intelligitur tamen de his qui gladio occidunt propria auctoritate. [*12. legiones.*] Faciunt septuaginta milia. Tot uerò fuerunt linguæ in mundo, sensus est. Si omnes linguæ contra me insurgent, defenderer ab angelis. [*ut adimplerentur scripturæ.*] Non hæc facta sunt, quia ita erant scripta: sed scripta erant, quia ita erant futura. [*relictũ eo fugerunt.*] Ut impleretur illud de reliquerunt me amici mei.

Psal. 39.

1. Ioan. 2.

1. Corin. 10.

Ioan. 6:

Psal. 2.

1. Reg. 10.

Psal. 17.

Psal. 119.

Psal. 37:

Simon Casien. li. 13. ca. 23. [*uenit in uillam Gethse.*] Venit in hortũ deliciarum, qui pati pro hominibus & mori delicias esse putauit. In hortu Adã capitur & ligatur à diabolo,

in hortu Christus à Iudæis. Ingressus Christus in hortũ, id est, ecclesiã, quæ est hortus cõclusus, ingrediamur nõs cum eo, ut cõcludamur sãp. bus angelorũ, & præceptorũ Dei, habent delicias pagani: sed non conclusas, habet pij, sed limitibus clausas, omnis enim uirtus cõclusa est, uitia patent, hortus cõclusus fuit status iustitiæ originalis, tũ lex Mosaicã. Sed in hoc hortu alium fecit Deus hortum ecclesiæ suæ, in quo nemo natus per carnem saluatur, nisi renatus per spiritũ. Idem. ca. 24. Ioan. 3. In hoc hortu orat Christus ut transeat calix, ita & sponsa orat, ut si surgat aquilo recedat: perflet uero auster hortũ suũ, ut uidelicet uentus ille aduersus, si uenerit fugiat: per se uero gratia Spūs sancti, licet etiam dici possit, quod spõsa petebat a quilonis tribulationes, dummodo Spūs sancti, id est, Austri flatus assisteret, multa enim bona tribulatio ingruens docet. Certè latet quisq; sibi donec eũ tribulatio tẽtet. Est & anima hortus in quẽ, sponsum spõsa inuitat dicens ueniat dilectus meus in hortũ suũ. Cui ille respõdit, ueni in hortũ meũ, melli myrrhã meã, quia doluit vsque ad sudorem sanguineũ, addit comedi fauũ meũ cum melle meo, id est, dulces mihi apparuerunt fructus bonorũ operũ, quos in hortu mihi dedisti. Idem. c. 25. ubi flatus est Spūs sancti uilla est Gethsemani, id est, pinguis, ea pinguedine qua bene dicitur Iacob, & Esau. Pinguedo uerò est exuberans operatio Spūs sancti, quæ gratia flate procedit. Et Asser habet panẽ pingue, qui est corpus christi, est igitur deuotio pinguedo, quã qui cupiunt habere, nõ se aliorũ gubernationi implicent. Non enim arbores pingues imperare cupiunt: sed steriles, ut habetur Iudicũ. 9. Et c. 26. [*assumpsit Petrum.*] Qui in agonibus magnis cõstitutus est, tria debet habere, lumẽ fidei, id est Petrũ, supplationẽ uitorũ, is est Iacob, & assistentem gratiam Spūs sancti, is est Ioãnes. Habeat lumẽ fidei, ut legem Dei, uirtutes, uicia, artes dæmonis, arma militiæ norit. Habeat supplationem, ut se ipsum, ut nocentissimum vincat inimicum suam supplantet fragilitatẽ, pigritiam, naturã, nisi enim oderis animam tuam, non eris Christi discipulus. Habeat denique gratiam. Vt enim sine Dei uerbo nihil factum est: ita neque sine eius gratia bonum ut oportet fieri potest. [*cepit contristari.*] Damnantur Philosophi dicentes, non licere tristari, tristatur, ut per tristitiam puniretur mala Adami læticia, tristabatur pro Patris iniuria & præterita & presenti, & futura, & quia filius Dei iniuste

Ioan. 3.

Canti. 4.

Canti. 5.

Gene. 4.

iniuste occidebatur, & quia tractabatur pietas vt impietas, probus vt latro. Perfpiciebat omnium hominū delicta, pro quibus diluēdis debebat animo acerrimē triftari videbat hominum ingratitudinem pro qua potius quam pro poena confodiebatur. Triftabatur vnus fpiritus pro omnibus dolēs qui tam breui fpatio ad emendam tot millium obligabatur annorū, videbat enim tunc omnium temporū delicta eorū quantitates, & qualitates: lucidiffimē & apertiffimē, pro his triftabatur, & hac triftitia magnitudinem ostēdebat: amoris, quod lætitia pro nobis triftaretur, nemo enim triftatur, nisi pro damno dilecti. [Vsq; ad mortem.] Id est, vtique quo mors Christi mortem absorbeat hominum, quæ hætenus defæuit in homines. Serpens ergo deuorauit serpentem, & impletum est, quod absorpta est mors in victoria. Mors, scilicet, peccatorum in victoria Christi, mors igitur corporis Christi mortem absorbit, & corporum, & animorum nostrorum. ¶ Idem ca. 28. Quia verò triftatur Christus vsq; ad mortem obligauit vos, vt potius parati simus nostram mortem sustinere, quam virtutis actiones relinquere, Christi enim pro nobis ideo sacrificium vespertinum dicitur perfecisse, id est, sacrificium mortis suæ. Nos ergo matemur nostras voluntates Deo, hæc enim sunt sacrificia Christianorum, sicut sunt pecudes sacrificia gentium. ¶ Idem capi. 29. consideremus ergo cur Sol per triftitiam ecliptetur, cur lux obtenebretur. Id enim Dominus nos aduertere iussit cum dicit. [sustinete hic.] Non vt mihi præsidio sitis, qui scandalum estis passuri, sed vt res tantas intelligatis significat etiam illud sustinete hic, ne in repentinis casibus tēdio vincamur, & etiam, vt sustineamus & expectemus: licet enim Christus à nobis absens sit corpore, præfens est tamen Diuinitate, Sacramento, potestate, dilectione, & etiam expectemus, licet non illico in oratione detur, quod rogamus, rectè dictum est. Præpara animam tuam ad tentationem, & sustine, & item coniungere Deo, & sustine. ¶ Capit. 30. [progressus pusillum.] Scilicet, quantum iactus est lapidis, vt nūquam ita ab aliquo Christus elongetur, quam cor lapideum hominis, etiam peccatoris, ad ipsum non possit, si vellit conuerti, huiusque profundissimæ orationis particeps fieri. Porro Christus separatus ab omnibus oraturus, docuit: tempus esse orandi cum pluribus: tēpus etiā esse singulariter orandi: vbi & orans orantem non sentiat. ¶ Capit. 31. [procidit in fa-

ciem.] Vt indicaret corpore, qualis erat mētis cōsistentia, & procidit super terrā quia terrā venerat ipse cœlestis erepturus: & finē venerat imponere maledictiōi quam terrā Deus maledixerat, & demum terram cœlo inferre contendebat. Quod autem alius dixit [possitis genibus orabat.] Regulā docuit, quod qualis cuiusuis est anima, talem ostendit corporis gestum, humilis anima, inclinat corpus, casta, corpus refrenat, larga, omnia proximis tribuit. Monuit hac positurā Dominus, quid in agonia facere debeamus. [si possibile est.] Explicatur ab alio Euangelista. Pater mihi si vis, eadem enim in Deo est voluntas atq; potentia. Inquit igitur ratio pro sensualitate rogans. Scio consilium tuum esse æternum vt moriar. Sed scio etiam opera mutari, consilio manente, inquirō an & opus mortis mutari possit. Sed conclusio est, vt nostra petitio in Diuina voluntate claudatur. ¶ Capit. 32. Si verò voluntas nostra sensualis est, aliquid sibi contra Dei voluntatem retinens, tunc non solet in oratione exaudire, hæc enim nubeseit, de qua dicitur. Opposuiti nubem ne transeat oratio. Consultius ergo est non exaudiri aliquando eam voluntatem. Sicut consultit medicus ægro, quādo ei aquā negat, quam optat. Nos enim neque quod oremus scimus. ¶ Capit. 33. Porro ter Dominus orat, vt magis doceatur firmitas spiritus, Deo se omnino subdentis, quam carnis infirmitas, calicem passionis repugnantis. Ter verò rogans significauit quod patri fundebat orationem, & Filio, & Spiritui sancto. ¶ Capit. 34. Quod verò inuenerit Dominus dormientes, illos qui tam confidenter se iactabāt pro Domino morituros, docet multos in pace fortiter bellare, at cum instat bellum, pallent facies, timet animus, bellum deseritur. [non potuisti hora vna.] Christus promptus membra reprehendit debilia, & passionum, tolerantiaque ostendit breuitas. Simulq; docetur, quod potentiam ad vigilandum acceperat Petrus, & omnis Christianus. Alioqui non reprehenderetur, quod non vigilaret. Et certè hora est, & instans quod viuimus, imò totum mundi tempus si ad æternitatē referatur. Cur ergo in hac breui hora non vigilamus? Quid verò est quod ita in terrenis vigilamus: ita dormimus in cœlestibus. ¶ Capit. 35. [vigilate & orate.] Oratione docet, quia ex ipsa, in ipsa, & cum ipsa tota virtus crescit, & inualefcit, & tētationis auertit introitum. [spiritus promptus caro infirma.] Et ad Christum, & ad discipulos referri potest, in Christo

sto enim caro erat infirma, quia eam ipse timori & passioni subdebat. Promptus erat animus Apostolorum, quia ita decreuerāt mori cum Christo. Promptus verò est spiritus, qui paratus est Deo seruire, iuxta illud. Paratum cor meum Deo, paratum cor meum. Carnis infirmitas in nobis est, tēdium virtutum, cupiditas insatiabilis deliciarum. [inuenerit eos dormientes.] Oportet orationem intermittere pro vtilitatibus proximorum. Dormiunt verò illi, qui vitam erant negaturi ita vnum malum alterius præfagium est. [erant oculi eorum somno grauari.] Oculi nostri sunt timor & amor, hos grauat somnus sensualitatis, aut onus iniquitatis. Id dicit psaltes, iniquitates meæ sicut onus graue grauatæ sunt, & Ionas quia fugiebat à Deo graui sapore tenebatur. [ignorabat quid resp.] Ignorat enim respondere, qui deliquisse conuincitur. [orauit tertio eundem sermonem.] Quia habebat eundem animum. ¶ Capit. 38. factus est sudor eius, miraculosus fuit sudor, non naturalis. Sudat præfagiens quantum sanguinis esset in cruce fufurus. Sudat in corpore, vt ostendat quæ esset agonia in anima. Sudat, vt orationem tunc efficacem ostendat, quādo per sanguinem fit lesu. Sudat, vt amorem suum super naturam esse indicet, quo aquam in oratione fundit & sanguinē. Sudat, vt ostendat laborem suum & æstum, ex his enim homines sudare solent. Sudat, quia vicinos morti sudor inuadit. Sudore etiam solet debilis & infirma natura sanari: ita sanatur nostra natura Christi sudore. Sudor etiam hic futuræ martyrum denotat passiones. ¶ Capit. 39. quindociēs hodie Christi genua flectit, duodecies, cum. 12. Apostolorum lauat pedes, ter coram patre, & equidē cum eius petitio non fuerit admiffa, vilis Christi visus est, sed ipse petijt, ne admitteretur. Sudauit verò super terram, vt terra infœcunda & sterilis, cœlestem partum redderet plasmatori, & signū erat sanguis decurrens in terram, quod animam suam Christus profundebat in humanam naturā, nam anima in sanguine est, nostra verò natura terrea est. Durum verò bellū gerebatur in anima Christi, ex cuius visceribus sanguis tā latē manabat. Corpore enim tenebatur Christus, vt significaret quæ gerebantur in mente, & sanguis fufus est: vt melius clamaret, quam Abel. ¶ Capit. 40. [apparuit Angelus.] Certum ergo est, quod Angelum Deus mittat de cœlo, quo confortetur animo, qui in labore succumbit, & tatur id tota congeries Martyrum. Accipit ergo

Christus confortationem in se ipso pro membris, timorem à nobis auferens, quod nobiscum in agone certat altissimus. Vnguentū enim descendit ex capite in barbam, verba verò Angeli forsā fuerunt, de paterno amore, de certa victoria, de breui tormēto, de immenso fructu, &c. Loquitur verò Angelus Christo, non vt comprehensori, sed vt viatori. [Dormite iam.] Indulget saluator infirmæ materiæ, sciens quia puluis sumus, ipse enim nouit figmentū nostrum, & quod corpus aggrauat animam. Post aliquātum quietis dicit. [sufficit.] Licet enim nihil cupiditati sufficiat, sufficit tamen naturæ etiam modicum, sufficientiæ verbum, omnem superfluitatem condemnat. Cauendum vero est ne sub necessitatis vexillō nosturpiter delicia inuoluant. ¶ Capit. 42. [venit hora.] Homini, non Dei, Christus non habet horam ex forma Dei. Sed ex forma hominis hora suā est hora mortis, & suā ostendendæ virtutis. Beatus verò homo, qui in agendis non præuenit horam: sed quando venit hora eius paratus est, prætereunt horæ, non reuertuntur, & qui eas cum culpa pertransit, Christus cum per omnem ætatem opportunas horas benè collocasset, hanc vnā horam suā non prætermisit, ideo dicit, venit hora, ne eā prætereamus. Væ præterit nobis hora exercendæ virtutis, nihil agimus. ¶ Capit. 43. [surgete eamus.] Vbi constat quæ sit Diuina voluntas, quicquid sit, aggrediamur. Solet enim plus audacia valere, quam arima, & ex audacia nostra sæpè laborū reprimatur conatus. ¶ Capit. 44. Cum fustibus, nihil relinquit malicia necessarium, vt Christum comprehendat. Sed eos Christus aggreditur. Contra enim vehemens amor cuncta pericula. Portant verò ligna in præfagium sui futuri in inferno incendij, reuixit in eis Caini malicia, qui fratrem ligno necauit. ¶ Capit. 45. [cum lanternis & facibus.] Contra lucem hi afferunt lucem, & certè sicut faciem Moyfi viderent illi non poterant, præ fulgore: ita & faciem Christi velatam sua humanitate illi ministri videre non poterant, aut certè non volebāt. Porto quibus peccata sunt nimis cognita, & qui sunt velut exempla peccatorum faeces sunt accensæ in malum, qui verò peccatum occultant, vt postea impleant, hi lanternæ sunt. ¶ Capit. 46. [misi a sacerdotibus scribis, & senioribus.] Vt pateat ratione dignitatis, scientiæ, aut ætatis non deesse vitium: nec adesse virtutem, eo verò perniciosior est iniquitas, quoad eius effectum plures

Exod. 7

1. Corin. 15

Psal. 140.

Eccle. 2.

Ibidem:

Psal. 118.

Psal. 37.

Threno. 3.

Roma. 8

Leuit. 17.

Genesi. 3.

Hebræ: 12:

Psal. 132.

Psalm. 102.

Sapient. 9.

Genesi. 3.

2. Cor. 3.

res conueniunt. ¶ Capitulo. 47. [*osculatus est eum.*] Nec uiuificata est anima Iudæ, ex tactu vitæ, qui est Christus, non ergo sanctificantur qui sacramentaliter corpus Domini & sacramenta suscipiunt, nisi adsit mentis integritas. [*osculo filium hominis.*] Suauiter increpat proditorem, ubi nullus est scelerior quam qui sub velamine virtutis prodit. Iunguntur verò Iesus & Iudas, origo bonorum, & sentina malorum. ¶ Capitulo. 48. [*quem queritis.*] Si ita Dominus se obtulit inimicis, quid faciet amicis? si se proditori, quærenti eius animam, osculandum dedit, quid faciet, ijs qui suam illi animam tradunt? [*ceciderunt retrorsum.*] Dedit enim pater voci filij vocem virtutis, vt doceat ignaros, sufficit mortuos, depellat morbos. Quid verò faciet cum iudex aduenerit, quando sic terret iudicandus? cadunt verò retrogradè, vultu in cœlum conuerso, vt saltem agnoscant, virtutem quæ eos pellebat esse de cœlo, & de cœlo venisse, quem ligare nituntur, quo verò cadant non vident, quia iniquus non perpendit quantum sit mali quod facit. Ita cecidit Heli, & fractis ceruicibus moritur, & Dauid dicit. Inimici mei conuertentur retrorsum, & Isaias de malis dicit. Ab alienati sunt retrorsum, & item cadent retrorsum, & capientur, & laqueis indisolubilibus capientur. ¶ Capitulo. 49. [*sinite hos abire.*] Nec enim fas est vt alterius quam vnus hominis sanguis quæzatur in pretium, vide verò animam inuictam, quæ suæ oblita tribulationis, suorum consulit necessitati, altissima virtus est, quæ inter pressuras non obruitur. [*ligauerunt eum.*] Quia erat ab æterno præuultum, vt iniustis vinculis, iusta nostra vincula soluerentur, Adam enim (ex quo peccauit) & totum genus humanum, nere coepit funes quibus Christus ligaretur, id est, peccata, nam in peccatis nostris Christus captus est. Porro vincula Ioseph, Sansonis, Hieremiz, Ezechielis, Christi vincula figurarunt. ¶ Capitulo. 50. [*sinite vsque ad huc.*] Nunc enim tempus est patiendi, postea vlscendi. Leuitatis verò arguitur Petrus, qui ante Domini responsum, vulnerat Malchum. [*omnes qui acceperint gladium.*] Non tatum qui feriunt gladio, sed qui eum sine legis vsurpant authoritate æternæ subiacent damnationi. Sanciunt enim æterna decreta vt minora à maioribus pendeant, & autoritatem recipiant. [*in locum suum.*] Id est, stent omnia in locis & ordine suo, locus gladij est vagina, non homo, nisi forsan

homo aliquid ressecandum admittat, quod si admiserit, iudex velut medicus resecer, non alius. Cur enim piscator, quæ sunt medici tractet. ¶ Capitulo. 51. [*sanaui auriculam.*] Ligatur Christus & aurem reparat in seruo, vt reparatio generis humani male serui, ex Christi passionibus tota proueniat restituiturque ei auris dextera, scilicet, in intelligentia vera, obedientia recta, nulla verior intelligentia, neque vtilior obedientia, quam Christianorum, & vix alia re magis se Christus Deum monstrauit, quam quod eam obedientiam auribus Martyrum instillauit, vt pro eo mortem subire non dubitarent. ¶ Capitulo. 52. [*Calicem quem dedit mihi pater.*] Si ille dedit, quomodo non bibam, cuius voluntati meam subieci? Alius nisi ego bibere non potest, quomodo non bibam? increpandus ergo est, qui impedit ne Christianus calicem bibat, diabolus ille est, etiam si sub pietatis specie impedire videatur. Ita increpauit Dauid Abisai quod impedire vellet Semei, ne malediceret Dauidi, & olim Christus super eodem impedimento Petrum vocauerat Satanam. Docuit verò Dominus vt etiam si auxilia habeamus, quibus à tribulatione fugiamus, ea non quæramus, vt & Paulus fecit, qui se morti obiecit, cum eam vitare potuisset. ¶ Capitulo. 53. [*quomodo implebuntur scripturae.*] Si implentur in capite, implebuntur, in membris, nemo ergo putet se aliter venturum ad gloriam, nisi vt scripturæ dixerunt. ¶ Capitulo. 54. [*tanquam ad latronem.*] Cum latro non sit: neq; per violentiam à nobis aliquid exigat, neque aliud exigat quam virtutem. Vide verò vt ira & inuidia ipsos principes & sacerdotes ad Christum comprehendendum, vt ministri, veniant, facit ergo ira subiectos. ¶ Capitulo. 57. [*relictis eo fugerunt.*] Quia reliquerunt, fugerunt, quia fugerunt, reliquerunt, hæc enim se inuicè causant, quia relinquens Deum, relinquit securitatem: ideo agitur in timorem, ideo fugit, & relinquens vitam fugit in mortem: relinquit lucem, ingreditur tenebras: dulcedinè, & intrat amaritudinem, relinquit fidem amicum, inuenit hostem, &c. Nullum verò fuit ab orbe grauius bellum, quam in quo Christus captus est, nec vllus illustrius triumphauit, quam vbi ille relictus solus, suos hostes prostrauit.

Hugo Cardin. [*venit in villam qua dicitur Gethse.*] Erat hæc villa ad radices montis Oliueti, quæ erat valde ferax, ideo villa pinguis dicebatur. Solet etiam Gethsemani interpretari

pretari torcular: & ita significabit poenitentiam, in qua velut in torculari compressis in corde peccatis vinum compunctionis interioris, & lachrymarum exterius liquatur. In hanc venit Christus, quia sicut per culpam è corde recedit, ita per poenitentiam, in corde dicit. [*sedete hic.*] Docemur, in tribulatione à turba recedere: & secretum querere, & clauso cubiculo ad patrem orare, assumptis interiori Petro, id est, prudentia, Iacobo, id est, patientia, & Ioanne, id est, charitate. [*anima mea vsque ad mortem.*] Non vltra mortem, nam tristitia cum morte morietur. Contra mundi lætitia cum morte finitur. Extrema enim gaudij luctus occupat. Vel tristis est vsque quo moriar, docuit Dominus, nos debere dolere, vsque ad mortem veteris hominis. [*sustinete hic.*] Sustinete doctum, quauis ponderosus videatur in tribulationibus, dicitur enim sustine tentationes Domini, & illi coniungere. Item sustinete hic, tribulationum fascem, qui sustinet sustinentes se. Fasciculus enim Myrrhæ inter vbera mea commemorabitur, & fasciculū suū, (scilicet, tribulationum) fundauit super terram, (scilicet, Ecclesiam.) [*vigilate.*] Siue per timorem, sicut lepores: quæ ex timore oculis apertis dormiunt, siue per fortitudinem, vt leones, qui item oculis apertis dormiunt. Ita dicitur. Ego dormio, sed cor meū vigilat. [*meum.*] Contra eos, qui cum diabo lo vigilat ad peccata faciendâ, de quibus dicitur, in tenebris sicut in luce ambulat. [*procidit in faciem.*] Procidere in faciem est in anteriora se extendere, cum posteriorum obliuione, vel est in sui cognitione humiliari. [*Orans.*] Nam oratio debet in humilitate fieri. Iuxta illud. Oratio humiliantis se penetrat nubes. [*transseat.*] Non rogat ne veniat: sed vt transeat. [*sicut tu vis.*] Docet subijcere voluntatem nostram diuinæ. Hæc enim pax & gloria est voluntatis nostræ. Igitur doce me facere voluntatem tuam quia Deus meus es tu. Dicens igitur, Transeat, monstrauit quod humanum est, dicens verò, nõ quod volo, docuit Philosophum, Deum sequi, etiam reluctante natura. [*venit ad discipulos.*] Ter visitauit eos, primum admonens, secundo increpans, tertio quiescere iubens. Ita nos primum visitat admonendo per se, vel prædicatorem. Secundo, visitat tribulationibus increpando. Tertio, consolando, & quietem indulgendo. ¶ Mystice verò significabant Apostoli in medijs tribulationibus dormientes, futurum vt prælati in medijs

periculis peccatorum, dormirent in mollicie deliciarum carnalium. Ita Ionas altum dormit, dum nauis periclitatur. [*Vna hora vigilare.*] Vna hora tantum est, qua affligimur. Quod enim momentaneum, & leue est tribulationis nostræ operatur æternum gloriæ pondus. [*vt non intretis.*] Intrare in tentationem est consentire, non intrare est orando dissentire. Vnde Moses orando vicit Amalech, & pueri in fornace orando resistunt ignis furorem. [*Spiritus promptus est.*] Vir spiritualis promptus est ad bonum faciendum, ad malum sustinendum, iuxta illud. Paratum cor meū, paratum cor meū, [*Caro infirma.*] Carnalis homo: vitij assuetus. [*erant oculi eorum grauati.*] Grauantur oculi, vel fumo, vanitatis, vel longa lucis absentia vt in captiuis, vel nimia luce, vt in aspicientibus Solem, vel lipitudine. [*oratio tertio eundem sermonem.*] Non ergo est Deo fastidiosa orationis repetitio, imo dulcis est, iuxta illud. Sonet vox tua in auribus meis [*appropinquauit hora.*] Oportet nos esse paratos, tanquam si quæuis esset mortis hora. Nam qui parari nolunt, similes sunt illis, qui nolunt ante sententiam allegationes parare, cum dictum sit, ante iudicium, para iustitiam, & similes sunt illis, qui post fugam equi serant stabulum, & illis, qui post vulnera volunt armari. [*Surgite eamus.*] In cœlum, eius premia: & in infernum, eius tormenta considerantes, iuxta illud ascendunt vsq; ad cœlum & descendunt vsque ad abyssum. [*adhuc eo loquente.*] Notatur repentinus hostis aduentus, vt nunquam credas tuam præparationem esse celerem, & credas diabolus tua consilia exhorre. [*Iudas cum turba multa.*] Venit enim diabolus assumens, seipsum spiritus se nequiores. [*cum gladijs.*] Rebus concupiscibilibus, vnde gladij flammæ, spiritus mulieris dicit Hieronymus. vel cum gladijs, id est, detractionibus, vt illud, filij hominum dentes eorum arma & sagittæ. [*osculatus est eum.*] Os diaboli suggestio est, & os nostrum, est affectus. Cauendum verò ne consentiamus. Dedit verò signum osculi, ne Christi loco, Iacobus, Alphæi, qui erat Christo simillimus caperetur, vel etiã, quia nox erat. [*ave Rabbi.*] Ita Ioab osculans interfecit Amalam. Erat verò vsus Iudæis intrantibus osculari, insignum ingressus pacifici, iuxta illud. Salutate inuicem in osculo sancto. [*ad quid venisti.*] Consideret homo finem tentationis, quorsum veniat. Venit enim vt occidat, finis enim illo-

Pri. Tho. Ec 2 rum

1. Regu. 4.

Psal. 55
Isai. 1.

Threno. 4.

1. Regu. 16

Matth. 16.

Act. 16.

Matth. 6.

Prouerb. 14.

Eccle. 2.

Canti. 1.

Amos. 9.

Canti. 5.

Iob. 4.

Philipp. 3.

Eccle. 35

Psal. 142.

Ionc. 1.

2. Corin. 4.

Exod. 17
Daniel 3.

Psal. 56.

Canti. 1.

Eccle. 18

Psal. 106

Lucæ 11.

Psal. 56

1. Reg. 20

1. Cori. 16

Roma. 6

rum mors est. [tenuerunt eum.] Impletur illud. Spiritus oris nostri Christus captus est in iniquitatibus nostris, id est, propter latrocinium nostrum. [extendens manum exemit gladium.] Prælati debent eximere gladium verbi Diuini de vagina venusti sermonis, mirum est quod se milites sine armis Christo exhibeant. [conuerte gladium.] Non enim debet eximi propter iram aut odium. Certè propter hæc nemo excommunicandus est. Dictum id est, contra eos qui ad vindictam proni sunt, ad patientiam tardi. [quia sic oportuit.] Oportuit enim Christum pati. [reliquo eo fugerunt.] Impletur illud. Obsecderunt in gyro tabernaculum meum, fratres meos longe fecit à me, hanc fugam significat extinctio lucernarum, & nudatio altarium tempore passionis. Et significatur quod Christus paucos socios habeat ad compatiendum: multos ad conregnandum. At non pater regressus in paradysum nisi per gladium flammeum, nec in cellaria, nisi per torcular.

Caictanus. [assumpto Petro cepit contristari.] Voluntarium ergo fuit Christo tristari, expectauit enim donec solus esset cum tribus, & tunc accepit tristitiam, tam in voluntate, quam in appetitu exteriori, quantum secundum portionem animæ superiorem esset comprehensor. Vnicuique enim virum permittebatur quod suum erat, nec enim ratio voluit mitigare dolorem, qui ex angustia futuræ cogitatione sequebatur. [tristis est anima.] Habuit ergo animum passiuum, non stoicum. [vsque ad mortem.] Durauit enim continuè ille dolor vsque ad mortem. [non quod ego volo.] Non voluntate deliberata: sed velleitate naturalis affectus. [sicut tu vis.] Voluntate beneplaciti. [caro infirma.] Id est, orandum vobis est, licet ad non peccandum promptum sentiat spiritum: sed orate, ne in præsentia obiecti, carnalis succumbat affectus. [ecce appropinquauit hora.] Cum permisisset eis (vt grauatis somno) dormire, postquam non nihil dormierunt dixit eis. Sufficit, surgite, quia adest hora ab æterno ordinata. [osculatus.] Maxima ergo erat Christi ad discipulos familiaritas. [qui gladium acceperunt, gladio peribunt.] Id est, qui vsurpauerit gladium contra hominem, meretur occidi, quæ erat poena talionis. Cuius Dominus Petrum admonet, vt qui Magistro inconsulto gladium accepisset. [tanquam ad latronem.] Vides Christum in tanta pressura non turbari, sed sin-

gulis responsa sua uia dare.

Glossa interlinia. [vadams illuc & orem.] Cuius oratio est omnium redemptio. [tristis est anima.] Pro Iuda damnando. [procidit in faciem.] Humilitatem mentis habitu corporis indicans. [si possibile est.] Vt me non moriente mors moriatur. [non sicut ego volo.] Humano affectu. [caro infirma.] Spiritus promptus est ad confitendum: sed caro infirma ad tolerandum, quia nondum erat induta virtute ex alto. [aue Rabbi.] O impudens confidentia. [amice.] Ironice, vt illud. Amice quomodo huc intrasti. [vnus exemit gladium.] Zelo Dei armatus sicut Phinees. [conuerte gladium.] Cesset vindicta, ostendatur, quam docemus patientia.

Glossa ordinaria. [Gethsemani.] Cum in monte orat, docet nos orantes, sursum habere cor, cum in valle hac pingui orat, docet nos in humilitate, & deuotionis pinguedine orare, & ita Christus ibi orat, quia per humilitatem, & pinguedinē charitatis pro nobis passus est. [si possibile.] Si fieri potest vt sine Iudæorum perditione gentes seruentur, mortem recuso. [non quod ego volo.] Transfiguratur se in suos, quos docet voluntatem corrigere, & Diuinæ submittere. [orauit secundo.] Vt sine damno cucurbitæ, Niniue seruari posset, mortem non subiret. [orauit tertio.] Ter orat, petens nobis pro peccatis præteritis veniam: pro præsentibus malis tutelam: pro futuris cautelam. Docet etiam orare Trinitatem. Docet etiam orare contra concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiam vitæ. (duodecim legiones.) Hi sunt Angeli qui cum Tito & Vespasiano Iudæos destruxerunt. (cum gladijs.) Stultum est eum cum gladijs quarere, qui vltro se ad passionē offert. (reliquo eo fugerunt.) Petrus lachrymans, eos significat, qui in martyrio labuntur, alij fugientes, eos significant, qui minus idonei sunt ferendo martyrio, ideo fugiunt in alias ciuitates, adoleicens verò qui amictus sindone, eam reliquit, & nudus profugit, eos significat, qui omnia relinquunt, vt nudi securius Deo seruiant.

Lyranus. (Gethsemani.) Inter montem oliuarum, & montem Sion erat vallis Iosaphat, per quam decurrebat torrens Cedron, vltra quem ad radicem montis Oliuarum erat hortus Gethsemani, contemplationi idoneus. (tristis est anima.) Erat enim tam tristis intensiue quantum esse poterat. (progressus.) Docuit conditiones orationis. Debet esse eleuata in Deum, ideo solitaria, debet

esse humilis, ideo procidit in faciem, debet esse deuota, ideo dixit pater mi, debet esse recta, ideo dixit, non quod ego volo, debet esse charitate plena, ideo discipulos suos visitabat, debet esse continua, ideo orauit ter. [eamus.] Desiderium redemptionis demonstrat. [ecce vnus.] Ecce Iudas, qui erat de præcipuis Christi discipulis. [exemit gladium.] Vnum de duobus illis quibus in cocina agni vsi fuerant discipuli. [quomodo implebuntur scriptura:] Quæ loquebantur de passione, vt Isaiæ. 53. & Daniel. 9. & alia multa. [quia sic oportet fieri.] Id est, quæ prædestinata sunt debent impleri, necessario, necessitate consequentia.

Innocen. III. De Celebratione missæ. capitulum in quadam asserit, quod illa anima de qua Christus dixit, tristis est anima, non erat flatus vitalis, sed ipsamet anima rationalis. Et 23. quæstio. 3. capitulum. Pro membris, laudantur qui hereticos gladio feriunt, faciunt enim pro Ecclesia, quod olim Petrus pro Christo. Ex eodem loco Innocen. papa prohibuit clericis gladium habere materiale. 23. quæstio. vlti. cap. cum à Iudæis, siquidem Dominus etiam pro se ipso, Petrum vetuit, ne carnalia assumeret arma, vbi data est omnibus Sacerdotibus (quorum erat Petrus prior) forma, gladium non habendi carnalem. Et 2. quæstio. 1. ca. si Petrus, dicit Gregorius, Petrus tollit aurem, quia ligandi habet potestatem & soluendi, tollit verò aurem malè audientis, & malè intelligentis.

At illi tenentes Iesum.

Diuus Hierony. Iosephus refert huc Caipham vnus anni pontificatū pretio ab Herode accepisse, nihil igitur mirum, si nequæ pontifex inique iudicet. [Petrus sequebatur à longe.] A longe sequitur, qui erat eum negaturus, sequebatur vero eum vel amore discipuli, vel humana curiositate. [duo falsi testes.] Quomodo falsi testes sunt, qui referunt quæ dominus dixit? Sed falsus testis est, qui verba refert, non in sensu, quo dicta sunt. At Dominus non dixerat de templo corporali, sed de templo corporis sui. [tu dixisti.] Eodem modo respondit Dominus Caiphæ & Pilato: vt propria sententia damnetur. [scidit vestimenta.] Vt significaret, Iudæos sacerdotij gloriam perdidisse. Moris etiam Iudæis erat, cum audiret blasphemiam, scindere vestes. [expuerunt in faciem.] Impleta

est prophetia, faciem meam non auertit à conspuentibus. [non noui hominem.] Quidam pio affectu in Petrum, dicunt sensum esse, non noui hominem, quia scio Deum, at isti defendunt Petrum, & mēdarem faciunt Christum, qui dixit, ter me negabis. [loquela tua te manifestum facit.] Licet omnes essent Hebræi, tamen, quæque prouincia suam habet sermonis proprietatem, nam & Ephraïm tæi proferre se bolet non possunt. [Egressus foras.] Fieri non poterat, vt in tenebris peccati maneret, quem lux respexerat mundi, egreditur verò foras, quia in concilio peccatorum sedens agere poenitentiam non poterat.

Diuus Augustinus libr. 1. quæstio. Euangeliæ. capitulum. 46. Vt Petrus sequebatur Christum, sed à longe: ita & Ecclesia sequitur, id est, imitatur passionem: sed longe aliter. Ecclesia enim pro se patitur, Christus pro Ecclesia. Ubi capitulum. 44. spuunt in faciem eius, qui eius gratiam respuunt, colaphis cedunt, qui honores suos ei præferunt, palmas in faciem ei dant, qui eum venisse negant, tanquam præsentiam eius repellentes. Ubi capitulum. 45. Trina Petri negatio significat errores hereticorum de Christo tribus generibus terminari, vel enim errant in eius Deitate vel humanitate, vel vtroque. Ubi capitulum. 47. tentatio cupiditatis trina est, est enim cupiditas scientiæ, quæ est curiositas, est cupiditas honoris, est cupiditas voluptatis, ita & tētatio timoris est triplex, timor, scilicet, mortis, ignominia, doloris. Non ergo absurdè intelligitur contra trinam tentationem, ter Dominum orasse.

Diuus Ambrosius in capitulo. 22. Lucæ. [Petrus sequebatur à longe.] Negare non potuisset, si Christo proximus adhæsisset, sed reuerendus est à nobis Petrus, qui licet timeat, sequitur tamen, commune est quod labitur. Fidei, quod poenitet. Porro accessit ad ignem, quia clauso Domino, calor mentis etiam in ipso refrixerat. Iam prima quæ Petrum prodit ancilla est: foemina non vir, vt iste sexus peccasse in necem Domini videretur, vt & ipse per passionem Domini, redimeretur, & ideo mulier resurrectionis accepit prima mysterium, & mandata custodit, vt veterem præuaricationis aboleret errorem. At negauit Petrus, sed non in monte, aut templo: sed in palatio principis Iudæorum, vbi veritas non erat, negauit, quia eum intromisit ancilla ostiaria. Malè Eua induxit Adam, malè foemina Petrum induxit. Pri. Tho. Ec 3 terro.

terrogat, sed ille in paradiso labitur ubi non veniabilis est culpa, hic in pratorio: ubi difficilis innocentia. ¶ Variè peccatum Petri narratur ab Evangelistis, adeo enim nouū est Petrum peccare, vt eius peccatum vix comprehendi possit. Igitur primum ab ancilla interrogatus, an cum Iesu Galilæo esset, respondit, nescio quid dicas. Nescio Galilæum, nescio Nazarenum, Dei filium scio Dei filium patria non potest nuncupare, cuius maiestatem nullus locus includit. Secundo rogatus, an ex illis esset, qui cum Iesu Galilæo erant, respondet non, quia solus ille erat, qui in principio erat, reliqui qui esse incipiunt, non erant. Ideo dicit, non sum. Illius enim est esse, qui semper est, vnde Moses, qui est misit me ad vos. Tertio cum vrgeretur, iurat se non nouisse hominem, quem nouerat Deum. Nam & Apostolus dicit, se esse Apostolum, non ab hominibus neque per hominem, sed per Christum, licet enim Christus sit homo, prius tamen est Deus, & est in confessione ordo seruandus. Error igitur Petri est doctrina iustorum, titubabat Petrus in mari: sed ambulat pōstea firmior. Cadit in monte, sed leuatur à Christo, foeliciter cecidit, quam alij steterint, foeliciter cadit, quem Christus leuat. Quod autem fatetur se non nouisse eum. Verè quidem, quia nemo nouit filium nisi pater. Item quod dicit. Non sum ego, maluit se negare quam Christum. Quod verò demum ait, nescio quid dicas, id est, sacrilegia vestra nescio. ¶ Porro licet verè ille dixerit, tamen inuolutè ideo peccauit, quid enim prodest verba inuoluere, si negare videris? Lachrymæ crimen fatentur, quæ licet veniam non postulent, merentur, non petit veniam Petrus ne tam cito veniæ petitio magis offenderet, ante igitur flendum, sic precandum. Tu si veniam vis mereri, dilue culpam lachrymis, eodem momento respicit te Christus. Porro Petrus ter negauit, sed in nocte, ter confessus est, (quia amo te,) sed in die. Postquam fleuit erectus est.

Diuus Gregorius libro. 25. Mora. capitulo. 16. Paulus ignorans peccat, Petrus peccat vt infirmus, Iudæi ex industria, & studio. Ideo illi veniam inueniunt, at Iudæi de peccato suo excusationē nō habent. ¶ Idem homili. 21. in Euangelia. Quod Petrus Christum negauerit, magnæ fuit pietatis dispensatio, vt is qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua infirmitate disceret, qualiter alijs misereri debuisset. Prius eum ostendit sibi, &

tunc præposuit cæteris, vt ex sua infirmitate cognosceret, quomodo aliorum infirmitate toleraret. ¶ Idem libro. 7. Episto. capitulo. 53. Probat lapsum post poenitentiam, posse in suam dignitatem reuocari, quia & ouis perdita, & inuenta ad humerum Christi reuocatur, & Petrus post negationem ad suum Apostolatū.

Diuus Chrysostomus. Homi. 86. [Petrus sequebatur.] Mirus fuit Petri ardor, qui alijs fugientibus sequitur. Sequitur etiam Ioannes: sed is notus erat pontifici. Ad hunc congregati sunt omnes principes, apud quem totam noctem peruigiles pernoctarūt, adeo vt pascha comedere neglexerint, cupiditate enim Christum occidendi, legem de esu agni præuaricati sunt, ne tam optata interficiendi illum occasio præteriret. [Iesus tacebat.] Quia figura tantum iudicij erat, re autem ipsa erat latronum impetus. [blasphema uit.] An non prius de se Dominus dixit se esse filium Dei, & ratione reddita, scilicet, quia dixit Dominus domino meo, &c. Cur ergo dicitis quod nūc blasphematis, qui olim blasphemiam excusauit? [quid vobis videtur.] Apud hos vult rem tantum agi, sciens, quod si exactè esset res examinanda, liber abiret Christus. [reus est mortis.] Sic ipsi accusabāt, disceptabant, sententiam ferebant, omnia officia præoccupabant. [spuerunt in faciem.] Si occiduri erant, cur spuunt? vt ostendant crudelitatem suam, qui venatores fera inuenta insiliunt, dilaniant, & velut diem festum agunt. Tu verò attende Euangelistam qui nihil harum ignominiarum tacuit, eximia gloriā hęc esse existimans: vt profectò erat, gloria enim est, quod Dominus orbis hęc pati voluerit, quodq; mitissimus agnus ea diceret cum pateretur, quæ etiam leones in agnes verterēt, rectè Isaias. In glorius erit inter viros vultus eius, quid verò ignominia illi porerit exequari, in faciem spuere, quā reueriti sunt fluctus maris, quam aspiciens Sol in cruce, splendorem colibuit. Velaauerunt etiam faciem eius, quasi hominem nihili ostendentes, in quem non liberi modo, sed etiam serui conspuerent. Hęc nos in memoria teneamus, adeo enim gloriosum mereddunt, vt mille mortui quos excitasset. Hęc Paulus voluit, atque reuoluit, nunquam non crucem & mortem memorans, exeamus inquit ad ipsum eius opprobrium portantes, & item, proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. [negauit Petrus.] O res miras, cum compreh-

ditur Dominus, feruet Petrus, gladium eximit, percutit. Cum verò indignari debuit, videns pati Christum indignissima, tunc negat, nec lapsum suum sentit donec Dominus eum respiciat, cuius inspectio, vox illi fuit. Marcus verò exquisitè explicauit, cum Petrus tertio negasset, tūc gallum secundo cantasse. Porro cum gallus vna vice, ter & quater cantare soleat, Matthæus dicit, quod antequā vnā vicē cantando gallus absoluisset, ter Petrus negarit. [egressus foras.] Nec enim lachrymis proderetur foras egressus est.

Origenes Homilia. 35. [Petrus expectabat exitum rei.] Non erat exitus Christi in domo Caiphæ. Qui enim videt exitum Christi, videt, quod sit ipse, & ω. principium & finis. [non inueniebant testimonium.] Magna est gloria Christi, contra cuius purissimam vitam, nullum testimonium, nec falsum colorem veritatis habens inuenitur, licet multi in gratiam pontificis falsi testes venissent. [falsi testes venerunt.] Cur hi vocantur falsi testes, cum verum dixisse videantur? ratio est. Quia dicunt Christum dixisse. Possum destruere templum hoc, quod ille nō dixit, solum enim dixit. Soluite templum. Soluite, non, Soluo. Vide ergo inter tot testes soli duo hi aliquid visi sunt contra Christum dixisse. [& non erant eorum testimonia conuenientia.] Quia non eadem verba vterque se à Christo audisse dicebat, alter enim dixit se audisse, postulo destruere templum, alter se audisse. Soluo templum hoc. [Iesus tacebat iuxta illud.] Obmutui, cum confisteret peccator aduersum me, tacuit ergo, quia maius est liberè, & fortiter silere, quam se sine vllo profectu defendere. [adiurauit eum.] Quomodo in Euangelio non debemus iurare: ita neque adiurare. Da mones verò adiurare, potius Hebræum est, quam Christianū, Christus enim potestatem eis imperandi dedit, non verò adiurare docuit, Christus verò adiuratus respondet non quasi coactus, ideo enim nec asseruit se filiū Dei, nec planè negauit. Vide tamen quod Caiphæ filius diaboli, eo modo interrogat Christum, quo diabolus interrogauit, dicēs. Si filius dei es, &c. Diabolicum ergo est dubitando dicere. Si tu es filius Dei, non ita Petrus. Apertò enim dicit. Tu es filius Dei. [sedentem à dextris.] Sedere Dei & Christi est fundatio quædā, & firmitas regalis, eius, scilicet, qui accepit omnem potestatem à Deo in celo, & in terra. Porro ita sedentem viderunt discipuli, cum Dominus à mortuis resurrexit. Dices

Christus dixit, Phariseos illos visuros filiū Dei à dextris, at non viderunt? Respond. quod licet dies vna nobis breue spatium sit, apud Deum tamen dies vna profectur vsq; ad mundi finem, vt parabola de conducen-

te operarios hora tertia & sexta docet. In huius ergo die sine videbunt Christū Pharisei, nubes verò super quibus Christus veniet sunt Prophetæ & prædicatores, quibus mandat Dominus ne pluant super vineam. [reus est mortis.] Quantæ culpæ fuit, ipsam vitam fontemq; vitæ ream mortis efficere? tot enim resurgentes, testati sunt, ipsum fontem esse vitæ, & quo ad omnes vita fluebat. [expuerunt in faciem.] Putabant Christum Dei virtutem non posse suffere eam ignominiam, quam Isaias propheta uerat dicens. Faciem meam non auerti à conspuentibus me, &c. De Christo enim quæ hęc verba Isaiæ. 50. præcedunt intelliguntur. Ergo faciem à spuitis nō auerit, maxillas à palmis, vt nos erueret, qui illis probris digni eramus, & vt nos pro iustitia eadem patientes, granter feramus. Erat verò in lege spuisimum deditus, vt haberetur, cum vxor defuncti expuebat in faciem propinqui ducere eam nolentis. Suffert verò illa sputa Christus, vt postea splendidior sit Christi, quā Moyfi facies, imò vade adueniente luce Christi, lux Moyfi obtenebrescat. Cum enim venit quod perfectū est euacuatur quod ex parte est. Nunc etiā, qui iniuriā faciunt christiano, in faciem Christi spuunt. [Petrus negauit.] Qui in atrio est Caiphæ Christum negat, exeat ex doctrina contraria Iesu, qui illum vult confiteri. Omnes item Petri negationes factæ sunt in nocte, in tenebris, nox enim præcessit, postea dies appropinquauit. Certè si in die Petrus negasset, post gallicantū, nulla esset dignus excusatione. Sic qui Christū negant, antequā eis Sol iustitiæ nascatur, excutari aliquo modo possunt. Sed si post ortū eius iustitiæ solē negant, nulla eis excusatio est, sed terribile potius iudicium: & zelus ignis, Petrus igitur nondū erat sanctificatus nondum erat ei spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, ideo aliquid habet excusationis, at si nos nūc peccemus, conculcantes Christū, & eius sanguinem pollutum ducentes, & spiritū Hebræorum. 10. gratiæ contumeliam inferentes, quam excusationem habebimus? & quidem Petrus ter negans in tenebris, remedium habet. Vt tamen illi, qui vel semel post noticiam veritatis acceptā negat. [fleuit amarè.] Quia scilicet, exierat ex atrio Iudæorum. Nam & Pri. Tho. Es 4 mulier

Ioann. 1.
Exod. 3.
Galat. 1.
Matth. 14.
Matth. 16.
Matth. 11.
Ioan. 21.
Ioan. 15.

Lucæ. 15.
Psal. 109.
Psal. 38.
Matthæ. 5.
Matthæ. 10.
Matthæi. 4.
Matthæ. 16.
Matthæ. 17.
Hebræ. 13.
Hebræ. 12.

Matthæ. 27
Matthæ. 27
Isaiæ. 50.
Deuter. 25
1. Cori. 13.
Roma. 13.
Ioannis. 7.
Hebræ. 10.
Lucæ. 7.

mulier illa peccatrix non flet, nisi ad pedes Domini.

Euthy. [adduxerunt ad Caiphā.] Prius eū duxerūt ad Annā. Et quidē tres Euangeli- stæ dicūt, tres Petri negationes in domo Cai phæ factas, Ioānes verò dicit, factas in domo Annæ. Nec propterea est contradictio, quia vna dom⁹ vnūq; atriū erat Annæ & Caiphæ, duo habens habitacula, à se inuicē separata. Rursum Mattheus dicit, Ancillā terruisse primò Petrū, exinde alteram ancillā. Postea astates, Marcus verò, primū ancillā, exinde rursus eandē ipsam, postea astantes. Lucas: primum ancillam, deinde alterum, postea alium quendam, Ioannes, primum ancillam ostiariam, exinde quōsdam, tertio vnum ex seruis pōtificis, Malchi cognatum. Vbi nec dissonantia est. Nam omnes conueniunt, pri- mam fuisse ancillam. At cum secundo Pe- trus interrogatur, interrogatur à tribus, sci- licet, ab eadem ancilla, vt inquit Marcus, & simul ab alia ancilla, vt Matthæus, & à quo- dam, de quo Lucas. Et hi tres sunt illi qui- dam de quibus Ioannes. In tertia demum negatione interrogant Petrum quidam ad- stantes, inter quos erat cognatus Malchi, vt Ioannes inquit, qui erat ille alius de quo Lu- cas ait. [falsum testi, non inueniebant.] Imple- tur ergo illud, quæretur peccatum illius, & non inuenietur. [tu dixisti.] Marcus dicit, eum dixisse. Ego sum, quia videlicet sic di- xit. Tu dixisti, quia ego sum. [Reus est mor- tis.] Cur ergo eum priuatē non occiderunt? quia credebant, per mortem eius ignomi- niosam penitus excindendum eius nomen, & contra factum est, magis enim per mor- tem, eius nomen resplenduit. Sicut sigilla se- pulchri, magis veritatem effulgere fecerunt. [spuerunt.] Exhorreto coelū & terra, in quā faciem expuerunt. [prophetiza.] Eum vt fal- sum Prophetam contemunt. Aduerte Euangelistas, nec Iudæos conuicijs laceffere nec Christi patientiam extollere, ad solam veritatis narrationem intētos. [flevit amarē.] Si vidisti peccatum, vide & pœnitentiā, ideo enim peccata sanctorum memorantur, vt si- mul videamus eorum pœnitentias. Permittit- ur autē ille cadere, vt se semper agnoscat, etiā cū fuerit pontifex summus, & vt nemo desperet, se redire posse ex peccato ad pristi- nā gratiā. Nam Petrus tantus peccator, mox fit summus pastor, summorū operū factor. Nota. Tres Euangelistas rei ordinē narra- se. Lucas verò referens primū Petri, negatio- nem, postea Christi examen, & dānationē,

ordinem non seruauit. D. Hilarius Cano. 32. Sacerdos quærens a Christo, an ipse esset Christus, notauit legē veterē occultē de Christo tractasse, & vestē ille sibi discindēs, ostēdit Christi maiestate audita, velamentū pontificis discindēdum. D. Thomas. [ad Caiphā.] Mā dabat lex sacerdotium summū perpetuū esse. Sed hic Caiphas annuum habebat, quia emerat pō- tificatum à Iudæis, & Pilato, nihil ergo mirum, si peruersus princeps, peruersē iudicet. [ubi conuenerant.] Vt impleatur illud. Con- uenerunt principes, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. [sequebatur a lon- ge.] Sequi erat feruoris: a lōge, timoris, qui cœpit eum ad casum disponere, sicut etiam societas cum malis ministris fuit ad lapsum dispositio. [quærebant falsum testi.] Erant em̄ hypocritæ, ideo nolabant facere, nisi quod bonum videbatur, & etiā quia ipsi non habebant auctoritatem occidendi, ideo quæ- rebant causam, qua traderent Pontifici. [non inueniebant.] Iuxta illud, ego in innocentia mea ingressus sum, ideo non inuenitur con- tra eum culpa, impleuit ergo illud, benefa- cientes obmutescere faciatis in prudentium hominum ignorantiam. [Iesus tacebat.] Do- cebat nos cautelam, quicquid enim loqueretur, erat vertendū in calūniā. Itē, tūc nō erat tēpus docendi: sed tacēdi, iuxta illud, tāquā agnus corā tondente se, obtumescet. Itē do- cet cōstantiā, cū quis accusatur iniuste, vt il- lud, opprobiū hominū ne metuatis. [adiuro te per Deum.] Ad iuratus Christus per Deū patrē statim respōdet, quærebat em̄ semper patris gloriā quæro, inquit, gloriā ei⁹ qui mi- lit me. [sedentē à dextris.] Secūdū illud, sede à dextris meis, & illud, dedit illi honorē & gloriā, &c. Sedet igitur à dextris, id est, in melioribus bonis, æqualis, scilicet, patri. [in nubi- bus cali.] Id est, sanctis doctoribus, qui sunt al- tæ, fœcūdæ, celestesq; nubes. [scidit vesti.] At Christi vestis nō fuit scissa, indicio, qd lex & sacerdotiū Christi, nō erat scindēdum, vt fuit Phariseorū. [illuserunt ei.] Quia homo qui in honore erat, honorē amisit: ideo Chri- stus, dedecus sustinuit, vt nos redimeret, im- pletū est illud, faciē meā nō auerti ab incre- pātibus, & expuētibus, & illud. Dabit percu- tiētī se maxillā, & illud, exprobrātes percuf- serūt maxillā meā. [Petrus autē.] Lucas pri⁹ refert negationē Petri quā illusionē Christi sed nō refert, simul enim fuit negatio, & illu- sio. [sedebat foras.] Ideo cōfusus est, quia lōgē erat à Christo, dñe qui te derelinquūt cōfun- dentur,

Psal. 91

Psal. 2.

Psal. 25.

1. Petri. 2.

Isai. 53.

Ioann. 8.

Psal. 109.

Daniel. 7.

Ioann. 19.

Psalm. 48.

Isai. 50.

Threno. 3.

Iob. 16.

Jerem. 17: Psal. 33. Ecol. 19. 1. Ioannis 2. Ephes. 5. Eccle. 5. 2. Cor. 6. Jerem. 6. Isa. 38. Iosai. 53. Ioann. 8. Psal. 109. Daniel. 7. Ioann. 19. Psalm. 48. Isai. 50. Threno. 3. Iob. 16.

dentur, vt contra dicitur, accedite ad eum & facies vestra non cōfundentur. Ergo qui extra passionē Christi est facilē labitur. (vna ancilla.) Ergo Petro & Adæ mulier fuit ini- tiū peccati. (cum Iesu eras.) Quod Petro erat gloriosum, scilicet, esse cū Christo nūc est terribile. [negauit.] Fuit graue peccatū: quia modico timore actus negauit, mendaci- ter, & corā omnibus. [loquebatua: te manife.] Quis ex loquela sua cognoscitur. Carnalis carnalia, vt spiritualis loquitur spiritualia. [cū iuramento.] Quis citō nō se à malo retrahit, labitur in peius, qui em̄ spernit modica, pau- latim decidit. Per has tres negationes signifi- cantur tres negationes quas facit concupiscē- tia carnis, ocularū, superbia vitæ, & itē quas facit caro: mundus, dāmō, & tres persecutio- nes à Iudæis, à gentibus, ab hæreticis. [gallus cāt auit.] Id est, prædicator, qui facit peccato- res euigilare. Surge enim qui dormis. [flevit.] Ex tribus cōmendatur pœnitentia Petri, pri- mo, quia cita. statim enim egressus est, iux- ta illud: ne tardes cōuerti ad Dñm, secundo quia abduxit se ab eorum cōsortio, qui eū ad peccatū inclinauerant, iuxta illud, exite de medio eorū, & separamini, tertio, quia effi- cax, vt illud, luctū vnigeniti fac tibi, planctū amarū, & itē, recogitabo tibi annos meos in amaritudine animæ meæ. Simō de Cal. lib. 13. c. 60. [vnu ministrorū dedit alapa Iesu.] Iniquus seruus est, qui ante præceptū Dñi sui iniuriā irrogat, & caret iu- stitia ministrandi, etiā si iustus percutiat, eū quē nouit innocentē. [si male locutus sum.] Iu- diciū vult subire cū seruo, qui omniū Dñs est & iudex, & securus contra se testimoniū que- rit, qui purā conscientiā possidet. Cap. 61. Cur Dñs non præbuit alterā maxillā percu- tiētī: quia verbis tā dulcibus quærebat malū illum mipistru cōuerture: & quem habebat percussorem quærebat in cōsortem, ideo eū fecit suæ iniurię iudicē: respōdit quippe mol- lis debuit frangere irā. Cap. 62. [negauit Pe- trus cum iuramento.] Excōmunicabat se, & iu- rabat, se non nouisse veritatem, quā tamē nō ab hominibus, neq; per hominē acceperat, sed eā reuelauit Petro Pater qui in cœlis est, ecce in quod malorū profundū amor vitæ la- bentis miserum incidere facit, & certē ancil- la ostiaria, auaritia est, vt per eam prælatus inductus Christum moribus neget, & sæpe veritatem in mendacium vertat. Cap. 63. [misi ligatum ad Caiphā.] Tunc Annæ sub- rogatur Caiphas, cum utilitate & paupertate contemptis (quas ad eō Christus amauit)

Honoribus & diuitijs iohiatur, ligatus verò mittitur Christus nō tam funibus, quā amo- re, quomodo enim ligaretur, qui tam diuer- sa elemēta inuicē ligauit, & ipse ligatus signi- ficabat mēbra sua in via virtutū velut ligata futura, vt nō facilē in via Dei ambulēt fideles [conuenerant principes.] Ecce in turpitudine vertitur sanctitas, in errorē scientia, in furo- rē senectus. Nihil verò nocentius esse potest quam vbi sanctitas, scientia senectus (ad qua rum alas cōfugit afflicta innocentia) cōtra eā armatur & insurgūt. [falsi testes.] Falsi erāt etiā si verum dixissent, dum non amore iu- stitiæ, sed inuidia & odio turbantur, & falsi sunt, qui falsum se dicere credūt, & falsi sunt, qui grandi veritati scintillam falsitatis, velut ferpentum enastā commiscēt, grauisimū verē est, tōtā colligari aduersus hominis vi- tam, quæ reuocari ex morte iam nullo mo- do potest. [Ipsa tacebat.] Quia eius causa non agebatur iudicio iusto iudice: erat enim ipse iudex aduersarius: & velut corde in- gnanimus parui pendebat sibi verba expro- brari, mortem que nolēbat prorogare, quam erat breui suscepturus. Sed qui tunc non re- spondit per se, respondit in morte, per eas creaturas, quæ eius innocentiam actionibus in solitis testatæ sunt, respondebit etiam per se ipsum in iudicio vniuersali. Capitul. 65. [Adiuro te per Deum vnum, si tu es filius Dei Benedicti.] Aut Caiphas credit Deum habere filium aut credidit Christum tam sanctum, vt adiuratus per Deum verum esset dicturus, aut credidit Christum id de se dicturum, quod ipse in Christi calumniā esset rapturus. [si vobis dixerō.] Quorsum tot verbis reuerlatur in- nocens, nisi vt in aliquo verbo de lingua ca- dente capiatur iniuste. Capitulo. 66. [venientem in nubibus.] Sicut exaltatus à terra mortuus est: ita exal- tatus à terra iudicabit, in nubibus, vel in An- gelis, vel in nubibus claris, quæ tolerabili- lem faciant visionem populo iudicando, vt nubes quæ in ascensione suscepit eum ab oculis eorum, non fuit requisita vt con- ueniens vehiculum sui corporis: sed vt mo- deramen gloriosi corporis, quo Apostoli vi- dere possent euntem. Quod verò dicit, Vi- debitis filium hominis, verificatum est in aliquibus Iudæis: nam Stephanus vidit Chri- stum à dextris Dei. Itidem & Paulus cum conuersus est. Cap. 67. [blasphemauit.] At piorum prin- cipum est, reorum non intendere, sed extre- To. primus. Ec s. qua

Ioannis. 12.

Act. 1.

Acto. 7
Acto. 9

nuare delicta, ne si videantur reorum velle perdere vitam, iniquis accusandi præstet audaciam. [audistis blasphemiam.] Neque enim credere poterant, quod Deus æternum filiū sibi consubstantialē generasset: neq; quod Deus homo fieri posset. [quid vobis videtur.] Supernece rei, nō sunt interrogandi, qui cōtra illum odium habent: sed qui iustitiam diligant. [qui omnes dixerunt reus est mortis.] Nō est inuentus vnus qui innocentem excusaret? Quid miramur vñum hominem in magnis, aut paruis posse delinquere culpīs, cum omnē Iudæorum conciliū ex inuidia diaboli, deliquisse videamus? Mirum verò erat, quod Christus eas quas formauerat animas videbat, calligine obscuratas nō qualibet, sed quæ cōtra suum surgebat creaturam. Sed patet ille volebat: non Iudæorum liberum arbitrium auferre, quod magnæ dignitatis loco hominibus dederat. ¶ Capit. 68. [spebant in eum.] Salua venit de capite, ideo sapientiam salua significat, facies verò notitiam personæ designat. Ergo illi spuentes faciem Christi notabant, quod ex lulta hominū sapientia, Christi vera notitia reprobetur. [velauerunt faciem.] Ita velat q̄ vellēt suorū peccatorū Deū nō habere notitiā [colaphis eū cad.] Colaphus est colli percussio, collum autem quo caput corpori iungitur, est fides qua Ecclesia Christo copulatur. Iudæi ergo illi, colaphizantes Christi collum designabant futurum vt infideles fidem Christi persequerentur, & percuterent. ¶ Cap. 69. [prophetizate nobis.] Semper Iudæi prophetas persecuti sunt: ita & nunc prophetiam in Christo percutiūt. [quis te percussit.] Credūt multi quod Deus, quia statim nō punit offensores, ideo nesciat eorum culpas, dicunt enim non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, similiter isti Iudæi credunt Christum obueltum nescire, quis eū percutiat, at, qui finxit oculos, non considerabit? Iudæi ergo quia Christum velarunt, velamen habent positū in cordibus suis, ne suos libros legentes, suā in quaiacent, culpam agnoscant. [quis te percussit.] Multa innuit, quis Deum offendat? Nam in multis offendimus omnes, & si possit Deitas offendi? & quidem percutitur cū quis appetit esse quod esse non poterat, vt Angelus, Adam.

Psal. 93

Ibidem

2. Cori. 3.

Psal. 26

¶ Hugo. [scriba & seni.] Quatuor genera hominū Chr̄m persequuntur. Principes sacerdotū, id est, Episcopi. Scribæ, i. literati. Pharisæi, i. claustrales. Seniores, id est, aduocati, qui dant consilia. [duo falsi.] Impletur illud,

insurrexerunt in me testes iniqui. [Iesus tacebat.] Iuxta illud, tanquā agnus coram tondē te obmutescet, & factus sum, vt homo nō audiens, & nō habens in ore suo redargutiones. (venientem in nubibus.) Scilicet, ad iudiciū, vt illud. Ecce cum nubibus coeli, quasi filius hominis veniebat. (illi responderunt reus est.) Impletur illud, expectaui, vt faceret iudiciū, & ecce iniquitas. [expuerunt.] Impletur illud faciem meam conspuere non verentur. (Petrus negavit.) Semel Petrus intrat in curiam, & ita negat, quid si diu in ea permāsisset? impletur illud, fortissimus quisq; cuius cor est vt leonis, pauore soluetur. Ancilla verò quæ Petrū negare facit, caro est: quæ spiritui seruire debet, non dñari. (non nouisset hominem.) At omni tempore diligit, qui amicus est.

Isa. 53

Psal. 37

Daniel. 7

Isa. 1

Iob. 30

2. Reg. 27

Prouer. 17

¶ Caietanus. (Petrus sequebatur.) Licet ipse cū alijs fugerit, tamen a lōge sequebatur, ne posset cōprehendi. (duo falsi testes.) Dicuntur falsi, quia mutarūt verba, quibus mutatis mutatur sensus literalis: nā Christus nō dixit edificabo, sed excitabo, quod de resurrectione à mortuis intelligit. (a modo videbitis.) Nūc veni abiectē, postea gloriosē; in his duobus aduentibus fallūt Iudæi hactenus, putātes dici de illo, quæ de isto dicuntur. (reus est mortis.) Debuerant Christū interrogare, quomodo probaret illud de secūdo aduētū, si quidē viderant eū mortuū excitasse, cæcos illuminallē. [capit detestari.] Treme, vir iuste, videns Petrū sanctum, & præmonitum, negasse. Cur ita? quia licet gratiā habitualē habemus, ad vsum tamen eius est necessariū continuū Dei auxiliū gratuitū, quo quia caruit Petrus cecidit, dereliquit enim eum Deus sic cecidit Moses: sic David.

¶ Glossa interl. (venientē in nubi.) i. Mirabiliter operantem in sanctis. (egressus foras.) Vt haberet liberum stendi locum.

¶ Glossa ordi. (venientē.) Id est, me in forma quā iudicatis exaltatū, & habentē nomē super omne nomen. (expuerūt in eū.) Tūc coniputus est saluus infidelium: nunc ex honoratur opprobrijs falsorū fidelium: & blasphemiarū colaphis cæditur. (velauerūt faciem.) Nō vt ille eorū scelera non videat: sed vt illi eius gratiā a seipsis abscondant. (vna ancilla.) Ostenditur quod & iste sexus in necē Dñi cōspirat foemina primū parentē prostravit foemina primū Ecclesiæ principē ad ruinā propulit. (negavit cum iuramento.) Qui minima spernit, cadit in maiora. Negat vero inter malos, quem inter bonos fuerat confessus, tantum socij valent.

Nico-

Nicolaus Lyranus. [scriba.] Erant hi legis periti. [seniores.] Qui erant iudices ordinarij [vt eum morti traderent.] Ipsi enim per se ius necis non habebant. [tacebat.] Videns sibi obiecta esse falsa, & responsione indigna. [a modo videbitis.] Quia post hoc non videbitis in carne, sed in iudicio videbitis in gloria. [exeuante illo ianuam.] Id est, cū propter timorē, fugam parabat. Igitur prima negatio per ancillā ostiariā fit, secunda propter multos, quos ad interrogandum Petrū alia ancilla prouocauit, tertia etiā propter multos, quorum præcipuus fuit cognatus Malchi. [egressus foras.] Ex tunc consuevit Petrus à primo gallorum cantu, vsq; ad matutinum hanc negationem lachrymis orando de flere.

Rabanus. Discimus ex hac Petri negatione: non solum Christum negari, quando negamus eū esse Christum: sed quando negamus nos esse Christianos.

CAPVT. XXVII

Mane autē factō consilium.



I VVS Hierony. (peccauit tradens sanguine iustu.) Si peccauit qui tradidit sanguinē iustū, quāto magis peccauerūt Iudæi qui emerūt sanguinē iustū? (quid ad nos)

Nihil ei profuit serapœnitentia, per quā scelus corrigere nō potuit, de hoc dictū est. Et oratio eius fiat in peccatū. Tale quid cauet Paulus dicēs. Ne ampliore tristitia absorbeat frater. (non licet mittere in corb.) Verē liquātes culicē, camelū glutientes. Si enim inter dona Dei nō licet pretiū sanguinis mittere, cur eūdē sanguinē funditis? (emerunt agrū.) Illi quidē emerūt agrū, eavolūtate, vt æternū sui facinoris in eo agro duraret monumentū mysticē tamen significarunt, quod quia figulus noster Christus est, & nos sumus peregrini à lege & prophetis, in ei⁹ sanguinis pretio sumus quietē habituri. (scriptum per Hieremiam.) Hoc in Hieremia non legitur. Sed in Zacharia, licet non verbis eisdem, sed eadē sententia, vt Euangelistis de more est. Quidā tamē ex Nazaræis Apocriphū Hieremiam ostendit, in quo verba illa scripta erant ad litteram. (tu es rex Iudæorum.) Ergo nihil criminis, nec falso inuenire in Christo potuerunt Iudæi, quod coram Pilato proferrent. (tu di-

Psa. 108

2. Cor. 2

Matth. 23

ci.) Et verum dixit, & calumniam effugit, nec se tamen defendit, ne crimen diluens à præfide dimitteret & crucis vtilitas differretur. [misi ad eum vxor eius.] Gētibus saepe à Deo somnia reuelantur. Ergo quod Pilatus & eius vxor Christū iustum fatentur, significat, gentilem populum, Christum vt iustum crediturum. (nihil mali fecit.) Hoc verbo absoluit Iesum. (crucifigatur.) Impletur illud, Circūdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me, & illud, facta est mihi hæreditas mea, sicut leo in sylua, dederūt super me vocem suam: & illud, expectaui vt, faceret iustitiam, & ecce clamor. [laua manus.] Iuxta illud. Lauabo inter innocētēs manus meas. Simul vt in lauacro manū suarū, opera nostra purgaretur, & item, nos alienos faciens à Iudæorū impietate, clamantiū, crucifige: crucifige: (vos videritis.) Coactus contra Christū sententiā ferre, non damnat oblatum, sed offerentes, quasi dicat, ego minister sum legum, vestra vox sanguinem fundit. (sanguis eius super nos.) perseuerat vsq; in hunc diē hæc imprecatio cōtra Iudæos, egregiam, scilicet, hæreditatem filijs relinquētes, de hoc dictū erat. Cum extenderitis manus vestras non exaudiam, manus enim vestrae plene sanguine sunt, dimisit illis. (Barabbam.) Erat Barabbas Iatro, homicida, significabat igitur diabolū, qui Iudæis relictus est, ipse enim regnat in illis. [flagellatum tradidit illis.] Quomodo Pilatus dicit, innocens ego sum, si innocentem flagellat? Respō. Romanis legibus sancitum fuisse, vt crucifigendus, prius verberetur. Corpus igitur sacratissimū flagella secuerunt, vt quia multa sunt flagella peccatorum, illo flagellato, nos à flagello liberemur, ad iusti enim tabernaculum flagellam non accedit.

Psal. 21.
Nume. 13

Iai. 5

Psal. 72

Iai. 1

Psal. 32
Psal. 90

D. Augusti. sermo. 114. de tempore. (emerunt agrum figuli.) Christus figulus est, eius ager Ecclesia, acquisitio peregrinorū, populus gentiū. Superest, vt huius agri, quotidiani studeamus esse cultores, vt seminātes frugem bonæ conscientia, reporteimus manipulos exultationis. ¶ Et serm. 118. (non respondit.) Mirum quod Christus coram Pilato taceat: quia videlicet, taciturnitas negat quod obijcit, & Dominus non repellendo accusationem despiciebat, & quidem ambiat defendi, qui timet superari: at Christus eū iudicatur, superat, iuxta illud, & vincas cū iudicaris: cur ergo loquat ante iudiciū, cui ipsū iudiciū erat plena victoria, vincit Christus tacendo, extorsit enim à iudice verbum illud

Psal. 50

Iud, innocēs ego sum à sanguine iusti huius, Christus ergo tacendo suam salutem prodidit, vt salutem omnium lucraretur, in se vinci malluit, vt esset victor in cunctis. Idem lib. 1. de ciui. c. 17. Iudas licet occidēdo se, sceleratum hominem occidit, tamen non solū Christi, sed etiam suæ mortis reus vitam finiuit, propter suum enim scelus, alio etiam suo scelere occisus est. Idem sermo. 121. de tempore. Iudas laqueo se suspendit, vide Iudas sententiam maiestatis quæ te punire noluit manibus alienis: emerunt verò Iudæi ex pecunia agrum in sepulturam peregrinorū ad requiem ergo peregrinorum, Saluatoris pretium deputant. *[quem vultis dimittam.]* O nequitiam iudicantis, Saluatorem pronuntiat innocentem, & vulgo eligendi tribuit facultatem. *[multa sum, passa propter eum.]* In exordio mundi, mulier prouocat ad mortem: in passione, mulier virum prouocat ad salutē, illic subtilitas serpētis præcipitat, hic tector Angelicus reuocat, vt inde inciperet venia, vnde prouenerūt peccata. *[lauit aqua manus.]* Illuminatur per aquę mysterium iudicis sensus: Christumq; iustum pronuntiat, vt populum faciat reum. Omnia sunt elementa per mota, cælum non est quietū, cum caput Domini colaphis verberatur. Nō curia cœlestis cœlo contenta permanfit, quia in commotione fuerunt.

D. Ambrosius in cap. Lucæ. 22. *[peccauit.]* Cassa est poenitentia Iudæ: quia peccauit in Spiritum sanctum. Iudæorum tamen impudentia confutatur, quos professio redarguit proditoris. *[agrum figuli.]* Ager mundus est, figulus, ille qui nos de limo formauit, pretium sanguinis, est pretium Dominicæ passionis, igitur hoc pretio emittitur mundus à Christo: venit enim vt saluetur mundus per ipsum: vtq; consepultos per baptismum, & commortuos ad perpetuitatis gratiam referuaret. At verò non passim omnibus ad sepeliendum est locus, & si enim in mundo communis sit habitatio, tamen legitima sepultura est eorum, qui nunc per fidem sunt domestici Dei, qui olim erant in lege peregrini, populus videlicet gentilis. *[ille tacebat.]* Sicut Susanna tacuit, & vicit, melior enim est causa, quæ nō defenditur, sed probatur. Pilatus verò absoluit iudicio, crucifigit mysterio.

D. Chryso. homi. 85. Cur Iudæi duxerunt Christū ad Pilatū: & nō potius ipsi eū crucifixerūt, Nā eos habuisse potestatem occidēdi, Pilatus declarat dicens. Accipite eum vos, & fecundū legē vestrā iudicate. Voluerunt ergo

sinistrā de eo in populo opinionē generare, vt videlicet tanquā iniquus, & tyrānus turpissima & publica morte necaretur, qua causa etiā latrones cū eo necauerūt. *[spuerunt in faciem.]* Crudeles se ostēdentes, qui quæ erāt occisuri, ita percutiūt ita enim furore ferebatur, ac si festū solēne agerent, ingēti voluptate in Christū insipientes. Euāgelistæ verò nihil horū erubescūt, eximiā putantes id esse gloriā, vt reuera est, per eā em & grādis Christi hæc patientis lenitas aperitur, & nulla excusatio Iudæis relinquitur. Id dixit Isaias: Si cut obstupuerūt super te multi, ita in gloriis erit vultus tuus. Quid enim de decori illi potest exequari, in eā faciē spuerere, quā fluctus maris reueriti sunt sol etiā eā vidēdo erubuit. *[Vidēs Iudas.]* Is diaboli mos est, nō finit ante peccatū, peccati magnitudinē videre, vbi verò peccatū est, tunc ad inuilit poenitentia ducit, suspēsus est Iudas, qua ratione magnus Christo splendor accedit: & eorū ora qui Christū dānant consuit, vt nihil excusationis inueniant. *[peccauit, tradens.]* Nō potuit acerbos consciētix stimulos dissimulare. Audite hæc auari. Iudas pecuniā amisit, scelus cōmisit, animā perdidit. Nec argēto, nec vita vsus est, non fruetur futuris: omnia simul amisit. Sed vt dixi, nihil impij respiciunt, antequā peccatum cōmittāt. *[tu videris.]* Testatur se audacissimæ iniquitatis passio: e ferri, alioqui debuerāt ab incepto desistere. *[non licet mittere.]* Ergo testificamini proditū sanguinū, siquidē rei iniustæ dicitis nō licere pretiū in corbanam mittere. *[emerūt agrū.]* Audite qui pretiū pro cede suscepistis, & inde beneficiū cōfertis. Iudaica hæc eleemosyna est, imò diabolica, putatis ne quod si pretij partē ad altare affertis, liberi estis à culpa: imò de vobis dicit propheta, altare meū lachrymis ve-lastis. Idē ho. 87. *[tu es rex Iudæorū.]* Hoc illi Iudæi obijciebant, scientes Pilatū de legibus quæstionibus nihil curare. At Christus omni ratione tyrānidis aufert suspitionē. Dicit enim regnū meū non est de hoc mundo. Ideo enim & tributū soluit, & fugit, quando eū regē designare volebant. Sed corā Pilato hæc tacuit, quia dictū erat: in humilitate iudiciū eius sublatū est. *[Pilatus miraretur vehementer.]* Erat enim admirandū, quod ita taceret: qui mille haberet manifestissima argumenta: qui sola accusatorum, non testiū auctoritate vrgebat. *[misi ad eū vxor.]* Mirandū hoc est, etiā somniū testis est iusticiæ Chrii. Nō verò somniū Pilatus vidit, quia aut eius vxor dignior erat, aut quia si loqueretur ipse

ipse somnium suum minus fidei inueniret, aut quia si ipse vidisset solus, rem tacuisset. Neq; solum illa somnium videt, sed & multa patitur, vt vel ea ratione tardior vir efficiatur ad credē. Mollis verò & eneruis Pilatus, qui cessit Iudæorum maliciæ, cum nullius criminis in Christo inueniret argumenta. Multo generosius tribunos militum Paulū eripuit, licet tumultus magnus in populo fieret. Vide verò Christum tot rationibus Iudæos à cæde reuocantem, scilicet, Iudæ suspē-sione, vxoris somnio, Pilati cunctatione, Barabbæ electione, &c. *[sanguis eius super filios.]* Non ita Christus concessit vt isti dixerunt: multos enim ex ipsis, & eorum filijs conuertit, & mille honoribus decorauit.

Origenes homi. 25. in Matthæum. *[mane autem factō.]* Qui in tenebris offendit venia dignus est, vt Petrus, qui nocte negat: & Apostoli, qui nocte scandalizantur. Sed Iudæi isti mane, & in clara luce peccantes venia non sunt digni. *[vinctum.]* Eum ligauerunt, qui soluit compeditos, & qui filiam Abraham, quam Satam alligauerat, soluit. Sed non habent principes & seniores Iudæorum vincula, quia Dominus ea dirupit, ideo enim dictum est. Dirumpamus vincula eorum, scilicet, Iudæorum & dæmonum, qui in eis operabantur. Sicut enim Samson alligatus vinculis, ea soluit: ita Christus vincula quibus ligatus erat, non in se, sed in nobis discidit. *[peccauit.]* Nemo tam est perditus, quin in mente seminatum habeat virtutem, qua post peccatum, malè se fecisse videat, miser igitur Iudas, poenituit: sed non secundum scientiam, voluit enim præuenire mortem Christi. Si enim nuda eius anima, nudam Christi animam inueniens, eam deprecaretur, veniā cōsequeretur, nesciens nemini licere, sibi manus iniicere. Contigit igitur Iudæ, quod cauit Paulus, ne suo contingeret Corinthio, scilicet, ne abundantiori tristitia absorberetur, at Iudas benè primū poenituit. Sed malè tristitiā in se abundantiosem intrare permisit, alioqui, si non se suspendisset, locum poenitentia inuenisset. Non enim vult Deus mortem peccatoris. *[agrum figuli.]* Pij consepulsi sunt Christo in monumento nouo, peregrini verò à Christo sepeliuntur in agro figuli operantis lutum, per *(Hieremiam.)* Videtur error scripturæ, & pro Zacharia, positus est Hieremias. Aut certē in aliquo secreto Hieremiæ inuenitur. Sicut illud de Ianne & Mambre in secretis Helię reperitur. *[stetit ante præsidem.]* Verè humiliavit se, vt itaret

coram iudice Iudæę qui erat constitutus iudex viuorū & mortuorum. *[tu es rex Iudæorum.]* Videtur assertiuè, non dabitatiuè dictum, cui attestatur, quod in titulo scripsit. Rex Iudæorum. *[non respondit.]* Christus Iudæis etiam nunc tacet, nō enim loquitur eis: Pilato etiam tacuit. *[vt miraretur.]* Sciebat Pilatus posse Christum crimina diluere: mirabatur ergo videns eū, cū incredibili iudicij grauitate tacere, miraculumq; ei videbatur, quod criminaliter accusatus, imperturbatus maneret. *[vnum vinctum quem petissent.]* Quia iugum Romani imperij nouum erat super Iudæos, hæc illis gratiam in festo præstabat, vt vnum vinctum dimitteret, forsā & Deus aliquem peccatorem maximum, ad preces Ecclesiæ saluaret. Nam Israel rogabat pro Nabuchodonosore. Nos verò rogemus Dominum vt festa nostra nobis non obueniant cum Barabba soluto: sed cum Christo, vt ipsum regem mereamur habere & Dominum. *[misi ad eum vxor eius.]* Voluit igitur Deus conuertere Pilati vxorem beatam, quæ in visu propter Christum passa est, in visu, scilicet, ne pateretur in vitam Lazarus in vita mala passus est. Si autē oportet mala in vita pati, melius est, quā post vitam. *[quid mali fecit.]* Cum scirent nihil malificasse, ad clamores se conuertunt.

Euthymius. *(laqueo se suspendit.)* Suspēdit se Iudas: sed à quibusdam agnitus, antequam præfocaretur depositus est, modico post tempore præcipitatur, in datos igitur, ac medius diruptus omnia effudit viscera. *(emerūt agrū.)* In monumentum sui facinoris, ideo vocatus est ager Acheldema, id est, ager sanguinis. *(per Hieremiam.)* In eius prophetia hoc non inuenitur, sed in eius apocriphe. *(stetit coram præside.)* Iudæi non tradiderunt Christū Pilato, ad inquirendum de eo: sed ad occidendū, ideo dicunt. Si non esset hic malefactor, nō tibi tradidissimus eum. Pilatus verò, nō putauit eum sine examine occidi debere, ideo rursum eum accusant, quod regē se faceret, quod tributa Cæsaris prohiberet, & vt Pilatū exasperent, dicunt. Si hunc non tollis, nō es amicus Cæsaris, &c. Christus verò Pilatum suspicione tyrannidis liberat, dicens. Regnū meum non est de hoc mundo, id est, nō eget ministris, timori subiectum, finem capiens. *(lauit manus.)* hoc modo testatus, purum se esse & innoxium in ea cæde, iuxta illud. Lauabo inter innocentes manus meas. *(flagellis ca-sum.)* Flagellauit Christum, tentans an hoc modo Iudæorum rabiem mitigaret, vilo

Genesis. 2

Ioannis: 1

Roma. 6

Isaias: 51

Malach: 1

Ioannis: 18

Ioannis: 7.

Isa. 53

Acto. 24

Luce. 13

Psal. 2

Iudicum. 16

Luce. 16

Acto. 1.

Acto. 5

2. Cor. 2

Roma. 6

1. Timo: 3

Psal. 19

visō, scilicet, Domino tam vulnerato.

D. Hilarius can. 32. (quid ad nos, tu videris.) Professio cæca, emisse se iusti sanguinem au diunt, & extra iudicij reatum, futuros se cre dunt, & cum venditionis facinus in venden tem reijciant, at vendentes testimonio emen tium scelus confirmatur. [emerunt agnum.] Ager seculum est. Seculū igitur Christi pre tio emitur, sed in sepulturā non Israelis: quia noluit hic ad Christum pertinere, totus igitur empti seculi vsus, alienis est: his scilicet, qui in pretio sanguinis Christi sepelientur. Ideo verò ager figuli dicitur, quia in manu Dei est, nos vt vellet reformare. ¶ Cano. 33. [misit ad eum vxor.] Species in ea gentiū est, & ideo incredulum populum ad fidem ad uocat, quæ quia pro Christo multum passa erat, cum quo conuersabatur ad futuræ spei gloriam inuitat. (elegerunt Barabbam.) Qui Antichristi figuram refert, in signum, quod Iudæi magis Antichristum, quā Chri stum essent electuri.

Venera. Beda in Lucæ. c. 23. (duxerunt ad Pilatum.) Vt impleretur quod Dominus dix erat, tradent eum gentibus. Tradunt verò, vt ita se à cede liberis significarent, si cedes per alium fieret. (quid mali fecit.) Iuxta illud. Ioannis: 14 Venit princeps mundi huius, & in me nō ha bet quicquam. Ideo Pilatus nihil in eo mali reperiet. (magis Barabbam.) Si elegerunt Iu dæi latronem, hæc tenus patiuntur latrones, & seditiones: quam enim vendiderunt, ani mæ & corporis libertatem recipere non me ruerūt. (crucifigatur.) Erat genus mortis, quia prolixissimum, ideo pessimum, at crux tam ignominiosa, gloriosa facta est, dicente Pau lo, mihi absit gloriari nisi in cruce.

D. Thomas. (omnes principes.) Non erat igitur in eo populo à planta pedis, vsque ad verticē capitis sanitas, de his dicitur. Fili ho minis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum. (tradiderunt Pilato.) Quia pro omnibus volebat mori, vo luit in sua morte omnes congregari, iuxta il lud, adstiterunt reges terræ. (quod damnatus esset.) Forfan Iudas non credidit Christū dā nandum, sed solū flagellandum, postea intel ligens eum damnatum, doluit: eius tamen pœnitentia licet dolorem habuerit, & timo rem: spem tamē nō habebat: vt damnati: qui in inferno præ angustia spiritus gemunt. (tra dens sanguis.) Minor fuit Iudæ fides, debuerat enim dicere, peccavi tradens Deum iustum. (quid ad nos.) Non sequimur tuam conscien tiam. [retulit. 30. argenteos.] Licet enim multi

principum abijissent, vt accusarent Christū, multi etiam manserunt in templo, quibus re tulit numos. (In sepulturam.) Id est, in requiē mortuorum, quia per sanguinem Christi nō solū accelerabatur iustificatio, sed etiā quies mortis, iuxta illud à modò dicit spiritus: vt requiescant à laboribus, vel etiam, peregrini sunt, qui propriam mansionem non habent, qui dicunt. Heu quia incolatus meus prolō gatus est, hi ergo sepeliuntur cum Christo per (Hieremiam.) At hoc non habet Hieremias. August. respondet contingere, vt qui vult exprimere nomē vnus authoris, nomē exprimat alterius occurrentis, quare ergo id à posterioribus non est correctum? Quia pu tabant à spiritu. s. profectum, à quo scriptura habet authoritatem, secūda solutio est, licet hæc verba nō habeat Hieremias habet tamē simile factum de emptione agri. Igitur Mat thæus quædā verba sumpsit ex Zacha. quæ dam, saltem facta, ex Hiere. nam illud, sicut constituit mihi Dominus Hieremias est, cui constituit Dominus, vt illum agrū emeret. (tu dicit.) Respondens Dñs pontifici, dixit. Tu dixisti, respondēs Pilato dicit. Tu dicis: quia Synagoga Christum in prophetijs lo cuta est, at Gentilitas nunc eum confitetur. (nihil respondit.) Vbi enim non est auditus, nō effundas sermonem, impletur ergo illud. Sicut mutus non aperiens os suum, miraba tur verò Pilatus silentem, quem audierat fac undissimum. (sciebat quod per inuidiam.) Si cut Ioseph ex inuidia à fratrib⁹ traditus erat. (multa enim passa sum.) Visiones nocturnæ fieri solēt ex abundantia humorum, vnde san guineus somnias res rubeas, aliquādo ex cau sa extrinseca, vt qui friget, somnias se esse in niue, aliquando per bonos Angelos, aliquan do per malos, qui commouent phantasiā. Hæc verò visio vxoris Pilati potuit esse à bo nis Angelis, potuit etiam esse à dæmonibus, qui ferē percipiētes iam Christum esse Deū, conabantur fructum passionis impedire. (quid enim mali fecit.) Videt vsus illo. Quid inuenerunt patres vestri iniquitatis, & illo, quis ex vobis arguet me de peccato. (crucifi gatur.) Flecti illi non poterant, iuxta illud. Apprehenderunt mendacium, & noluerūt reuerti. (sanguis eius.) Ita fit, quod sanguis Christi expetitur ab eis, vsque ad hodiernum diem: & conuenit eis illud, sanguis Abel fratris tui clamat ad me, licet sanguis Christi melius clamet, & efficacius. [fla gellauit.] Iuxta illud. Ego in flagella paratus sum.

Apoca: 14

Pfal. 119.

Ierem: 31

Eccle: 321

Pfal. 37.

Genes: 32

Ieremi: 2

Ioan: 8

Ieremi: 8

Genes: 4.

Hebræ: 122

Pfal. 37

Dru-

Druchmarus. [Pontio Pilato.] Dicitur est Pontius à prouincia Greciæ, vnde mare Pon ticum. [videns quod damnatus esset.] Id est, vi dens quod traditus esset Romanis, intellexit quod à Christo audierat, scilicet, quod esset crucifigendus, alioqui putabat, quod de illo rum manibus elaberetur. [quid ad nos?] Cer tēt multum, debueratis enim mala prohibere & non dedisse Iudæ pecuniam. [proiecit argē teos.] Noluerunt Iudæi nummos recipere, si enim reciperent, & Christum non redderēt, isset Iudas ad præsidem, & maliciam illorum reuclasset. [laqueo se suspendit.] Achitophel videns consilium suum non perfici, intelle xit Dauidem in regnum reuersurum: cuius verecundiam non sustinens, suspendit se: ita Iudas, videns impleri crucifixionem, quam à Christo audierat, intellexit, etiam eum re surrecturum, cuius faciem cum videre præ verecundia nō posset suspēdit se. Cœlo igitur & terræ perosus, in aere perijt. [Agrum figuli.] Vbi nunc ædificatum est hospitale, quod Francorum dicit: vbi monachi sunt, & peregrini. [ante præsidem.] Romani volentes Iudæos minuere, primum eis concesserunt Herodem in regem, mox regnū in triarchias diuiserūt: postea in tetrarchias, postea in præfecturas: tandem deleuerunt eos. [Barabbā.] Populus reijcit Christum, à quo sanatus fue rat & doctus, elegit latronem & sicarium, tā tum valet apud plebem principum potētia, sed ij donis res suas agunt. [misit vxor] Nihil mirum si angeli appareāt huic foemina, quā do locuti sunt per asinam Balam, & apparue runt Cornelio. [crucifigatur.] Ante sex dies clamastis Osanna, in sex his diebus nihil fecit, nisi prædicare, cur vultis crucifigi?

Hic author floruit anno christi. 800

Numc: 24

Mar. 7 Lucæ. 7.

Simon de Cassialib. 13. c. 72. [si non esset hic malefactor.] Cur vocatis malefactorem, eum de quo turba vestra dixit, Benè omnia fecit, & viso alio miraculo dixit: quia magnus pro pheta surrexit in nobis, & Deus visitauit plebem suam, & satiati panibus dixerunt. Hic est verè propheta, qui venturus est in mūdō. [regnū meum nō est de hoc mundo] Qui regnū mundi est transitorium, est regnum mortis, est regnum peccati, est regnum incipiens ex nihilo, quæ omnia. Christus venit destruere non verò in illis regnare. Hæc cap. 78. ¶ Cap. 79. [stetit ante præsidem.] Vt reus ex cepturus sententiam, quo animo? constantis simo, gliscenti potius condemnari, quam ab solui, quo vultu? lato, honesto, in quo nec pudor peccati apparebat, nec mortis timor, capite recto, verbis nō tremulis, gestu & cor

poire, vt olim solebat constanti, stetit solus: quia pater & mater dereliquerant eū, pater enim scilicet, Ioseph, mortuus erat, virgo, nō dū aduenerat: & itē, longē fecisti notos meos à me. ¶ Cap. 81. [nulla inuenio in hoc homine causam.] Benè in hoc solo homine nulla inuenitur culpa, qui solus peccare non potuit, ¶ Cap. 82. [commonuit vniuersum populum.] Ve re quidē loquebatur, licet animo malo, com mouit enim Christus omnem populū, subli mi doctrina, innumeris miraculis, nouæ & æternæ vitæ spe, sublimi vitæ exēplo incre dibili suasionē veritatis. Docebat hæc, sed do cere, actus sanctus est, nō iniquus, docuit em non ad seditionem, sed ad Dei verum cultū, nec caret mysterio quod dicunt illi, incipisse Christi doctrinā, à Galilæa, & peruenisse ad Ierosolymā. s. quia doctrina Christi inci pit à rota mūdi volubili, & perducit ad Iero solymā cœlestem. ¶ 83. [remisit ad Herodē.] Prælagium erat, quod reges terreni, ob Chri stum essent efficiendi amici diuina verò prouidentia factum est vt etiam Hero des esset Ierosolymis tempore illo, vt ab eo etiā, sicut à Pilato Christi innocentia testi ficaretur. Optabat verò Herodes signum ali quod Christi videre. Sed frustra querit signa cū adesset, quæ præsignarunt omnia signa & frustra queruntur vmbra, dum veritas adest. Sed equidem saluator sciebat nullam ex si gno vcturam Herodi vtilitatem, ideo signū imò nec verbum protulit vllum. ¶ Cap. 84. [sprenit illum Herodes.] Reputans eū vel stultum, vel timore mortis stupentē. Voluit igitur diuina sapientia corā regibus stultitia vi deri, opprobrium hominum, & abiectio ple bis. Prælagiū verò erat derisio qua Christū derisit Herodes, quod reges & principes sint Christianā simplicitatē derisuri. Herodi ve rō consentit exercitus: quia regi cōsentit po pulus. [remisit vestitum veste alba.] Significa bat Ecclesiā (quæ vestis est Christi) futuram in fide contextam, charitate vnitam, & in sanguine Christi albescentem. Sancti enim dealbauerunt stollas suas in sanguine agni. ¶ Capitulo. 85. [exiuit Pilatus ad eos foras.] Exiuit ad Iudæos qui foris stabant, in præ sagium quod filij regni (qui erant ipsi) es sent foras, & essent mittendi in tenebras ex teriores. [nullam inuenio causam.] Ego qui dem exactè requirens non inuenio: & si me putatis pretio, aut prece corruptum, en ne que Herodes causam inuenit. ¶ Capitu. 86. emendatum illum dimittam. ¶ Male iudex. Si non est in se causa cur eum emendabis.

Pfal. 87

Pfal. 119

Apoca: 2

Matth. 8

22. 23. 24

¶ Cap.

Deute. 21

¶ Cap. 87. [crucifigatur.] Genus cruciserat inhonestissimum, nā maledictus erat omnis qui pendeat in ligno. Sed o Iudæi iniqui? cur præfidi poenam taxatis? Præfidi est reo poenam taxare, non delatori. [nos legem habemus & secundum leg.] Id est, etiam si secundū leges Romanas, non mereatur iste mortem, merei tamē secundū Hebræas, ar mentiūtur: nā ipse nō se fecit filiū Dei: est em̄ filius Dei ab æterno. ¶ Cap. 88. [Pilatus magis timuit.] Credens aliquam diuinam virtutem esse in Christo, cuius causa filiū Dei se faceret, ideo expauit. Nā Romani Deos, vt supernas virtutes colunt, ideo quærit. [unde es tu?] De coelo ne es, an de terra? cui quæstioni responsum breue dari non poterat, nisi Pilatū Christus mouisset ad fidem. ¶ Cap. 89. [non haberes potestatem.] Non debet id ad Cæsarem referri: nec enim Christus erat Cæsari subiectus: vt qui culpa carebat, & qui homines cunctos venerat saluare, sensus ergo est, Deum permisisse Pilato potestatem, vt eum pro omnibus morti traderet. [ideo qui tradi me ma. pecca. ha.] Ergo grauior ex culpa delatoris, quam iudicis, qui ex falso testimonio innocentem condemnat. ¶ Cap. 90. [exin de quarebat Pilatus.] Semper quod Pilatus à Christi sermone exhibat, minor exhibat, vnguebat enim ab vncto. ¶ Cap. 91. [non respondit.] Mos est sapientum, contra negantes veritatē, verbis non pugnare, & certē si Dominus Iudæis illis respondisset, fomentum peccandi illis ministrasset, quod à Christo expectandum non erat. [non audis.] Cur fatinam tuam negligis? infamiam non declinas? vitam non seruas? mortem non refugis? mēs igitur Christi in aërē tollebat: ac si de mundo non esset, qui hominum iudicia contēnebat. ¶ Cap. 92. [dimitte Barab.] Concitant multitudinem, vt multitudine se tueantur. Sed eo est periculosior iniquitas, quo plures habet socios in crimine. [sanguis eius super nos & f. n.] Obligauit hæc maledictio Iudæorum posteris, qui adhuc perstant obdurati, obligauit etiam vt post. 40. annos à Tito delerentur. ¶ Cap. 93. Dimisso Barabba Pilatus tentat Christum liberare, eum flagellando, spinis coronando, & eum foras educendo, Dicens. Ecce HOMO. ¶ Cap. 64. Christus solim Iudæis dedit columnam ignis & nubis, quæ ducatum eis praberent in deserto. Pro hoc beneficio, Iudæi Christum alligant ad columnam. Inter spinas hærebat cornibus artes, significans Christum hærentem inter spinas. Et Ad terram protulit spinas, quæ erant vulneraturæ si

Genes. 32

lium Dei, rectè igitur diuitias Christus comparauit spinis. Ne enim illas dimitterent Iudæi, his caput Christi coronant. Demū pro corona regali, quam Christus Iudæis dedit, illi Christo coronam de spinis parant. Chlamis verò coccinea, qua Christus vestitur, præfagium fuit passionum, quas erant martyres passuri, quibus tamen Christus tegitur ad gloriam. Calamus quo percutiunt Christū significat, eos qui Christum percutiunt arūdines esse: intus vacuas, & qui gloriolam venantur, & aliqua ratione à iustitia desectur, calami sunt, quibus caput Christi percutitur. Porro qui à Christo Deitatem tollunt, arūdinem in eius dextera ponunt, credentes esse vacuitatem, quod est plenitudo: & infirmitatē, quod est fortitudo. De alapis & iputis supra dictum est. Quod verò genu flecterent coram conspuito, & alapis ceto præfagiū erat, quod illè Christi derisiones essent adorandæ à fidelibus, magis etiam quam Christi potentia, per illas enim seruati sumus. [misit ad eum mulier.] Instigata fuit vxor Pilati à diabolo, timente ne per hanc Christi mortē genus humanū seruaretur. Est verò mulier magis idoneum instrumentum ad bona impedienda, mala exequenda: per eam enim generi hominum damnatio ingesta est, maxime verò quia maritus amabat vxorem, hac ratione credidit maius impedimentum futurum. [nihil tibi & iusto] Si iustus est, nihil ad te attinet.

Hugo Cardi. [consillium inierunt.] De hoc consilium dictum est, Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia: in consilium eorum nō intret anima mea. [seniores.] Iuxta illud. Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus. [penitentia ductus.] Nō doluit ob amorē Dei, sed propter factum enorme. Quod si Iudas pecunias reddidit malè acquisite, quæ fronte Simoniacus seruat præbendā, aut vsurarius vsuram? [proiectis argenteis.] Non est expressum, an suspensus sit ante mortem Christi, fuisse verò ante Christi resurrectionem Hierony: testatur. Suspensus verò ad guttur est, vt guttur quod Christum prodiderat, puniretur. Porro proiecit argenteos, docens peccata esse proijcienda è corde, vt foetida stercola: vt onera grauissima. Psa. 37. Sicut onus graue grauate sunt super me: & sicut solent fures prædam proijcere, ne fugientibus oneri sit sarcina nauis, quæ in pericula tempestatis exoneratur, & sicut viperæ manibus hærentes, vt Paulus fecit Acto. 28. proiecit verò argenteos in templo: quia in Ecclesia, non

Genes. 49

in cameris confessio peccatorum fieri debet. [non licet eos mittere in cor.] Quia victimæ impiorum, abominabiles Domino, & item. Do na iniquorum non probat altis. nec respicit in oblationibus impiorum. Corbam verò vt habetur. 4. Regum, erat locus vbi reponebantur oblationes sacerdotum & leuitarum. Musach locus vbi reponebantur dona regum & principum. Gazophilacium habebat dona peregrinorū. [ager sanguinis.] Deus figulus est. Pater enim noster est: nos verò lutum, & sicut lutum in manu figuli, sic omnes vos in manu mea. Ager huius figuli, est Christus vt homo, de quo dicitur. Odor filij mei, vt odor agri pleni, hunc agrum debent quotidie sacerdotes proponere emendum, fidelibus, in sepulturam omnium electorū in Christo enim velut in benedicto cæmeterio mortui mundo sepeliuntur, extra hanc sepulturam non est sepultura, nisi excommunicatorum, qui sepultura asini sepeliuntur, auibus inferni deuorandi. [stetit ante præsidem.] Stetit, non cecidit, docens suos stare ante tyrannos, & non metu mortis cadere, vt qui proximi sint æternitati consequenda. [interrogauit præses.] Crebro interrogat Pilatus, docēs quæ crebro exactè & diligenter debeant confessores, & iudices interrogare reos suos. [per diem selemnem, vnum vinctum.] In memoriā suæ ab Aegypto liberationis. [Barabbam.] Id est, filium patris sui, hominem, scilicet, veterem, quem turba præponit Christo: qui nouus homo est. [vxor Pilati.] Diabolus eā instimulauit forsan ad impediendam liberationem eorum, qui erāt in limbo. [persuaserunt populis.] Grex perditus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, & tempore nostro multi principes persuadent populis iniustitiam: cum tamen præpositi fuerint ad iustitiam persuadendam. [illi dixerunt Barabbam.] Ita faciunt multa capitula, eligētia magis clamorosa, crudelem. &c. [quid faciam de iesu.] Vtinam sic dicerent iudices, cum prouocantur ad condemnandos innocentes, in quibus certum est Christum condemnari. Nam, quod vni ex minimis sit, Christo fit. [crucifigatur.] Cum moraliter peccas, Christum crucifigis. Paulo dicente. Rursum sibi crucifigentes filium Dei. Hoc verò clamat tota multitudo vitiorum, malarum cogitationum, dæmonum. &c. [illimagis clamabant.] Iuxta illud. Aperuerunt super me os suum, omnes inimici mei. [lauit manus.] Confessores & iudices, qui functiones habent periculosas, sæpè lauent manus, vix enim medicus

Prouer. 15

Eccle. 34

4 Regū. 16

Isaie. 64

Ierem. 18

Gene. 27

Iere. 22

Iere. 50

Matth. 25

Hebræ. 6

Thren. 3

vulnera curans, manus puras seruare potest. [innocens ego sum.] Non fuit innocens, quia scribitur. Libera eum qui iniuriam patitur, & item. Conterebam molas iniqui. & de dentibus illius auferebam prædam. [sanguis eius super nos.] O verbum bonum licet malè dictum, quid enim optabilius, quam vt super immundos, sanguis veniat mundissimus? si enim sanguis hyrcorum mundat, quanto potius sanguis Christi: ipse enim est, qui dilexit nos, & lauit in sanguine suo.

Caietanus. [mane factus.] Duplex fuit horum consilium, primum in prima parte notis, alterum, mane in primo consilio iudicantur Christum esse mortis reum, in secundo tractabāt quomodo Pilatum ethnicum mouerent ad occisionem Christi. Ille enim non curabat quæstiones de lege, ideo per eas Christum non damnasset, qua ratione concluderunt, Christum accusare de multis, potissimè de crimine læsæ maiestatis, quia dicebat se regem esse. [Pontio Pilato.] Dicitur fuisse Burgundio, patria Lugdunensis. [damnatus] Vidit Iudas Christum damnatū à principibus sacerdotum. [corbonam.] Sacerdos faurus erat, vt ait Iosephus lib. 2. cap. 8. de bello Iudæi. [per Hieremiam.] Aut hoc erat scriptum in Hieremia, & temporum iniuria excidit, vt multa alia excidisse testantur lib. Regum, aut certè aliquis malignus pro Zacharia posuit Hieremiam, nam in Zacharia sententia eadem est, vbi Dominus dicit, se triginta argenteis appensum, quod quia vile pretium erat, iubet ad figulum proijci, ita Deus ordinauit, vt de triginta argenteis quibus Christus veditus erat, emeretur ager à figulo. [tu es rex.] Tu ne es ille rex expectat⁹ à Iudæis? [vxor Pilati.] Quæ videtur à Dæmone admonita, nam sancti angeli non impediabant opus redemptionis. [super filios nostros.] Hætenus dant poenam sanguinis, per totū mundū dispersi omnibus exosi. [flagellatum tradidit.] Visum Pilato est, Christum aliquo modo peccasse, quando pompam regiam suscepit in die Dominica palmarum, & ideo eum velut fatuum, qui fatuis medijs regis titulum vendicet, castigat: faciens, vt derisorie rex efficeretur coronatus spinis. &c.

Glossa ordin. [quid ad nos tu vid.] Qui ad mortem peccant, tantam habentignorantiā, & cæcitatem, vt nec turbētur sceleribus suis: nec poenitentia dolore turbentur. [se suspendit.] Scelerator omnibus o Iuda & infelicio extitisti, quem non penitentia reuocauit ad Dominū: sed desperatio traxit ad laqueū.

Eccle. 4

Iob. 29

Hebræ. 9

Apoca. 1

Ira Magister hystoriarū, & Iosephus lib. antiqui. vt citat Lyranus.

[per Hieremiã.] Quia omnes propheta vno spiritu loquuti sunt, iure singula sunt omnium, & omnia singulorum. Hieremię igitur deputatur, quod Zachariã dixerat. Vel dicendū, quod apud Hieremiã inuenitur de agro empto, & liber emptionis mādatur mitti in vas figuli, non habetur tamen de triginta argenteis. De his verò habetur apud Zachariã, licet non de agro empto. Cōstituit ergo Matthæus ex vtroq; suum testimonium. [uxor Pilati.] Intelligens diabolus, se per Christi mortem, mortis amissurum imperiū, vt primum per mulierem mortem intulit, per eandem vult Christum à morte liberare.

Lyranus [laqueo se suspē.] In quo magis peccauit, quam in Christi traditione. Nā tradendo peccauit contra humanitatem: desperando, contra Diuinitatem. [uxor Pilati.] Diabolus intelligens verum illum esse Christum, eum qui patiebatur, tum propterea patientiam, tum per scripturas, tum forsan, quia videbat limbum exultare, ideo Christum liberare cupiebat, idque precibus vxoris, quas nimis esse efficaces existimabat. [multa passa sum.] Deterruit enim eam dāmon.

Habetur. i. quęst. i. c. qui studet, quod qui Simoniacę prębendam acquirat, nulla ratio ne in sacro ordine debeat permanere, aut in eundem reuocari. Nā Giezi qui sumpsit profanitate pecuniam leprosus factus est, Iudas laqueo vitam finiuit. Simon magus dāmonis à Petro sententiam audiuit. Et. 23. q. 5. c. si non licet. Detestamur Iudam, quia se occidit, & traditionis, se occidendo auxit, nō expiauit peccatum, quanto potius detestabimur, qui se innocētem occidit, si quidem Iudas sceleratum hominem occidit. s. se ipsum.

Tunc milites pręfidis suscipientes.

D. Hierony. [Aue Rex Iudæorum.] Quia milites audierant Christū appellari regē Iudæorum, & quia videbant hoc illi crimen obiectū à Iudæis, illudētes hoc faciunt: vt chlamide, pro regia purpura eum induant: arūdi nem, pro sceptro: spineam, pro aurea corona illi exhibeāt. Mysticę verò chlamis coccinea significat, quod Christus opera gentiū crucēta sustentat. corona spinea, quod maledictū soluit antiquum, calamum habet in manu, quo Iudæorum facili legium scribat. [expuere in eum.] Iuxta illud non auerti faciē meā à confusione sputorum. Nota quando conspuitur & deridetur Dominus, non propria

habet vestimēta, sed quæ propterea nostra peccata sumpserat. [angariauerunt Simonē.] Portauit hic crucem posteaquam eam Christus portauerat, in signum quod crucem Iesu suscipiunt nationes: & peregrinus obediēs portat ignominiam Saluatoris. [quod est Caluarie.] Quidam dicunt, licet non verè hoc loco Adam fuisse sepultum, at locus iste vocatus est caluarie, quia ibi dānnati capite truncabantur. Ibi verò crucifixus est Dominus, vt vbi prius erat arca dānnatorum ibi erigerentur vexilla martyrij, & vbi abūdauit delictū

super abundaret & gratia. Alioqui Adam in Hebrō Arbee sepultus est, vt Iosue dixit. [dederunt ei vinum cum felle.] Iuxta illud, ego te plātaui vineam electam, quomodo versa mihi es in amaritudinem. & item, dederunt in escam meam fel, & in siti potauerunt me aceto. [cum gustasset noluit bibere.] Significans quod etiā si mortē gustabat, esset tamen tertia die resurrecturus. [diuiserunt vest.] Vt habetur in psal. diuiserunt sibi vest. & super v.

mi. s. [prætereuntes blasphemabant.] Ideo blasphemabant, quia præteribant viam: erant enim extra viam, & mouebant caput: quia prius mouerāt pedes. [alios saluos fecit.] Etiā inuiti fatemini, quod alios saluos fecerit, vti que si vellet saluum se faceret. [descendat de cruce.] At maius est resurgere à mortuis, quā descendere de cruce, sed resurgenti non credi distis, ergo neq; descendenti de cruce. Sed Dæmon statim ac crucifigitur Dominus intellexit fractas suas esse vires, & ideo agit vt Christus descendat de cruce, at Christus permanet, vt eum destruat. [latrones blasphemabant.] Per figuram dicuntur blasphemasse latrones, cum vnus tantum blasphemauit, & certè primum ambo blasphemauerunt, sed vna Solis eclipsi, alter conuersus est, in signum quod populus Iudæorum & gentium Christum primū blasphemauit. Sed gentilitas visis miraculis ad Christum conuersa est. [tenebra facte.] Non naturales sed miraculosa, erat enim tunc luna plenissima, impletum est illud. Occubet Sol meridie, & illud. Occubuit Sol, cū adhuc media esset dies. Sol verò retraxit lumē suū: ne aut pendentem Dominum videret: aut ne sacrilegi eius luce frueretur. [Heli Heli.] Iesus est Dominus principio psalm. 21. Tu verò ne mireris querimonias derelicti, cum formam ferui videas [Eliam vocat.] Romanorum erat vox. [dabant ei myrrhatum.] Vsq; modo infideles potant Christum felle & aceto, vt eum conspientes, eorum mala non videat. [clamas voce magna.] Diuinę potestatis fuit emit

tere spiritum, dixerat enim nemo potest tollere à me animam meam.

D. Ambros. [chlamidē coccineam.] Significabat tunica illa rubēs martyrum palmas, tū regiam potestatem, tum quod Christi caro, fulum toto orbe peccatorum sanguinem esset susceptura pro nobis, & quod passio regnum paritura esset de nobis. Corona spinea significabat, quod de peccatoribus, tāquam seculi poenis triumphalis Deo gloria quæretur. Flagellatus est, ne nos flagellemur. Serui enim qui suos Dominos fugiunt, & vincula, & flagella merentur, quæ igitur nos merebamur à Deo fugientes, ille suscepit. Et licet Iudæi detestabili affectu Christum illudant: Deo tamen suus non deest honor. Saluatur enim vt rex: coronatur vt victor: adoratur vt Deus. Arundo etiam in eius manu locatur, vt humana fragilitas quæ prius vento quouis mouebatur, Domini manu firmetur. Arundo caput Christi percutit, vt eadē humana fragilitas Diuinitatis tactu solide tur. Crux illi imponitur, vt trophæum: quā ipse portauit & Simon, vt & Christus in homine: & homo portaret in Christo. Portauit ipse prius: postea Simon, vt trophæum ipse erigeret primus, post eum sequerentur martyres. Non Iudæus portat, sed alienigena, nec præcedit, sed sequitur, iuxta illud, tollat crucem suam & sequatur me. At ascēsurus Christus crucem vestes deponit: nec enim patitur vt Deus & rex: sed vt homo, licet Christus esset & Deus & homo. Triumphū vidimus, spolia videamus. Non hic reuinctis post tergum brachijs gētes non excissarum vrbium imagines: non captiuorum submissa collare gum miramur: sed ouantes populos nationum, quæsitos non ad supplicium, sed ad premium: liberos reges adorantes: voluntarias vrbes credētes, instaurata in melius oppida spiritalia nequitie obedientia imperio vocis humanæ. Ascendit in crucē Dominus nudus, talis ascendat, qui seculum viricere parat, vt seculi adiumenta non quærat, victus Adam vestimenta deponit: ascendit verò, quales nos natura formauit, nudus Adam in paradiso habitauit, nudus Christus in paradysum intrauit. Manus extēdit, vt omnia traheret ad se. Corpora sanctorum resurgunt: & coram Christi curru veniunt: vt solet pompa præcedere viatores. Titulus supra crucem ponitur, quia principatus eius super humerum eius, principatus verò eius est sempiterna ei⁹ virtus atq; diuinitas. Crux super sepultura Adę, vt He-

bræi dicunt: vt ibi vitæ nostræ primitiæ locarentur, vbi fuerant mortis exordia. Mittunt fortes super vestē, quia Diuinus spiritus non humana opinione, sed quasi quodam euentu inopinanti illabitur. Petūt Iudæi vt descēdat Christus de cruce, at ille noluit descendere, ne descenderet sibi, sed moreretur iphi.

Quod verò diuiduntur vestimēta, significat, quod non potest vnus omnia habere, sed spirit⁹ diuidit cuiq;, prout vult, Christus igitur oēs vestiuit milites, & omnibus abundauit. Licet verò vestimenta alia diuisa sint, at tunica indiuisa permansit. Fides enim solida & integra manere debet. [Hodie medum eris in paradiso.] Vberior est gratia, quā precatio: semper enim Domin⁹ plus tribuit, quā rogatur, in paradiso dicit, quia vita est esse cum Christo, & vbi Christus, ibi regnū. Cito verò ignoscit Dñs, quia citò cōuertitur latro, qui prius cōuitiabat. Et iure fuit ille in mysterio latro qui insidiat⁹ est diabolo, & eius abstulit vasa. [Aceto plenum obtulerūt ei.] Benè ad cōsum mandā omnia, syceritatis corruptio haurit, vt omnia quæ vitiosa fuerāt cruci affigatur, gustat verò Dñs: nō verò bibit vinū felle mīstū, quia amaritudines vitæ nostrę pro corporis cōditione suscepit, sed vino immortalitatis fel admistū nō bibit. Immortalitas. n. coacuerat in fictili vase humano, sed reparatur in Christo, ita vt in resurgentibus nihil fellis inueniatur. [In manus tuas cōmendo sp.] Quod Deo cōmendatur seruatur, bonū pignus, bonū depositū est spūs, qui in Patris manibus cōmendatur, quia nullus alius totū Christū capere potest. [tradidit spiritum.] Quod emisit spiritū voluntariū est, si amitteret, erat necessarium. [tenebra facte sunt.] In oculis, scilicet, perfidorū, vt fidei lumen resfulgeret. Sol refugit: vt funesti spectaculum sceleris obubraret. Petrę scriptæ sunt, quia verbū Dei dura saxa pectorum nostrorum esset penetraturum, monumentorū referatio futurani resurrectionē significat, quod autem appareat in sancta ciuitate, significat futuros in gloria cœlesti surgentes, vel ū scinditur, significans duorū scissionem popularū, vel mysteriorū synagoge prophanationē, vel velū vetus scinditur, vt ecclesia noua suæ fidei vela suspendat, vel scinditur velum legis, vt eius mysteria reuelato cernamus obtutu. Omnia igitur clamant Christum Deum, sola saxa duriora Iudæorum perstant pectora.

D. August. tract. in Ioa. 16. [milites plebsen tes.] Forfan Pilatus Christum iussit flagellari, & conspui, vt illis iniurijs Iudæi satiat, ad

Pri. Tho. ff 2 mor-

In. c. 23. Lu
ca.

Roma. 5

Iosue. 14

Jerem. 2.

Psal. 11:

Psal. 116

Lucæ. 9.

Amos. 8.

Iere. 15

Genes. 3

Ioannis. 12

Roma. 1.

mortē vsq; sruire desisterent. [*dabant ei alapas.*] Sic martyres informabatur ad ea peferēda quæ tyrannis libuisset facere. Sic regnū quod nō est de hoc mundo, superbū mūdū non atrocitate, sed humilitate vincebat, sic granum sinapis seminabatur horribili cōtumelia, vt mirabili gloria pullularet. ¶ Idem tract. 117. Crucifigitur Dominus linguis Iudæorū hora tertia, hora verò quinta sedit pro tribunali Pilatus, hora sexta crucifigitur, inde ad nonam tenebræ fiūt super terram. Igitur hora sexta gentiles Christū crucifigunt, hora verò tertia Iudæi, dū clamabant, vt crucifigatur. [*baiulans sibi crucem.*] Quæ postea erat figenda regum frontibus. In qua postea essent gloriatura corda fidelīū. Dicit enim. Mihi absit gloriari nisi in cruce. Deniq; baiulat crucē, vt in ea, vt super candelabro arsurā lucerna, non sub modio cōdenda poneretur. [*cum eo alios duos latrones.*] Iuxta illud. Cum iniquis deputatus est. [*Rex Iudæorum.*] An Iudæorum rex tantū? imō & gentiū, nam in Psal. cū dixisset, ego sum rex super Sion, subdit. Postula à me, & dabo tibi gentes, ipso christo dicente. Alias oues habeo, illas oportet me adducere. Cur ergo in titulo solū Rex Iudæorum dictus est? certè quia non sunt Iudæi solū illi carne circumcisi: sed illi potius, qui corde circumcisiōnē gerunt, qui sunt veri Israelitæ, verum semen Abrahæ, filij Hierusalē celestis, & Saræ spiritualis. ¶ Idem tract. 118. [*diuiserunt vestimenta.*] Ioannes dicit quod ex vestimentis fecerunt quatuor partes, quo significatum est, quatuor fuisse milites, quorum cuiq; pars vestīū contigit. Tunica vero quia erat inconfutilis non diuiserunt, sed eā fortitū sunt, iuxta veterem scripturā. Partiti sunt vestimenta mea, scilicet, vt quis quid tolleret, partē videlicet diuisiōis. Et super vestē meā, illā, scilicet, inconfutibilem, miserunt sortē. Iam quadripartita illa, diuisio significabat Ecclesiā toto orbe per quatuor partes concorditer diffundendā. Nā & ipse dicit, quod cōgregauit ecclesiā suā à quatuor ventis, scilicet, quatuor cardinibus orbis, tunica verò inconfutilis omniū significat vnitatem: quæ charitatis vinculo cōtinetur, & quia charitas supereminet scientiā, & est maior virtutibus, ideo tunica dicitur contexta de super, est verò inconfutilis, ne dissuatur. Ideo enim Petrus vnus pro omnibus respondit. Tu es Christus filius Dei, vt vnitas in omnibus cōmēdetur, per totū verò contexta dicitur, vnde Græcis catholica, id est, totalis dicitur ecclesia sancta. Sors verò super tunica Dei gratiā significat,

quæ nō hominū merito, aut iudicio: sed Dei voluntate ad homines venit, vt hanc habeat charitatē. Neq; mirum est si fors militū Dei gratiam designet, quando & crux magna significauit, eius latitudo (cui fixæ sunt Christi manus) bona opera in latitudine charitatis facta: longitudo, cui fixum est corpus bonorum operum longam perseuerantiam: cacumen ligni, finem æternum, cuius causa bona opera hūt: profundū quod in terra occultatur, ex quo crux tota surgit, profunditatē gratiæ Dei significat. ¶ Idem tract. 119. Quod in cruce matrē Ioanni cōmendat, notat curā quam filij de parentibus sunt habituri, nam qui suorum & maximè domesticorum curā non habet, fidē negauit. Cōmendauit verò Ioanni, quē præceteris, & familiarius diligebat, qui virginē sacram in suā curam, non in sua prædia quæ non habebat, accepit. [*obtulert acetum.*] Iudæi erant acetū, degenerantes à vino Patriarcharū & Prophetarū: cor habebant velut spongiam latibulis & foraminibus fraudū plenum. His opus verò quia herba humilis est, & pectus purgat, Christi humilitatem significat, quam Iudæi circūuenisse putarunt. [*ei adidit spiritum.*] Quis ita dormit cum voluit, vt Christus mortuus est, cū voluit? quis ita vestem deponit, cum vult: vt Christus carnem exiit cum vult? quāta speranda est potentia iudicantis, si tanta mōstra tur morientis.

D. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 30. Hipocritas Simō ille Cirenus significat, quod enim per angariam facimus, non studio charitatis operamur. Crucem ergo Iesu in angaria portare, est abstinentiam, alia quam cōueniat intentione exercere. Vnde Simon crucem portat, sed non moritur, quia omnis hypocrita, corpus quidem per abstinentiā afficit, sed animus mūdo viuit, at qui Christi sunt carnē suam crucifixerunt. ¶ Idem homi. 21. in Euāgelia. Si Christus, insultantibus Iudæis vt de cruce descenderet, celsisset, nobis virtutē patientiæ non demonstrasset, expectauit igitur paululum, sustinuit, & qui de cruce non descendit, à morte surrexit.

D. Chrysost. homi. 88. [*vniversam cohortem.*] Iudæos invidia ad insaniam cōcitabat, quid vero nisi diabolus milites hos ad hilaritatem ex immanitate capiendam incitauit? Quomodo verò nos ad iracundiam prouocamus? Populus etiā hęc indignissima de Christo audiēs, propter hęc ipsum adorant. Legantur hęc ergo sepius nobis, quis enim adeo durus

durus erit, qui hęc legens non animi tumorem deponat? adeo verò milites Christum iudicio habuerunt, vt nec in latrones talia cōmiserint. Postquam verò cruci Christum affixerunt, blasphemabant in eū, quæ blasphemiam rebus ipsis mihi videntur grauiores. [*si filius Dei est, liberet nunc eum.*] O insani Iudæi, an nō prophetæ filij Dei erant, licet eos Deo à periculis non liberauerit? nō igitur propterea non erit Christus Dei filius, licet de cruce non descendat. ¶ Homi. 89. [*clamauit Iesus.*] Hoc est signum quod dixit Iesus se daturum generationi malæ, scilicet, signum Ionæ prophetæ, & rursus dixit. Cum exaltaueritis filium hominis, cognoscetis quia ego sum, id est, cum vos victores contra me esse putaueritis, tunc vires meas sentietis, & ita factū est. Nam post mortem Christi res Iudæicæ perierunt. Euangelicæ floruerunt. [*tenebræ factæ sunt.*] An non hoc mirabilius, quam de cruce descendere? Si enim à Christo tenebræ fiebat credere in eū oportebat. Si verò à Patre, cōmoueri & cōpigi conueniebat. [*vsque ad horam nonā.*] Cur ergo tā euidētī signo genus hominum Christum Deum non putauit? quia magna desidia & proteruitate tenebatur, adeo nec miraculi causam homines requirerent, & si Iudæi post tanta miracula non credunt, quid miraris, si gentes hoc vno nō credant. [*Heli Heli.*] Sic clamat, vt vsq; ad extremum spiritū sciant homines quod Christus Patrē honoret. [*clamas voce magna.*] Ideo cōuersus est Ceturio, quia vidit Christum sua voluntate obiisse. hęc vox velum tēpli Dei discidit, in prophetiam velocis tēpli subuersionis.

Origenes. Homi. 35. [*totam cohortem.*] Ego puto milites hoc fecisse, operantibus in se inuisibilibus regibus, scilicet, dæmonijs: qui ad stiterunt & conuenerunt aduersus Dominū & Christū eius. [*chlamide cocinea.*] Chlamis hęc mysteriū fuit cocinei signi, quod in salutem suam habuit Raab, & quod alligatum est Phares nascenti. Dominus igitur suscipiens vestem cocineam, sanguinem mundi & suscipiens spineam coronam, suscepit spinas peccatorum in capite suo, & quia peccata nostra consumpta sunt à capite Christi, ideo Euangelistæ non dixerunt coronam illi fuisse detractam. Arundo illa significabat baculum huius mundi in quo confidebamus (qui in baculo Aegypti significabatur) eū baculū accepit Christus, vt in eo triūpharet. [*simonem quōdam.*] Neq; enim solus Iesus crucem portare debuit, sed & nos post

eū. Simon vero significat obedientiam. Cui verò nisi obedientiæ, crux imponenda est. [*caluaria locus.*] Venit ad me traditio ibi sepultū fuisse Adā, vbi crucifixus est Christus, vt sicut in Adā omnes moriuntur: ita in christo omnes viuificentur, & in loco capitis, caput humani generis resurrectionē inueniat. [*cum gustasset.*] Sat enim nobis fuit illū mortē gustasse, & post tres dies resurgeret. [*diuiserunt vesti.*] Sūt etiam nunc, qui Christū nō habentes, verba eius habeant, non plena, sed ex parte. [*Rex Iudæorū.*] Omnis litera, & omnis lingua, siue Græca, siue Hebræa, siue Latina christum regē esse testatur, nec alia mortis eius causa inuenitur, nisi quod sit rex Iudæorum. Pontifex verò summus in frōte nomen Dei, in auro sculptū gestabat. Christus nomē regis super caput in ligno positum habet. Habet enim Patrem suum vt coronam. solus Patris sui capax effectus. [*alios duos latrones.*] Mundus crucifigit latrones, vt indignos mundo: & Christū summosq; viros, vt quibus dignus non esset mundus, vt Paulus dicit. [*prætereuntes blasphemant.*] Nō blasphemant qui stat, id est, qui dicit, statuisi supra petrā pedes meos, ij verò qui prætereunt, quiq; caput firmū non habent, ij blasphemant. [*scriptum saluum faciat.*] Saluū profectō fecit se, & suos, fuit enim omnibus in eum pie credētibus causa salutis. [*sol obscuratus est.*] Quam Solis defectionem Phlægon in suis chonicis tradidit factam principatu Tyberij Cæsaris. In multis tamen exemplaribus non habetur quod Sol fuerit obscuratus, sed quod tenebræ fuerint, forsitan effectæ à tenebrosis nubibus, quales fuerunt illæ quas Aegyptij palpabiles passi sunt. Vt enim Mosē extollente sursum manus suas tenebræ illæ factæ sunt: ita & Christo manus in cruce tendēte tenebræ fuerūt [*voce magna.*] Omnis Christi vox, etiam si sit lenis, magna est. [*vt quid dereliquisti me.*] Cur voluisti vt ad extremū laborum descenderem? extremum enim est inter latrones crucifigi: à prætereuntibus blasphemari. & c. iuxta illud, quod, erat thronus eius, sicut Sol, & sicut luna perfecta, & testis in cælo fidelis, nunc autem repulisti pro nihilo reputasti. & c. Nota, Christū non cōque stū de sua derelictione, nisi postquā tenebræ factæ sunt, quādo occuparūt tenebræ animos Iudæorū vt derelictō Israele. Salus fieret gentibus, forsitan etiā videns paucitatem eorum quibus sanguis suus erat profuturus, dixit, quare dereliquisti me, iuxta illud, vā mihi, quia factus sum, sicut qui colligit racemos vin

Galat. 6

Isai. 53

Psal. 2

Ioan. 10.

Roma. 2.

Galat. 3

Galat. 4

Psal. 11.

Ephes. 3

Matth. 16.

1. Timo. 5

Matth. 12

Ioan. 8

Psal. 2.

Gene. 38

1. Corint. 15

Hebræ. 11

Psal. 39

Heb. 5

Psal. 77

Matth. 7

demie. Fuit verò maior oratio Christi in cruce, quam Ionæ, in cæto, vt maiorum rerum mysterium. [acetum.] Qui in fide Christi male viuūt, dant ei vinum cum felle mistū, qui verò corruptas disciplinas credunt, ij dāt acetum [clamans voce magna.] dixit enim. In manus tuas cōmendo sp̄i. m. Impij enim moriūtur quidem, sed pij magna voce cōmendant Deo spiritū. Deus autē cui spiritus cōmēdatur & anima, nō relinquet eā in inferno. Curamus ergo & nos ita viuere, vt commendantes animā Deo, ipse eam in inferno non derelinquat, sed sicut illum tertio die, ita & nos tēpore opportuno reuocauit ad vitam.

Psal. 15.

Euthymius. [expuerunt in faciem.] O incōparabilis patientia, omnē superās sermonē. Omnē scelesti hi Christo inferebāt iniuriā, rem videlicet Iudæis gratā. Et apparet bis à Pilato Christū traditū vt crucifigeretur, primum simulatoriē, tētando an id omnino Iudæi vellēt, secūdo iam verē. [caluarie.] Aiūt hic fuisse sepultum Adam, vt vbi vetus Adā ceciderat, ibi noui Adā trophæū, idest, crux erigeretur. [vinum.] Et acetū, & vinum myrrhātū delusoriē ei obtulerunt: velut deficientem refocillātes, bis verò & acetū & vinum ei obtulerunt, & antequā crucifigeretur: & vbi crucifixus est: tū verò gustauit acetum, nam prius neutrū bibere voluerat. [vestimenta.] Quidā dicunt fuisse quatuor vestimēta, & vnam tunicam incōsutilē. Sed nō videtur verū, quis enim quinque vestibus induatur? videntur ergo tria tantū fuisse, tunica proxima carni, mox vestis: tū pallium, accepimus autē tunicā fuisse opus virginis matris, à partibus superioribus contextam, hanc ergo tunicā reliquerūt indiscissam: reliqua duo diuiserunt in quatuor partes. Quo soluitur dubiū, quomodo thristus duas tunicas haberet, cū vnam tantum habere præceperit? At profectò vnam tantū habuit, quæ erat subucula, vt dictū est, & considera nullā Christi partē vulnere vacasse & opprobrio: vt nos cum cōtumelia afficiamur, patiamur, nos enim homines ille Deus, ille Dominus, nos serui, ille innocens, nos peccatores, ipse à seruis, nos à cōseruis, ille propter nos, nos propter nos, ille spectantibus Romanis, Græcis, Iudæis: nos coram paucis. [causam scriptā. Iesus Rex Iudeorum.] Hanc causam Pilatus scripsit in patrociniū Christi, ne alius aliam causam fingeret, ob quam Christus crucifigeretur. [duos latrones.] Curarūt hoc Iudæi, vt Christus inter latrones poneretur, vt latro putaretur. [descenda de cruce.] Vtq; descendisset, si illi essent

credituri. [vt quid dereliquisti me.] Vt hos dolores sustinerē, ostendens se verū esse hominem, qui crucis doloribus torquebatur, vel etiam iuxta Gregoriū Theologū indicauit, genus hominum cuius vices tūc gerebat, hætenus derelictum: sed Christi afflictionibus assumptum.

D. Hilarius cano. 33. [chlamidem cocctneā.] Omnium martyrum, quibus regnū debitū erat, sanguine in cocci colore perfunditur, pretio soq; patriarcharum & prophetarū in purpura honore vellitur, coronat spinis, vt ex peccatis nostris gloria illi quæreretur, calamus nostra infirmitas est, quæ manu Christi soli data in caput Christi, idest, Deū Patrē quiescat. [Cirenensem.] Iudæus enim indignus est Christi crucē ferre. [noluit bibere.] Quia gloriæ æternæ, quæ vinum est, amaritudo peccatorū non miscetur. [duos latrones.] Omnishumani generis vniuersitas ad sacramentū vocatur Dominicę passionis, licet vnus qui est ad dexterā fidei, saluetur. Quod verò ambo latrones Christo exprobrarunt, scandalum crucis vniuersis etiā fidelibus futurū designatur. Nox verò ex die, diuisio tēporū est, ita enim numerus triū dierum totidemq; noctiū expletur. [cur reliquisti me.] Relinquitur vt homo, etiam morte peragendus. [acetum in vase.] Vinum fuit gloria immortalitatis: hoc in vase Adę coacuit: & Christus accepit & potauit ex gentibus, nam ex corporibus gentium vitia corrupte eternitatis accepit. Ideo dicit, consummatum est, vt qui omne viciū humanæ corruptionis exhausserit, magna verò voce clamat; dolens non omnium se peccata potare.

D. Bernard. in die Paschæ Ser. 1. [si rex israel est descendat.] Imò quia rex est, ascendat, quia rex est titulū regiū, Rex Iudæorū, non deserat, virgā imperij, quod super humerum habet nō deponat. Dicit Iudæus, se ipsum saluū facere nō potest: certē si descendat, non se saluū faciet, is enim saluus fit, qui perseuerauerit vsq; in finē, operetur igitur salutem nostrā ipsa salus: nec caudā patiat de esse sacrificio vespertino, hostiæ salutaris, si descēdisset, quomodo prædicatores dicere possent alijs. Locū tuū ne deserat: si suū, Christus deseruisset. Idē Ser. 5. in psal. qui habitat. Dicerene audebimus, quod aliquādo fuit christus sine Patre? nemo id præsumeret, si non prior ipse dixisset, Deus meus, vt quid reliquisti me? Quasi quædā enim ibi derelictio fuit, vbi nulla fuit in tāta necessitate virtutis exhibitio, nulla ostētio maiestatis. Idē ser.

Isai. 2
Matth. 24
Leuit. 3

in annūtiatione. Homo primus innocētiæ vestibus ornatus, magna sua insipientia descendit in Hiericho, vbi incidit in latrones, à quibus expoliatus est nec potuit reuestiri, nisi Christus suis vestib⁹ nudaretur, sicut nec potuit viuificari, sine Christi morte, tunica vero incōsutilis est imago Dei in nobis insita, quæ in inferno vri quidem poterit, sed nō exuri, neque deleri.

Roma. 12

Druthmarus. [diuiserunt vestimenta.] Vestis diuisa in quatuor partes significauit Euāgelii diuidēdū in quatuor orbis partes, licet tunica, quæ est ecclesia indiscissa esset mansura, electi enim vnū corpus Christi faciūt. [tirulus causa.] Consuetudo fuit Romanis, vt cū aliquē dānasēt, causam dānationis affigerēt loco, vbi ab omnibus legi possset. [inter latrones.] Vt iudex inter bonos & malos, quod in die iudicij clarius erit. [latrones improperebat ei.] Alter latro cōuersus postea est, habuitq; fidē, qua Christū credidit regnaturū, habuit sp̄e, postulans premia quæ nos speramus, habuit charitatē, qua latronē sociū reprehendebat. [mecum eris in paradiso.] Idest, loco illo vbi Abrahā & Lazarum diues ille conspexit [a sexta hora.] Ex quo Christus crucifixus est, Sol obicūratuſ est. Sexta hora crucifigitur Dñs, quia sexta hora peccauit Adā, dicitur enim quod dñs deābulabat post meridiē.

Lucæ. 16

Genesi. 3

V. Beda in. c. 15. Marci. In purpura quā in durus est Dñs, ipsa eius caro quā passionib⁹ obiecit insinuat, quā albam esse Herodes monstrauit, vt in eadē carne, & innocentia, & passio reluceret, spine peccata significāt, pro quibus mortalis fieri voluit. Porro infideles, qui Christū esse negant, velut milites diaboli, Christi caput percutiūt, calamo vero percutiūt, qui illū errorē calamo firmare contēdunt: maxime si textibus scripturæ id robore nitātur. [simonē Cirenensem.] Videtur notissimus hic homo: vt cuius filius Alexāder & Ruffus velut omnibus noti proponātur. Aptē vero Simō obediens, Cirenens verò heres interpretatur, vt qui cōpatiūtur, Christi sint cohæredes. Quā in crucis latitudine, hilaritas designat, in qua bona opera fieri debēt, alioqui tristitia facit angustias; altitudo crucis, cui caput adiungitur, expectationē designat retributiōis, de sublimi iustitia Dei, qui reddet, cuiq; iuxta opera sua. Lōgitudo crucis significat perseuerantiā, nā perseuerantes lōganimes vocamus, profundū crucis, est secretū Sacramētū [Iesus Rex Iudeorum.] Quia christus rex erat & pōtifer, cū carnis suæ hostiā offerret, vt pōtifer regis quoq; dignitatem

Roma. 2

præterdit, vt oēs legerēt, quod per crucē, non perdidit, sed suū potius roborauit imperiū. [duos latrones.] Hi crucifixi significāt eos qui vitā se subdiderunt arctiori, qui si pro celesti tantū gloria abstinet, latronis dextri merito ac fide designātur, qui verò minus digna intētiōne id faciunt, latronis sinistri mentem imitātur. Dicit enim Paulus. Si tradidero corpus meū, vt ardeat, sine charitate nihil sum. [conuitiabantur ei.] Et hoc quoq; in ecclesia fieri videmus, cū mundanis tacti afflictionibus mali Christiani cōuittantur, boni verò, à Dño paradisi gaudia requirunt, & percipiūt. [quid reliquisti me?] Corporis id erat propriū, nullum enim corpus vita sua vellet fraudari. Sed etiam vt homo loquitur, nos enim in periculis positi, à Deo nos deserere putamus. Ergo vt homo turbatur, flet, crucifigitur. [acetum.] Quia vnū illud deficiebat, vt, scilicet, acetū biberet, ideo acetū petijt, quasi diceret, date quod estis ò Iudæi, est enim acetū vinū quod degerauit, atqui Iudæi degenerauerāt à maioribus suis.

1. Cor. 13

D. Tho. [vniuersam cohortem.] Cōgregati sunt ad eū etiā gētiles, quia oēs debebat redimere. Cōclufit enim omnia in incredulitate vt omnium miseretur, & in psal. Circūierūt me sicut apes. [coronā.] Quia regē se dicebat, imponūt ei illusoriē signa regis, ideo ei vestē coccineam purpuram habentē ei circundāt. [spine am.] Vt solueret maledictio Adę, quod terra spinas proferret. [arundinē.] Quæ significabat, quod Christus regiū sceptrū diabolo eripiebat, & ite in, quod inanitatē gentiū sibi accipiebat, secundū illud, postula à me, & dabo tibi gētes. [exeuentes.] Extra ciuitatem patitur, iuxta illud, vt sanctificaret populū extra portā passus est. Cuius erat figura, quod hyrcus, qui pro peccato immolabatur, extra castra mittebatur, sic & Christus qui erat hostia pro peccatis, significauit etiam, quod debeat ad ipsum exire extra nostram cōuersionē, & etiam, quod virtus passionis eius non cōcludēbatur in vna solū gēte: [cum felle mistum.] Idest, cum myrrha quæ amara est vt fel. [noluit bibere.] Idest, quod Marcus dicit: quod non accepit, idest, ad bibēdum. [crucifixerunt.] Cur voluit in cruce mori? tū quia crucifigētes voluerūt turpissima morte moreretur, tū dōcuit, ne vllum gen⁹ mortis Christiani reformidemus, & etiam voluit pati in ligno, quia Adā peccauit in ligno. [diuiserunt vestimenta.] Factum fuit hoc in maximam cōtumeliā, nam nō nisi vilissimi homines denudabantur in supplicio. Nos verò. in hosti-

Rom. 11

Psal. 117.

Genesi. 3

Psal. 2.

Heb. vltim.

Luca. 24

Sapient. 5

mur, quod ab omni carnali affectu debemus denudari. [si filius Dei es descende.] Imò si filius Dei est, obediatur patri. Ideo enim factus est obediens Patri usque ad mortem, & quidem si filius Dei est, debuit ascendere, nemo enim ascendit in cœlum, nisi filius hominis, sed diabolus vitatur verbo antiquo, si filius Dei es mittere deorsum. [similiter & scriba.] Dehonestari à principibus est homini intolerabile: homo enim naturaliter cupit honorari, datur siquidem honor in testimoniū virtutis, exprobrant verò christo auctoritate principes: religione pharisei, sapientia scribæ, impletur ergo illud. Ibo ad optimates, ipsi enim cognouerunt viam Dei, sed ipsi magis cōfregērūt iugū. [à sexta hora.] Dionysius Areopagita & socius Appolonius in hac ecclipsi. 4. miracula considerant, primū, quia hæc ecclipsis fuit in oppositione Solis & Lunæ, reliquæ in cōiunctione. 2. quod hic Lunæ cursus mutatus est, ab oriente enim venit obscuratio Lunæ, cū tamen naturalis ecclipsis veniat ab occidente. 3. quod luna solet ab ea parte illuminari, à qua obscurata est, cuius contrariū hic accidit. 4. duravit tres horas, cū reliquæ solū per exiguū tēpus durēt. Quibus expensis, cū Paulus prædicauit Christū Athenis Dionysius conuersus est. [quare dereliquisti.] magna est charitas ad homines, cuius causa magis ita passioni permisisti [vinum cum felle.] Verè erat vinū myrrhatū, sed quia amarū dictum est felle mistū, & etiā dictū est acētū. [emisit spiritum.] Voluit mori, hac ratione suā charitatē, cōmēdans, quod pro inimicis mori voluerit, & ut doceret nos cōtēnere mortē, & ut liberaret nos morte sua, à morte nra: & ut doceret hominū esse mori.

Simon Casien. lib. 13. de pas. c. 99. Deferebat Christus crucē, vt subiugale animal, velut Isaac sua deferens ligna quibus immolaretur. Portat verò lignum propter vetitū lignū, portat lignū vt ligno vincat hostē qui uicerat in ligno, portat lignū, vt inde faciat ascensionē in cœlum, portat lignum, vt ligno omnia trahat ad se, portat lignū mortis & vitæ. [Cap. 100.] [angariauerunt.] Vt ocus christus moreretur, ne è manib⁹ elaberetur. Christus enim ex verberibus erat debilis, ex crucis pondere gemens, ad votum Iudæorū non festinabat. [uenientem de villa.] Simon Gentilitatem significat, quæ tunc Christo obuiauit, cum synagogam suo demerito, Christus dimisit. [patrem Alexandri & Ruffi.] Erant isti discipuli Apostolorum, ac ideo erant notissimi Christianis, ea causa tam aperta de eis mentio fit. Quod verò Simon non permittitur

Hierosolymam intrare, significat, non esse fidelibus intrandum in locum vnde Christus eijcitur, angaria verò Simonis significabat, quot persecutiones esset habitura Gentilitas, quia crucem Dñi portabat. Dicitur verò portare crucē non suam, sed Iesu, quia gratia Iesu est quod crux portet & propter ipsum portetur, & quia propter ipsum portatur, meritum est regni cœlorum, & quia nisi ipse sua merita patientibus cōmunicaret, nullius esset portatio meriti. Simon verò non crucifigitur, quia purus homo nec sufficit, neque potest se ipsum redimere. [Cap. 101.] [sequebatur eum multi.ma.] Quidā ex curiositate, quidā vt viderent si signū aliquod ibi faceret Christus, quidam ex pietate humana, quosdā sacra virgo afferebat. Pharisei, vt optatū viderent supplicium. Porro licet virgo doleret, nihil tamen agebat indecorum: sed tacebat, sicut Christum tacere videbat. Christus verò occulta tractione trahebat omnes post se: vt viderent miracula, quæ in sua morte fiebāt: vt inde boni consolarentur, mali confunderentur. Plangebant verò multæ ex compassionē christi, & matris, ex beneficiorum, quæ à Christo acceperāt memoria, ex dulcedine prædicationis, quam audierant. [Capit. 102.] [nolite flere super me.] Qui sponte subeo mortem, qui mortis & vitæ habeo imperium, cui nihil perit moriendo, qui facile surgam. [sed super vos flete.] Id est, super vestram ciuitatē flete, in qua nemo fuit qui pro Christo se offerret, tam iniuste patiente, flete igitur ad poenitentiam Hierosolymitæ, ne vos ira Dei inueniat ad poenam, fleāt peccatores, eo amplius, quo se credunt feliciores, non plangāt iustos, qui eo amplius beatiore sunt, quo sunt in seculo miseriore, miseris enim suis palmam sibi gloriæ comparare sciunt, neque Dominus lachrymas compassionis vetat, dicit enim Iob, flebam quondam super eo qui patiebatur: sed dicit magis esse flendum super ciuitate, quam super se: & magis super iniquitate, quam super miseria. [beata steriles.] Tanta vos opprimit miseria, vt verba extreme patientium proferatis, dicunt enim qui summe affliguntur, vtinam non nati essemus. &c. licet potius referri videantur verba hæc ad inferni poenam, in qua non se natos damnati exoptant. [Capit. 103.] [viridi ligno.] Christ⁹ viride lignū ex radice, quia verbo Dei vnitum, viride, quia ex Spū sancto cōceptū, viride, quia deficere nescit, nā mortuus surrexit viride, quia sub eius umbra estuantes quiescunt, viride, quia plātatus se-

Iob. 30.

Psal. 10.

cus decursus aquarum, folia habebit virentia semper. [Cap. 104.] [vinum myrrhatum.] Adeo odiebant linguam illam dulcem, quæ eorum mores reprehenderat. Item citius eum morituum credebant, ex felle gustato, forsitan dederunt ei herbam centauram, amarissimam, vt vinum amarissimum redderetur. [noluit bibere.] Id est, noluit haurire, vt inde posteris bibenda relinqueret, mortem enim & reliquas passionē non abstulit, noluit etiā bibere, vt si tu quid mali à proximis pateris, gustes quidem: sed ad odiū in memoriā ne traicias. [Cap. 105.] [postquam crucifixi sunt.] Grādis admiratio est, quod nullus Euangelista modū quomodo crucifixus est tradiderit, forte spiritus sanctus voluit id considerari potius, quā scribi, aut quia modus crucifigendi, vbi que terrarū notus erat, vt ita sciremus Christū cruci affixum, vt alij affiguntur homines dānati. At corpus dñi premebatur tūc scruisimè, derelictū ab omnib⁹, & ipse se relinquebat in poenis: ne alleuiaretur ex virtute Deitatis: sed magnanimè ferrentur, clauorū sonitus piæ mentes affligebat: sed potissimè virginis animam, quæ in explicabilibus lachrymis singultibus, & gemitibus cruciformis ad stabat. [Cap. 106.] Christus suæ charitatis memor, à doloribus non absorptus rogat pro crucifixoribus, qui, vt gentiles, Christū ignorabant, & ignorantia veniā meretur, rogauit etiam pro Iudæis circumstantibus, pro ijs, scilicet qui Christū non agnouerant. [Cap. 107.] [inser duos latrones.] Scilicet, genus angelorū cadentiū, qui latro sinister est, & genus hominū, qui in Adā peccauerunt, hic latro dexter est, sunt etiam latrones, præciti peccatores: & qui prædestinati sunt. Ille leuis latro, hic dexter. [Cap. 108.] [titulus cause.] Nō erat illa causa mortis Christi, sed patris æterna voluntas pro mundi redēptione Christū morti obijciētis. [Iesus Nazarenus] Nazaren⁹. i. sanctus, fuit n. sanctus sanctorū, omnē sanctū sanctificās. Nazarenus, id est, virgam habēs, habet enim virgam qua populos cedat: virga enim directiōis, virga regni sui, qua virga percussit mare labentis seculi & castigauit Pharaonem grauiss. plagis. Nazarenus, id est, flos, ascendit enim de virga & radice Iese: in odorē omnium viventium. Hæbraicè scriptus erat titulus. Hæbraea enim lingua dignior erat, vt quæ prima fuit: vt in qua Christus loquutus est: & in qua pij homines loquuti sunt post confusionē linguarū. Græcè etiā, apud Græcos erat sapiētia. Latine, apud Romanos: erat imperium rex igitur in tribus linguis Christi-

Psal. 2.

Psal. 44.

Exodi. 14.

Isai. 11.

stus asseritur, quia omnium nationum rex est. Rex vocatur Christus à magis, vbi est qui natus est rex. Rex si vellet constitueretur à populis. Rex vocatus est à turbis cum ciuitatem ingreditur. Rex moriens nominatur. [quod scripsi.] Firmitas Pilati imitanda nobis est, vt à veritate nullis neque minis neque precibus diuellamur. [Cap. 109.] [vestimenta.] Nō habuit Christus æspēdēs ex zona, quæ diuiderent milites, nō aurum: sed vnicū pallium quod in 4. partes diuisum est, vnicam tunicam, quæ quia erat artificio facta sine sutura non fuit diuisa, nudus igitur Christus exiit à matre, nudus pendet in cruce, redijt, ad. a. vestis Christi est eius humanitas, per quatuor milites, id est, quatuor mundi partes distributa. i. prædicata, nudus mansit Christus, nunquā operiendus: sed clarè in sua gloria videndus, tunica in confutillis nostre fidei arguit vnitatem, tum etiam & caritatē, hæc enim scindi nolunt, & sunt corpus luminoso vnum quidem: sed varios effectus, vt varios radios, effundens. [Cap. 110.] [prætereuntes blasphem.] Prætereunt, qui cursim scripturas legunt neque figunt animum, vt intelligant, prætereunt, qui non assistunt coram Deo, vt ab eo illuminentur orantes, prætereunt Iudæi Christum, nolentes eius communicare passionibus. [similiter & principes illudebant.] O hominum vilitatem, non est principum, morituris illudere. Illusus ergo est Christus à populo, à principibus, à militibus à latronibus. [Cap. 111.] [digna factis recc.] Digna sunt tormenta malefactorum: & male viuenti conuenit extrema calamitas, & dignius est vitam breui impium finire, quam in culpa lætari, nouit ex Dei iustitia poena culpam. Dei vero iustitiam iam latro, velut sui oblitus doloris, amabat, & magna apud Deum pars veniæ est, culpam propriam digna poena affectam agnoscere, sed maius fuit, Christum innocentem fateri quem totus populus ad crucem postulauerat, dixit enim nihil mali fecit, vnde vero id ille cognouit? certe ex Diuina illustratione, qua petijt, vt eius recordaretur, cū veniret in regnū suū, quā aliter loquitur latro, aliud credit esse regnum, cuius vult ille esse cuius, quod Christum præstare posse fatetur, & mirum est, quod vbi Apostoli qui Christū audierāt fugiūt, latro qui nō audierat, cōfiteretur. Cur vero ex equalibus latronibus hunc conuertit, illum in obduratione dimisit, nodosa quæstio est. [Cap. 112.] [hodie mecum eris.] Quid conferet regnans, qui tanta promittit moriens? hodie

Matth. 2.

Ioannis 5.

Ioan. 12.

Philip. 2.

Ioann. 3.

Iere. 5.

Roma. 5.

Genes. 22.

dicit, quia eo die triusq; anima adfuit in lymbo, & forſa poſt reſurrectionē, omnes animę adductę ſunt in paradifum, vt inde aſcenderent in coelum, vnde deſcenderunt in mortē & fortē omnes animę in coelum aſcendunt, e paradifo aſcendunt. [in paradifo.] Ideſt, in delicijs, quas animę Patru habuerunt animam Chriſti videntes. [Cap. 103.] [ſtabat iuxta crucem.] ſtabant iuxta lignum, propter pomum iuxta patibulum propter iuſtum. Porro vocatur homo lignum lignū enim inſenſibile eſt, talis eſt homo cū peccat, non ſenſit lignū crucis pōdus corporis Chriſti, nec qui peccat ſentit pondus beneficiorū Dei. Lignū crucis protenſum ad ima ſignificat conſiderationē poenę aternę, protenſum ad ſumma, cōſiderationē glorię perpetuę, hic miſericordia, illic iuſtitia. Duo crucis brachia ſunt ala gallinę, quibus protegimur ne à miluis. i. dæmonibus rapiamur, ſub vmbra harū alarū quieſcamus donec tranſeat omnis iniquitas. Chriſtus interdixit hominibus eſum arboris illiꝝ aſpectu pulchri, ſed fruētū mortiferi. Idem Chriſtus præcepit hominibus eſum crucis, aſpectu horridę, ſed fruētū neceſſarię. Tollat enim inquit crucem ſuam & ſequatur me: bona arbor illa: prima ſed in ſcandalum facta eſt mala quatenus poena: crux: ſed in vitam propoſita eſt, ex illa nuditas, ex iſta glorię indumentū, ex illa verecūdia, ex hac glorię, ex illa guſtantes qui erant velut dii, facti ſunt vt iumenta, ex hac iumenta redduntur dii. [Cap. 114.] [Mulier ecce filius tuus.] Virgo locū gerit eccleſię iuxta poenalitatem aſiſtentis Ioannes, cuius ſuis pij, ſit igitur omnis crucis amator filius eccleſię, melius ei natus, quam propria: matri, datur ergo pijs mater gratię, pro matre naturę, licet gratia non extinguat naturam, habet. n. vnus filius matres duas: naturę & gratię, at iure diuino plus gratię debetur, quā naturę. [Ca. 115.] [tenebra facta.] [Obscuratur aēr in teſtimonium ſcleris quod innocens moritur, eclipſatur Sol cōtra naturam, quia moritur Chriſtus contra iuſtitiam.] Datur tenebrę mundo ignorantī, quia mundus eum non cognouit. Olim Aegyptijs tenebrę factę ſunt, cum eſſet lux Iudæis: nunc contra, lux gentibus, tenebrę Iudæis, vertit vero Deus lucem in tenebras: vt homines ad ſuum cor conuerſi profundius Dei Chriſti mortem contemplantentur, tenebrę enim contemplationi ſunt aptiores. Trium verò horarum ſpacio tenebrę durant, quia Beata Trinitas tunc ignorabatur, & tres virtutes propulſabantur, fides, ſpes, charitas, & tres

potentię animę noſtrę hebetabantur. [Capit. 116.] [vt quid derel.] Ideſt, cur ob tam vilem rem, me dereliquiſti, aut etiam, cur, id eſt, non meo merito, ſed propter ſcelus humanum. [voce magna.] Quia maxime patiebatur magna quia magna iuſtitia patiebatur. Porro dicit Deus meus Deus meus Deus in creatione, Deus in vnione, Deus in corpore, Deus in anima, Deus cui & anima & corpore ſeruierat. Iam quod in pſa. dicitur Reſpice in me, id eſt, reſpice in corpus meum myſticum, vt iniuſtitia quam patior, vertatur corpori meo in iuſtitiam qua ſaluetur. Quod ſubiungit. [quare me derel.] Ideſt, fiat derelictio mea, liberatio meis, vt ipſi non relinquantur in culpis: non in tribulationibus non inferno. [Capit. 117.] [ſitio.] Non admodum corporaliter ſitiuit, qui corpus ſuum omni paſſioni conceſſit, ſed ſpiritualiter cupiebat ſalutem animarum: cuius ſitis explicandę nullum opportunius tempus, quam paſſionis erat, at ſitiens ipſe nos explicauit, quam maxime deberemus nos ipſum ſitire. Sitiuit etiam ſuam mortem, vt Patris voluntatem expleret, & diabolum præda expoliaret. [Capit. 118.] [hiſopo.] Manipulum ex hiſopo fecerunt, vt aſpergeretur Chriſti facies quaſi ex labore ſudantis. Calamo ergo percutitur Chriſti caput, & calamo amarę potatur, vacui enim ſunt & inanes, qui Chriſtum percutiūt, quique ſunt illiꝝ guſtui amari, bis vero Chriſtus potatus eſt, primum felle, poſtea cum ſitiret aceto. [Capit. 119.] [conſummatum eſt.] Conſummata ſunt quę Prophe-tę de Chriſto nuntiauerunt. Conſummata eius vita, conſummatum eſt deſiderium Patrum, conſum. eſt imperiū dæmonum, conſumma. eſt ſalus generis humani, & ſicut die ſexto conſummauit Deus opera ſua: ita & Chriſtus in cruce opera noſtrę redemptionis, & ſicut nequitia peccatorum Chriſtum crucifigentium conſummata fuit, quia exceſſit omnem aliam nequitiam: ita & iuſtitia Chriſti conſummata eſt, quia exceſſit omnem aliam iuſtitiam, nobis iuſtitiam adquirens. Omnis conſummationis vidi finem dicit Pſaltes, eſt conſummatio nequitię: & inferni, & ſeculi, & glorię, harum omnium conſummationum Chriſtus eſt finis, omnia enim quauis diuerſe ipſe conſummauit, conſummauit nequitiam, habet inferni iudicium, conſummauit ſeculum, dabit glori-am. Demum conſummatum, id eſt, perfectum eſt nouum teſtamentum, veteri abſolito, inceperunt nouę legis ſacramen-ta

Pſalm. 21

Pſal. 68.

Pſal. 118.

ta ceremoniã promiſſiones, &c. [Cap. 120.] [ſpiritum meum.] Deprecatio eſt pij hominis qui videns ſe corpore relictum pro anima deprecatur, vt nos etiã maiore cura interiora reſpiciamꝝ, quã exteriora, & comēdemus Deo animã in tanta dignitate creatã, tanto pretio redemptã. Porro comēdans Chriſtus animã ſuã Deo, animas etiã ei comēdauit noſtras, facit. n. vera charitas quod alterius eſt, eſſe ſuū, qui. n. adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cū eo. Dices, quorſum orat pro animabus noſtris, quę ſi prædeſtinatę ſunt, illa oratione non egent? Quia mediãte Chriſti paſſione & oratione ſunt ad gloriã prædeſtinatę. [inclinato capite.] Vale faciens mūdo, dolēs culpam noſtrę erectionis, ſuadens obedientiã, & humilitatē. [Bellū geſit olium dæmon cū Deo, vt etuſeſt dæmō. Bellū geſit cū homine in paradifo, victus eſt homo. Bellū geſit cū Deo homine, vicit Deus homo. Corpus velut ſcutum in cruce ſuſpēſum nobis reliquit, vt vulnere videamꝝ victorię, nouū igitur bellū quo mortuus & occiſus vincit, triumphat, ſpoliat. Hugo. [exuentes eum.] Implerur illud. Exuerūt Ioseph tunica polymita. Moraliter, hi milites Chriſtū exuentes ſunt mali Prælati, qui exuunt Chriſto caritū fidelium, quos malo exēplo corripūt: & induūt tunica ſanguinaria. i. gregibus ſiliorū & nepotū. [corona ſp.] Egreſſimini filię Siō, videte regē Salomonē in diademate, quo coronauit eum mater ſua. Moraliter tot ſpinas capiti Chriſti mali Prælati imponūt, quot indignos in eccleſia cōſtituūt, & tūc arundinē in dextera collocant, cū indoctos & fatuos regimur in eccleſiã præficiunt. [Simonē.] Simō eſt religioſus veniens de villa. i. de mūdo. Cui crux imponitur habēs tria brachia, paupertatē: caſtitatē: obediētiam, clauſi ſunt vota, &c. [Caluaria.] Vir qui cū Chriſto vult crucifigi quærat Caluariã. i. religionē, capillis. i. diuitijs carentē, at multi capillatas religiones. i. diuites intrāt. [duo latrones.] Hi fuerunt duo vinciti cū Ioseph in carcere, ſunt etiã caro & mūdus, qui à nobis debēt crucifigi. Nota, voluit Dñs crucifigi inter crucifixos: notās poenitentē debere quærere alios poenitētes, inter quos poeniteat. [Prætereuntes blaſp.] Iuxta illud, omnes videntes me deriſerūt me, loquuti ſunt labijs, & mouerūt caput, & factū ſum opprobrium illis. [ſaluum fac te ipſum.] Iuxta illud, quare futurus eſt vt fortis, qui nō pōt ſaluare? [deſcende de cruce] Iã diabolus hamū quouincebatur, ſentiēs, cū eiſcere cupiebat, & vidēs mai e rubrū. i. Chriſti ſanguinē, reuertit deſiderabat, & ſentiēs ſe vin-

1. Cor. 6

Gen 37.

Gen. 3.

Gen. 40

Pſalm. 108

Iere. 14.

ci, pacē componere rogabat, optabat ergo ne Chriſtꝝ ſolueret pretiū redēptionis: nō offerret ſacrificiū reconciliationis: nō biberet calicē paſſionis. Sed mira ſtultitia, ſi rex eſt (inquit) diſtat certare, reiſciat ſceprū: deponat baculū. [circa horã nonā] Quia per eius mortē nouē chori angelorū reparant. [de reliquiſti.] Iſa 54. ad pūctū in modico dereliqui te. [acetum.] Dicitur, quod bibēs acetū cū moritur, citiꝝ moritur. Caieta. chlamis erat palliū militare, & cōcinea dicitur, quia erat purpurea. [angariauerunt.] Erat. n. tāta ignominia crucē portare, vt nullus inueniretur, qui pretio portaret: ſed vi vnde apparet Chriſtū crucis onere preſſū cecidiſſe, ideo à Simone adiutus eſt. [cum felle.] O crudelitātē, tā afflicto potū amarū porrigere. [crucifixerunt eum.] Mōſtratur hodie funis, quo ligatus fuit, cū crucifigeretur. [prætereuntes blaſp.] Cū tñ ſoleant prætereuntes miſererī patientiū. [idiſſum principē.] Tāntus erat horū furor, vt nec inſultare Chriſto erubereſcēt. [tenebra facta] Certū eſt ex hoc textu, quod tenebrę totā terrā occuparunt, modus cōueniētior eſt, quod Deꝝ ſoli radios ſubtraheret Glo. lord. [vinū cū felle.] Potuit eſſe miſtū myrrha, & felle. [vnus à dextris.] Per quem mortificatio carnis pro cœleſti gloria ſignificatur. [vnus à ſiniſtris.] Per quē mortificatio, pro alia cauſa deſignat. [de reliquiſti.] Quorū ſuſcepit naturā, deplorat miſeriã: oſtendens quātū flere debeāt, qui peccāt. [ſpōgia] Quale habent cor, tale eſt quod offerunt, cor habent plenum cauernis, fraudulentijs, &c. Lyra. [tunc milites.] Hanc irriſionē exercuerunt poſt flagellationem, ante ſententiã. [de ſpinis.] Ex iuncis marinis, qui adeo ſunt acuti, vt ſoleas calceorum penetrent, experientia teſte. [induerunt eum veſtimen.] Veſtes proprias Chriſto reddunt, vt in illis magis agnoſcatur. [Caluaria.] Non erat hic Adā ſepultꝝ ſed in Hebrō, quæ ideo diſta eſt Chiriath arbe, id eſt. Ciuitas quatuor. Ibi enim condita fuere corpora Adę, Abrahę, Iſaac, Iacob: cum vxoribus ſuis. [acetum.] Dicitur in lib. Iudicum ordinariorū, quod quia Salomon dixerat, date vinum his qui amaro ſunt animo, conſueuiſſe Iudæos, dare vinum aromatico dederunt vinum cum felle miſtum. [diuiferunt veſt.] Cum tamen damnatis aliquod veſtimentum relinquatur, quo non appareāt nudi. [tenebra.] Dionyſius ad Policarpū dicit ſe eā eclipſin vidiffē p interpoſitionem lunę, quæ ab oriente ad merid-

Exod. 14

Gene. 2

Matth. 16

Ioannis. 1

diem veniens subiecit se soli: postea in suum locū redijt. [magna voce.] Ergo vox fuit miraculosa, non naturalis.

Et ecce velū tēpli scissum est.

D. Hierony. [velum templi.] Id est, omnia legis sacramenta quæ prius tegebantur, prodita sunt, atque ad gentium populum transferunt. Euāgelium Nazarenorum asserit su perliminare templi infinitæ magnitudinis tunc fractum fuisse. [terra mota] Magnitudo signorum crucifixum esse Dominum manifestè demonstrat. Docebant etiam terra mota & monumēta aperta, corda credentiū prius erroribus clausa iam emollita, similiaque tumulis mortuorum, suum agnouisse creatorem. [multa corpora.] Sicut surrexit Lazarus ita & multa surrexerunt corpora: quæ Christum ostenderent resurgentem, licet enim monumenta aperta fuerint, corpora tamen non prius surrexerunt, quā Dñs: ut ipse primogenitus esset mortuorū. [in sancta ciuit.] Aut in gloria: aut in Hierosolymis, quæ sancta dicebatur, sicut & Matthæus publicanus dicitur quia fuit hic publicanus & illa sancta. [à Galilæa ministrantes.] Ex more Iudaico, non ducebatur in culpam, quod fecimæ de sua substantia ministrarent suis præceptoribus. Eum tamen morem, ne scandalū præberet. Paulus reiecit. Christus tamē licet cibis non indigens Dñs creaturarum, typum tamē magistrorū ostendit, quod victu & vestitu ex discipulis deberēt esse cōtenti. [Maria Magdal.] A qua septem dæmonia eiecerat. [Ioseph mater.] Materterā suam, sororē Mariæ matris Dñi: & matrē filiorū Zebedæi [Quidā homo diues.] Id tradidit Euangelista, ut doceret, cur ausus sit corpus Christi petere, & cur impetrarit. s. quia diues, pauperes. n. non petiissent, aut impetrassent. [in sindone munda.] Condēnat diuites, qui nec in monumētis possunt carere diuitijs. Docet etiam corpus Dñi nō esse obuoluēdū auro & argento: sed linteamine puro, & quod qui pura mente Christū suscipit, eū inuoluit in sindone munda. [monumento nouo] Ne alius Christi loco resurrexisse videretur. Notatur etiā virginalis Mariæ vterus. Notatur etiā, quod sine plurimorū auxilio lapis nō potuerit referari. [Erāt autē ibi Maria.] Cæteris relinquētibz Dñm mulieres in officio perseverant, ideo primæ Dñm videre merētur resurgentē, qui. n. perseverauerit in finē saluus erit. [signantes lapidē.] Eorū diligētia nostræ fidei profecit. Quod autē in sepulchro esset ponēdus habet. Isaias. Ha-

bitabit in spelūca petra fortissimæ, & postea Isai. 33 subdit. Regem cum gloria videbitis.

D. Aug. ser. 33. de tēpore Ioseph iustus corpus quod virginitas peperit, iustitia custodiuit, virginis vterus peperit: iusti sepulchrum custodiuit. Pollutione ibi non tāgitur, corruptione hic nō laedit. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, nouus vterus cōcepit, nouus tumulus conclusit, virgo vulua, virgo sepultura, imō sepultura vulua est, è vulua viuus prodijt Christus, pdijt etiā viuus è sepultura nisi quod gloriosior est ista quam illa natiuitas, hæc. n. immortalē, illa mortalem, hæc tribus diebus, illa. 9. mensibus cōclusit, hæc cunctorū spem cito protulit, illa tardius, virgo sacra corde & vtero cōcipit Christū: Ioseph corde duntaxat, illa Dñm pannis inuoluit, oleo vnxit, Ioseph inuoluit sindone, vngit aromatis. Ideo vero in aliena ponitur Chrs sepultura, quia pro aliorū moriebatur salute mors n. non illi accidit: sed nobis proficit. Si ergo mortē propriā nō habet, cur propriā habeat sepulturā? Quorsum ei tumulus in terris, cui est sedes in caelis: ut quid illi sepultura in qua potius iacuit, ut dormiens in lecto, quam ut mortuus in sepulchro? Non est necessarium mortis habitaculū Chro, qui vita est. Ponamus nos hanc vitā in nostro sepulchro, ut viuificet mortem nostram, & cum illo à mortuis surgamus. Ideo angelus dicit. Quid quæris viuentem, cum mortuis?

D. Ambro. li. in Lucā. 10. Petra scissæ sunt in signū quod verbi vis peccatorū dura penetraret velū scinditur quo vel duorū populorū diuisio, vel mysteriorum synagoge prophanatio declaratur. Monumenta referant, quæ claustris mortis effractis, resurrectionē significat mortuorū, Omnia vero cōcutiūt, at Iudæorū immobilis duritia manet orbe concusso, Ioseph vero & Nicodemus ambo iusti Christū sepeliūt. Chri. n. sepultura iniquitatē nō habet, nā si apostoli sepelissent, Iudæi raptū calūniarētur. Inuoluit vero sindone, velli tu etiā Dñi corpus gloria sua, ut & ipse sis iustus & licet mortuū credas, operi eū tamē diuinitatis propria plenitudine, vngit myrrha & aloë, ut bonus odor Christi sis. Porro Ioseph occultē venit quærere Christū, potius ut impetrare corpus posset, quā ut Iudæorū metū caueret. Trugitur vel tardē, vel nocte veni ad Iesum: eū enim inuenies, te ad suscipiendum paratum. Merito vero qui corpus Christi suscipit diues dicitur: suscipiens. n. diuitem, nesciuit fidei paupertatem, & diues est, qui

Canti. 4.
Philip. 2

qui iustus est, attulit verò libras centū. i. fidei perfectā quantitā, positus est Christus in horto, qui ecclesiā significat, est. n. ipsa hortus cōclusus, &c. Solus etiā tumulo includit quia mors eius erat specialis, licet enim in similitudinem hominum factus sit Christus, cū differentia tamen, ut nascitur ex virgine, ita solus in nouo sepelitur sepulchro. Ponitur itē Christus in monumento Ioseph, sed iusti. Habet ergo Christus vbi caput reclinat, scilicet, in iustitia. Lapis ostio positus est, ut qui intra se Christum receperit, bene custodiat, ne ipsum amittat. In petra demum excisus est monumentū, id est, in fidei firmitate, de qua veri Israelitæ mellis dulcedinem, & oleū spirituale suxerunt.

4 Reg. 13

D. Chrysost. homi. vlt. in Matth. vox Domini velū diuisit in argumētum futuræ cito desolationis templi, & mutationis ad meliora. Hæc vox mortuos excitauit. Corpus certe Eliſei vnum mortuū excitauit. At Christi in cruce suspensi vox multos mortuos ad vitā adduxit. Quod si Christi vox lapides fregit, potuisset si voluisset Iudæos cōtere: sed noluit, eos potius misericordia trahere cupiens. Cōsidera diligenter quot signa fecerit in celo: in templo: & in terra, si ergo illi dicebant, si rex Israel est, descendat de cruce: Christus contra ex signis regem se orbis ostendit. Illi dicebant, vah qui destruis templū Dei. Christus ostendebat breui templū destruendum. Illi dicebant, se ipsum non potest saluum facere: Christus mortuos multos saluabat, si em multum est Lazarum vnū excitasse, quanto maius erit simul multis vitā tribuere? Tanta crucifixi virtus apparuit, ut post cōtumelias, post crucem, Centurio crediderit plebs concupuncta fuerit. Centurio hic dicitur martyrio postea coronatus. [stabant mulieres.] Etia in periculis perstant, ideo primæ Christum vident resurgentem. Sexus igitur prius condēnatus primus honorat. [Ioseph.] Erat hic nobilis, vide animi Iosephi istius constantiam, omnium Iudæorum in se odiū conuertit: nec ante desijt petere Christi corpus, quā impetraret. [altera Maria] Venerant istæ, ut cū perfurorem Iudæorū liceret, corpus Christi inungerent. Vides mulierum fortitudinem piū affectum, in pecunijs liberalitatē? animum etiā mortis pericula continentē? Imite mur nos illas, illę. n. vel in defunctum vngue ta pretiosa consumunt: nos autem nec fame scientem volumus Dominum alere.

Ioannis. 11

Origenes ho. 35. [velum templi scissum est.] Duo erant in templo vela, exterius quod ta-

bernaculi dicebatur, & interius quod tegebat sancta sanctorum illud scissum est in passione Domini, ut mysteria legis per Christi mortem pateant, alterū verò velū tunc scinditur, cum reuelata facie gloriā Domini speculabimur. [terra mota est.] Id est, omnis caro, quæ mota est nouis rebus venientibus, iuxta illud. Conturbati sunt montes, & timuit ornus homo, & item, adhuc modicū, & ego mouebo coelos, & terram, &c. [petra scissa sunt.] Cum Christus dictus sit Petra, & Petrus etiā Petra, merito propheta Petra dicuntur, qui tunc fuerunt scissæ, cū per Christi passionem eorū mysteria intelligimus. [monumenta aperta.] Ut verum sit. Quod qui in monumentis sunt, audiunt vocem filij Dei, corpora etiā vbi sunt peccatrices animæ monumēta dicuntur, quæ cum per gratiam Dei excitantur, à se ipsis videntur exire. Magna ergo Chri virtus, magna tunc effecit: sed & nūc efficit, nūc enim etiam velum scinditur, cum nobis mysteria reuelantur. Petra finduntur, cum propheta intelliguntur, monumenta aperiuntur, cum è peccatis mortui resurgūt, terra tremat, & mouetur ei, qui immotus in Christo manet. [Centurio dicens, verè filius Dei erat iste.] Forſan id dixit, quia sciebat crucifixos non post tres horas mori: sed post duos aut tres dies. Cum ergo vidisset Christum tam breui mori, intellexit filium Dei esse, qui merito orationis, & non violentia crucis sic expirasset. Id enim etiam miratur Pilatus, si Christi iam obisset. Alioqui Centurio & milites obseruabant Iesum, ne ab alijs è cruce tolleretur sed diutius in cruce tormenta sustineret. Moraliter, sunt quidā qui dum spiritualiter vident petras scindi, monumēta aperiiri, modo supra exposito, credunt Christum esse filiū Dei. [Mater filiorum Zebedæi.] Vocata Salome. [homo diues.] Qui petit corpus Iesu, non quiuis est, sed laudabilibus diuitijs. [sindone munda.] Puto sindonē mundiorē fuisse post quā tetigit corpus Iesu, nā corpus Chri etiā mortuū vim habet mundādī, vim etiā habebit monumēta innouādī. Forſan vero in quo sepulchro Chrs sepultus est, in eo & nos sepelimur, iuxta illud, cōsepulsi sumus Christo. [aduoluit saxū grande.] Quæ sunt iuxta Christum, non sunt parua, sed omnia magna.

Euthymius, [velum scissum.] Tēplū scidit velū suū: significās in sandū facinus Iudæorū. Nā qui lugent grauiter, vestes scindunt, pullatis vestibus induuntur. Rursum velū scissum est. ut licet terræ motum, & solis ecclipsi Iudæi calumniarentur: à causis venisse naturalibus

2. Cor. 3

Psal. 63

Aggei. 2.

1. Cor. 10

Math. 16

Ioannis. 11

1. Cor. 9.

Lucæ. 14.

Ioannis. 11.

Matth. 10

Numc. 30. Ecce igitur petra, de qua populo Dei aqua-
rū copia manauit. Ecce petra Remō, ad quā
Iudi. 10 filij Benjamin confugiunt. Ecce petra quæ
Iob. 19 Iob fluuios oleifundebat. Ecce petra refugiu
Pfal. 136. malæ cogitationes debent illidi, aduoluitur
faxum ostio monumenti manibus hominū,
sed aufertur manibus angelorū, quisque em
duriciam sibi imponere potest: sed non nisi
diuina potest virtute amoueri. Mulieres ve-
ro pernoctassent cum defuncto, nisi milites
ibi ad fuissent: quæ earū honestas erat sabba-
to siluerunt, quia nec in bonis agendum no-
bis, nisi iuxta legis mandatum. Cap. 128. [al-
tera die post paras.] Videtur hoc fuisse factū
per internuncios. Alioqui videtur magna sab-
bati solēnitas eos vetasse, ne hac de re illi tra-
ctarēt. [recordati sumus.] Mala mens semper
est trepida, & ne videatur contra defunctum
male egisse, cum illum nominat, seductorem
appellat. [seductor ille.] Planè beata seductio
qua seductus gaudet se esse seductum: & do-
let, quod non fuerit ante seductus.

Hugo Card. [velum templi.] Vtrunque
velum scissum est, & cum poenitemus velum
peccati diuiditur. Siquidem ablata culpa, ma-
net poena. [petra scissa.] Adhuc peregrini hæc
fata diuisa vident. [terra mota.] Cor peccato-
ris mouetur, iuxta illud. Sana contritiones
eius, quia mota est, & terra populi Iudaici
mota est, quia erant Iudæi ab ea pellendi.

Nota ordinē, terra cum cor peccatoris mou-
etur per timorem, petra scinditur per con-
tritionem, monumenta aperiuntur per con-
fessionem, corpora sanctorum quæ dormie-
rant, id est, opera sancta per peccatum morti-
ficata reuiuiscunt, redeuntque in animam san-
ctam vnde exierant. [mulieres.] Fugientibus
Apostolis Christus manet in mulieribus, iux-
ta illud, peli meæ, id est, foeminiis: cōsumptis
caribus, id est, apostolis adhæsit os meū, sci-
licet, Christus. [aduoluit saxum.] Iuxta illud,
lapfa est in lacum anima mea: & posuerunt
lapidem super me, de hoc sepulchro dicitur.
Quem gentes deprecabuntur, & erit sepul-
chrum eius gloriosum. [Erant ibi Maria.] Vi-
dentur prius fuisse duæ Mariæ, licet in resur-
rectione tres Mariæ ad fuerint.

Caictan. [velum.] Inter sanctuariū & san-
cta sanctorum erat velum, significans nondū
esse propalatā sanctorū viā, hoc scissum est
non solum vt pontifices stuperent nouo mi-
raculo: sed vt intelligerent per mortem Chri-
sti cessare veterem statum, & apertā esse san-
ctorum viā. Eodē enim die sancti Patres in-

gressi sunt paradifum, in quo cum Iesu etiā
latro fuit. [post resurrectionē.] Sine dubio cor-
pora surrexerunt, quando Christus surrexit
nō quādo mortuus est. [apparuerunt multis.]
Quia immortales solent mortalibus appare-
re, ideo hi qui cum Christo surrexerunt, di-
cuntur apparuisse, vt significetur, q̄ surrexe-
runt immortales, non sicut Lazarus qui sur-
rexit moriturus: & ideo de eo dicitur q̄ cœ-
nabat cū Christo, vt qui ad officia vitæ mor-
talis surrexisset, at de Christo dicitur, q̄ per
40. dies apparebat eis. [a Galilæa ministrantes.]
Sequebantur hæc foemina Christū ex Gali-
læa, vsque Hierosolymam. [in petra.] Consi-
liū fuit Dei, vt Ioseph sepulturā excideret in
petra, vt esset eius perpetua memoria, & pro-
fectō testimonium est sepulchrum esse Dei,
q̄ tam gloriosum etiā inter infideles perse-
uerat. [habetis custodiam.] Habetis cohortem
ad manum. Inde custodes eligit.

Glossa interli. [velum scissum est.] In testa-
mentum vetus & nouū. [exeuntes de monu.]
In testimonium Dominicæ resurrectionis.
[multis.] Qui fuerant testes idonei.

Glossa ordin. [corpora sanctorum.] Creden-
di sunt hi sancti cum Christo ascendente, si-
mul corpore ascendisse. [parasceue.] Erat pa-
rasceues sexta feria, ea passus est Christus, die
vero septima quieuit: ita & nos in hoc secu-
lo patiemur, in die septima, scilicet, seculo fu-
turo quiescemus, & elegāter in genesi de die
septima nō dicitur, q̄ habuerit vespērā, quia
seculum futurum moerore carebit.

Lyranus. [monumenta aperta.] Ex terremo-
tu, in signum, quod resurrectioni Christi ef-
fet proxima resurrectio aliorum, qui cum eo
surrexerunt. Moraliter. Templum Dei est
anima, cuius velum scinditur, quando vela-
men hypocrisis dissipatur, terra mouetur:
cum desideria terrena, in cœlestia mutantur,
petræ scinduntur, quando obstinatio frangi-
tur, mortui surgunt, quando ex pigritia in-
feruorē animus surgit. Ioseph corpus petit,
quando Deum animus rogat, vt dignè Chri-
stum in eucharistia suscipiat, in monumento
cordis nouo per gratiam, in sindone munda,
id est, conscientia pura, aduoluitque saxum,
id est, diligentē custodiā contra recidiuū pec-
cati. [tute custodiri.] Planè qui impedire vo-
lunt Diuinam providentiam, promouent il-
lam: fratres certè Ioseph, cum voluerunt ex-
tinguere: sed conatus eorum ei successit in
foelicitatem: ita & conatus Iudæorū in Chri-
sti gloriam cessit, custodes enim fuerunt te-
stes resurrectionis certissimi.

In Euangel. Matthæi, Cap. XXVIII.

Vespere autem Sabba-
ti quæ, &c.



Iuus Hieronym. [vespere.]
Diuerfa tempora istarum
mulierum in Euangelijs de
scribūtur, crebro enim ibāt
& redibant, nec patiuntur à
sepulchro Domini diu ab-

esse, vel longius. [Angelus Domini.] Mini-
steria Angelorum Christum Deū esse pro-
babant. Venit ad Mariam Gabriel: cum Ioseph
Angelus loquitur: idē pastoribus nun-
tiat, Angeli gloria in excelsis canunt, ijdem
Christo post tentationem ministrant: nunc
quoq; Angelus venit dominici custos sepul-
chri: & in vestitu candido, significat gloriam
triumphantis. Item ascendēte Domino duo
Angeli cernuntur secundum Domini aduē-
tum pollicentes. [nolite timere vos.] Nō con-
solatur Angelus custodes: sed mulieres, illi
inquit timeant, in quibus manet increduli-
tas. Vos quia crucifixum quæritis, audite
quod surrexerit. [præcedet in Galilæam.] Vbi
prius erat volutabrum gentium, error, & lu-
bricum. [cum gaudio magno.] Duplex affe-
ctus gradum mulierum incitabat, timor, ex
miraculo: gaudium ex resurrectione, perge-
bant ad Apostolos: vt per illos fidei semina-
rium spargeretur. [Aue.] Quæ sic quære-
bant, & currebant, Deum resurgētē obuiū
merebantur habere, & primum audire, aue-
te. Vt maledictum Euz mulieris, in mulie-
ribus subuertetur. [tenuerunt pedes eius.]
Istæ tangunt pedes, quia adorant, at illa quæ
quærebat viuētem cum mortuis, ac ideo
nesciebat Christū surrexisse, merito audit,
noli me tangere. [nolite timere.] Obseruan-
dum est, quod quando augustior apparet vi-
sio, primum timor pellitur, vt mente placa-
ta, quæ dicuntur audiatur. [ibi me videbunt.]
Isti fratres, de quibus dicitur, annuntiabo no-
men tuum fratribus meis, non vident Chri-
stum in Iudæa, sed in gentium multitudine.
[pecuniam copiosam.] Ex pecunia templo di-
cata dederant Iudæis, 30. argenteos, ex eadem
dāt militibus. His Pharisæis similes sunt qui
bonis Ecclesiæ consecratis abutuntur. [qui-
dam dubitauerunt.] Vt Thomas, sed eorū du-
bictas fidem nostram confirmauit. [data est
mibi omnis potestas.] Illi data est potestas, qui

Matthæ. 1.

Lucæ. 2.

Matthæi. 4.
Actor. 1.

Ita. 8.

Genesi. 3.

Ioan. 10.

Hebræ. 2.

fuerat crucifixus, & in coelo & in terra, vt
qui prius regnabat in coelo: per fidē regnet
in terra. [docentes.] Prius gentes debent ve-
ritatem doceri tunc suscipere baptismum.
[in nomine Patris filij spiritus sancti.] Vt quo-
rum est vna Diuinitas, vna sit largitio, no-
men verò Trinitatis vnus Deus est. [Omnia
quæcunque mandauimus vobis.] Post baptismum
doceri debemus de præceptis Christi, quæ
quia nō leuia sunt, aut pauca: ideo dicit. Om-
nia quæ mandauimus, &c. [ego vobiscum sum vsq;
ad consumma. seculi.] Qui se futuram cum di-
scipulis pollicetur vsq; ad diem iudicij, diē
planè iudicij nouit.

Diuus Augusti. lib. de .5. Hæresibus. c. 8.
[vobiscum sum.] Sicut nec patrem dimisit,
cum ad nos descendit: sic nec nos dimisit, cū
ad patrem ascendit. Cœlum enim & terram
ille implet. Idem tract. 50. in Ioannem. Se-
cundum maiestatem suam, secundum pro-
uidentiam: secundum ineffabilem, & inuisi-
bilem gratiā impletur quod dictum est ego
vobiscum sum vsq; ad consumma. seculi. Se-
cundum verò carnem quam assumpsit, in-
quæ crucifixus est, sepulchro tumulatus, in
resurrectione manifestatus impletur quod
dixit. Pauperes semper habebitis vobiscum, Matth. 6
me autem non semper habebitis. Nunc igitur
Ecclesia fide Christum tenet: sed oculis
non videt.

Diuus Ambrosius in ca. 24. Luca. Diuer-
sa videntur scribere Euangelistæ, nam Mat-
thæus dicit, vespere sabbati mulieres ad mo-
numentum venisse; Marcus & Lucas, valde
mane venisse fatentur. Tum, Mattheus vnū
Angelum memorat, Lucas & Ioannes duos.
Rursum, Mattheus ait mulieres Christum
tetigisse, Ioannes verò scripsit dictum esse
Mariæ: Noli me tangere, sed hæc diuersitas
conciliatur, si intelligamus de diuersis illos
loquutos fuisse temporibus, & diuersas scri-
psisse visiones, vt, scilicet, alia Mariæ vene-
rint vespere sabbati, sine vnguento: alia pri-
ma sabbati cum vnguento, Dominus verò
nō sabbato, sed post sabbati diē in fine no-
ctis, ante primam diem surrexit. Porro duæ
fuerunt Mariæ Magdalenz, altera enim est
quæ prohibetur tangere: quia nō corporali
tactu Dominum tangimus: sed spiritu. Alte-
ra est, quæ ad tactum admittitur: vt quæ fi-
deli adoraret spiritu. Illi dicitur, ne tangas
me: quia tibi nondum ad patrem ascendi, si-
quidem viuum inter mortuos quæris. Mitti
tur verò hæc ad discipulos, vt sicut mulier
fuit in principio autor culpæ viro: ita nunc
Pri. Tho. Gg quæ

Contrariū
est vulgari
in Ecclesia.

Genesi 3

quæ mortem prior gustauerat, resurrectionem prior videt, prior ergo videt: ne perpetuo reatus opprobrium apud viros sustineat. Sed quomodo dicit, nondum ascendi ad Patrem, qui ubique est? Certè descendens de celo, à Patre non abfuit: sed descendit nobis vt nos eum videntes, cum eo ascenderemus. Ergo ascende nobis: vt te mentibus sequamur, quem oculis videre non possumus. Ioannes te quæsiuit in celo, & inuenit dicens. In principio erat verbum. Inuenit & Paulus dicens. Christum iam secundum carnem non nouimus. Inuenit & Stephanus, dicens. Video filium hominis sedentem à dextris Dei at Maria quæ querebat in terra tangere, non poterat tangere, quia nesciebat quis Christus esset. Ita enim Ioannes inquit, nesciebat quod Iesus esset. Igitur qui vult Christum tangere, seipsum mortificet, resurrecturo similis, induat viscera misericordix, non ambigat renuntiare terrenis, vadat ad fratres, id est, perfectiores, quia resurrectio non nisi à perfectioribus capi potest. Mulieres autem in Ecclesia docere non permittuntur.

D. Gregorius homi. de tempore. 21. Mulieres cum aromatibus ad monumentum veniunt, & nos cum odore virtutum in eum qui mortuus est credentes ad eius monumentum venimus: & sicut ille Angelos: ita & nos supernos ciues aspiciemus: si cum virtutum odoribus ad Dominum per sancta desideria proficiscamur. Porro Angelus dicitur sedere in dextris: quia vt sinistra vitam significat præsentem: ita dextra perpetuam: iuxta illud. *Leua eius sub capite meo, dextera amplexabitur me: quia ergo Christus æterna vita fruebatur, ideo Angelus ad dexteram sedere conspicitur, in albis verò Angelus videtur, vt suam & nostram ostendat festiuitatem: nostra enim est: quia ad immortalitatem adducimur, Angelorum est: quia per nos eorum numerus impletur. Erat eius aspectus sicut fulgur, & vestimenta sicut nix. Christus enim malis terribilis est, vt fulgur: pijs blandus, vt candor, vnde & in deserto dux & columna ignis in nocte: nubis in die, in igne enim terror est, blandimentum in candore, at nox peccatorum, dies verò iustorum est. Dicente Paulo, fuistis tenebræ: nunc autem lux in Domino ait verò Angelus, [nolite timere.] Paucant illi qui non amant supernorum ciuium aduentum, paucant qui vitij carnalibus pressi ad eorum societatem peruenire pertimescunt, vos autem cur timetis, qui vestros conciuos videtis? [ite dicite discipulis & Petro.] Vocatur*

Petrus ex nomine, ne desperet ex negatione [precedet in Galilæa.] Galilæa migratio dicitur. Migrauerat verò Christus ex morte ad vitam, ex poena ad gloriam, & nos Christum cum discipulis videbimus, si ex vitij ad virtutes migrauerimus. Significauit Christum Samson: qui cum Gazam introiisset, Philistæi Gazam circumdant, cultodibus obsidit, & Samsonem se comprehensisse putant. At Samson portas ciuitatis euellit, & in montis verticem conscendit. Ita Christus in Gozam id est, infernum descendit. Iudæi custodes se pulchro adhibent: & ita se iam Christum comprehendisse credant. At Christus nocte, id est, ante lucem surgens inferni portas destruxit: & ascendendo celorum verticem penetrauit.

Euthymius. [vespere sabbati.] Septimam diem venerabantur Iudæi, & sabbatum vocabant, cuius finem, serum siue vesperam sabbati nominabant ita, vt qui in fine noctis mane dominicæ diei præcedentis venisset, in vespera sabbati venisse dicatur. Hæc igitur mulieres, non in fine diei sabbati, sed in fine eius noctis venerunt, ideo dicit Matthæus quæ lucefecit in prima sabbati, iuxta diluculum diei dominicæ. Iudæi enim alterum diem à sabbato primam sabbati dicunt. [Angelus Domini.] Prius Christus surrexit, quàm Angelus descenderet, surrexit verò clausis sepulchri signaculis: vt natus fuerat de virgine, in regio claustrum pudore. Terræ motus factus est, vt excitarentur custodes, & ad ciuitatem fugientes, essent testes resurrectionis, quæ tunc maxime fulget, cum ab inimicis prædicatur. Angelus verò lapidem voluit, vt mulieribus fas esset introire, vt Marcus habet videntes que vacuum sepulchrum, resurrexisset credent. Porro Sancti patres & doctores Christum resurrexisse dicunt circa primum gallicinum, qui iam dominici diei lucem præferbat. Ideo post sextam horam noctis, virtutis sedatores soluto ieiunio lætitiâ auspicantur. [precedet in Galilæam] Vbi posita à discipulis sine timore videri. Diferentia verò in Euangelistis super visione angelorum ita conciliatur, iuxta Matthæum foris sedebat Angelus terribilis, hunc cum vident foemine timent, sed ab eo in monumentum ingredi iubentur. Ingressæ vident alium Angelum, sedentem in dextera parte, quo viso etiam stupent: sed soluto timore, de Christi resurrectione, quæ Marcus dicit, docentur. Mox, vt verisimile est, angelus intus sedens disparuit. Cumque ille paucarent, quid factum esset

Iudicum. 16

Ecclesia docet Christum ad auroram surrexisse

esset de Christo cogitantes, rursus Angelus qui intus, & qui exterius erant, illis apparerent (vt testatur Lucas) & velut obiurgantes dicunt, quid quæritis viuum, cum mortuis? Tunc ille egrediuntur monumentum, & currunt, vt discipulis nuntient, egrediuntur verò fugientes (vt Marcus dicit) scilicet, à custodibus, dum verò fugiunt, & nihil cuiquam in via dicunt, en occurrit eis Dominus: primè vident Dominum, in stipedium laboris sui, prima verò vox Domini fuit. [Gaudete.] Letum nuntium affero, à voce me cognoscite, tum tangi se voluit, vt certiores redderentur, quod phantasma non esset. [pecuniam copiosam.] Prius mercati sunt eadem eius: nunc veritatem mercari non pudet, vide verò quæ sunt vanè sapientes Pharisei: cur enim si dicuntur erant, quod discipuli eum facto sustulerunt, custodes adhibuerunt? an non erat creditibilis mendacium, non adhibitis custodibus: & quomodo discipuli eum rapuerunt adeo timidi: qui prima nocte fugerunt? nunc mulieres contra custodes rapere poterant? At sicut corrupta pecunia Iudæi: ita corrupti & milites, verè enim magnum malum est amor pecuniæ. Venerunt ergo mulieres & narrauerunt visa discipulis, his visa sunt illarum verba esse deliria, qua ratione Magdalena sola (velut quæ sibi videbatur decepta) ad monumentum redijt, ubi incipiunt, quæ de Magdalena dicit Ioannes. Eodem verò die visus est Dominus discipulis Ierosolymis, sed postea apparuit illis iterum in Galilæa vt illis promiserat. Priorè apparitione testatur Ioannes. Hanc verò Matthæus. Dicens quod in monte, Christo & discipulis familiari, Christus illis visus est, cum tamen quidam eorum dubitarent, ille eos confirmat dicens, data est mihi omnis potestas, in cuius potestatis fiducia ite, & docete omnes gentes. [Docentes seruari.] Non enim fides sine innocentia sufficit.

D. Hilarius can. 33. Motus terræ tempore matutino diei dominici, resurrectionis est virtus, dum confuso mortis aculeo, & illuminationis illius tenebris, resurgente Domino, infernus commouetur. Emitur verò à custodibus, qui hæc omnia viderant, argento resurrectionis silentium, & mendacium furti: honore, scilicet, seculi & cupiditate (quia in pecunia honor eius est) Christi gloria denegatur.

D. Berna. ser. 1. de pascha. Data est mihi omnis potestas, scilicet, quia pater ait, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & pos. r. t. r.

Lucæ. 24

Pal. 2

reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes, est enim fortis leo, non crudelis licet grauis sit indignatio eius. Sed pro suis leo, non contra suos rugit, paueant alieni, tribus Iuda magis exulet. Idem in ser. paruis ser. 15. Christus mortuus, est fides in alicuius animo mortua, si quidem per fidem viuit Christus in nobis. Dada igitur nobis opera est, vt mortuum vngamus. Mulieres quæ Christum vngere parant significant tres nostras efficientias. Mens, scilicet, lingua, manus, hæc accipiunt vnguenta, modum, scilicet, in correctione: copiam in exhortatione: efficaciam in persuasionem, talibus vnguentis paratis, dum ad monumentum, id est, mentem fratris venire parant, lapidem inueniunt ab ostio monumenti reuolutum, id est, vel tristitiam, vel pigritiam, vel obstinationem sublatum, &c. Idem sermo. 28. in Cantica. Noli me tangere, id est, dissuesce huic teducibili sensui, innitere verbo fidei, fidei assuesce, fides nescia falli, sensuum penuriam non sentit: fides enim transgreditur fines rationis humanæ, naturæ vsum, experientia terminos.

Druthmarus. Ante aduentum Domini, qui diem integrum obseruabat, primo seruabat diem, tum vesperam, demum noctem, si significabatur enim quod Adam de luce venit ad tenebras. At post aduentum, vespera præcedit diem: quia per Christum ex tenebris peccatorum ad gratia venit lumen. Ideo dicitur, vesperi autem sabbati, quæ computatur in primam diem sabbati, scilicet, in diem dominicum, vt sit sensus, ea nocte quæ sequitur diem sabbati mulieres venerunt. Porro. 40. horis iacuit Dominus, & ideo per. 40. dies discipulis apparuit. [Angelus noluit lapidem.] Vt inferni claustra reserata doceret. [sedebat.] Cum Christus nascitur angeli stant, significantes Christum cum diabolo pugnaturum, at nunc sedent, vt morte & corruptione deuicta. [surrexit.] Quando enim voluit iacuit, & ideo quando voluit, resurrexit. [venite & videte.] Si non creditis mihi, oculis vestris videte, quam sunt angeli boni superbi enim homines, non patiuntur si non eis fides habeatur. [tenuerunt pedes eius.] Dicunt quod Maria non credens prohibetur primum tangere, ubi verò credit, tunc tenere pedes permittitur. [nolite timere.] Naturale enim est hominum, maxime foeminarum, visa re supra naturam timere. [nuntiate fratribus.] Quibus ex gratia concessum erat, vt patrem haberent in coelis, & alium patrem To. primus. Gg 2 au.

Ioan. 1
2. Cori. 9.

Acto. 7

Ioannis. 19

2. Timo. 2.

Cant. 2. 8

Exo. 14

Ephes. 5

authoritatis non nominaret in terris [vt eant in Galilaam.] Legitur in quodam libro, quanda[m] partem ciuitatis vocatam Galilaam: quia in ea habitarent Galilæi, & quia eã adificauerant. Ibi ergo vult Dominus videri. Porro Sedulius scribit, quod sacræ Virgini, quæ cum alijs venerat ad vngendum corpus Domini, primum Christus apparuerit. [furati sunt nobis dormientibus.] Si dormistis, quomodo ab eis furatum nouistis? si nõ dormistis, cur non prohibuistis. [diuulgatum est hoc verbum.] Scilicet, quod milites hæc dixerint. Nam & Pilatus de ipsa pecunia audiuit. [vndecim abierunt.] Cũ foeminis, & alijs discipulis. [in montem.] Scilicet, Tabor. [quidam dubitauerunt.] Putantes spiritum se videre, vt Lucas ait. [accedens Iesus.] Vt dubitationem auferat. [docentes seruare.] Vt vestem immaculatam quam in baptismo susceperunt, ante tribunal Christi perferant. [ego vobiscum sum.] Docet diuinam sibi adesse naturam, secundum quam nobiscum est, & licet secundum eam, sit etiam cum reprobis, aliter tamen est cum electis: est enim cũ his, vt eorum voluntatem faciat, eosque dirigat. Dictum enim est, voluntatem timentiu[m] se faciet.

Diuus Thomas. [vespere sabbati.] Dubiu[m] quomodo huic consentiat Ioannes qui dicit eas venisse summo mane, cum adhuc tenebræ essent? & quidem Hieronym. dicit venisse quidem foeminas vesperæ, vt Matthæus ait, & rursum mane: vt Ioannes. Augustinus verò dicit vesperã dici ab vltima parte diei, vsque ad vltimam partem noctis sequentis, in qua parte prope diluculum foeminae venerunt, ideo enim dicit, quæ lucefcit in prima sabbati, idest, quæ est proxima luci diei Dominicæ. At secundum Hieron. cum Iudæi per lunas dies numerarent, luna verò à vespera lucere incipiat, ideo dies à vesperæ incipiebat, quare foeminae dicuntur venisse eo vesperæ, quod lucere incipit in die sequenti. Porro merito dicitur vesperæ lucere: quia nox illa fuit lucida, nox enim sicut dies illuminabitur. Psal. 138. & item, quia nox nostra per Christu[m] illuminabatur, eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ephes. 5. & demũ, quia quicquid erat tenebrosum in lege & prophetis per Christi resurrectionem lucefcit. Interpretabatur enim Christus discipulis, incipiens à Mose, &c. [Maria.] duæ foeminae vocatæ vno nomine veniunt, vt notetur, quod etiam si duo sint populi, vnã tamen faciunt ecclesiam:

dictum enim est, vna est columba mea. [Videte sepulchrum.] Amor satiari nequit, quæ videre viuum non poterant, saltem mortuũ videre cupiunt, vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor. Iam sicut Maria meruit de suo vtro Christum videre egredientem: ita & Mariæ de lapidis vtero merentur videre surgentem [terramotus.] Tremuit terra, quia talem mortuum nequit sustinere, factus enim erat inter mortuos liber, significabat porro ille terramotus duplex, motum primo cordis ad gratiam, & secundo ad gloriam, & etiam significauit, quod in futura resurrectione terra mouebitur, terra tremuit, cum exurgeret in iudicio Deus. [Angelus descendit.] Angelus non circumscribitur loco: tamen definitur in eo secundum suam operationem, & aliquis motus ei conuenit. Conuenit verò per Angelos resurrectionem nuntiari. Tum propter Deum, in cuius gloriam resurrectio facta est, tum in gloriam Christi, cuius sunt angeli ministri, tum quia per resurrectionẽ, cœlestibus terrena copulantur. [sedebant.] Vt doctor docturus resurrectionem, & vt si significaret Christum iam quiescere, & dominari, dictum enim est. Sede a dextris meis [aspectus eius.] Patet quod hic angelus apparuerit in corpore assumpto. Sicut vero turgur illuminat: ita Christus illuminat omne hominem venientẽ in hunc mundũ. Sed in terim malos deterret. [exterriti custodes] Merito quia ex mala conscientia seruabant eũ. Semper verò est timida nequitia. [nolite timere.] Licet Angelorum visio timorem incutiat. Bonorum tamen visio post timorem dat consolationem, si non dat, malorum visio est. Ergo nolite timere, non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: nõ est verum timere, quia Christu[m] amatis. [Sed quod Iesum queritis.] Non potest Angelus cogitationes cordis cognoscere, nisi per reuelationem, aut per signa, per hæc enim de voluntate cognoscunt. [in Galilaam.] Vbi prius erat solitus Dominus conuersari, vel Galilaea significat transitum ad gentes, indicatur ergo quod esset Christus gentibus annuntiãdus. [exierunt cito.] Quia monumentum erat spaciũ clausum, intra quod erat sepulchrum.

Ex spacio verò clauso exierunt cito, notantes, quod ex loco mortuorum, idest, peccatorum est. cito eundem, iuxta illud, ne tardes conuerti ad Dominum, & sicut foeminae gaudebant de visione Christi, timebant tamen de propria fragilitate, ita conuersus è

sus è peccatis, gaudeat de spe veniæ, timeat verò de propitiato peccato, iuxta illud, exultate ei, cum tremore, & sicut illis præcipitur vt currant, ita & huic dicitur, festinemus ingredi, & item sic currite vt comprehendatis, 1. Corin. 9. quod autem dicit. [nuntiate disc.] Bonum propositum poenitentium indicat. quod alijs comunicent, quod acceperunt, iuxta illud, vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum administrantes. [Iesus occurrerit illis.] Præcipit enim qui se concupiscunt, & item occurrerit lætanti, & facienti iustitiam. [gaudebant.] Ille gaudebant, & gaudere iubentur, gaudium enim spirituale iustis augetur. [acceserunt.] Quia gratiã in vanũ recipere nõ debet: sed accedite, & illuminamini, & quia firmiter adhærere Christo debemus, ideo dicitur, tenuerunt eũ, quia qui appropinquant pedibus eius, accipient doctrinã eius, sed oportet cum reuerentia accedere, ideo dicitur. [adorauerunt.] Adorabimus in loco vbi stetit. Porro tenuerunt pedes, cum ibant simul: quia iam credebant. Magdalenã vt dubia tangere prohibetur. [nolite timere.] Quia timor ab Euangelizantibus debet abesse. [fratribus meis.] Fratres dicit, ne putarent, quod in resurrectione corpus accepisset, à nostro diuersæ nature, fratribus etiam, propter similitudinem gratiæ, & fratribus, vt coheredibus, ergo acquisita hereditate fratres vocat. [Eant in Galilaam.] Ex Beda decies Christus apparuit. Primò Magdalenæ, Ioan. 20. Secundò duabus Marijs, Matthæ. 28. Tertio Petro, vt dicit Lucas. Quarto, duobus euntibus in Emaus. Lucæ vltim. Quintò omnibus discipulis dempto Thoma, Ioan. 20. Sextò, omnibus cum Thoma, eodem. Septimò, quando Petrus iuit piscatum, Ioan. 21. Octauo, vt Matthæ. 28. dicitur. Nono, quando exprobrauit incredulitatẽ eorum. Marc. vltim. Decimo, in monte Oliueti, quando ascendit in coelum, Actor. 1. Preter has, aliàs apparuit, vt Paulus habet. 1. Corinth. 15. [Congregatis.] Beatus qui in consiliũ istorum non intrat, dant verò copiosam pecuniam, scientes, quod pecuniæ obediunt omnia. [nobis dormientibus.] Si furati sunt, cur reliquerunt lintheamina? & quomodo tantum spaciũ habuerunt, vt lintheamina amouerent, quæ cadaueri vt colla cohererent? [abierunt in Galilaam.] Notantes quod qui visurus est Deum, debet migrare à vitijs, ad virtutem, beati enim mundo corde, quia ipsi. d. v. & item debet migrare, ab hac vita in foelicitatem. [in monte.]

Qui videre debet Deum, ascendat in celsitudinem iustitiæ, vt eat de virtute in virtute. Lex verò vetus non sinebat Iudæos in montem ascendere, at noua lex adducit in montem gloriæ. Sed discipuli non vident, nisi in loco quem constituit Iesus, nemo enim nisi obediens videre Christum potest. Hæc verò apparitio alia est à decem prædictis. [omnis potestas.] Certum est, quod humanitati Christi non est datã omnipotentia, nisi quia Deitas verbi, quæ verbo conuenit per naturam, humanitati Christi vnita est per gratiam vnionis personalis. Hæc verò potentia licet ex incarnatione sit Christo data: sed post resurrectionem dicitur data: quia tunc est manifestata: & res fieri tunc dicuntur, cum manifestantur. Potest etiam dici, quod data est potestas, quantum ad executionem, vt si exaltaretur filius ad exercitium potestatis, quam naturaliter habuit. [cunctes.] Quia data est mihi omnis potestas: super Iudæos & gentes, ite & docete omnes iuxta illud. Dedi te in lucem gentium, vt sis facta. me. vsque ad vltim. terræ. [baptizantes eos in nomine.] In Christo est humanitas, quæ explicatur in baptismo, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Est etiam Deitas, quæ explicatur per verba illa, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. At in generatione sunt tria. Cui fit generatio, per quem, quo, Sed in regeneratione baptismi exprimitur Pater cui generatio fit, & Filius per quem, & Spiritus sancti, quo, accepimus eum in donum. Sicut in baptismo Christi Pater Filius & Spiritus adfuerunt. Dicitur verò in nomine, idest, in inuocatione, vel in virtute, nomen enim tuu[m] inuocatum est super nos, non verò dicit in nominibus, vt confundatur Arius. Et licet in primitiua Ecclesia baptismus fieret in nomine Christi, ea tamen forma nunc non sufficeret. [qua mandauit.] Non dicit quæ consueta, non fat est habere fidem & baptisma, tu enim mandasti mandata tua custodiri. [ego vobiscum sum.] Ne timeatis prædicare. Ideo enim Christus dictus Emanuel, nobiscum Deus. [vsque ad consummationem seculi.] Fortior est enim regeneratio, quam seculum, ergo cum seculo non soluetur. Venerabilis Beda super capitulo vltimo Marci. [vna sabbatorum.] Idest, die Dominico, quod ait Lucas venisse mulieres orto iam Sole, i. cũ iam coelũ ab Orientis parte albesceret. [reuoluit lapidẽ.] In lapide lex erat scripta, reuolutus lapis significat iam legem To. primus. Gg 3 reuo

Psa. 138
Ephes. 5
Lucæ. vlt.

Canti. 3
Matth. 6
Psal. 87
Psal. 75
Psal. 109
Ioannis. 1.
Sapient. 17
Roma: 8
Roma: 8
Psal. i
Eccle. 10
Matth. 5

Psal. 89
1. timo. 1
Ira. 49
Roma. 6
Ierem. 17
Psal. 117
Ira. 7

reuolutam & detectam, vt Domini gloriosa resurrectio videatur, Christus vero surrexit mane vt Ioannes dicit, vt adimpleretur illud. Ad vesperum morabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Rectè Magdalena è qua septem dæmonia exierant, prima discipulis flentibus læta nuntiat, vt vbi abundauit delictum, superabundare gratia monstratur. Nullus ergo iam peccator desperet. Sed licet Magdalena facilè crediderit, discipuli dubitant, & eorum dubietas, nostræ profuit firmitati, vt enim illorum dubia auferret, nostram fidem Dominus confirmauit.

Hugo Cardinalis, quia Dominus tardius sepultus est, non licuit sanctis fœminis eius corpus inungere: sed eo die parauerunt aromata, vt in vltima noctis parte ante mane diei Dominici, venientes vngerent. Quod vero Matthæus dicit, angelum sedisse extraintellige, extralocum interiorem sepulchri, sed erat intus, id est, in priore spacio monumenti: dictum enim est monumentum duas partes habuisse. [erat aspectus eius vt fulgur.] Notantur effectus gratiæ, quæ mundat animam vt niuë, tum illuminat cor & accendit, vt fulgur, ideo dicitur, quod Domini spiritus lauat in spiritu iudicij, & ardoris. [Angelus Domini.] Hic significat prædicatorem, qui de altitudine contemplationis debet descendere ad monumenta peccatorum, & reuoluere lapidem, id est, duriciam cordis, & velamen scripturæ: & sedere super lapidem, id est, cum peccatore morari, donec proficiat, eius aspectus sit vt fulgur, vt splendeat, & terreat: eius vita sit velut vestis albescens. [surrexit.] Hierony. vult. Christum media nocte surrexisse: sicut enim Samson media nocte exiit de Gaza, vbi erat occlusus, & Apostoli instituerunt Missam media nocte fieri, ante diem Dominicam, quam Missam nos sabbato sancto dicimus, vbi de nocte resurrectionis memoriam facimus. Diuus Augustinus vult surrexisse diluculo, iuxta illud. Exurgam diluculo, probat quia Christus quadrag. horis iacuit. 4. in die paraceues, absoluuntur verò 40. in diluculo diei Dominicæ. Porro Christi resurrectio non fuit visa: sed ab Angelis declarata: & miraculis confirmata, scilicet, clauso tumulo exisse, secundo Angelorum apparitione, tertio terræ motu. [in Galileâ.] Scilicet, in montem Tabor. [crucifixum querens.] Quidam non querunt in crucifixum, sed in diuitijs: non tamen inueniunt, quia ibi non est, iuxta illud, in gregibus suis & ar-

mentis vadent ad querendum Dominum, & non inuenient. [locum vbi posue.] Non inueniunt nisi sudarium & lintheamina. Sic & nunc in multis monasterijs non inuenies nisi habitum: surrexit enim Christus ab eis, & abiit. Sicut fugiente Dauid. Michol stratu eius in lecto locauit. [currentes nuntiare.] At multi possunt nuntiare, sed torpent, contra quod dicitur. Erud eos, qui ducuntur ad mortem. &c. [Auctus.] Sic dixit Booz mesoribus, & Christus ita dicit prædicatoribus. [renuerunt pedes.] Ergo homo est. [adorauerunt.] Ergo Deus. Si optas nunc pedes Domini tenere, licet, nam prædicatores pedes sunt Christi & manus, ibi me videbitis, sicut Moyses, in rubo poenitentia. [discipuli furati sunt.] Quidam furantur Dominum, qui scilicet, sub veste pretiosa poenitentiam agunt occultè, sicut Iosabeth furata est loas, quidam emunt Christum, qui, scilicet, apertam poenitentiam agunt, hi emunt absque argento & vlla commutatione, alij violentè rapiunt, ij qui grandes poenitentias faciunt. [accepta pecunia.] Sic quidam prædicatores, pecunijs acceptis tacent. Sicut tacuit Dracoille, in cuius os Daniel adipem & pilos iniicit. [diulgatum est.] Adhuc enim ludæi dicunt Christum furto sublatum. [quidam dubitaner.] Dubitatio est multiplex. Est enim dubitatio tarditatis, vt Thomas Ioannis vigesimo, est admirationis, illis non credentibus, & mirantibus prægaudio. Lucæ vltimo, est ratiocinationis, vt Maria, quæ dixit, quomodo fiet istud? Lucæ primo, est pietatis, vt Baptista, tu es qui ven. an. al. ex. Matthæi vndecim. [omnis potestas.] Cur non dicit omnis sapientia, omnis bonitas? quia de potentia illi dubitant. [in celo & in terra.] Etiam in inferno. Philipens. secundo, terrestrium & infernorum. [omnes gentes.] Ergo reuocat quod supra mandauerat, scilicet, ne in viam gentium intrarent, eliminat quoque acceptionem personarum, dum dicit, omnes. [Ego vobiscum sum.] Ita dicit Moyse: ero tecum. Exod. 3. & Ieremiæ. Ieremiæ. 1. & Ezechieli. capitu. 2. quanto potius dicit Apostolis, multo maiora, quam illi facturis. [consummationem seculi.] Adducit in illorum memoriam consummationem seculi, vt eius memores, seculum contemnant, & vide quam nihil exprobet Petro negationem, aut Iudæis crucifixionem oblitus est ergo sceleris fratrum suorum. Caic. [vespere sab.] Apertius multo est in Græco vbi dicit. Sero aut sabbatorum, iuscere, in vna

1. Reg. 19

Prouer. 14

4. Reg. 11

Isa.

Daniel. vlt:

Philip: 2

Matth. 10

Genes. vi: 8

in vnam sabbatorum, quibus verbis. Matthæus explicauit & diem & horam resurrectionis, nam horam definiuit dicens, lucefcence in diem, ergo erat diluculum, scilicet cum lucefceret, diem etiã explicauit dicens. Sero sabbatorum, id est, in fine sabbatorum vnius hebdomadæ, incipiente lucefcendæ hebdomadæ, die, scilicet, quem nos Domini cum dicimus. Maximè quia sabbata simpliciter & semper pro die septima Hebræis accipiebatur, ergo sero diei septimæ lucefcence iam postero die resurrectio fuit. [venit Maria.] Venerunt illæ duæ quæ cap. præcedente dictæ sunt stetit cõtra sepulchrum. [sedens super lap.] Quem ipse reuoluerat, & nõ terræ motus. [alba sicut nix.] Venit corpora si Angelus specie, testatus Christum verè in corpore surrexisse. [nolite timere vas.] Id dicit ad differentiam custodi. Mulieres enim ignare quod adessent custodes venerat. [surrexit.] Ergo primum testimonium voluit Christus resurrectioni suæ Angelos præbere, vt qui essent certissimi eius rei testes. [videte locum.] Quod erat euident argumentum Christum ibi non esse, & cum custodes adessent argumentum erat maximum, quod surrexisset. [positus erat Dominus.] Non dixit Dominus meus, aut vester, sed simpliciter dominus vnde patet, quod cadaueri erat iuncta Diuinitas, & ideo dictus est, Dominus, alioqui non Dominus, sed corpus Dñi dictum fuisset ibi esse positum. [in Galileam.] Ibi enim promissio apparitionis facta erat à Christo, videlicet, quia ibi ab omnib⁹ simul erat videndus, licet alibi, ab alijs visus fuerit. His visis Angelus disparuit, & mulieres ingressæ sunt in monumentum. Vnde cito egredientes, regressæ sunt ad discipulos. [cum timore & gaudio.] Vt gaudium timentes subleuaret: timor gaudium temperaret, durabat timor Angeli visi: & gaudium resurrectionis, nondum creditæ. [currentes.] Id est, properè ambulantes, nam graues fœminæ non current. [Et ecce.] Multa præterit Matthæus. Nam posteaquam mulieres iuerunt ad discipulos: venerunt Petrus & Ioannes ad monumentum, & apparuit Iesus Magdalenæ, vt hortulanus, tunc Magdalena redijt, nuntiatura discipulis verba Domini, vt Ioan. & Lucas testantur. [aucte.] Quæ erat consueta Christo salutatio, ideo sine dubio crediderunt, & adorauerunt: osculata circatrice vulnerum nunc Magdalena admittitur osculatura pedes, prius verò repulsa est, quia ruebat amplexura Christum, non ergo tanta reueren-

tia, vt dignum erat adorabat. [nolite timere.] Timebant enim Christum, vt qui mortuus fuerat, & tunc apparebat. [fratribus meis.] O confusionem humanæ superbiæ, rex gloriæ, piscatores quos prius vocat amicos, nunc fratres vocat: nos verò facti superiores, nec nostros fratres agnoscimus, verè etiã vnitatem naturæ demonstrat. [quidam dubitauerunt.] Dubij, non erant ex vndecim, hi enim Hierosolymis erant facti certi, & appareret hanc apparitionem fuisse maximam illam de qua Paulus, quod visus est, plus quàm 500. fratribus, ideo ab Angelo, à Christo, à Matthæo, à Paulo commemorata: [omnis potestas.] Prius enim assumpsi statum, quo subditus eram calori frigori, sputis, cruci, nunc statum habeo, quo celo præsum & terræ. Et tunc regnum habebam ex dono patris: nunc verò ex merito passionis. [baptizantes eos.] Præcipitur baptismus, & exprimitur quod in aqua, nam baptismus aqua fit, & colligitur quod nemo se baptizare potest, nam dicit baptizantes eos, & iubentur omnes baptizari, vt meritum & efficaciam passionis Christi, per baptismum omnibus communicetur, nam si communicata fuerit animæ non ponenti obicem, mundissima ab omni culpa, manebit, & poena, ita vt statim si corpus moreretur, volaret in celum. Iam sicut verus est baptismus, licet baptizatus non doceatur de præceptis post baptismum: ita & verus est, licet infans non doceatur ante baptismum, tradebat enim Dominus modum baptizandi iam adultos, baptismum recipere volentes. [vobiscum.] Id est, cum tota Ecclesia. [sum.] Vnde Deus, non enim dicit ero: sed sum, quia semper est, non verò fuit, solum aut erit.

Glossa interlinealis. [custodes nuntiauerunt.] Indocta simplicitas fatetur veritatem. Sed astuta Phariseorum duplicitas, modum querit quomodo adstruat falsitatem. [pecuniam.] De templo acceptam, sicut. 30. argenteos de templo acceperunt. [baptizantes.] Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non pot. v. r. D. [seruare.] Quia fides sine operibus mortua est. [quæ mandauit.] Quæ non sunt pauca, aut leuia.

Glossa ordin. [vespere sabba.] Hoc modo loquitur, quia ab hoc vesperè sabbati licebat Iudæis operari, & quidem hoc vesperè coeperunt aromata præparare, vt Marcus ait, & sub finem eius noctis ad monumentum venerunt, scilicet, diluculo, Maria duæ eiusdem nominis mulieres, duas significans Pri. Tho. Gg 4 plebes;

Roma: 5

et. 51

et. 51

Isa. 4

Iudicum. 16

Phil. 1

et. 51

Cori. 15

et. 51

Ioannis: 3

plebes, pari deuotione Christum requirentes. [terramotus.] Etia in passione terra motetur, quia corda per passionem & resurrectionem erant mouenda. [cito euntes.] Non conceditur nobis hoc gaudium occultum tenere, sed similiter amantibus pandere: [ecce occurrit.] Sic omnibus iter virtutis inchoantibus Christus occurrit. [præcedet in Galilea.] Galilea dicitur reuolutio, & significat gloriam æternam, in quam præcedit nos Dominus, non in forma serui: sed in patris æqualitate. [in montem.] Quia corpus de terra susceptum, iam super omnia terræna erat eleuatum. [potestas data.] Quia eius humanitas, erat gloria & honore coronata. [vobiscum sum.] Et hoc erat satis dignum piæ conuersationis stipendium, quod simul sit ille nobiscum.

Lyra. Ad descensum Angeli terræmotus fit, corporalia enim obediunt Angelis ad vortum: quantum ad motum localem. [in Galileam.] Non videbitis solum in cælo, sed etiã in loco pximo. [exierunt cum gaudio.] Quo modo dicit Marcus fugisse de monumento? Respond. id non debere referri ad foeminas, sed ad custodes, qui iacebãt velut emortui. [fratres meos.] Cõsolatur eos, ne propter fugam in passione desperarent. [in Galileam.] Scilicet, in montem Tabor, vbi ab omnibus discipulis visus est, & creditur hæc apparitio illa fuisse de qua Paulus inquit, q̄ apparuit plusquam .500. fratribus. [omnis potestas.] Executiue, vt nulli rei esset subiectus. [vobiscum sum.] Assistendo cum illis ad miraculorum operationem, quibus confirmatur doctrina, & etiam est nobiscum in Eucharistia & per occultos instinctus.

Simon de Cassia. lib. 14. c. 2. [custodes facti sunt vt mortui.] Impij in quibus charitas, extincta est, fiunt velut mortui, nondum enim plenè mortui sunt, donec abeant in infernum. [Angelus reuoluit.] Angelus venit ad resurrectionem, sicut venerat ad incarnationem. [velut fulgur.] Etiam animalia illa Ezechielis velut fulgur coruscans incedunt, quia videlicet, & Angeli & homines per illa animalia significati, in vnus resurrectionis Christi prædicationem & attestationem conueniunt. Reuoluit porro lapidem, vt fidem faciat custodibus corpus Christi iam resurrexisse, sedet verò in dextera, significans quod membra cum capite, iam patris æterni dextra amplectetur. [Capitul. 3.] Lucas & Ioannes fatentur duos Angelos fuisse visos vt in ore dñorum stet omne verum. Porro Sacra

Virgo fortè ad sepulchrum non venit, quia meruit prior illa Christum à mortuis regressum videre, quæ nascentem, & in mundum ingredientem prior adorauerat. Ita enim diuina prouidentia omnia ordinatè disponit, vt in nouitate cœlestis misterij virgo mater prior honoretur. [Capitul. 4.] Veniunt mulieres dum tenebræ sunt, perueniunt verò orto iam sole, quia incipere non omnes animi tenebras dispellit, profecisse spectat ad lucem, quærunt verò, quis voluet lapidem, & ecce vident reuolutum, quia vbi humana virtus diffidit, superna perficit, præstatque Deus auxilium, ijs qui de humanis rebus diffidunt. Exeuntes de monumentis nihil alijs (præter Christi discipulos) dixerunt, res emtantæ non nisi discipulis erant pandendæ, noua enim rudibus non sunt reuelanda mysteria. Annuntiant verò discipulis, quibus prædicatione videtur deliramentum, his enim qui non sunt alta fide prouecti, ita cõtingit putare esse deliria, quæ sunt sacra mysteria. [Capit. 5.] Verba quibus nuntiant Apostolis mulieres fuerunt breuia & raptim dicta. [Tulerunt Dominum.] Tunc currunt Petrus & Ioannes, Ioannes vt iunior plus currit. Sed Petrus intrat, quia licet nouitia virtus cum veteri contendat, & videatur esse feruētior: sed veterana per experiētiam solet esse perfectior, feruet multum, sed nescitur, quale vinum fiet, multum ardent paleæ, & aristæ: sed non apparet quæ materia foueat ignem, ardet nouus miles ad bellum, sed cum splendere arma, concrepare equos videt, non ita, vt veteranus pugnat. Porro magnæ & perfectæ virtutis indicium est, monumentum ingredi, id est, dedecus, humilitatem, & mortem ipsam pro Christo subire. Hæc virtus anima re solet ad pugnam infirmos: sicut Petrus monumentum intrans Ioannem ad intradum animauit. Intrans inueniunt ligamina seorsum significantia, liberum iam Christum à morte inueniunt etiam sudarium inuolutum, significans ineffabile esse resurrectionis sacramentum. [Capi. 6.] Mulieres venerant cum Apostolis, & cum eis regrediebatur, Magdalena excepta quæ in monumento foras manebat, foras, scilicet, quia à fide resurrectionis exclusa. Sed certabant in pectore, amor & fides hæc infirma, ille certus, ploras plorabat non in nocte tribulationis, sed in festiuitate resurrectionis, & profectò maior dolor est in die festo non suscepisse lætitiã, quã in tribulatione sensisse iacturã, lachrymas non cõsolabatur Angeli neq; Apostoli, quia amor non

non nisi ab amato patitur consolationem. Inclinauit, ergo se Magdalena, vt iterum videret sepulchrum: more illius, quæ quam perdiderat drachmam, inquirebat. Videt igitur Angelos duos: in solatium: sed magis ad testimonium. Quærunt illi, quid ploras, at illa, tulerunt Dominum meum, & relinquens Angelos, retrorsum vultum vertit, at ò Maria quid poteras dulcius & maius velle videre, quam Angelos? an non, horum iucundior quã cadaveris aspectus? Sed amor non alia, quàm quod amat, quærunt. Et significatum est, quod se Deus ostendat, ijs qui nihil aliud quam ipsum quærunt. Ergo ostendit se Magdalene Christus, quæruntque cur ploras? quasi verò non ipse eam sibi amoris intimo glutine copulasset, & ploratus causa fuisset. Sed quærunt, vt pijs lachrymis finem imponat, & fidem restauret deperditã, Maria existimat quod hortulanus sit, fortè quia in ea specie apparebat, & merito, quia veniebat extirpare in illa vitia, & plantare virtutes, vitium enim erat Angelis testantibus, si dem non adhibuisset. Igitur quærunt, Domine si tu sustulisti eum? abiectæ functionis hortulanum dominum vocat, amor enim dei cere, solet, & humiliare, solet enim velut insanire, quorsum enim hortulanus corpus, sustulisset? & quomodo si ille tulisset Maria debilis eum ferre potuisset? Sed amor impossibilia, vt possibilia aggreditur. Tunc Dominus, Maria vox illa fuit validior virtute, quàm sono, agnouit illa solita verba, & quia ad monumentum oculos verterat, cõuertit se ad vocem, professa se discipulam eius, quem vocabat magistrum, dixit enim Raboni, volens verò in Christi solitis tactibus lætari, Dominus inquit, ne gaudia, quæ quærerebas, nunc quæras, gaudia tua & fidelium, in gloria vobis reseruo ne igitur nunc metangas, donec ascendas in cœlum, vbi erunt gaudia plena, nunc non pro beatitudine reputes, si me tetigeris, in terra non sunt dandæ beatitudines: sed donandæ virtutes. Igitur Ecclesia instruitur, in terra non gloriam, sed crucem esse querendam. Addit dominus, vade ad fratres meos, dic eis, vado ad patrem meum & p. ve. vt sicut me à morte in gloriam æternã reuocauit, ita vobis etiã faciat: est enim pater vester, & meus. En pec

catrix Magdalena prima resurrectionis Euangelista instituitur, vt pro peccatoribus & mors & resurrectio celebrata credatur, vtq; sciamus, nec peccatoribus aut infidelibus cõuersis, negatam esse gratiam verbi. [Cap. 7.] Disparuit his dictis Christus, properat Magdalena inuenit in via alias Marias, quæ eã forsan expectabant. Apparet illis Christus. Cui est sua de fidelibus cura: ne desperatione frangantur, tangitur ab illis nouit enim Diuina prouidentia, quando & quomodo prius negata, postea concedantur, prospicit enim nostris vtilitatibus Deus nam negat aliquando quod quærimus, quia est defectus in quærto indignitas in quærante, importunitas in modo, indecentia in re, &c. Dicit ergo Dominus. [nolite timere.] Nullus enim nocentior, quàm in fide timor. Cui enim fides radix sit, virtutes sint eius rami, minus noxium est ramos, quàm radicem concuti. Addit Dominus, nuntiate fratribus meis mirabilem & insuperabilem charitatē ostendens, quod relictus à discipulis, eos fratres vocet. [Cap. 8.] Interim custodes efficiuntur testes resurrectionis. Quis verò dicat, quanto dolore Phariseorum animus concussus est, cum Christum resurrexisse tam certò audierunt? Sed pro dolor eorū pecunia tam impudentem falsitatem seminauit interludæos, vt crederent corpus Christi furto sublatum. [Capit. 25.] Veniunt discipuli plusquam .500. ad montem Tabor, vt ibi apparitio resurrectionis fiat vbi mōstrata est gloria transfigurationis, hic igitur Christum laetitia multi adorantes, quidã tamen dubitant in signū, quod in Ecclesia licet ea sit omnib; vna, nō tamē in ea est omnibus vna de Christo sententia. Tunc Dominus. [data est mihi omnis potestas.] Qua non solum potui ab inferis resurgere: sed sum constitutus omnium Dominus, animarum, scilicet, corporum: Angelorum, & hominum, &c. [Capit. 26.] Dominus mandat discipulis, vt eant ad omnes gentes, vt non sit locus vel terra, quæ Christi fidem nō audiat, vt notum sit Euangelium omnibus, & ex omnibus locis electi gratiam percipiant. Iubet verò seruare omnia quæ ille præcepit, quisq; in gradu suo, sua præcepta custodiat, Rex sua, cælebs sua, coniugatus item sua.

FINIS.

SALMANTICAE,

In ædibus Dominici à Portonarijs. S. Ca-
tholicæ. M. Typógraphi.

1571

1571

FINIS

INDEX OMNIUM RE
RVM, VERBORVM ET SEN-
tentiariu insignioru, quæ in hoc
opere continentur ordine
distributus.



A



BEL cur Deo gra-
tus fuit. fol. 70. co. 2
Abel iustorū primas.
Folio. 184. colūna. 1.
Abel primus sine cul-
pa occisus. fo. 185. c. 4
Abnegare se quid. fol.

143. columna. 3. & 4.
Abominatio quid. fo. 185. col. 2.
Accidētia quomodo sine subiecto. f. 211. co. 4
Aceldema, id est, ager sanguinis. fol. 223. col. 2
Acetum morienti mortem accelerat. fol. 230
columna. 2.
Acindinus vxorē mochari permisit. fol. 56.
columna. 1.
Adam Christi figura. fol. 28. col. 2
Adam homines culpam in alios trāferre do-
cuit. fol. 202. col. 3
Adam quibus in locis sepultus esse dicatur.
fol. 227. col. 2
Adulter vxorem adulteram non expellat.
fol. 80. col. 3
AEgyptus Iudæis familiaris verique Dei
non ignara. fol. 14. col. 4
AEgyptus Christi hospitio sanctificata. fol.
12. columna. 2.
AEgyptus gentilitatis figura. fol. 15. col. 2
AEgyptiorum & Israelitarum diuersa con-
ditio. fol. 100. col. 1
Affectus & intellectus Dei hospitia. f. 212. c. 3
Agnum paschalē nō nisi calceati comedebāt
Iudæi. fol. 104. co. 1
Alabastrum quid. fo. 206. col. 4
Alexander & Ruffus Apostolorum discipu-
li. fol. 228. col. 3
Aliena rapere belluinum est. fol. 75. col. 4
Amare suum simile omnibus creaturis est in-
situm. fol. 43. col. 3

Amare tria benè, vel male possumus. f. 177.
columna. 1.
Amandes quo pacto Deus, proximus, mun-
dus. fol. 177. col. 1
Amans vitia seipsum odit. fol. 177. col. 3
Amor omnia contemnit. fol. 217. col. 2
Amorū genera & gradus. fol. 177. col. 3
Ambitio honoris fugienda. fol. 28. col. 4
Ambulare in lumine vultus sui, Dei vel alic-
uius, quid. fol. 117. col. 2
Amicitia diuino amore non ligata mendax
est. fol. 107. col. 2
Amicitia qualis esse debeat. fol. 177. col. 1
Aminadab rubrum mare primus omnium
ingressus tribum Iuda regia dignitate de-
corauit. fol. 5. col. 4
Amon cur punitus. fol. 4. col. 1
Andreas quid. fol. 25. col. 4
Angelus tribus de causis Iosepho apparuit.
fol. 7. col. 4
Angeli hominū custodes, & testes. fol. 203.
columna. 4.
Angeli an statim pascentibus hominibus in
custodiam dentur. fol. 148. col. 4
Angelis custodiri summa res est. fol. 49. co. 3
Angeli quomodo sint in loco. fol. 234. col. 4
Angeli cogitationes hominum non perci-
piunt. fol. 234. col. 4
Angeli sub quauis figura apparere possunt.
fol. 10. col. 4
Angelorum erga laborantes auxiliū. fol. 217
columna. 1.
Angelorum visio initio terret, postea conso-
latur. fol. 234. col. 4
Angelum esse gratia maius est, quàm natura
fol. 13. col. 2
Anima tota in qualibet est parte. f. 211. col. 4
Animæ sedes principalis secundū Christū
& Platone in. fol. 137. col. 2
Anima immūda facilius decipitur. f. 65. c. 4.
Ani-

I N D E X.

Anima vt principium naturale bene operatur vt morale non temper. fol. 85. col. 4.
 Anima dæmones non fiut. fol. 95. col. 1.
 Anima quomodo baptismo & igne inferni tangatur. fol. 137. col. 3.
 Anima purgatorij extra forum Petri sunt. fol. 142. col. 4.
 Anima negotiatio omni alia præstator. fol. 152. col. 4.
 Anima qualitatem corporis habitudo consequitur. fol. 174. col. 4.
 Anima & corporis ratio simui habenda est. fol. 174. col. 4.
 Anima per synecdochen pro toto homine sumitur. fol. 176. col. 3.
 Animus praua volutate vitiatu comprimi vix potest. fol. 15. col. 4.
 Animus magnus vt ad malum ita ad bonum efficacior. fol. 214. col. 1.
 Antichristus diabolus vel hæreticus. folio. 186. colum. 4.
 Antichristus mirabilia faciet. fol. 187. col. 2.
 Antichristus à Iudæis adorabitur. fol. 189. col. 3.
 Apex quid. fol. 50. col. 2.
 Apollinaris error. fol. 1. col. 4.
 Apostoli lux mundi. fol. 47. col. 3.
 Apostolorum cõditiones, & appellationes variaz. fol. 102. col. 4.
 Apostolice à Christo vocati. fol. 25. col. 1.
 Apostolorum in persecutionibus alacritas. fol. 43. col. 2.
 Apostoli commendantur Petrus fide, Iacobus agone, Ioannes gratia. fol. 101. col. 1.
 Apostoli duodenario numero in multis præfigurati. fol. 103. col. 3.
 Apostoli cur ad docendum bini mittantur. fol. 103. col. 3.
 Apostoli cur à Domino electi. fol. 103. col. 3.
 Apostoli à Christo instruuntur. fol. 104. col. 4.
 Apostoli quando ad gentes ire sint prohibiti. fol. 105. col. 1.
 Apostoli cur puluerem excutere iubeantur. fol. 106. col. 1.
 Apostoli dæmones ligarunt. fol. 123. col. 1.
 Apostoli cur suffocatu prohibuerunt & sanguinem. fol. 137. col. 2.
 Apostolos qui imitatur eos intercessores habet. fol. 138. col. 4.
 Apostoli semper primi. fol. 155. col. 4.
 Apostoli gentes iudicabunt. fol. 157. col. 4.
 Apostoli multa fecerunt que scripta non sunt. fol. 165. col. 3.
 Apostoli septuaginta annis Euangelium cõfirmarunt. fol. 188. col. 1.
 Apis ex quo intelligetia data non est. fol. 202. c. 3.

Apostoli animo sublimes. fol. 105. col. 4
 Apparitio omni terret. fol. 8. col. 3.
 Aqua ex baptismo Christi ius ad hoc sacramentum accepit. fol. 26. col. 1.
 Aquæ prerogatiua. fol. 208. col. 4.
 Arboris bonæ fructus mystice duodecim sunt. fol. 86. col. 2.
 Archelaus quis. 15. col. 3.
 Arma Christianis licita sunt. fol. 91. col. 1.
 Arrius Christi diuinitatem negabat. fol. 113. c. 1
 Ariani regnum patris à filio diuidunt. folio. 122. colum. 1.
 Arrius & Eunomius confutantur. fol. 191. col. 2.
 Ars naturam imitatur non tamen assequitur. fol. 77. col. 1
 Artificia patres antiqui exercuerunt. folio. 164. col. 4.
 Arundo homines representat. fol. 112. col. 4.
 Ascensiones Christi sex fuisse dicuntur. fol. 134. col. 3.
 Asmodæus dæmon libidinis patronus. folio. 138. col. 4.
 Astronomi ex Magorum stella artem suam firmantes confutantur. fol. 11. col. 2.
 Auarus inops animi. fol. 68. col. 4.
 Auaris in Iuda documentum. fol. 222. col. 4.
 Auaritia idolotria. fol. 56. col. 1.
 Auaritia incommoda. fol. 72. col. 4.
 Auaris doctrina. fol. 73. col. 2.
 Auaritia nocumenta. fol. 75. col. 2.
 Audiens & non facies plus punitur. fol. 39. c. 4
 Aurum mystice quid. fol. 15. col. 1.
 Azyma. fol. 208. col. 1.
 Azyma & pascha. fol. 210. col. 2.

B

Balam Christi aduentum prænuntiauit. fol. 10. col. 2.
 Balam prophetia exponitur. folio. 12. col. 4.
 Baiulus aquæ discipulorum dux multa figurauit. fol. 212. col. 1.
 Baptismus Ioannis catechismi loco. folio. 22. col. 1.
 Baptismus Ioannis quid conduxerit. folio. 19. col. 1.
 Baptismus Ioannis cur dicitur. fol. 167. col. 3.
 Baptizare in spiritu omne bonum importat. fol. 19. col. 4.
 Baptismus & poenitentia omnino necessaria sunt. fol. 22. col. 1.
 Baptismi 5. sunt genera. fol. 29. col. 3.
 Baptismus in aqua fieri debet contra hæreticos. fol. 26. col. 4.

Baptif

I N D E X

Baptismus non baptizantis sed Christi fructus est cõtra Petilianum. fol. 83. c. 4. & 92. c. 2
 Baptismus Christi Ioannis baptismum comprehendit. fol. 20. col. 4.
 Baptismus ignis quid. fol. 20. col. 4.
 Baptismus quid præstet. fol. 24. col. 3.
 Baptismus explicita Trinitatis inuocatione dandus est. fol. 26. col. 3.
 Baptismus nube, mari, petra figuratus. folio. 11. col. 3.
 Baptismo anima, corpus iudicio regenerabitur. fol. 157. col. 4.
 Baptismus Dominus Apostolis præcepit. fol. 236. col. 2.
 Baptizare se nemo potest. fol. 237. col. 2
 Baptismus cur non in nominibus, sed in nomine patris & filij, & c. cõfertur. fol. 235. c. 2.
 Baptizatus ab hæretico non rebaptizetur. fol. 22. col. 2.
 Barabbas. fol. 222. col. 2.
 Bariona quid. fol. 141. col. 2.
 Beatitudinem sibi quis que suam pro libidine statuit. fol. 41. col. 1.
 Beatitudo hominum finis. fol. 44. col. 2.
 Beati viuentes in quo sensu dicantur. folio. 45. colum. 3.
 Beatitudines feminaria præceptorum legis. fol. 49. col. 2.
 Beatitudinum continuatio & series. folio. 38. colum. 4.
 Beatitudinum gradus. fol. 43. col. 2.
 Beatitudo æterna in visione est. folio. 126. colum. 4.
 Beelzebub. fol. 108. col. 1. & 122. col. 1.
 Bella licita sunt contra Manichæos. folio. 174. col. 2.
 Beneficia amore nutriunt odia compescunt. fol. 63. col. 3.
 Benefacere etiam malefactoribus debemus. fol. 102. col. 1.
 Beneficus vter dicatur ex duobus inuicem benefacientibus. fol. 63. col. 1.
 Bernardus lapidem oratione transtulit. fol. 147. col. 3.
 Bersabe. fol. 2. col. 4. & 3. col. 4.
 Bethlehem quid. fol. 15. col. 2.
 Bethlehem duplex. fol. 14. col. 3.
 Bethlehem cur Rachel dicatur. fol. 15. col. 3.
 Bethania quid. fol. 162. col. 1.
 Bethphage quid. fol. 162. col. 1.
 Bethsaida quid. fol. 15. col. 2.
 Bimatus occidendis innocētibus cur ab Herode præstitutus. fol. 16. col. 3.
 Binarij mysterium. fol. 177. col. 1.
 Blasphemia in Spiritum sanctum quæ. fol.

123. columna. 2.
 Blasphemia in Spiritum sanctum cur irremissibilis. fol. 121. col. 1.
 Blasphemia & spiritus blasphemiaz quid. fol. 123. col. 1.
 Bonitas Deo proprie creaturis abusiue conuenit. fol. 155. col. 3.
 Boni aliquando malum, mali aliquando bonum. fol. 83. col. 3.
 Boni etiam in hac vita cœlo fruuntur. folio. 158. col. 1.
 Boni in cœlo & in terra, mali in terra & inferno. fol. 173. col. 4.
 Bonus præsumitur nondum probatus malus. fol. 80. col. 2.
 Bonum naturaliter prius malo. fol. 129. col. 3.
 Bonum simulatum virtuti maxime noxium. fol. 84. col. 3.
 Bonum ex integra causa malum ex quolibet defectu. fol. 83. col. 2.
 Bruta tum maxime viuunt cum viuunt homo cum vita sanctus est. fol. 176. col. 1.

C

Cæsares Romanorum reges. folio. 2. columna. 2.
 Cæsar vbique terrarum præsidia collocauit. fol. 141. col. 1.
 Cæsarea duplex. fol. 141. col. 1.
 Cæsarea Philippi varie fuit nuncupata. fol. 142. col. 4.
 Caini munera cur non placuerunt deo. fol. 53. c. 4
 Caiphas pontificatus dignitatem emit. folio. 219. col. 1. & 220. col. 4.
 Caiphas cur Christum adiurauerit. fol. 221. columna. 2.
 Calamus quid. fol. 113. col. 1.
 Calceamentum deponere. fol. 18. col. 3.
 Caluariæ locus vnde dictus. fol. 225. col. 2.
 Cameli dieta vna tres equi continet. folio. 14. col. 3.
 Camelus animal partim mundum, partim immundum. fol. 21. col. 1.
 Caminus triplex. fol. 131. col. 2.
 Canes quid. fol. 78. col. 2.
 Canes ob Ecclesie pacem tolerandi sunt. folio. 80. colum. 4.
 Capharnaum. fol. 34. col. 3.
 Capharnaum quid. fol. 115. col. 2.
 Carnis ad malum, quam ad bonum natura proliuor. fol. 65. col. 3.
 Carnis fructus. fol. 83. col. 2.
 Cathechizandum quomodo. fol. 141. col. 3.
 Cathedra quid significet. fol. 179. col. 4.

I N D E X.

Census nec in caput nec in tenuē fortunā cō
putabatur. fol. 148. col. 2.
Censum quibus de causis Cæsar exegit. fol.
175. col. 2.
Centurio quo pacto fide Israele maior. foli.
89. col. 3. & 4.
Centurionis famuli ægrotantis mystica ex-
plicatio. fol. 90. col. 2.
Centurionis fides, humilitas, prudentia. fol.
89. col. 1.
Centurio gentium conuertendarum primi-
tiæ. fol. 90. col. 1.
Centurio Christo patiente conuersus, po-
stea martyrio coronatus. fol. 231. col. 1.
Centum numerus perfectionis. fol. 90. col. 2.
Charitas Ecclesiæ fundamentum. folio. 34.
columna. 1.
Charitas virtutum maxima. fol. 52. col. 2.
Charitas ambitiosa errorum nostrorum pa-
trona. fol. 53. col. 2.
Charitatis effectus. fol. 60. col. 2.
Charitas etiam ad inimicos se extendit. fol.
62. col. 3. & 4.
Charitatis in sacra scriptura laudes. folio. 62.
columna. 4.
Charitas labenti mundo refrigescet. folio.
135. col. 2.
Charitas humilitatis comes. fol. 150. col. 1.
Charitas perfectionis vinculum. fol. 157. c. 3.
Charitas Christianismi summa. fo. 203. col. 2.
Charitas duobus præceptis comprehenditur.
fol. 174. col. 1.
Charitatem omnia bona concomitantur.
fol. 201. col. 2.
Christus humilitatem parentum suorum ama-
uit. fol. 1. col. 1. & fol. 3. col. 1. & 2.
Christus Davidis filius. fol. 1. col. 3.
Christus in generatione sua cur filius Dei nō
dicitur. fol. 1. col. 3.
Christus rex, propheta, sacerdos. fol. 1. col. 3.
Christi Iudæorum reges. fol. 2. col. 2.
Christi generatio per quaterdenariū nume-
rum computata. fol. 4. col. 1.
Christi generatio triplex. fol. 5. col. 1.
Christus hamo pulchrè comparatur. folio.
5. columna. 3.
Christus cur de virgine & virgine desponsa-
ta. fol. 6. col. 1. & fol. 7. col. 3.
Christus natus de Spitu sancto, nō filius Spi-
ritus sancti. fol. 6. col. 3.
Christus quantum ad formationem repente
non paulatim natus. fol. 7. col. 4.
Christi conceptio Spiritui sancto. 4. de cau-
sis tribuitur. fol. 8. col. 2.
Christus de virgine quatuor de causis nasci-
tur. fol. 8. col. 2.
Christus ex Maria opere naturali, ex Spiritu
sancto miraculoso. fo. 9. col. 1.
Christi sanguis quos saluos faciat. fol. 9. co. 4.
Christi natiuitas variè nuntiata. fol. 11. col.
Christus quibus testin. onijs nuntiarus sit.
folio. 11. col. 3.
Christus cur fugere quàm se ab Herode tue-
rit malluit. fol. 12. col. 1.
Christus in fuga hominem, in stella Deum
se ostendit. fol. 13. col. 3.
Christus à quib⁹ nascēs adoratus sit. f. 14. c. 1.
Christus nihil sine diuina autoritate opera-
tus est. fol. 14. col. 1.
Christo A Egyptū ingrediente idola omnia
currerunt. fol. 14. col. 3.
Christus cur legem veterem ad trigessimū
vsque annum seruauit. fol. 19. col. 1.
Christi proprium est credentes saluos facere
fol. 21. col. 2.
Christum pati an fuerit necessariū. f. 22. co. 2.
Christi ad annum trigessimū conuersatio.
fol. 22. col. 4.
Christus morte sua cœlum aperuit. f. 22. c. 4.
Christus duplex habet officium. f. 23. col. 2.
Christus quēuis mortalem in infinitum ex-
cedit. fol. 24. col. 1.
Christi baptismus mysterium trinitatis de-
notat. fol. 24. col. 2.
Christus quibus de causis baptizari voluit.
fol. 24. col. 2. & fol. 25. col. 2.
Christus vt homo omnem iustitiam imple-
uit. fol. 25. col. 3.
Christi baptismo cœli aperti fuisse cur dicā-
tur. fol. 25. col. 3. & 4.
Christus qua ætate Baptizatus & passus sit.
fol. 26. col. 4.
Christus columbæ cōparatur. fo. 27. col. 2.
Christus cur se tentari permiserit. f. 27. co. 4.
Christus abstinentiæ exemplum mirabile.
fol. 28. col. 2.
Christus quomodo à dæmone assumptus.
fol. 31. col. 1.
Christus dæmonem tribus verbis Davidis
exemplo superauit. fol. 32. col. 4.
Christus quādiu prædicauerit. fol. 34. col. 3.
Christi diuinitatis ter splenduit. fol. 36. col. 3.
Christus potissimam gessit animarum curā
fol. 36. col. 4.
Christus an mendicauerit. fol. 44. col. 3.
Christus legem quibus modis impleuerit.
fol. 49. col. 2. & fo. 50. col. 1.
Christus sabbatū an violauit. fol. 50. c. 3. & 4.
Christi charitas mirabilis. fol. 60. col. 2.
Christus duobus præcipuè imitādus. f. 62. co. 2.
Chri

I N D E X

Christus copiosius de premijs, quàm de pec-
nis agit. fol. 93. col. 2.
Christus amore, dæmon odio, cœlum polici-
ti sunt. fol. 62. col. 4.
Christus omnium nostrum patronus. f. 67. c. 1.
Christus æternus panis. fol. 69. col. 2.
Christus tria docuit breuissimè. fol. 70. co. 2.
Christi voluntatem faciens ad omnia muni-
tus est. fol. 84. col. 3.
Christi in docendo autoritas. fol. 87. col. 1.
Christi doctrina mirabilis. fol. 87. col. 2.
Christus quatenus legis approbavit sacrifi-
cia. fol. 87. col. 4.
Christus curatione corporali triplici spiri-
tualem triplicem sanationem intendit.
fol. 88. col. 2.
Christus aspectu pulcherrimus. fol. 92. col. 3.
Christus filium hominis se humilitate voca-
bat. fol. 93. col. 2.
Christus iussu, sancti precibus miracula fa-
ciant. fol. 93. col. 4.
Christi substantia & qualitates. fo. 94. co. 2.
Christus etiā Iudæorum confessione deus.
fol. 96. col. 2.
Christus Bethlehem natus, Nazareth nutri-
tus, Capharnaum moratus. fol. 96. col. 2.
Christus peccatorum specialem curam ges-
sit. fol. 97. col. 2.
Christus cur hæmorrhoidiam non permisit
latere. fol. 100. col. 2.
Christi virtus eius corpore non clauditur.
fol. 100. col. 3.
Christus hominum miseretur. fol. 102. col. 2.
Christus omnem virtutis suæ potestatem in
Apostolos transtulit. fol. 104. col. 3.
Christus gentes non est asperatus. fo. 105. c. 1.
Christus Apstis futura prædixit. f. 106. co. 4.
Christus noluit Messias declarari. f. 108. c. 4.
Christi duæ sunt naturæ fidelibus adorandæ
fol. 110. col. 1.
Christus agno figuratus. fol. 111. col. 3.
Christus crucifixus electis scandalum. folio
111. col. 4.
Christus operibus nōn verbis se Messiam de-
clarat. fol. 112. col. 2.
Christus tribus rationibus Ioanne maior. fo.
113. col. 2.
Christus non mulieris sed de muliere natus.
fol. 113. col. 3.
Christi iugum suauè. fol. 115. col. 4.
Christi iugum quid sit. fol. 117. col. 1.
Christi onus quib⁹ modis leue sit. fol. 117. c. 4.
Christus legem non vt legi subiectus serua-
uit. fol. 119. col. 1.
Christus se Deum ostendit. fo. 121. col. 3.
Christus granum frumenti, sinapis, fermentum
& semen minimum. fol. 128. col. 2.
Christus Dei sapientia. fol. 131. col. 2.
Christus occiso Ioanne fecessit. fol. 131. col. 4.
Christus cur dictus propheta. fol. 131. col. 1.
Christus rex & sacerdos. fol. 133. col. 1.
Christi generatio diuersimode à Mattheo,
& Luca explicatur. fol. 133. col. 2.
Christi aduentus duplex. fo. 140. col. 2.
Christus Apostolos resurrectionis testes ha-
bet. fol. 142. col. 1.
Christus humilitatis amator. fol. 143. col. 2.
Christus cur gloriam & mortem ostendit di-
scipulis. fol. 144. col. 4.
Christum aut Deum aut hominem negare
æqualis est periculi. fol. 144. col. 4.
Christus eiusdem cum patre potestatis, &c.
fol. 145. col. 1.
Christus omnia amara reddit dulcia. folio.
145. col. 2.
Christus regis filius secundum carnem & se-
cundum spiritum. fo. 147. col. 4.
Christū nescire tolerabilius est, quam non re-
cipere. fol. 149. col. 4.
Christus mediator medium amat. folio. 153.
columna. 2.
Christus tēporaliter regnaturus putabatur.
fol. 160. col. 1.
Christus nō ministrari, sed ministrare venit.
fol. 160. col. 3.
Christus corporis & animi medicus. fol. 161.
columna. 1.
Christū quis sequatur. fol. 161. col. 2.
Christus cæcitatem summo affectu curabat.
fol. 161. col. 3.
Christus a sinā insidens quid significarit. fo.
162. col. 3.
Christus super omnem naturam est. f. 165. c. 1.
Christus salutem & damnationem duobus
signis figurauit. fol. 166. col. 1.
Christus cur se aperte non manifestauit. fol.
168. col. 1.
Christus an cognitus à Iudæis. fol. 170. col. 3.
Christus Davidis dñs & filius. fol. 77. col. 4.
Christus cur vocatur dilectus. fol. 177. col. 2.
Christi fama vibiq; peruasit. fol. 178. col. 4.
Christi tres esse voluerunt tempore obsidio-
nis Hierosolymitanæ. fol. 186. col. 1.
Christus vbi passus est gloriosus apparebit.
fol. 189. col. 3.
Christum in fine seculi omnis lingua confite-
bitur. fol. 191. col. 4.
Christū diem iudicij non nosse quomodo
intelligendum. fol. 193. col. 1.
Christi merita omnibus sufficiunt. fol. 198. c. 3.

I N D E X.

Christus quomodo peregrinari dicatur. fol. 200. colum. 3.
 Christi patrimonium. fol. 200. col. 4.
 Christus cur potius filiū hominis, quam filium Dei se dicit. fol. 203. col. 4.
 Christus quibus de causis in mundum venit. fol. 204. col. 3.
 Christus an mortē humanicus timuerit. fol. 205. col. 1.
 Christi proditores. fol. 206. col. 1. & 4.
 Christus à tribus mulierib⁹ vnētus. f. 206. c. 1
 Christus in montibus pernoctabat. f. 210. c. 4
 Christi latere sanguis & aqua emanans quid fol. 211. col. 4.
 Christus potentia patris & sua resurrexit. fol. 212. col. 1.
 Christus bono pastori similis. fol. 213. col. 2.
 Christus solus orabat. fol. 214. col. 3.
 Christus bifariā discipulos cōsolat. f. 214. c. 4
 Christus eodem aspectu non semper apparuisse creditur. fol. 215. col. 1.
 Christus ter Apostolos dormientes conueniens quid signi. fol. 215. col. 4.
 Christus cur ter orauerit. fol. 216. col. 1.
 Christi duplex voluntas. fol. 215. col. 4.
 Christus quid tristatus. fol. 216. col. 3.
 Christus corpore absens cæteris præsens. fol. 216. col. 3.
 Christi sudor miraculosus. fol. 217. col. 1.
 Christus genua quindecies flexit. fol. 217. c. 1
 Christi vincula multis præfigurata. f. 217. c. 3
 Christi ignominia gloriosa. fol. 219. col. 4.
 Christum tria genera hominum insectantur. fol. 221. col. 3.
 Christus negari potest dupliciter. f. 222. c. 1.
 Christus multis modis interfectores suos premonuit. fol. 223. col. 3.
 Christus populo probatissimus. f. 224. c. 2.
 Christi passio duplici consilio tractata. folio 225. col. 2.
 Christus bis à Pilato traditur. fol. 227. col. 3.
 Christus viride lignum. fol. 228. col. 4.
 Christus quomodo crucifixus euangeliste figillatim non exponunt: cur? fol. 229. col. 1.
 Christi causa triplici lingua scripta, quid. fol. 229. col. 1.
 Christus bis felle & aceto potus. f. 229. col. 4
 Christus passionē suā multa consumauit. fol. 229. col. 4.
 Christi corpus scuto pulcherrimè comparatur. fol. 230. col. 1.
 Christi corpus in sacramento cur lino inuoluitur. fol. 232. col. 4.
 Christi mysterium quicquid ad Adam sanctum fuit præfigurauit. fol. 232. col. 1.
 Christi sepulchri descriptio. fol. 231. col. 4.
 Christi diuinitas Angelorū ministerijs probatur. fol. 233. col. 1.
 Christus malis vt fulgur, bonis vt candor. fol. 233. col. 3.
 Christus discipulos in omnes terras mittit. fol. 237. col. 2.
 Christi resurgentis cum Magdalena colloquium. fol. 27. col. 1.
 Christus decies apparuit suis. fol. 235. col. 1.
 Christus ab alijs emitur ab alijs rapitur. &c. fol. 235. col. 4.
 Christi resurrectio qua hora fuerit varię opinionones. fol. 235. col. 3.
 Christiani etiam mali ad Ecclesiam pertinēt. fol. 18. col. 1.
 Christiani ad omnē iniuriam parati esse debent. fol. 59. col. 4.
 Christiani Deum patrē vocēt. f. 68. col. 2.
 Christiani occiosi non sint. f. 75. c. 1.
 Christiani magis de proximis, quàm de se felicitati sint. fol. 76. col. 2.
 Christianæ vitæ quatuor impedimenta. fol. 86. col. 1.
 Christiani qui sint catholici. fol. 128. col. 1
 Christiani prius mercedē cur dicantur accipere. fol. 158. col. 3.
 Christianorum cura mentis puritatem intēdit. fol. 161. col. 1.
 Christianus quilibet satis habet facultatis ad vigilandum. fol. 216. col. 4.
 Christiani in fine mundi vbique Euangelium prædicabunt. fol. 188. col. 1.
 Christianorum præparatio. fol. 196. col. 1.
 Christiani dilectione maxime discernuntur. fol. 203. col. 4.
 Circūcisio cur à Christianis explosa. f. 49. c. 7
 Clauēs regni cælorum duæ. fol. 142. col. 3.
 Clericus duo beneficia vnde non possit retinere. fol. 74. col. 3.
 Clerici coniugati tributū debēt. f. 175. col. 3.
 Clericis vnde gladius prohibitus. fol. 219. c. 1.
 Cæli in baptismo Christi aperti, quid signi. fol. 25. col. 3 & 4.
 Cælum empyreum beatorū sedes. f. 204. c. 3
 Cæli ex aqua esse creduntur. fol. 193. col. 1.
 Cælestia sine damno temporali non possidentur. fol. 130. col. 3.
 Cœnare cur dominus voluerit. fol. 209. col. 2.
 Cœnam cur Christus anticipauit. fol. 210. c. 3
 Cœna Christi triplex. fol. 212. col. 3.
 Cognitio rerum necessariarū aliquando animam inquinat. fol. 72. col. 2.
 Columba conditiones spiritui sancto conueni. fol. 26. col. 1.

colum

I N D E X

Columba in baptismo Christi quid fuerit. fol. 24. col. 3. & 26. col. 3.
 Columba octo conditiones octo virtutibus similes. fol. 27. col. 1.
 Columba mansuetudo. fol. 106. col. 3.
 Concilij reatus quid. fol. 51. col. 3.
 Concordia vnum facit ex duobus. fol. 134. c. 1
 Cōcubit⁹ necessitatis causa inuētus. f. 70. c. 3.
 Concupiscentia duplex. fol. 56. col. 4.
 Concupiscentia culpabilis. fol. 56. col. 4.
 Concupiscentia peccatum parit. f. 57. col. 1.
 Concupiscentia indeliberata. fol. 37. col. 2.
 Concupiscentia Dei amorē destruit, ira amorem proximi. fol. 53. col. 2.
 Concupiscentia prorsus vacare Angelorum est. fol. 61. col. 1.
 Coniugium sine carnali commixtione beatius. fol. 55. col. 4.
 Coniugia etiam inter infideles vera sunt. fol. 132. col. 4.
 Coniuges ante copulam libere, post copulam mutuo consensu religionem ingredi possunt. fol. 154. col. 4.
 Coniugium ante copulam nec perfectum, nec in carne vna est. fol. 155. col. 1.
 Coniugium ad prolem ordinatur. fol. 155. c. 1
 Conscientia non ex opere sed ex voluntate æstimatur. fol. 57. col. 4.
 Consensus non solum in opus, sed & in delectationem M. fol. 57. col. 2.
 Consolatio quid. fol. 41. col. 4.
 Contritio tribus comparatur. fol. 129. col. 3.
 Conuitia omnibus molesta. fol. 52. col. 4.
 Copula in potentia copula non est. f. 9. c. 1.
 Cor mundum dupliciter dicitur. f. 44. col. 1.
 Cor mundum quis habeat. fol. 64. col. 3.
 Correctio occulta sit. fol. 55. col. 2.
 Correctio sit amica & quasi patris. f. 59. c. 4.
 Corripere quis teneatur ex officio suo. folio 79. colum. 3
 Credere & non videre beatitudo ad meritū, videre ad felicitatem. fol. 126. col. 4.
 Crucem quis tollere dicatur. fol. 110. col. 3.
 Cruce cur in omnibus sacramentis vtimur. fol. 123. col. 4.
 Crucem ferre ignominiosum fuit. f. 230. c. 2
 Crucis trina dimensio quid. fol. 228. col. 1.
 Crucifigendi ex Rom. institutis verberabāt. fol. 222. col. 2.
 Crux in honestissimū mortis genus. f. 223. c. 3
 Cupiditas omnium malorū radix. f. 146. c. 1.
 Cura castitini & cura præsentis quænam sit. fol. 77. col. 4.
 Curiositas est velle scire quæ ad virtutē non expectant. fol. 150. col. 2.

D

DAEMONIS tria sunt tela potissima. fol. 28. col. 2.
 Dæmonis in Christi tentatione astutia. fol. 29. col. 2.
 Dæmonis mendacium. fol. 30. col. 1.
 Dæmon quibus coniecturis Christum esse Messiam suspicabatur. fol. 32. col. 4.
 Dæmonis in Christum insidiæ. fol. 5. col. 3.
 Dæmon cur Christum tentarit. fol. 28. col. 2
 Dæmonis in homines potestas. fol. 28. col. 3.
 Dæmonis de Christi diuinitate sollicita dubitatio. fol. 29. col. 2.
 Dæmonis ridenda stultitia. fol. 29. col. 4.
 Dæmonis tria ad capiendum retia. fol. 30. c. 1
 Dæmon occasio peccandi, non causa, esse potest. fol. 30. col. 2.
 Dæmonem quid maximè torqueat. f. 32. c. 1.
 Dæmon mollium suafor. fol. 32. col. 1.
 Dæmon nomine mali propriissimè intelligitur. fol. 70. col. 1.
 Dæmonum genus ieiunio eijsibile tantum. fol. 73. col. 3.
 Dæmonem nemo diligit, verum multi sustinent. fol. 74. col. 4.
 Dæmonis potestas omni terrena maior. fol. 95. col. 1.
 Dæmones cur in sepulchris. fol. 95. col. 1.
 Dæmones cur in porcos. fol. 95. col. 1.
 Dæmonum poena duplex. fol. 95. col. 3.
 Dæmonum maximum est hominibus non nocere tormentum. fol. 95. col. 3.
 Dæmon ob miracula Christi diuinitatē subodorabatur. fol. 96. col. 1.
 Dæmon quid contra homines possit. folio 120. col. 4.
 Dæmon quo nomine eijsiatur ex virtute operantis cognoscitur. fol. 121. col. 4.
 Dæmon moribus & fidei insidiatur. f. 127. c. 3
 Dæmon homo dicitur: cur? fol. 129. col. 3.
 Dæmonis vitia per pharaonem figurati. fol. 77. colum. 4.
 Dæmon. i. sciens. fol. 139. col. 1.
 Dæmon Christi morte variè affectus fuit. fol. 143. colum. 4.
 Dæmon lunæ diuisiones obseruat. f. 147. c. 1
 Dæmon naturalia tantum facere potest. fol. 189. colum. 4.
 Dæmonem adiurare Hebræum magis est, quàm Christianum. fol. 220. col. 1.
 Dæmon Christo crucifixo se spoliatum sensit. fol. 225. col. 4.
 Dæmon bellum cum Deo, cum homine, cum Deo homine gessit. fol. 230. col. 1.

* 4 Dæmo

I N D E X.

Dæmoniæ mystica declaratio. fol. 95. col. 4.
 Damascus. i. sanguinem bibens. f. 170. col. 1.
 Daniellus de Hierosolyma euerfione prophæ-
 tia. fol. 188. col. 1.
 Dare indigenti quæ & quando teneamur.
 fol. 61. col. 3. & 62. col. 1.
 Dare indigenti etiam non petenti tenemur.
 fol. 61. col. 4.
 David Abrahamo in Christi generatione
 cur præponitur. fol. 1. & 2. col. 1. 2.
 David etiam in peccato Christi figura. f. 3. c. 4.
 Davidis patientia. fol. 15. col. 4.
 David in Vria Deum despexit. f. 76. col. 3.
 De. consubstantialitatem significat. f. 5. col. 1.
 Debitor iudiciū expectare nō debet. f. 53. c. 1.
 Debitū quibus condonare teneamur. f. 71. c. 2.
 Decimæ quinque sensuum debentur. 182. c. 4.
 Decimarum præceptum partim humanum
 est partim naturæ. fol. 183. col. 1.
 Deliciæ omnium vitiorum origo. f. 147. c. 1.
 Denarius numerus perfectionis. fol. 3. col. 3.
 Denarius decem nūmos appendebat. 175. c. 2.
 Denario número vniuersitas continetur.
 fol. 198. col. 2.
 Desertū duplex. fol. 29. col. 3.
 Desertum habitato securius. vbi vide multa.
 fol. 31. col. 2.
 Deus quatuor modis nobiscum est. f. 8. col. 3.
 Deum carnem sumpsisse ipsiusmet Dei ver-
 bis probatur. fol. 9. col. 3.
 Deum quærentibus omnes creaturæ mini-
 strant. fol. 12. col. 3.
 Deus placabilis est. fol. 12. col. 4.
 Deus intelligit viam sapientiæ. &c. quid
 significet. fol. 18. col. 3.
 Deus simplicitatem & zelum nō diuisa, sed
 coniuncta amat. fol. 24. col. 4.
 Deus magis animum quam opera confide-
 rat. fol. 56. col. 3.
 Deum timor omni necessitate violentior. fol.
 58. col. 3.
 Deus ubique præsens est. fol. 59. col. 2.
 Deus cordis nō verborum auditor. f. 64. c. 3.
 Deus nomen formidabile in mansuetum co-
 nuerit. fol. 70. col. 4.
 Deo an possit aliquod bonum aduenire. fol.
 71. col. 3.
 Deum nemo odit. verum multi contemnunt.
 fol. 74. col. 4.
 Dei & seculi cura par esse nō potest. f. 76. c. 2.
 Deus aliquis dicitur, in quo is finem suum
 collocat. fol. 77. col. 3.
 Deus peccatoribus odio est saltem effectu.
 fol. 77. col. 4.
 Deus spiritualiter dominus inferuentium
 sibi. fol. 77. col. 4.
 Deus oratione & fletu vincitur. fol. 82. col. 3.
 Deus bifariam dormire dicitur. fol. 93. col. 3.
 Deus qualis non est. fol. 94. col. 2.
 Dei prouidentia ex euangelio confirmatur.
 fol. 108. col. 3.
 Deus ad premium quàm ad pœnā paratior.
 fol. 109. col. 1.
 Deus quando iustificari dicitur. fol. 114. c. 3.
 Dei semen quadruplex. fol. 117. col. 2.
 Deus bonus natura est. fol. 157. col. 1.
 Deus solus propriè bonus reliqua abusu.
 fol. 155. col. 3.
 Deus non damnat nisi quem propria con-
 scientia damnat. fol. 170. col. 1.
 Deus sanctorum specialiter dicitur generali-
 ter aliorum. fol. 176. col. 1.
 Deus gratiæ diuinæ pater. fol. 180. col. 1.
 Deus alijs mitis alijs saeuus videtur. fol. 200.
 col. 3. & 4.
 Deus pusillanimis rigorosus. fol. 202. col. 1.
 Deus cultum corporalem amat. f. 207. col. 2.
 Dij sunt qui verbū Dei recipiunt. f. 126. col. 3.
 Diabolus vide dæmon.
 Didrachma à quibus exigebatur. f. 148. c. 2.
 Didrachma lege soluendum quid. ibidem.
 Dies à claritate, nox à tēpore dicitur. f. 84. c. 4.
 Dies metaphoricæ tres. fol. 186. col. 2.
 Digitus Dei quid. fol. 121. col. 2.
 Diligere inimicos omnibus facile & necessa-
 rium. fol. 62. col. 2.
 Diligere inimicos perfecta misericordia est.
 fol. 62. col. 2.
 Diligere amat se etiā brutis cōuenit. f. 62. c. 3.
 Diligere proximū omnia mandata compre-
 hendit. fol. 62. col. 3.
 Diligere malos quomodo debeamus. Ibidem.
 Diligere inimicos magis in nostram quam in
 eorum utilitatem cedit. fol. 63. col. 3.
 Diligere inimicū quis dicitur. fol. 63. col. 3.
 Diligere inimicos vt bene de nobis meritos
 debentur. fol. 63. col. 3.
 Dilectionis lex cur vsq; ad tēpus gratiæ di-
 lata. fol. 63. col. 4.
 Dilectionis bona. fol. 63. col. 4.
 Diligendus est proximus effectu & affectu
 si opus est. fol. 63. col. 4.
 Dilectione distinguuntur filij dei & filij dia-
 boli. fol. 63. col. 4.
 Dilectio propter Deum Deum habet in pre-
 mium. fol. 64. col. 1.
 Diligere inimicos in speciali consilium est
 fol. 64. col. 2.
 Diligendi cur sint inimici. fol. 64. col. 2.
 Dilectio proximi alia pcepto dicitur. f. 64. c. 2.
 Dilectio

I N D E X.

Dilectio duplex est. fol. 157. col. 5.
 Diligendus quomodo proximus. f. 176. col. 4.
 Diligendus quomodo Deus. f. 177. col. 2.
 Dilectio Dei eius beneficiorum recordatio
 ne augetur. fol. 177. col. 2.
 Diligere Deum quid sit. fol. 177. col. 2.
 Diligere proximum quid sit. f. 177. col. 2.
 Diligere Deū ex toto corde quid. f. 178. c. 1.
 Dilectio Dei quomodo acquiratur. f. 178. col. 2.
 Diligendi Deum causa. fol. 178. col. 2.
 Diligendi proximum causa. fol. 178. col. 2.
 Diligendus est proximus non tāquam nos
 sed sicut nos. fol. 178. col. 3.
 Diligere Deum omni efficacia volūtatis in
 hac vita non possumus. fol. 179. col. 1.
 Dilectio Dei morum, fidei & spei præcepta
 includit. fol. 179. col. 1.
 Dilectio proximi iustitiæ, pietatis, amicitie
 præcepta includit. fol. 179. col. 1.
 Diligere propter Deum beatus est dilectio-
 nis gradus. fol. 179. col. 3.
 Dilectione mutua Christiani maximè di-
 stinguntur. fol. 203. col. 4.
 Diluuiū quadraginta dies fluxit. f. 28. col. 3.
 Diogenis in edaces dictum. fol. 114. col. 3.
 Dionysij Arcopagitæ cōuersio. f. 228. col. 3.
 Discipulorum vocante Christo obedientia
 mirabilis. fol. 33. col. 2.
 Discipuli piscantes & prædicantes simillimi
 fol. 34. col. 1.
 Discipuli multi occulti. fol. 36. col. 1.
 Discipuli dulciter sed parum prudēter ama-
 bant. fol. 179. col. 1.
 Dispensandi quæ iusta sit causa. fol. 119. col. 1.
 Dispensatio est iuris relaxatio. f. 150. col. 4.
 Diuitias inter tēporalia homines in primis
 capiunt. fol. 67. col. 3.
 Diuitiarum seruitus, non diuitiæ damnan-
 tur. fol. 75. col. 2.
 Diuitiæ sollicita & voluptuaria. f. 125. col. 4.
 Diuites saluari possunt contra quosdā. fol.
 156. column. 2.
 Diuitias dimittere nemo cogitur nisi ex ne-
 cessitate. fol. 156. col. 3.
 Diuitiæ variè ab hominibus tractantur. fol.
 156. col. 2.
 Diuitiæ laudabilius affectu relinquuntur
 quam effectu. fol. 157. col. 3.
 Diues non largiens & doctus non docens pa-
 tri supplicio digni. fol. 159. col. 4.
 Doctor quomodo doceat. fol. 21. col. 4.
 Doctor omni vitio careat. fol. 79. col. 2.
 Doctor spiritualis a se incipiat. fol. 79. col. 4.
 Doctores omnes. Apostolorum discipuli
 sunt. fol. 103. col. 1.
 Doctor ubiq; sit humilis. fol. 180. col. 4.
 Doctor medico similis. fol. 181. col. 2.
 Doctor dicens & non faciēs monstrū. f. 181. c. 2.
 Domine semel bis aut ter mysterium habet
 fol. 86. col. 2.
 Dominorum est misereri, iudicum dānare.
 fol. 162. col. 3.
 Domus Euangelicæ partes. fol. 86. col. 3.
 Dormire quid. fol. 129. col. 3.
 Dormientem tria excitant. fol. 195. col. 4.
 Dulcia, id est, reuerentia prælatis & sanctis de-
 bita. fol. 174. col. 2.
 E.
 Ecclesia tria genera hominum desier.
 fol. 17. col. 1.
 Ecclesia nauis piscatoriæ similis. f. 33. c. 1.
 Ecclesia in charitate fundata. fol. 34. col. 1.
 Ecclesia vna est. fol. 142. col. 1.
 Ecclesiæ Romanæ firmitas. fol. 142. col. 3.
 Ecclesiæ Rom. primatus. fol. 143. col. 1.
 Ecclesiæ potestas duplex. fol. 154. col. 3.
 Ecclesia pro maiori parte gentibus constitu-
 ta. fol. 159. col. 3.
 Ecclesia militans regnū cœlorū. f. 172. col. 3.
 Ecclesia multis modis à Christo inuitatur.
 fol. 172. col. 3.
 Ecclesia malos bonorum causa patitur. fol.
 173. col. 1.
 Ecclesia cur regnum cœlorum dicitur. fol.
 198. column. 3.
 Ecclesiæ vix quisquam utilis ad senectutem
 non peruenit. fol. 201. col. 3.
 Edacitas multorum malorū causa. f. 29. col. 2.
 Electio ex gratia nō ex iustitia fit. f. 92. col. 2.
 Electi cur violenti dicantur. fol. 122. col. 4.
 Electorum signa. fol. 159. col. 2.
 Eleemosina cordis maior est quam corpo-
 ris. fol. 62. col. 4.
 Eleemosyna sex habet opera. fol. 66. col. 3.
 Eleemosyna quantum ad intentionem ab-
 scōndita sit. fol. 67. col. 1.
 Eleemosynæ octo requisita. fol. 67. col. 2.
 Eleemosynæ duodecim fructus. f. 67. col. 2.
 Eleemosyna propter laudē mercede caret.
 fol. 67. col. 3.
 Eleemosyna in primis animæ debilitatem
 sanat. fol. 119. col. 2.
 Eleemosynæ quibus circumstantiis peccata
 mundet. fol. 182. col. 4.
 Eleemosynæ multum in sacra scriptura tri-
 buitur. fol. 203. col. 1.
 Eleemosyna alijs non bene operantem non
 iustificat. fol. 24. col. 2.
 Eleemo-

I N D E X.

Eleemosina omnibus est facienda prius tamen bonis. fol. 204. col. 2.
 Elias ab Angelis, vidua & coruis pastus. fol. 76. col. 4.
 Elias orando mortuū suscitauit. f. 11. col. 4.
 Eliezer seruus Abrahæ pseudopsalmista. fol. 176. col. 3.
 Emanuel quid fol. 8. col. 3.
 Epicurus voluptatis patronus. f. 44. col. 1.
 Episcopi maius est in peccando quam aliorum delictum. fol. 45. col. 4.
 Eps male doctrinæ abijciendus est. f. 57. col. 1.
 Episcopi an possint diuitias possidere. fol. 105. column. 1.
 Episcopus ob ignorantiam Episcopatū potest renuntiare. fol. 137. col. 4.
 Episcopi quæ scire teneantur. fol. 138. col. 1.
 Episcopus quā tributū debeat. fol. 175. col. 3.
 Eremitæ vitā Angelorū ducūt. f. 176. col. 1.
 Esau extra genus Iudæorum est. f. 3. col. 1. vñ
 Esau in catalogo non ponitur. ibidem.
 Esau quid significet. fol. 3. col. 3.
 Efron. fol. 3. col. 3.
 Esurientes beati qui. fol. 37. col. 1.
 Esurire iustitiam. fol. 42. col. 3.
 Euangeliū, id est, bonū nuntiū. fol. 2. col. 1.
 Euangelium cur non Matthæi, sed secundū Matthæum. fol. 2. col. 1.
 Euangelium est quoddam rete. f. 33. col. 4.
 Euangelizare & docere quid. fol. 34. col. 2.
 Euangelica lex lucernæ cōparatur. f. 48. c. 1.
 Euangelium causa temporalium omitti nō debet. fol. 48. col. 1.
 Euangelium est ad regnū vocare. f. 102. col. 3.
 Euangelij prædicatio periculosa. f. 109. col. 3.
 Euangelium an legi contrarium sit dum ait nihil esse immundum. fol. 137. col. 2.
 Euangelium multa ficta non tamen mendacia continet. fol. 165. col. 3.
 Euangelium intra quadraginta annos vbiq; terrarum diuulgatum. fol. 189. col. 1.
 Euāgelij ante iudiciū prædicatio. f. 190. col. 3.
 Euangelium regni quid. fol. 190. col. 3.
 Euangelistarum in enarranda Christi passio ne innocentia. fol. 220. col. 3.
 Eucharistia eadem in omnibus, effectus tamen diuersus. fol. 199. col. 2.
 Eucharistia an possit sumere in somnis. fol. 211. col. 2.
 Eucharistia infidelibus ne aspectu quidem communicanda. fol. 211. col. 3.
 Eucharistia in consecratione non in vsu vt reliqua sacramēta cōsistit. fol. 211. col. 3.
 Eucharistia quomodo corpus Christi continetur. fol. 211. col. 3.

Eucharistia triduo mortis Christi celebrans quid effecisset. fol. 211. col. 4.
 Eucharistia sub vtraque specie celebranda. fol. 211. col. 4.
 Eucharistia publicis peccatoribus neganda. fol. 212. col. 2.
 Eucharistia nō ieiunis dari pōt. f. 212. col. 4.
 Eucharistia pueris negatur. fol. 212. col. 4.
 Euge tripliciter sumitur. fol. 202. col. 1.
 Eunuchi quibus de causis fiūt. f. 154. col. 2.
 Eunuchi spiritualiter qui sint. fol. 154. col. 2.
 Excommunicatio propter solam contumaciam infligenda. fol. 152. col. 3.
 Excommunicati ordinantes ordinatos non laudant. fol. 181. col. 3.
 Exemplum coniugatis. fol. 5. col. 4.
 Exēplū Christianis ex Magis. fol. 10. col. 1.
 Exemplū nobilibus ex Christo. f. 16. col. 1.
 Exēpla plusquā verba proficiūt. f. 39. col. 4.
 Exemplum Christianis ex Ioannis austeritate. fol. 19. col. 2.
 Exēplū prædicatoribus ex Ioāne. f. 22. col. 3.
 Exequiæ magis viuorum solatia quā Mortuorum subsidia. fol. 108. col. 2.
 Exiliū est quædam mors. fol. 160. col. 4.

F.

Fama quæ rēda, nō amāda. fol. 36. col. 2.
 Fati delirium cōfutatur. fol. 11. col. 1.
 Fausti cōtra Chriianos argm̄. f. 49. col. 1.
 Febris quid. fol. 91. col. 2.
 Fermenti qualitates charitati conueniunt. fol. 129. col. 3.
 Fermentum Phariseorū. fol. 140. col. 2. & 4.
 Festis diebus quæ liceant. fol. 119. col. 3.
 Festuca quid. fol. 78. col. 4.
 Fici fecunditas. fol. 167. col. 1.
 Fides & gratia lege priora. fol. 2. col. 4.
 Fidei fructus. fol. 221. col. 2.
 Fides etiam miraculosa sine operibus mortua. fol. 84. col. 2.
 Fides habēda & confitenda. fol. 121. col. 4.
 Fides sine morū cōuersiōe nō sufficit. f. 138. c. 2.
 Fidei defectum miraculorum defectus sequitur. fol. 147. col. 2.
 Fidei nō modo opus sed etiam acceptio mirabilis fuit. fol. 169. col. 3.
 Fidei catholicæ victoria. fol. 189. col. 1.
 Fides omnium virtutum fundamētū. f. 199. col. 4.
 Fides collo simillima. fol. 221. col. 3.
 Fides terminos humanos trāscēdit. f. 234. c. 2.
 Fidelis infidelij cōfortiū nō vitet. f. 57. col. 3.
 Fidelis quis dicatur. fol. 196. col. 1.
 Filius quadrupliciter dicitur. fol. 2. col. 2.
 Filiorum tria genera ab Ecclesia desuntur. fol. 17. column. 1.

Filij

I N D E X.

Filij Dei Deo in dilectione similes. folio. 63. column. 3.
 Filij David qui dicebantur. fol. 101. col. 3.
 Flaminius cur pulsus curia. fol. 131. col. 4.
 Fœminarum peccatricium cur in catalogo fit mentio. fol. 5. col. 4.
 Fœminæ fucatæ Hypocritis peiores. folio. 72. column. 3.
 Fœmina septies nupta quid. fol. 176. col. 1.
 Fornicatio duplex. fol. 56. col. 1.
 Fornicatio magnum malum. fol. 56. col. 1.
 Fornicatio quā soluatur cōiugiū. fol. 57. col. 2.
 Fortuna aduersa ferenda, prospera vero timenda. fol. 45. col. 1.
 Frater quadrifariam dicitur. fol. 124. col. 3.
 Fratres homines duobus modis. fol. 53. col. 2.
 Fructus vitæ dignus. fol. 17. col. 4.
 Fructus boni qualitates. fol. 86. col. 3.
 Fructus trigessimus sexag. &c. fol. 125. col. 3.
 Fructus Dei est in pace benefacere, in persecutione Martyrium. fol. 126. col. 2.

G.

Gabrielis in Mariæ conceptione prudentia. fol. 7. col. 2.
 Galatæ legem & Euangelium simul seruare volebant. fol. 98. col. 3.
 Galilæa duplex. fol. 25. col. 3.
 Galilæa gentium. fol. 34. col. 2.
 Galilæa quid. fol. 236. col. 3.
 Galilæa etiam pars ciuitatis fuit. f. 234. col. 3.
 Gallinæ conditiones Christo & Ecclesie cōueniunt. fol. 185. col. 2.
 Gaudium multifariam dicitur. fol. 14. col. 2.
 Gaudiū inanis est perdita recuperare quā non amissa retinere. fol. 14. col. 4.
 Gaudere iniquici casu quā liceat. fol. 63. col. 1.
 Gehennæ reatus quid. fol. 51. col. 3.
 Gehenna quid. fol. 53. col. 2. & 108. col. 2.
 Generationis liber non Natiuitatis cur hoc Euangelium inscribitur. fol. 1. col. 3.
 Generatio quadruplex. fol. 2. col. 1.
 Generatio præterit & generatio aduenit. &c. exponitur. fol. 192. col. 4.
 Generatio tria respicit. fol. 235. col. 2.
 Gentiles locustis similes. fol. 18. col. 1.
 Gentiles in regione vmbre mortis. f. 33. col. 3.
 Gentiles in quō errarint. fol. 34. col. 2.
 Gentiles vnde ducant genus. fol. 94. col. 4.
 Gētilis ab Apostolis seminati. fol. 102. col. 1.
 Gentiles prius canes postea filij. f. 138. col. 1.
 Gētilis humilitate Deo placuerūt. f. 138. c. 2.
 Gētilēm populū Iudæo cōcorporari gratia est. fol. 159. col. 3.
 Gētilis ante Christum nemo vocauerat.

fol. 162. col. 2.
 Gētilitas antiquitate & copia Israele prior. fol. 167. col. 4.
 Gētiliū multi virtutibus dediti. f. 170. c. 4.
 Gentiles nolentibus Iudæis venire inuitantur. fol. 171. col. 3.
 Gentilium & Philosophorum bonam dominus vitam recepit. fol. 199. col. 3.
 Gentiles Iudæis ex æquati. fol. 201. col. 1.
 Gētilis Deos vt supernas virtutes colebāt. fol. 224. col. 3.
 Gethsemani. fol. 213. col. 3. & 217. col. 4. & 218. column. 4.
 Gladium Christus Apostolis cur alias prohibuit, alias concessit. fol. 114. col. 1.
 Gloriam humanam contemnere perfectorum est, vitare infirmorum. fol. 65. col. 1.
 Gloriam amittere maior pœna est quam igne torqueri. fol. 84. col. 2.
 Gloria post sex mundi ætates ventura creditur. fol. 146. col. 1.
 Gratia idem confert hominibus, quod Angelis natura. fol. 42. col. 2.
 Gratia est virtus legē implens. fol. 116. col. 4.
 Gratia diuina animæ secundum eius merita asistit. fol. 136. col. 1.
 Gratia & labori fidendum. fol. 160. col. 1.
 Gratia diuerso respectu datur Angelis & hominibus. fol. 201. col. 2.
 Gratia post mensam exemplo Christi agēda sunt. fol. 209. col. 3.
 Gratia etiam habitualis continuo Dei eget auxilio. fol. 221. col. 4.
 Gratia effectus. fol. 235. col. 3.
 Gregori⁹ Naz. mot⁹ submōuit. f. 147. col. 3.
 Gregorij sorores. fol. 174. col. 3.
 Grosi inter virgam maturescētis mysterium. fol. 166. col. 1.

H.

Hæmo pulcherrimè Christus comparatur. fol. 5. col. 3.
 Hæmorrhœssa omnium fœminarū primā ad Christū accedere ausa. f. 100. c. 1.
 Hæmorrhœssa gentes significat, filia principis synagogam. fol. 100. col. 3.
 Hæmorrhœssa in Christi similitudine statua. fol. 101. col. 2.
 Hæreticorum male de Maria suspiciantium occasio. fol. 9. col. 2.
 Hæretici duos fecerunt Deos. fol. 83. col. 2.
 Hæretis vniuersalis paupertatis confutatur. fol. 105. col. 1.
 Hæretici an & quando tolerādi. f. 129. col. 1.
 Hæretici an & quādo occidēdi. fol. 129. col. 1.
 Herodes Christo insidiatur. fol. 5. col. 4.
 Herode

I N D E X.

Herode terminata est regum Iudæorum series. fol. 10. col. 1.
 Herodis stultitia. fol. 11. col. 4.
 Herodes Magos vera dixisse comperit. fol. 14. column. 3.
 Herodes primus Iudæorum rex à Romanis creatus. fol. 14. col. 3.
 Herodes feræ comparatur. fol. 16. col. 1.
 Herodes cur innocentem occisionē distulit. fol. 17. col. 2.
 Herodes & Pharaon natalem suum celebrant. fol. 13. col. 4.
 Herodis vxor. fol. 13. col. 4.
 Herodes exigēdo tributo pfectus. f. 174. c. 1.
 Herodiani milites. fol. 174. col. 2.
 Hierusalem sancta ciuitas. fol. 31. col. 1.
 Hierusalem summa, regia. &c. foli. 59. col. 2.
 Hierusalē quoto anno excisa. fol. 173. col. 3.
 Hierusalē an Prophetas occiderit. f. 184. c. 3.
 Hierusalē vsq; ad Chr̄um atas. f. 188. col. 2.
 Hierusalem penitus corrui. fol. 188. col. 4.
 Hierusalem cur sancta ciuitas. fol. 230. col. 3.
 Hierosolymitano imminēte excidio Chr̄iani diuinit⁹ admoniti, pfugerūt. f. 189. c. 4.
 Hierosolymitani excidij causa. f. 190. col. 2.
 Hierosolymitani excidij p̄sagia. f. 191. col. 1.
 Hypocrita quis. fol. 64. col. 3.
 Hypocrita pictori similis. fol. 72. col. 4.
 Hypocrita struthioni similis. fol. 84. col. 1.
 Hypocrita quo difficilius vitatur peius nocet. fol. 14. col. 4.
 Homo natura sua Christo ministrare nō est dignus. fol. 24. col. 1.
 Homo cæteris, Angelo excepto, maior. fol. 59. column. 1.
 Homo tum maximē est cū vita fructus est. fol. 76. col. 1.
 Homo naturaliter Deū cognoscit. f. 85. col. 1.
 Homo malus omnia mala & omnium malorum maximum. fol. 107. col. 2.
 Homo brutis incomparabiliter melior. fol. 119. column. 3.
 Homo dicitur diabolus. fol. 128. col. 3.
 Hominum differentia. fol. 148. col. 4.
 Homines an Angelis à Natiuitate custodiatur. fol. 148. col. 4.
 Homo Angelis quomō superior. f. 156. col. 1.
 Homines tria solent amare. fol. 160. col. 2.
 Homicida nō solum in proximum, sed etiā in se quis est. fol. 51. col. 1.
 Homicidium multiplex. fol. 54. col. 2.
 Honorem inter spiritalia homines maximifaciunt. fol. 67. col. 3.
 Honor in parentes. fol. 136. col. 1.
 Hosti Christianitatis insultandū. f. 54. col. 1.

Hostia quando immolabatur. fol. 164. col. 3.
 Humanum & diuinum etiam in actione virtutis differunt. fol. 45. col. 3.
 Humilitas exemplo Christi cōmendatur. fol. 10. col. 3.
 Humilitas omnium virtutum fundamentum. fol. 39. col. 2.
 Humilitatis p̄rogatiua. fol. 150. col. 3.
 Humilitas dispositio ad gratiā. f. 150. col. 4.

Iacob. fol. 3. col. 2.
 Iacob cur nomē mutauit. fol. 25. col. 3.
 Iacob⁹ Alphzi Ch̄o simillim⁹. f. 218. c. 2.
 Iacobus Alph. & Zeb. fol. 231. col. 4.
 Idololatria infidelitas. fol. 66. col. 1.
 Ieiunium validissimum contra demonestum. fol. 29. col. 2.
 Ieiunij commoda. fol. 31. col. 3.
 Ieiuniū corpus & animā torquēs. f. 31. col. 3.
 Ieiuniū multis commēdatur. fol. 31. col. 1. 4.
 Ieiunanti quæ sint aduertenda. fol. 31. col. 3.
 Ieiunium quid & quale. fol. 31. col. 3.
 Ieiunandum multorū exēplis est. f. 31. col. 3.
 Ieiunium à paradiso ortū habuit. f. 73. col. 2.
 Ieiunij laus ab exemplis. fol. 73. col. 2.
 Ieiunans malus dzmoni similis. fol. 73. col. 3.
 Ieiuniū naturæ humanæ insitū. f. 73. col. 4.
 Ieiunij laus ab effectis. fol. 74. col. 1.
 Ieiunij laus à definitionibus conglobatis. fol. 73. column. 4.
 Ieiunium duplex. fol. 74. col. 1.
 Ieiuniū superbū malorū fons. fol. 98. col. 4.
 Ieiunium cur nullum inter Pascha & Pentecosten. fol. 99. col. 1.
 Ieiunium quadruplex. fol. 99. col. 2.
 Ieiunantes in spiritalibus. fol. 134. col. 1.
 Ieiunij effectus. fol. 146. col. 4.
 Ieiunium & oratio superbiz & luxuriz opponuntur. fol. 147. col. 4.
 Ierico ab arca domini destructa. f. 103. col. 2.
 Impatientiz incommoda. fol. 60. col. 2.
 Impoenitētia remissione caret. fol. 121. col. 1.
 Infames ad iudiciū idonei nō sunt. f. 80. col. 3.
 Infantibus sicut prodest baptismus in Ch̄o sic pdest mors ppter Chr̄um. f. 16. col. 3.
 Inferni supplicia miseranda. fol. 203. col. 1.
 Infirmitates naturæ septem. fol. 183. col. 3.
 Ingratitudo crimina p̄cedentia reuocat. fol. 183. column. 3.
 Innocētes cur pmissi sunt occidi. f. 15. col. 4.
 Innocentes Martyrum figura. fol. 16. col. 2.
 Innocentes pro quibus passi. fol. 16. col. 2.
 Innocentium occisio varijs temporibus traditur. fol. 16. col. 3.
 Innocētes in triplici differētia. fol. 155. col. 3.
 Inuidia

I N D E X.

Inuidia malum pestilens. fol. 19. col. 3.
 Inuidens alijs & sibi nocet. fol. 121. col. 2.
 Inuidens occisori proximus. fol. 158. col. 4.
 Ioannes Christi p̄nuntius. fol. 17. col. 3.
 Ioannis laudes vno verbo comprehenduntur. fol. 18. col. 1.
 Ioānes in deserto quam in agro degere maluit. fol. 19. col. 2.
 Ioannis non terrena sed coelestia p̄dicauit. fol. 19. col. 2.
 Ioannes pillis cameli cur induebatur. folio. 21. column. 1.
 Ioannes ante trigessimū annum non p̄dicauit. fol. 21. col. 3.
 Ioannes p̄nitentium norma. fol. 22. col. 3.
 Ioannes Christum baptizari volentem prohibebat. cur. fol. 24. col. 3.
 Ioannes Christo maior putabatur. f. 25. col. 1.
 Ioannes inter natos mulierum maior. folio. 26. column. 2.
 Ioannes an à peccato originali mundus. fol. 26. column. 4.
 Ioannis discipuli Ioannem esse Christum contendebant. fol. 33. col. 2.
 Ioannes cur discipulos ad Christum miserit. fol. 111. col. 4.
 Ioannis discipuli cur in Christo scandalizabantur. fol. 112. col. 1.
 Ioannes quomodo Elias. fol. 112. col. 3.
 Ioannes cur alijs hominib⁹ maior. f. 113. col. 2.
 Ioānes qd Herodē reprehēdebat. f. 132. col. 1.
 Ioannis funus & sepultura. fol. 132. col. 2.
 Ionas Christi figura. fol. 93. col. 2.
 Ionas multorum ad legem nouam signum. fol. 124. col. 3.
 Iosephi iustus. fol. 1. col. 3.
 Iosephi cur exponitur non Mariæ generatio. fol. 1. col. 3.
 Ioseph quomodo duorū filius dicatur. fol. 2. col. 2. & 3. & fol. 3. col. 2.
 Ioseph virginitatem seruaui. fol. 9. col. 2.
 Ioseph alter pallium relinquens quid. fol. 60. column. 4.
 Ioseph dilectionis exemplum. fol. 62. col. 3.
 Ioseph à fratribus viginti argēteis venditus fuit. fo. 205. column. 2.
 Iosue Christum p̄figurauit. fol. 1. col. 2.
 Iota quid sign. fol. 50. col. 2. & 3.
 Irascendum non est. fol. 52. col. 3.
 Ira destruit amorem proximi, concupiscentia amorem Dei. fol. 53. col. 2.
 Ira quando utilis. fol. 52. col. 1. & 3.
 Ira quando M. vel V. fol. 53. col. 2.
 Ira triplex. fol. 54. col. 2.
 Ira multorum malorum causa. fol. 54. col. 2.

Iracundis doctrina. fol. 60. col. 2.
 Iracundi dzmoniacis in saniores sunt. folio. 63. column. 2.
 Ira & odium differūt. fol. 78. col. 4.
 Isaac per omnia Christi typus. fol. 3. col. 2.
 Israel in fine mūdi saluabitur. fol. 20. col. 2.
 Israel dignitate & fide gentilitate prior. fol. 167. column. 4.
 Iudæi confutantur diuinitatem in Christo negantes. fol. 7. col. 3.
 Iudæorum cæcitas. fol. 10. col. 1.
 Iudæi causa fuerunt necis innocentum. fol. 13. column. 3.
 Iudæi locum natalis Christi cognouerunt non tempus. fol. 13. col. 3.
 Iudæi multa Prophetarum monumenta de Ieripassi sunt. fol. 16. col. 1.
 Iudæi variē fuerunt nūcupati. fol. 21. col. 1.
 Iudæorum mirāda incredulitas. fol. 25. col. 1.
 Iudæi tentati peccarunt. fol. 32. col. 3.
 Iudæi in quo errarint. fol. 34. col. 2.
 Iudæis bona terræ p̄mittebatur. f. 34. col. 4.
 Iudæorum Hypocrisis in legis obseruantia. fol. 49. col. 2.
 Iudæi stantes orabant. fol. 66. col. 4.
 Iudæi Deum patrem non de precepto vocabant. fol. 68. col. 2.
 Iudæi ob superbiam repulsi. fol. 89. col. 2.
 Iudæis primitiua Ecclesia fundata. fo. 91. c. 1.
 Iudæi ob causas tēporales ieiunabant. folio. 99. column. 1.
 Iudæorum duritia nec bonis nec malis superabilis. fol. 114. col. 4.
 Iudæi quousq; sint permansuri. f. 119. col. 4.
 Iudæi in tres factiones diuisi. fol. 122. col. 2.
 Iudæorum sacrandi mos. fol. 136. col. 2.
 Iudæi cōmunia dicebāt, quæ nō comedebāt vnde cōmunicare. i. inquinare. f. 137. col. 1.
 Iudæi prius filij postea canes gentiles è conuerso. 138. col. 1.
 Iudæa ab Augusto tributaria. fol. 147. col. 4.
 Iudæi Christum non agnoscentes non excusantur. fol. 163. col. 1.
 Iudæorum Christo non credētium triplex crimen. fol. 167. col. 2.
 Iudæorum multi Christum cognouerunt. fol. 169. col. 1.
 Iudæorum salutem multifariam Deus procurauit. fol. 169. col. 2.
 Iudæorū repulsiō à Ch̄o p̄diata. f. 169. col. 2.
 Iudæi dupliciter perierunt. fol. 169. col. 2. & 170. column. 2.
 Iudæi inuidia non ignorantia Christum occiderunt. fol. 169. col. 3.
 Iudæorum culpa. fol. 171. col. 2.

I N D E X.

Iudæi ad decies centena milia à Romanis occisi. fol. 173. col. 3.
 Iudæa stipendiaria facta. fol. 174. col. 1.
 Iudæorum dissensio de tributo Cæsari dāto causa fuit eorū excidij. fol. 175. col. 1.
 Iudæi in tres sectas diuisi. fol. 176. col. 3.
 Iudæi & Christiani eandem legem diuersimode obseruant. fol. 180. col. 2.
 Iudæi quid plangent in fine mundi. folio. 192. column. 2.
 Iudæorum populus vnus talenti seruus. fol. 201. col. 1.
 Iudæi audita blasphemiæ vestes scindebant. fol. 219. col. 1.
 Iudæi venia indigni fuerunt. fol. 219. col. 3.
 Iudæi cur Christum priuati non oppreserunt. fol. 220. col. 3.
 Iudæi cur Christum Pilato tradiderūt. fol. 222. column. 3.
 Iudæi Antichristo adhærebūt. fol. 223. col. 3.
 Iudæi acetum. fol. 226. col. 4.
 Iudas vnde dictus Iscariotes. fol. 102. col. 4.
 Iudas cur à Christo electus. fol. 207. col. 1.
 Iudæ nomen cur dominus tacuit. folio. 208. column. 2.
 Iudas iuste pditionis accusatur. f. 209. col. 1.
 Iudæ traditio salutem non peperit, sed Christi virtus. fol. 209. col. 1.
 Iudas si futurus malus cur à Deo pductus. fol. 209. col. 2.
 Iudas peccans in Spiritum sanctum pœnitentiam non meruit. fol. 222. col. 3.
 Iudas quo p̄sionis puncto sit suspens nō constat. fol. 224. col. 4.
 Iudas magis peccauit se occidens quā Christum tradens. fol. 225. col. 3.
 Iudæ de conuictis nō de incertis iudicet. fol. 80. col. 2.
 Iudex bonus inuitus condēnat. f. 204. col. 2.
 Iudicij reatus quid. fol. 51. col. 3.
 Iudicare alium aut superbi aut inuidi est. fol. 78. col. 3.
 Iudicare mali prohibentur non autem boni. fol. 78. col. 1.
 Iudicium temerarium in duobus cauendū. fol. 79. col. 4.
 Iudicare periculosum. fol. 80. col. 1.
 Iudicium multiplex. fol. 80. col. 1.
 Iudicare de quibus priuati non possint. fol. 80. column. 2.
 Iudicare proximum peccare quando sit peccatum. fol. 80. col. 3.
 Iudicium iniquorum dum tolerantur fugiendum non est. fol. 80. col. 3.
 Iudicium finale nocturno fore tempore pro

babile est. fol. 192. col. 2.
 Iudicij dies extra definitionem positus. fol. 193. col. 2.
 Iudicij diem à Christo ignoratum quomodo intelligatur. fol. 193. col. 1.
 Iudicij dies à Christo Deo & homine diuersimode cognitus. fol. 194. col. 1.
 Iudicij finalis causa & congregatio. fol. 204. column. 1.
 Iugū quatuor modis accipitur. fol. 117. col. 3.
 Iumenta v̄sibus communibus apud Iudæos disputata. fol. 163. col. 1.
 Iurans eum, per quem iurat diligit aut veneratur. fol. 58. col. 1.
 Iurandi pessima apud Iudæos consuetudo fuit. fol. 58. col. 1.
 Iurandi facilitas ad periuriū ducit. f. 58. col. 1.
 Iuramentum non modo bona sed etiam necessaria causa nitatur. fol. 58. col. 2.
 Iurare non potest qui implere non potest. fol. 58. col. 2.
 Iuramentum per creaturam tenet. f. 58. col. 2.
 Iurari & statui custodire, &c. explicatur. fol. 58. col. 2.
 Iuramentum per creaturam tenet. f. 58. col. 2.
 Iuramentum non exigatur. fol. 58. col. 3.
 Iuramentum quid est. fol. 58. col. 2.
 Iurās per creaturam absolute idololatra est. fol. 58. col. 4.
 Iurandi duæ sunt causæ. fol. 58. col. 4.
 Iurasse Deum aliquā accepimus. fol. 59. col. 1.
 Iuramentum pro obedientia & v̄nitate seruanda licitum. fol. 59. col. 2.
 Iuramentum quo modo Deus prohibeat. fol. 59. col. 2.
 Iurare de se non est malum. fol. 59. col. 3.
 Iuramentum rei illicitæ non est seruandum. fol. 132. col. 4.
 Iuramentum natura sua Deum vocat in testem. fol. 183. col. 3.
 Iustus lex non ponitur. fol. 2. col. 4.
 Iustus in sacris quis. fol. 7. col. 1.
 Iustus honores contemnit. fol. 180. col. 3.
 Iustitia sine premio molesta. fol. 36. col. 3.
 Iustitiæ gradus circa vindictam sumēdam. fol. 59. column. 4.
 Iustitia secundum Philosophos in tres partes diuiditur, secundum Christum in quatuor. fol. 60. col. 1.
 Iustitia originalis quæ sit. fol. 61. col. 3.
 Iustitiæ partes & contraria. fol. 66. col. 4.
 Iustitia humana homines seruare non potest. fol. 77. col. 1.
 Iustitiam breuissimo sermone Christus v̄uersam comprehendit. fol. 80. col. 4.

Iustitia

I N D E X.

Iustitia misericordiam præcedit. folio. 105. column. 1.
 Iustitia omnis tribus constat. fol. 184. col. 1.
 L.
 Laborandi sollicitudo non cura à Deo tollitur. fol. 77. col. 3. & 78. column. 1.
 Laborum humanorum tria genera sunt. fol. 117. column. 3.
 Læsus patienter sustinens læsus non est. fol. 15. column. 4.
 Læforem excusat læsus implacabilis. fol. 53. column. 4.
 Lapis pro insensibilitate vel pro fortitudine ponitur. fol. 18. col. 4.
 Lapides in Iordane à Iosue mutati quid. fol. 22. column. 3.
 Latriæ seruitus Deo debetur. fol. 30. column. 4. & 37. col. 4.
 Latria in quo consistat. fol. 174. col. 2.
 Lator bonus iure in alterum inuehitur. fol. 79. column. 1.
 Lator nū alter in cruce saluatur. fol. 228. col. 1.
 Lectus multifariam dicitur. fol. 97. col. 1.
 Legio sex milia continet. fol. 213. col. 4.
 Leporis timor. fol. 218. column. 1.
 Leprosus cur in montem eum domino non ascendit. fol. 88. col. 1.
 Leprosus cur Christum tetigit. fol. 88. col. 3.
 Leprosi, id est, peccatoris mala fusus explicantur. fol. 88. col. 4.
 Leprosi examen sacerdotibus non medicis commissum quid. fol. 89. col. 1.
 Leui tribus cur Deo dicata. fol. 148. col. 1.
 Lex de ducenda inter consanguineos vxore ad Christum accommodatur. fol. 21. col. 2.
 Lex ad quid data Iudæis. fol. 33. col. 3.
 Lex antiqua nunc non ducit ad regnum. fol. 49. column. 3.
 Lex vetus imperfecta. fol. 49. col. 4.
 Lex vetus à Christo violata nō fuit. f. 50. col. 3.
 Lex vet⁹ in opere noua in affectu. f. 73. col. 2.
 Lex quomodo Euangelio copulanda. fol. 98. column. 3.
 Lex vetus in timore noua in amore. fol. 99. column. 1.
 Lex vetus terrena p̄mittebat. fol. 104. col. 2.
 Lex est præceptum nudum. fol. 116. col. 4.
 Lex vetus cur immunda prohibebat. folio. 117. column. 3.
 Regi veteri nihil addi poterat. fol. 136. col. 2.
 Lex Euangelica inferni murus. fol. 142. col. 3.
 Lex per Moysen gratia per Christum. folio. 144. column. 4.
 Legis autor legē nō seruās peccat. fol. 181. col. 3.

Lege naturæ multi sunt seruati. f. 183. col. 2.
 Liber generatiōis cur hoc Euangelij. fol. 182.
 Libertas filiorum conditio. fol. 71. col. 1.
 Libidinis mala. fol. 147. col. 3.
 Libidinis acrior quam pecuniæ est pugna. fol. 197. column. 1.
 Ligatio iniusta quoad Ecclesiam non tamen quo ad Deum valet. fol. 153. col. 2.
 Linguae septuaginta duæ per orbē diffusa quid significant. fol. 5. col. 3.
 Lingua nisi cum Dei auxilio difficile domatur. fol. 51. col. 2.
 Literæ T. mysterium. fol. 103. col. 1.
 Locusta quinque significat. fol. 18. col. 4.
 Locustani inter animalia munda Moses posuit. fol. 21. col. 1.
 Lothi hospitalitas Ecclesiam figurauit. fol. 106. column. 1.
 Lucæ & aliorū Euangelistarū cōciliatio in pane & calice à Christo sumpto. f. 210. col. 3.
 Lucifer Christi tator fuisse credit. f. 31. col. 4.
 Lucis qualitates doctrinæ Apostolicæ conueniunt. fol. 48. col. 3. & 129. col. 3.
 Lugēdi multe sunt hoibus causæ. f. 42. col. 3.
 Lugentes beati, qui. fol. 37. col. 1.
 Lumbi libidinis sedes. fol. 20. col. 2.
 Lunatici qui. fol. 34. col. 3.
 Lunaticus mysticē quis. fol. 146. col. 3.
 Lupi & ouis mystica cōparatio. f. 84. cap. 4.
 Lupus quis dicatur. fol. 83. col. 3.
 Lupi conditiones. fol. 106. col. 4.

M.

Magistri in tribus examinandi sunt. fol. 130. col. 4.
 Magorū aduēt⁹ & m̄tnera. f. 9. & 10.
 Magi vnde terrarum venerint. fol. 10. col. 4.
 Magorum munera. fol. 11. col. 1.
 Magorum genus & studiū. fol. 11. col. 1.
 Magi annuū iter ab Hierosolymis distasse creduntur. fol. 14. col. 1.
 Magorum nomina Hebraicē, Græcē & Latine. fol. 14. col. 2.
 Magi an impleuerint promissum Herodis. fol. 14. col. 1.
 Magi cur reges dicti. fol. 15. col. 1.
 Male dicere, dicere malum & persequi differunt. fol. 38. c. 1.
 Maledicere quādo nō sit malū. fol. 15. col. 2.
 Mali non tentantur. fol. 29. col. 3.
 Mali bonis, p̄pter bonos fruuntur. f. 63. col. 3.
 Malum quadruplex. fol. 71. col. 2.
 Mali etiam in hac vita infernum sentiunt. fol. 158. col. 1.
 Mali in terra & in inferno, boni in terra & in celo. fol. 73. column. 4.

Mammo-

I N D E X.

Mammona quid sit. fol. 74. col. 3.
 Mammona dominus. fol. 76. col. 2.
 Mandata sua cur dominus minima vocavit.
 fol. 49. col. 3. & 4.
 Mandatorum observatio ad salutem suffi-
 cit. fol. 35. col. 1.
 Manichæi error. fol. 1. col. 4.
 Manichæi Christi negabant passionem. fol.
 209. col. 3.
 Manna quid. fol. 23. col. 3.
 Manna omnem cibū sapiebat. fol. 30. col. 2.
 Manna quadraginta annis in deserto plu-
 uit. fol. 134. col. 2.
 Marci & aliorum conciliatio super ijs, quæ
 in resurrectione facta sunt. fol. 42. col. 3.
 Maria de stirpe David. fol. 3. col. 4.
 Maria per portam clausam figurata. folio. 6.
 column. 2.
 Mariæ conceptionis elegans & affectuosa re-
 præsentatio. fol. 6. col. 2.
 Maria cur desponsata. fol. 6. col. 4.
 Mariæ virginitas asseritur. fol. 6. column. 4.
 Mariæ virginitas multis figurata. f. 8. col. 1.
 Mariam licet pulcherrimam nemo turpi-
 ter concupiuit. fol. 8. col. 4. & 16. col. 4.
 Maria verbis de præsentis desponsata fuit.
 fol. 9. column. 1.
 Maria intacta. fol. 9. col. 3.
 Mariæ corporaliter mater Dei spiritualiter
 soror, &c. fol. 123. col. 3.
 Maria Cleopha. fol. 232. column. 1.
 Maria Magdalena quasi alia reddita est. fol.
 233. column. 2.
 Mariæ Magdalena erga Christū amor. fol.
 237. column. 1.
 Maria mater prius Christum resurgentem
 vidisse creditur. fol. 236. col. 4.
 Mare apud Hebræos quid. fol. 34. column. 3.
 Maris ænei à Salomone instituti forma & si-
 gnificatio. fol. 103. col. 2.
 Martyrum in primitiua Ecclesia constan-
 tia. fol. 10. col. 3.
 Martyrij gradus. fol. 17. column. 1.
 Martyrum differentia. fol. 17. col. 1.
 Martyrium non solum à tyrannis sed etiā à
 carnalibus desiderijs infligitur. folio. 159.
 column. 4.
 Matrimoniu inter Mariā & Ioseph an fue-
 rit verum. fol. 3. col. 4.
 Matrimoniu tria bona continet. fol. 3. col. 4.
 Matrimonium insolubile. fol. 154. col. 4.
 Matrimonium vinculu Christi cum Eccle-
 sia significat. fol. 154. col. 4.
 Matrimonium inter parentes & liberos iu-
 re naturali inter alios iure positivo prohi-

bitum est. fol. 154. column. 4.
 Matthæus in Christi generatione Isaiæ con-
 trarius non est. fol. 1. col. 1.
 Matthæi & Marci concordia circa patrem
 Iosephi. fol. 2. column. 2.
 Matthæus generationē Christi secundū car-
 nem enarrat. fol. 4. col. 2.
 Matthæi & Lucæ concordia circa nominum
 in catalogo varietatem. fol. 5. column. 4.
 & 6. column. 1.
 Matthæi & Lucæ concordia in Centurio-
 ne. fol. 89. column. 4.
 Matthæi defensio dum prophetiam Isaiæ
 citat. fol. 91. col. 3. & 4.
 Matthæi & Marci cōciliatio in miraculo pa-
 ralitici. fol. 96. col. 2.
 Matthæus se publicanum nominat. fol. 97.
 column. 2.
 Matthæus cur facie humana figuratur. fol.
 98. column. 1.
 Matthæi & Lucæ conciliatio in peræ por-
 tanda necne. fol. 104. col. 3.
 Matthæi & aliorum conciliatio in calceis
 Apostolis alias cōcessis alijs negatis. fol.
 104. column. 1.
 Matthæi & Marci conciliatio in pharisæo-
 rum tentatione. fol. 178. col. 1.
 Matthæi & Marci conciliatio in Petri nega-
 tione. fol. 213. col. 3.
 Matthæi & Ioannis conciliatio in fœmina-
 rum ad sepulchrū aduentu. fol. 234. col. 3.
 Matthæi & aliorum conciliatio in Angelo-
 rum visione. fol. 233. col. 4.
 Mel, quo Ioannes in deserto alebatur, quid
 fuerit. fol. 46. col. 1.
 Meliores esse affectu tenemur optare. fol.
 154. col. 4.
 Membrum sibi eruens irregularis est. fol.
 57. column. 2.
 Membra quæ iuste abscindantur. fol. 150. col. 4.
 Melchisedech Christi figura. fol. 208. col. 2.
 Menstruata ab Ecclesia non arceatur. folio.
 101. column. 2.
 Mercenarius quis dicatur. fol. 85. col. 3.
 Melsis mystice duplex. fol. 129. col. 1.
 Miracula quando Deus facere consueverit.
 folio. 33. col. 2.
 Miracula cur aliquando mali faciunt. fol.
 85. column. 4.
 Miracula quare modo nō fiūt. fol. 103. col. 2.
 Miracula sine necessitate nemini dantur.
 fol. 166. col. 3.
 Misericordes qui sint. fol. 40. col. 1.
 Misericordia triplex. fol. 44. col. 1.
 Misericordia potissimū sacrificiū. f. 97. col. 2.
 Misericord-

I N D E X.

Misericordia ex se Deo grata, sacrificiū ex
 adiunctis. fol. 98. col. 2.
 Misericordia quid. fol. 134. col. 1.
 Misericordia omnia salutaria comprehendit.
 fol. 138. col. 3.
 Miseros tribulatio & peccatum facit. folio.
 138. col. 4.
 Mites beati. fol. 37. col. 1.
 Miltaria secretiora quibus sint reuelanda.
 fol. 80. col. 4.
 Modius quid. fol. 46. col. 1.
 Moechia nomine omnis carnalis delectatio
 intelligitur. fol. 57. col. 4.
 Molere officium muliebre olim fuit. folio.
 193. col. 4.
 Molam suspendere punitionis fuit genus.
 fol. 148. col. 4.
 Monachi mundo sunt mortui. f. 92. col. 4.
 Morientes statim qui coelum consequantur.
 fol. 26. col. 3.
 Mors triplex. fol. 92. col. 2.
 Mors & cætera seculi mala cur timēda. foli.
 108. col. 4.
 Mors omnium malorum finis. fol. 119. col. 4.
 Mortē qui nō gustasse creduntur. f. 141. col. 2.
 Moses manus tēdebat vt vinceret Israel. fol.
 69. col. 2.
 Moses quadraginta dies ieiunavit. f. 73. c. 2.
 Mors quando fugienda sapientis est cogita-
 re. fol. 159. col. 3.
 Mulierum periculosa est familiaritas. folio.
 56. col. 3.
 Muliebris sexus Christo patiente peccauit
 & redemptus est. fol. 219. col. 2.
 Mulier idoneum ad bona impedienda in-
 strumentum. fol. 124. col. 4.
 Mulieres deserentibus cæteris cum Christo
 perseuerarunt. fol. 223. col. 3.
 Mulieres in Ecclesia docere non permittun-
 tur. fol. 233. col. 3.
 Mundus mari similis. fol. 25. col. 4.
 Mundi vitia. fol. 33. col. 4.
 Mundus ad fidē Chri diuisus. fol. 10. col. 4.
 Mundus non vno ictu sed sensim interibit.
 fol. 188. col. 1.
 Munera Deo placitura quatuor debent ha-
 bere. fol. 53. column. 3.
 Musica desiderium Sanctum incendit. foli.
 66. column. 4.
 Musach quid. fol. 225. col. 1.
 N
 Naalon. fol. 3. col. 3.
 Nardus & Nardinū oleū. f. 206. c. 4.
 Nardus mystice quid. f. 206. col. 4.
 Natandaris quid præstet. fol. 134. col. 4.

Natus & filius differunt. fol. 6. col. 3.
 Natum nunquam fuisse specialiter non est
 eligibile. fol. 211. col. 2.
 Naturæ ordinem ordo gratiæ non peruer-
 tit. fol. 136. col. 4.
 Natura subito non operatur. fol. 161. col. 4.
 Naturā humana septem legibus subiicit.
 fol. 176. col. 1.
 Nauis mystica declaratio. fol. 94. col. 3.
 Nazareus. fol. 17. col. 3.
 Nazarenus multipliciter sumit. f. 219. col. 1.
 Nazareth. fol. 36. col. 2.
 Negare & offendere differunt. fol. 168. col. 2.
 Negari veritas in duobus casibus alicui po-
 test. fol. 167. col. 3.
 Nequitia semper est timida. fol. 234. col. 4.
 Nestoris error confutatur. fol. 8. col. 2.
 Nicanum concilium de die domini expe-
 ctando. fol. 196. col. 2.
 Nicodemus & Ioseph Christi tumulatores.
 fol. 230. col. 4.
 Nobilitas vera virtutis est non generis. foli.
 2. column. 3.
 Nobilitas vera & Christiana. fol. 3. col. 2.
 Noe vineæ plantator Christi figura. folio.
 170. col. 1.
 Noe cum familia in diluio præseruatus.
 fol. 194. col. 1.
 Noe arcæ longitudo. fol. 207. col. 2.
 Nomē pro inuocationē sumitur. f. 235. col. 2.
 Nomen Abrahæ, Iacob & Petro mutatum
 fuit. fol. 103. col. 3.
 Nouariani error confutatur. fol. 122. col. 1.
 Noxia Deus non cōcedit sed permittit. fol.
 167. col. 1.
 Nubere fœminæ aliquando extratribū po-
 terant. fol. 5. col. 1.
 Nubes animata. fol. 192. col. 3.
 Nubes Christi iudicantis vehiculū. f. 175. c. 12.
 Nummularij qui. fol. 164. col. 4.
 Nummus à Numa dictus. fol. 179. col. 1.
 Nuptiarum Euangelicarum mystica expli-
 catio. fol. 171. col. 4.
 Nuptiæ quadrupliciter dicuntur. f. 172. col. 2.
 O
 Obedientiæ quatuor requisita. f. 8. c. 3.
 Obedientia discipulorum Christi
 mirabilis. fol. 33. col. 2.
 Obedientiæ præceptorum Dei ad virtutes
 omnes fundamentum. fol. 84. col. 1.
 Occasio peccandi sicut peccatum à domino
 prohibetur. fol. 57. col. 2.
 Occidere publica autoritate licet. f. 54. col. 3.
 Occidi vxor adultera impune non tamē licē-
 te potest. fol. 57. col. 4.
 ** Occidere

I N D E X.

Occidere foli iudici licet. fol. 214. col. 1.
 Ocium nec homini neq; vllæ creaturæ da-
 tum. fol. 201. col. 2. & 4.
 Oculus dexter & sinister quid. fol. 56. col. 4.
 Oculorum licentia periculosa. fol. 56. col. 2.
 Oculum dextrū eruere quid. fol. 56. col. 4.
 Oculi & manus appellatione omnia delecta
 bilia veniunt. fol. 57. col. 4.
 Oculi quibus de causis grauantur. f. 218. c. 2.
 Odisse patrem & matrem quomodo fas est
 fol. 55. col. 4. & fol. 92. col. 3.
 Odium totam maculat sanctitatem. f. 63. c. 3.
 Odium in propinquos Christi sequacibus
 necessarium. fol. 93. col. 2.
 Offensa humana ad diuinam nihil est. foli.
 71. col. 1.
 Offensa semper remittenda iniuria nō sem-
 per. fol. 153. col. 4.
 Oleum quadrifarium dicitur. fol. 73. col. 3.
 Oleum multa significat. fol. 198. col. 2.
 Oleū & vnguentū in sacris quid. fol. 206. col. 1.
 Opatia A Egypto ciuitatem edificauit. fol.
 14. column. 1.
 Operavirtutis an sint palā facienda. f. 65. c. 1.
 Operū bonorū fortissima quæ sint. f. 73. c. 3.
 Opera in M. peccato facta an aliquando re-
 uiuiscant. fol. 78. col. 1.
 Opus seruire quid. fol. 119. col. 2.
 Opus seruire sabbato prohibitū. f. 119. col. 2.
 Operandi dies. fol. 158. col. 2.
 Operatū Euangelici in quintuplici differen-
 tia. fol. 158. col. 2.
 Operis fructus. fol. 170. col. 2.
 Operi bono duo sunt necessaria. f. 195. col. 3.
 Opprobria sustinere magna virt. f. 40. c. 3.
 Oratio maior est ieiunio. fol. 31. col. 3.
 Orare pro quibus inimicis debem⁹. f. 62. c. 3.
 Orandum pro damnatis nō est. fol. 63. col. 1.
 Orantes pro persecutoribus nostris magis
 exaudimur. fol. 63. col. 3.
 Oratio quid apud Deum, qui omnia nouit,
 proficiat. fol. 64. col. 3.
 Oratio profunda non iactabunda sit exem-
 plo Davidis. fol. 65. col. 3.
 Orationis laus. fol. 66. col. 1.
 Oratio ubiq; facienda exemplo Ionæ. folio.
 66. col. 2.
 Orandi tres sunt modi. fol. 66. col. 4.
 Oratio nimis longa sine affectu Deo displi-
 cet. fol. 66. col. 3. & 4.
 Orare stantes Iudæi solebant. fol. 66. col. 4.
 Orationis laus à definitionibus cōglobatis.
 fol. 67. col. 1.
 Orationis quindecim fructus. fol. 67. col. 3.
 Oratio etiam in lege naturæ fuit, non tamē
 manifesta orandi scientia. fol. 67. col. 1.
 Oratio verbosa quando utilis. fol. 67. col. 4.
 Orare quando liceat vel non. fol. 68. col. 4.
 Orationis dominicæ petitiones, cum octo
 beatitudinibus consonant. fol. 69. col. 2.
 Orare pro se naturæ, pro alijs gratiæ est. fol.
 69. col. 3.
 Orare aliter quam Christus docuit ignoran-
 tia & culpa est. fol. 70. col. 1.
 Oratio efficax & efficacior. fol. 70. col. 1.
 Oratio dominica duplicem tollit errorem.
 fol. 71. col. 1.
 Orationis dominicæ prærogatiua. f. 71. c. 1.
 Oratio quo cōmunior fructuosior. f. 71. c. 2.
 Oratio dominica peccata delet. f. 72. col. 1.
 Oratio importuna esse debet. fol. 81. col. 2.
 Orantes aliqui non exaudimur. fol. 82. col. 3.
 Oratio & fletus Deum vincunt. f. 82. col. 3.
 Orandi à Christo documentum. f. 135. col. 3.
 Oranti quatuor sunt necessaria. f. 138. col. 3.
 Orans humilis & importunus sit. folio 139.
 column. 1.
 Oratio quid operetur. fol. 146. col. 4.
 Oratio dæmoni terribilis. fol. 147. col. 2.
 Oratio anima, corpore & spiritu consentiē-
 tibus melius auditur. fol. 151. col. 1.
 Orationis qualitates. fol. 155. col. 4.
 Origenis error confutatur. fol. 122. col. 1.
 Oris fructus. fol. 170. col. 2.
 Osculum Iudæorum salutatio. f. 218. col. 2.
 Omnes conditiones bonorum exprimūt. fol.
 203. column. 2.

P.

Pacifici beati sunt. fol. 17. col. 4.
 Palæstina arenosa & feruens. foli. 105.
 column. 2.
 Panis & vinum alimentorum efficacissima.
 fol. 213. col. 1.
 Parabolæ de Nuptijs declaratio. folio. 171.
 column. 4.
 Paralytici ignorantibus sunt. fol. 15. col. 2.
 Parentibus summè indigentibus quomodo
 subueniendum. fol. 136. col. 2.
 Pascha propriè & mysticè quid. folio. 206.
 columna. 3.
 Pascha quadruplex. fol. 206. col. 4.
 Pascha tripliciter dicitur. fol. 122. col. 4.
 Pascha Hierosolyimis celebratur. Ibidem.
 Pascha peregrinū cum quo vellet comede-
 bat. fol. 215. col. 1.
 Passio Christi, scogitetur omnes iracundiæ
 simulq; euertet. fol. 52. col. 2.
 Passio & propassio quid. fol. 55. col. 2.
 Passio

I N D E X.

Passionis Christi dies quo modo computen-
 tur. fol. 113. col. 3.
 Passio Christi omnia peccata delere suffi-
 cit. fol. 161. col. 3.
 Patientia utilisissima est. fol. 60. col. 2.
 Patientia temporibus non apta quæ sit. fol.
 66. column. 4.
 Patres in Catalogo recensiti varia ad legem
 gratiæ mysteria prætulerunt. folio. 3. 4. 5.
 per totum.
 Patrum antiquorum nomina in catalogo
 posita suo ordine exponuntur. Ibidem.
 Pater noster impios perstringit. f. 70. col. 1.
 Pater nomen pietatis & potestatis. f. 70. c. 2.
 Pater mi & pater noster differunt. folio. 70.
 column. 4.
 Pauli in proximis corrigendis humanitas.
 fol. 78. col. 3.
 Paulus feminis uerbis dictus est. f. 102. col. 1.
 Paulus an iure Galatas fatuos uocarit. foli.
 153. col. 3.
 Paulus hominibus non laudandus sed imi-
 tandus placebat. fol. 64. col. 4.
 Pauperis vox penetrabilis. fol. 16. col. 1.
 Paupertas Deo omnia accepta refert. folio.
 25. column. 2.
 Pauperes spiritu omnes esse possunt. folio.
 37. column. 1.
 Pauperes superbia abutuntur. fol. 38. col. 2.
 Pauperes quid cauere debeant. fol. 38. col. 2.
 Paupertas omniū virtutū parens. f. 38. col. 4.
 Paupertas est nihil habere commune. folio.
 42. column. 2.
 Paupertatis laus ab effectis. folio. 42. col. 2.
 Pauperum spiritu conditiones. fol. 43. col. 3.
 Pauperes spiritu cur potius quā diuites spiri-
 tu. fol. 44. col. 2.
 Paupertas ne an diuitiæ sint ad salutem accō-
 modatiores. fol. 44. col. 3.
 Pauperes tuba conuocabantur. fol. 67. col. 3.
 Pauperes spiritu despiciendi non sunt. foli.
 150. col. 3.
 Pauperior auarus est, quo plus habet. folio.
 157. column. 1.
 Paupertas perfectionis via. fol. 157. col. 3.
 Pax vera quæ sit. fol. 43. col. 1.
 Pax belli & omnium actionum humanarū
 finis. fol. 43. col. 1.
 Pax Christiana quid sit. fol. 106. col. 2.
 Pax Christo per totam vitam familiaris. fol.
 166. col. 2.
 Pax vsq; quo sit seruanda. fol. 110. col. 2.
 Pax duplex. fol. 110. col. 3.
 Pax seculi à Christo euerfa. fol. 111. col. 1.
 Peccatum umbræ comparatur. fol. 25. col. 3.
 Peccatum veniale contra legem nō est. fol.
 5. column. 3.
 Peccati gradus tres sunt. fol. 51. col. 2.
 Peccatum tribus impletur. fol. 55. col. 3.
 Peccati mors triplex, cuius figurā Christus
 impleuit. fol. 55. col. 3. & 59. col. 4.
 Peccatum voluntatis Iudæi nullum pnta-
 bant. fol. 55. col. 1.
 Peccatum, non peccator odio habendus est.
 fol. 63. col. 4.
 Peccatum an per solam contritionem re-
 mittatur. fol. 78. col. 2.
 Peccata præcedentia iudicium & sequentia
 quæ dicantur. fol. 78. col. 2.
 Peccata temporalia cur æternè puniuntur.
 fol. 78. col. 4.
 Peccans nō est asperè oburgandus. folio.
 79. column. 1.
 Peccandi occasiones. fol. 83. col. 1.
 Peccatores mortui. fol. 92. col. 4.
 Peccata remittere & infirmos sanare eiusdē
 rationis est. fol. 96. col. 2.
 Peccata septem modis remittuntur. fol. 97.
 column. 1.
 Peccatores à quibus & quando vitandi. fol.
 97. col. 4. & fol. 98. col. 1. & 3. column. 1.
 Peccandi tres sunt modi. fol. 99. col. 4.
 Peccatum in Spiritū sanctum est agnitæ ve-
 ritati repugnare. fol. 105. col. 3.
 Peccatum in Spiritum sanctum, cur irre-
 missibile dicatur. fol. 122. col. 1. & 3. & fol.
 122. column. 3.
 Peccata in Spiritum sanctum quæ sint. fol.
 122. col. 2.
 Peccata tribus modis puniuntur. folio. 121.
 column. 3.
 Peccatū propriè culpam dicit. fol. 122. col. 4.
 Peccatum vnū sine alijs non remittitur. fol.
 123. column. 1.
 Peccatorum remissio à solo Deo pendet.
 fol. 141. col. 4.
 Peccatum an verè à sacerdote remittatur.
 fol. 142. col. 4.
 Peccato animam eripere maius est quā mō-
 tem transferre. fol. 147. col. 1.
 Peccato liberatur qui peccare cauet. f. 147.
 column. 2.
 Peccatum contra Deum & contra homines
 multum differunt. fol. 152. col. 1.
 Peccatum contra nos paratum non contra
 Deum remittere debemus. fol. 152. col. 3.
 Peccatis occultis non sunt testes adhibendi.
 fol. 153. col. 3.
 Peccatum in damnum fidei denuntiandum
 est. fol. 153. col. 4.

I N D E X.

Peccator multorum est iustus solius Dei. fol. 162. col. 4.
Peccator quo peccat punitur. fol. 173. col. 1.
Peccatum in tertiam & quartam generationem punitur. fol. 184. col. 2.
Peccatores audaces, si conuertantur animosiores ad virtutem sunt. fol. 214. col. 1.
Peccate ignorantia, infirmitate, studio. fol. 214. col. 2.
Pelagianorum duplex error excluditur. f. 71. column. 1.
Perfectionis gradus. fol. 37. col. 4.
Perfecti an omnes esse teneamur. folio. 64. column. 1.
Perfectio sextuplex. fol. 64. col. 1.
Perfectus nemo repente fit. fol. 118. col. 4.
Perfectus non est qui omnia relinquit, sed qui Christum sequitur. fol. 156. col. 2.
Permissio multiplex est. fol. 57. col. 2.
Perſa ex Seth propheta Magorum stellam obseruauerunt. fol. 12. col. 2.
**Perſa quo modo Hierosolymis spolia subla-
 ta restituant.** fol. 13. col. 1.
Persequutiones aliquando fugiendae sunt. fol. 33. col. 3.
Perseuerantiae bona. fol. 190. col. 2.
Petere quid boni quid mali soleant. fol. 82. column. 4.
Petentium astutia & sollicitudo. f. 82. col. 4.
Petrae mysteria. fol. 83. col. 3.
**Petrae appellatione tam boni quam malive-
 niunt.** fol. 116. col. 1.
Petro cur nomen fuerit mutatum. f. 25. col. 3.
Petrus cur cadere permissus. fol. 80. col. 1.
Petrus primus credidit. fol. 91. col. 2.
Petrus Apostolorum princeps. fol. 91. col. 2.
Petri foecris sanatio mystice declaratur. fol. 91. col. 3.
Petrus umbra sanabat infirmos. folio. 103. column. 2.
Petrus simon, id est, obediens. fo. 103. col. 2.
**Petri primatum nosse valde interest religio-
 nis Christianae.** fol. 103. col. 3.
Petri fides & amor. f. 134. col. 4. & 135. col. 1.
**Petrus in Christi confessione & Apostolica
 dignitate primus.** fol. 141. col. 1.
Petrus clauas accipiens Ecclesiam repraesentauit. fol. 141. col. 3.
**Petri, id est, Ecclesiae occidentalis fides nun-
 quam deficiet.** fol. 142. col. 2.
Petri potestas ad mortuos etiam se extendit. fol. 142. col. 2.
Petri absolutiones & ligationes Deo probatae valent. fol. 142. col. 4.
Petrus omnia reliquit affectu & effectu. fol.

155. column. 4.
Petrus & Paulus ad gentes missi sunt. folio. 162. col. 2.
Petri peccatum duplex. fol. 209. col. 3.
Petrus fauore diuino sub lato peccauit. fol. 209. col. 3.
Petrus an potuerit non negare Christum. fol. 210. col. 2.
Petrus & Paulus venia digni fuerunt. folio. 119. col. 3.
**Petri trina negatio tres haereticorum erro-
 res significauit.** fol. 219. col. 2.
**Petri negatio varie ab Euangelistis exponi-
 tur.** fol. 219. col. 3. & 220. col. 3.
Petri poenitentia tribus commendatur. fol. 221. column. 1.
Pharisaei genimina viperarum. fol. 19. col. 3. & fol. 20. col. 2.
**Pharisaei Christum esse messiam cognoue-
 runt.** fol. 123. col. 1.
Pharisaei mathematicis intenti fuerunt. fol. 141. col. 1.
Pharisaeorum dolosa doctrina ad oblationes extorquendas. fol. 136. col. 2.
Pharisaeis templi cura erat mandata. folio. 167. col. 4.
Pharisaei tributo contradicebant. folio. 174. column. 1.
Pharisaei in communi viuebant. f. 176. col. 3.
**Pharisaei Christum saepissime comprehen-
 dere voluerunt.** fol. 206. col. 2.
Phylacteria quid. fol. 179. col. 4.
**Philosophi nomine tenus virtutem cognoue-
 runt.** fol. 66. col. 3.
**Philosophiae sublimitas rerum contemptus
 est.** fol. 106. col. 1.
Pij peccantes occultabuntur. fol. 109. col. 2.
**Pij in hoc seculo magis quam impij affligun-
 tur.** fol. 132. col. 1.
Piorum est delicta excusare. fol. 221. col. 2.
**Pilatus imaginem Caesaris in templo loca-
 uit.** fol. 185. col. 2.
Pilati pusillanimitas. fol. 225. col. 1.
**Pilati vxor cur a daemone in somnis sit ve-
 xata.** fol. 224. col. 4.
Pilatus Lugdunensis fuisse creditur. folio. 225. col. 2.
Pilatus Christum peccasse putauit. foli. 225. column. 2.
**Pilatus in fauorem Christi cause titulum in-
 scripsit.** fol. 228. col. 1.
Pinnaculum templi. folio. 31. col. 1. & folio. 32. column. 2.
Piscis quid significet. fol. 82. col. 2.
**Platonis praecipuum de mudando capite &
 pedibus.**

I N D E X.

pedibus. fol. 103. col. 4.
**Poenae inferni duplex, Dani videlicet & sen-
 sus.** fol. 173. col. 2.
Poenae damnatorum pares non sunt. folio. 182. col. 2.
Poenitentia peccatorum differenda non est. fol. 4. col. 1.
Poenitentiae tres sunt actiones. fol. 17. col. 3.
**Poenitentia non tempore sed dolore estima-
 tur.** fol. 17. col. 4.
Poenitentia quid sit. fol. 21. col. 3.
Poenitentiae fructus quatuor. fol. 22. col. 2.
Poenitentia an peccatum possit adaequare. fol. 22. col. 2.
Poenitentia in superbia nulla est. folio. 23. column. 3.
Poenitentia triplex. fol. 23. col. 3.
**Poenitentia ante & post baptismum neces-
 saria quomodo.** ibidem.
Poenitentia quibus de causis agenda sit. fol. 25. column. 4.
Poenitentiae impedimenta. fol. 25. col. 4.
**Poenitentiae sacram. tres imponuntur erro-
 res.** fol. 42. col. 2.
**Poenitentia ad mortem vsque dilata secura
 non est.** fol. 199. col. 1.
Poenitentia lapsos restituit. fol. 219. col. 4.
Portare in scriptura varie sumitur. foli. 104. column. 1.
Pontifex cur mitra bicorni insignitur. foli. 131. col. 4.
**Pontifex olim nomen Dei in fronte gesta-
 bat.** fol. 227. col. 2.
**Præcepta Euangelij moralia naturalia sunt,
 præcepta vero fidei naturalibus conformia.** fol. 118. col. 1.
Prædicatores quid debeant prædicare. foli. 22. col. 3.
Prædicaturis quæ prius curanda sint. folio. 26. column. 4.
**Prædicatores rudes & illiterati cur à Chri-
 sto electi sunt.** fol. 33. col. 1.
**Prædicatorum partes & officium late ex-
 plicantur à fol. 45. vsque ad folium. 48.**
**Prædicatores de male partis necessaria sume-
 re possunt.** fol. 98. col. 2.
Prædicatores euntes doceant. fol. 102. col. 2.
Prædicator fide munitus incedit. folio. 104. column. 1.
Prædicationis fructus. fol. 105. col. 3.
Prædicandum publice non priuatim. folio. 109. column. 4.
Prædicator doctus quis sit. fol. 131. col. 3.
Prædicatoris officium. fol. 137. col. 3.
**Prædicator plus faciendo quam dicendo pro-
 ficat.** fol. 179. col. 4.
**Prædicator alias malus audiendus nihilomi-
 nus est.** fol. 180. col. 1.
Prædicatores super omnia bona. f. 195. col. 3.
Prædicandum quibus auditoribus sit. folio. 200. col. 4.
Prælatus quicquid est Ecclesiae est. foli. 160. column. 2.
**Prælatus pro salute sua fugiat, pro subdito-
 rum resistat.** fol. 15. col. 3.
Prælati faciant vt docent. fol. 180. col. 1.
Prælatorum vitia imprimis duo. f. 196. col. 1.
Prælatorum conditiones. fol. 196. col. 1.
Prælatis quinque officia incumbunt. folio. 202. col. 1.
**Præsbyterum concubinarium an laici ex-
 pellere possint.** fol. 64. col. 2.
Primogenitus etiam vnicus filius dicitur. fol. 7. col. 4.
Primogenitus quatuor modis accipitur. fol. 7. col. 4.
Princeps sacerdotum vnus & annuus erat. fol. 15. col. 1.
**Principibus malis parendum nihilominus
 aliquatenus est.** fol. 181. col. 4.
Principum mundi iniquitas. fol. 195. col. 4.
**Princeps sacerdotum ex lege vnus, ex Iu-
 dzorum corruptela plures crebatur.** fol. 205. col. 3.
Priscillianistarum error, & eius origo. folio. 11. column. 1.
Prophetia duplex est. fol. 7. col. 4.
Prophetia rebus non imponit necessitatē. fol. 9. col. 2.
**Prophetarum proprium est à peccatis reuo-
 care.** fol. 21. col. 2.
**Prophetare & miracula facere interdū meri-
 ti non est.** fol. 83. col. 3.
**Providentiae diuinæ secundæ causæ non ob-
 stant.** fol. 83. col. 1.
Proximus amandus & corrigendus est. fol. 24. col. 3.
Proximus quis. fol. 178. col. 3.
Prudentia saepe numero virtus non est. fol. 195. col. 2.
**Publicani apud Iudæos omnium maximè
 infames fuerunt, sed cur.** fol. 63. column. 3. & 98. column. 2.
Publicani qui dicebantur. fol. 64. col. 2. & 97. col. 4.
**Puerorum canentium & saltantium mos a-
 pud antiquos.** fol. 115. col. 2. & 3.
**Pueris vnde in ætate primæua sacramenta
 ministrari ortum fuit.** fol. 155. col. 3.
Pueri conditiones. fol. 197. col. 4. & 155. col. 2.

I N D E X.

Pueri Dei instigatione, prouectiores sponte sua ferè operantur. fol. 157. col. 1.
 Pulchra naturaliter diligimus. f. 178. col. 4.
 Pulsatio voce & manu fit. fol. 81. col. 4.

Q.

Quadragesimus numerus in scriptura celebris. fol. 30. col. 3.
 Quadrans quid sit. f. 51. col. 1. & 3.
 Quaterdenarius numerus mysteriū habet. fol. 5. col. 1.

R.

Rabbi, id est, doctor. fol. 181. col. 2.
 Raca quid. fol. 51. col. 1.
 Raca & farve dicere poena & significatione differunt. fol. 52. col. 4.
 Rama quid. fol. 15. col. 3.
 Rama ad litteram declaratur. fol. 16. col. 3.
 Reatus gradus tres sunt. fol. 51. col. 3.
 Reconciliatio quomodo ex vtraque parte facienda. fol. 51. col. 3.
 Reconciliatio mentalis, verbalis & actualis quando fieri debeat. fol. 53. col. 1.
 Reconciliationis gratia an iter sit arripendum. fol. 54. col. 4.
 Refectio Euangelica quadruplex. foli. 134. column. 3.
 Regio umbræ mortis quid. fol. 33. col. 3.
 Regnum cœlorum quadrupliciter dicitur. fol. 21. col. 3.
 Regnum cœlorum beatorum premiū. foli. 38. column. 1.
 Regnum Dei postulare & iudicium non timere grandis est audacia. fol. 68. col. 1.
 Regnum tribus modis dicitur. f. 69. col. 4.
 Regnum in Euangelio duplex. fol. 71. col. 1.
 Regnum cœlorum quinque modis capitur. fol. 105. col. 3. & 120. col. 3.
 Regnum cœlorum, & minor in regno cœlorum dupliciter declaratur. fol. 112. col. 3.
 Regnum cœlorum aliter nunc ac olim quæritur. fol. 113. col. 2.
 Regnum cœlorum nemo nisi omnibus neglectis assequitur. fol. 113. col. 2.
 Regnum cœlorum diuersimodè cõparatur. fol. 114. col. 2.
 Regum in filiorum natiuitatibus consuetudo. fol. 20. col. 1.
 Religionem intrans derelicto patre summè indigente homicida est. fol. 136. col. 1.
 Religio Dei an semper parentum pietati an teponenda sit. fol. 136. col. 2.

Religiosus quomodo patri summè indigenti subueniat. fol. 136. col. 2.
 Remissio quando ex corde non fieri intelligatur. fol. 153. col. 1.
 Repetere res suas imperfectis licet, at perfectis non, nisi iusta causa sublit. folio. 61. column. 3.
 Repudium Iudæis cur & quomodo permiffum. fol. 55. col. 2.
 Repudians vnam cur aliam ducere non potest. fol. 57. col. 3.
 Repudij libellus tria continebat. folio. 57. column. 3.
 Repudium à Christo sublatum est. foli. 87. column. 2.
 Repudium Iudæis ob duritiam concessum fuit. fol. 154. col. 3.
 Repudiantes ex legis permiffu an peccarint inortalitèr. fol. 154. col. 4.
 Repudium an omnino licuerit. folio. 155. column. 1.
 Repudium non vt bonum, sed vt minus malum permiffum. fol. 155. col. 2.
 Resistere malo publico princeps tenetur. fol. 61. col. 3.
 Resistere priuatus malo priuato potest. fol. 61. column. 3.
 Resistere armati laici quidem possunt clericis non item. fol. 61. col. 3.
 Resistere vindictæ sumendæ animo nemini licet. fol. 61. col. 3.
 Resistere malo iuris naturalis est, & omnibus conuenit. fol. 61. col. 4.
 Resurrecturi qua ætate sint homines in iudicio. fol. 26. col. 4.
 Resurrectio mortuorum peccatorum donatione an sit maius. fol. 96. col. 2.
 Resurrectio futurane sit in eadem materia & forma. fol. 109. col. 3.
 Resurrectio Christi omnia legalia extinxit. fol. 166. col. 3.
 Resurrectio mortuorum multa bona ostendit. fol. 176. col. 2.
 Resurrectio mortuorum quibus locis testamenti veteris probetur. folio. 176. column. 3.
 Reuelationes diuinæ quomodo acceptanda. fol. 14. & 13. col. 4.
 Romani stauerunt ne quis rex aut Deus sine eorum consensu diceretur. folio. 15. column. 2.
 Romanorum in Iudæos odium inueteratū. fol. 89. col. 2.
 Romani Iudæorum gētem varijs modis inuenerunt. fol. 24. col. 1.

Ruth

I N D E X.

Ruth Moabitis cur in catalago recenferetur. fol. 2. col. 4.
 Ruth laudatur. fol. 3. col. 4.

S

Sabbatum cur à Christianis non obseruatur. fol. 49. col. 1.
 Sabbatum an à Christo violatum fuerit. fol. 50. col. 3. & 4.
 Sabbatum non violabat qui mille passuum viam faciebat. fol. 61. col. 4.
 Sabbatum secundo primum quid & quando. fol. 118. col. 3.
 Sabbatum multorum temporum differētijs conuenit. fol. 151. col. 3.
 Sabbato secundum legem longius ire non licebat. fol. 187. col. 2.
 Sacerdos summus solus & semel Sancta sanctorum intrabat. fol. 135. col. 2.
 Sacerdos quæ scire debeat. fol. 137. col. 4.
 Sacerdotum Iudæicorum auaritia. f. 163. col. 3.
 Sacerdotum facultatem docturi ad docendū petebant. fol. 168. col. 1.
 Sacerdotiū summū perpetuū fuit. f. 220. c. 4.
 Sacramenta etiam ab impijs verè conferuntur. fol. 87. col. 1.
 Sacramentum ministrans non profert quod suum est. fol. 180. col. 1.
 Sacramenta nostra Mosais ne sint antiquiora. fol. 211. col. 3.
 Sacramenta non ex se sed ex suscipientis in regritate sanctificant. fol. 217. col. 3.
 Sacrificium Deo acceptissimum. fol. 31. col. 2.
 Sadducæorum error spiritus negantium confutatur. fol. 175. col. 3.
 Sadducæorum errorem Samaritæ & Corynthij secuti sunt. fol. 175. col. 4.
 Sadducæi ignorantia scripturarum errabant. fol. 175. col. 4.
 Sale cur vrbes à victoribus dirutæ seminari soleant. fol. 45. col. 4.
 Salis proprietates. fol. 46. col. 2. & 47. col. 2.
 Salis proprietates apostolica doctrinæ cõueniunt. fol. 47. col. 3.
 Sal tribus modis potest euanescere, sicut & prædicator. fol. 47. col. 3.
 Sal multa significat. fol. 47. col. 4.
 Sal vnde dicatur. fol. 48. col. 3.
 Salomon omnes reges gloria superauit. foli. 75. col. 4.
 Salomon rex pacificus. fol. 124. col. 4.
 Saluari nisi in fide catholica nemo potest. folio. 101. col. 1.
 Saluatorum triplex ordo. fol. 163. col. 2.

Salus hominum tribus rebus maxime iuuatur. fol. 18. col. 2.
 Salutem æternam etiam inimicis procurare debemus. fol. 64. col. 2.
 Salutem vt consequamur duo sunt necessaria. fol. 85. col. 2.
 Samaria solos quinque libros legis recipiebat. fol. 175. col. 4.
 Sancti sunt inundi medulla. fol. 3. col. 3.
 Sanctificare nomen Dei quid. fol. 70. col. 4.
 Sanctum quid. fol. 78. col. 3. & 80. col. 2.
 Sancti cur interdum pandunt, interdum occultant virtutes suas. fol. 101. col. 3.
 Sancti gloriam humanam declinare docent. fol. 101. col. 4.
 Sanctitas simulata duplex est: nequitia. fol. 168. col. 1.
 Sapientes verbis pugnare non solent. folio. 224. col. 3.
 Satum quid. fol. 127. col. 4.
 Scandalum quando vitandum. fol. 137. col. 2.
 Scandalum duplex. fol. 137. col. 3.
 Scandalum actiuum & passiuum quid sit. fol. 137. col. 3.
 Scandalum in Christū nō cadit. fol. 144. c. 3.
 Scandalum vitandum est si sine peccato fieri potest. fol. 148. col. 1.
 Scandala necessitate conditionata, non abfoluta veniunt. fol. 150. col. 1.
 Scyrpus inter lapides quid. fol. 65. col. 1.
 Scriptura tripliciter deprauatur. fol. 31. col. 1.
 Scripturæ mos est dicta pro factis accipere. fol. 83. col. 3.
 Secreta secreto publica publicè arguantur. fol. 151. col. 3.
 Seculum per diem operarium intelligitur. fol. 158. col. 2.
 Secularia diuinorū comparatione nihil sunt. fol. 199. col. 3.
 Semè multipliciter dicitur. fol. 127. col. 2.
 Sensualitati inferuire caput omnium malorum est. fol. 29. col. 2.
 Sententia bona licet à iudice malo seruanda est. fol. 48. col. 3.
 Septenarius numerus sacer. fol. 134. col. 2.
 Sepulchrorum orientales studiosissimi fuerunt. fol. 183. col. 4.
 Sequaces Christi in triplici sunt differentia. fol. 157. col. 4.
 Serpens tam in bonum, quàm in malum in scriptura sumitur. fol. 106. col. 3.
 Serpentis conditiones. Ibidem.
 Seruire diuitijs quis dicatur. fol. 77. col. 3.
 Signorum in Christi passione apparentium significatio. fol. 226. col. 4.

INDEX

Simon quid. fol. 25. col. 4.
 Simon Chananaeus, idest, Zelotes à Chana
 quod est zelus. fol. 102. col. 4.
 Simon idest, obediens. fol. 205. col. 2.
 Simoniacus in sacro ordine permanere di-
 gnus non est. fol. 225. col. 3.
 Sinistram elemosynam nescire quid est. fo-
 64. col. 4.
 Sodomia peccatum non omnium sed carna-
 lium grauiissimum. fol. 106. col. 2.
 Sodoma libidine insignis. fol. 114. col. 4.
 Sollicitudo humanarum rerum quae licita quae
 illicita sit. fol. 77. col. 1.
 Solitudinum temporalium incommoda
 fuisse explicantur. fol. 77. col. 3.
 Solis in Christi passione obscuratio. f. 227. c. 2.
 Soluere quid sit. fol. 49. col. 2.
 Soluere dupliciter dicitur. fol. 50. col. 3.
 Spelunca latronum quid significet. f. 164. c. 2
 Spinax multa significant. fol. 86. col. 1. & 2.
 Spiritui sancto cur Christi incarnationis opus
 tribuitur. fol. 9. col. 3.
 Spiritus sanctus non solum in baptismo no-
 bis datur. fol. 23. col. 3.
 Spiritus sanctus in primitiua Ecclesia in for-
 maignis descendebat. fol. 24. col. 1.
 Spiritus sanctus cur alias in columba alias in
 igne. fol. 24. col. 4. fol. 106. col. 4.
 Spiritus tribus modis sumitur. fol. 41. col. 2.
 Spiritu sancto suadente omnia licita reddun-
 tur. fol. 57. col. 2.
 Spiritus sanctus omnia bona. fol. 82. col. 2.
 Spiritus difficilior quam carnis curatio. fol.
 96. col. 3.
 Spiritui sancto peccatorum remissio tribui-
 tur. fol. 121. col. 1.
 Spiritualia omni necessario meliora sunt.
 fol. 171. col. 2.
 Sponsio ad malum inclinans seruanda non
 est. fol. 14. col. 1.
 Spui summum erat in lege decus. folio. 220.
 columna. 2.
 Stantes Iudaei orabant. fol. 66. col. 4.
 Statuum tria sunt genera tribus arborum ge-
 neribus significata. fol. 22. col. 4.
 Stella quae Magis apparuit quid fuerit. fol.
 10. columna. 4.
 Stellae quae Magis apparuit, mysterium. fo-
 10. columna. 2.
 Stella, quae Magis apparuit an vera stella fue-
 rit. fol. 11. col. 2.
 Stella quomodo Christum natum significa-
 uit. fol. 14. col. 4.
 Stephani festiuitas cur Ioannis & Innocen-
 tum festiuitatibus praeponeatur. folio. 17.

columna. 1.
 Stoici affectus negantes ex Euangelio con-
 futantur. fol. 102. col. 3.
 Studiosis mandatorum Dei ad temporalia
 non vacat. fol. 76. col. 2.
 Subditus pastorem suum nisi haereticum non
 accuset. fol. 109. col. 4.
 Suffocatum & sanguis cur ab Apostolis pro-
 hibita. fol. 137. col. 2.
 Superbia omnium malorum radix. folio. 39.
 columna. 2.
 Superbia quaedam insania est. folio. 149. co-
 lumnas. 3.
 Superbia quid sit. fol. 150. col. 1.
 Superfubstantialis panis quid sit. folio. 72.
 columna. 1.
 Suscitare mortuum maius est, quam, montem
 transferre. fol. 166. col. 3.
 Suspensi plus die in cruce non manebant.
 folio. 232. col. 2.

T

Talentum & talenti pondus. f. 202. c. 4
 Talionis poena iudici praecipiebatur.
 fol. 61. col. 2.
 Templorum summa obseruantia esse debet
 fol. 163. col. 4.
 Templum Salomonis augustissimum fuit.
 folio. 163. col. 3.
 Templi Salomonis descriptio. fol. 164. col. 4
 Templum Romani captum capite porcino
 prophanarunt. fol. 186. col. 3.
 Tenebrae exteriores quid. fol. 173. col. 2.
 Tenebrae in passione Christi trium horarum
 spacio durantes quid significauerint. foli.
 229. col. 3.
 Tentationes timendae non sunt. fol. 29. co-
 lumnas. 1.
 Tentationes quinque de causis Deus permit-
 tit. fol. 29. col. 1.
 Tentationes non tentatoris arbitrio, sed Dei
 permissione fiunt. folio. 30. columna. 1. &
 folio. 68. col. 4.
 Tentando quam adhibeat diabolus rationem
 fol. 30. col. 1. & 2.
 Tentare quis dicatur. fol. 30. col. 3.
 Tentatio triplex. fol. 30. col. 4.
 Tentationes quatuor de causis permissae.
 fol. 30. col. 4.
 Tentationis triplex remedium. folio. 31. co-
 lumnas. 1.
 Tentatio duplex. fol. 69. col. 2.
 Tentationes omnibus necessariis. fo. 93. co. 3
 Tentari in scriptura variè sumitur. fol. 104.
 columna. 1.

Tenta

INDEX

Tentatus Dei auxilio vincit culpa sua cadit
 fol. 71. col. 3.
 Terrena possidere & ad coelestia peruenire
 difficile. fol. 34. col. 1.
 Terrena natura sua vitia non sunt. folio. 243.
 columna. 1.
 Terrena relinquenda sunt Apostolorum ex-
 plo. fol. 97. col. 3.
 Testamenti noui status maior est quam ve-
 teris. fol. 113. col. 4.
 Testamentum nouum & vetus magno ne-
 xu deuincta sunt. fol. 130. col. 3.
 Testes in accusatione duo, in denuntiatione
 unus sufficit. fol. 153. col. 1.
 Testium contra Christum falsitas. fol. 220.
 columna. 1.
 Testes non ex falsitate solum falsi dicuntur
 fol. 121. col. 2.
 Testimonium falsum non modo contra pro-
 ximum, sed etiam contra se quis dicit. fo-
 51. columna. 1.
 Thamar meretrix non fuit. fol. 3. col. 3.
 Thamar cur in catalogo ponitur. f. 5. col. 2.
 Thamaris peccatum excusatur. fol. 5. col. 3.
 Theodori error de Christo super aquas am-
 bulante damnatur. fol. 135. col. 2.
 Theaurum habere regibus licet. fol. 73. c. 3.
 Theaurizantium ludibrium. fol. 74. col. 1.
 Theaurizare quando non liceat. fol. 74. c. 2
 Theaurizare non solum distrahit a Deo sed
 etiam alienat. fol. 77. col. 1.
 Thomas iure a Christo reprehenditur. fol.
 89. columna. 2.
 Thus quid significet. fol. 15. col. 1.
 Tiberiadis mare. fol. 34. col. 3.
 Timor infirmus bonitatis custos. fol. 151. c. 3.
 Tyrus idololatria celebris. fol. 114. col. 4.
 Tyrii cur praedicatores non sunt missi. fol.
 115. col. 1.
 Trabs quid. fol. 78. col. 4.
 Transfigurationis Christi faciendae rationes
 & causae. fol. 145. col. 4.
 Transfigurationis dominicae duplex testi-
 monium. fol. 146. col. 2.
 Transfigurationis dominicae fructus. folio.
 146. columna. 2.
 Transfiguratio regni futuri signum. folio.
 146. col. 3.
 Tribulatio triturae similis. fol. 20. col. 4
 Tribulationum utilitas. ibidem.
 Tribulatio fauore melior. fol. 134. col. 2.
 Tribulatione deficiens multis de causis stul-
 tus est. fol. 190. col. 2.
 Tribulationes aliquando appetendae. folio.

217. columna. 4.
 Tributum quibus circumstantiis iuste peti-
 tur. fol. 175. col. 2.
 Tributum clerici coniugari debent. fol. 175.
 columna. 1.
 Tributum an soluere christiani teneantur.
 fol. 148. col. 3.
 Trinitatis sanctissimae tres personae in bap-
 tismo Christi proprijs signis apparuerunt.
 fol. 17. col. 3.
 Tristitia quid sit. fol. 37. col. 4.
 Tristitia laudabilis lachrymis mollescit. fo-
 172. col. 2.
 Tristitia aliquando licet contra philosophos
 fol. 216. col. 1.
 Tu tui & tu Dei quid. fol. 18. col. 3.
 Tuba quid significet. fol. 66. col. 1.
 Tuba vsus apud Iudaeos. fol. 67. col. 4.
 Tuba ad quid in iudicio. fol. 192. col. 2.
 Tuba argentea mouebantur castra Israel. fo-
 192. col. 4.
 Tuba Iudaei vocabantur ad festa, ad pugnam.
 & fol. 194. col. 4.
 Tubae formidabilis in iudicio vox. fol. 194.
 columna. 1.

V

VAE, oclies à Domino repetitum octo
 beatitudinibus respondet. folio.
 183. col. 2.
 Vestigalia raro ex omni parte licita sunt. f.
 98. col. 2.
 Velum in templo duplex fuit. fol. 231. col. 1.
 Veli scissio quid significauerit. folio. 231. co-
 lumnas. 2.
 Verba aliquando grauisima peccata sunt.
 fol. 52. col. 1.
 Verbum ociosum quid. fol. 120. col. 4.
 Veritas aliquando tacenda. fol. 78. col. 3.
 Veritas in duobus casibus negari potest. fol.
 167. col. 3.
 Vestimentorum finis triplex est. folio. 20.
 columna. 1.
 Vestium luxus an sit peccatum. folio. 113. co-
 lumnas. 3. & 4.
 Vestimenta Christi à militibus spoliata quae
 & quid. fol. 226. col. 3. & fol. 227. col. 3.
 Verita nullius indulgentiae causa conceden-
 da sunt. fol. 132. col. 3.
 Via multiplex est. fol. 54. col. 3.
 Via diaboli lata est: ubi quinque rationibus
 declaratur. fol. 82. col. 1.
 Via Dei principium & finis. folio. 173. co-
 lumnas. 1.

Via

INDEX

Via Dei poenitentia est: cuius quatuor sunt
requisita. fol. 175. col. 2.
Vigilia noctis proprie quatuor sunt. fol. 135
col. 4. Item
Vigilia noctis mystice quatuor sunt. folio.
135. col. 2.
Vindicta ab amore procedens bona est; secus
ex odio. fol. 6. col. 1.
Vindicta sumere iudici licet, alijs non licet.
fol. 61. col. 4.
Vindicta propter iustitiam appetibilis est.
fol. 62. col. 1.
Vinea Evangelicæ moralis declaratio. fol.
168. col. 3. & 4.
Vinum ebrietatis, ebrietas multorum malo
rum est causa. fol. 132. col. 2.
Violentia circa regnum coelorum rapiendū
quæ dicatur. fol. 113. col. 3.
Viperæ natura & conditiones. fol. 20. col. 1.
Vir mulieris caput. fol. 57. col. 1.
Virga duplex, regalis & pastoralis. fol. 104.
columna. 4.
Virginitas multifariam dicitur. fol. 196.
columna. 4.
Virginitas res est admodum sublimis. folio.
197. columna. 1.
Virtus vera iustitia cū pietate coniuncta. fol.
9. columna. 2.
Virtus omnis positis contrarijs magis elucet
fol. 27. col. 4.
Virtutes inter se connexæ sunt. fol. 38. col.
1. & fol. 39. col. 1.
Virtutis opera an palam sint facienda. folio.
65. columna. 1.
Virtus occultari non potest. folio. 46. col. 3.
fol. 66. col. 1.
Virtus laudis humanæ premio dei citur. fo.
67. columna. 1.
Virtus super omnia Deo dilecta. folio. 69.
columna. 3.
Virtutis via difficilis. fol. 81. col. 1.
Virtus homines angelos reddit. fo. 114. col. 1.
Virtus interior exteriori præstantior. folio.
114. col. 1.
Virtutis gradus tres sunt. fol. 127. col. 3.
Virtus à natura non à gratia an sit meritoria
fol. 200. col. 4.
Virtutis facilitas malos culpabiliores reddit
fol. 203. col. 1. & 2.
Visio triplex. fol. 9. col. 3.
Visiones nocturnæ unde. fol. 223. col. 4.
Vitæ incommoda quasi quædam tributa
sunt. fol. 109. col. 4.
Vita hominis dies est operarius. folio. 158.
columna. 2.

Vitæ varius & incertus est finis. fol. 174. col. 3.
Vita homini triplex. fol. 179. col. 3.
Vita omnibus animalibus est charissima. fol.
228. col. 2.
Vitia vitio: pendendum non est. folio. 63.
columna. 4.
Vitia malorum. Dijs finis. fol. 71. col. 2.
Vitia paulatim sunt extirpanda. folio. 98.
columna. 4.
Vitium nisi comparatione virtutis difficile
perspicitur. fol. 99. columna. 3.
Vitiis bellum resistendo fecit. folio.
135. columna.
Vngere caput quid significat. fol. 72. col. 3.
Vngere caput plurimū antiquitas solebant.
fol. 72. col. 2. & 4.
Vngere mortuos itidem mos olim fuit. fol.
206. col. 3.
Vnguentum & oleum in sacris literis quid.
folio. 206. col. 1.
Vnitas Deo gratissima. folio. 70. columna. 1
& 77. columna. 2.
Vnus & solus aliquando personam, aliquan
do naturam dicit. fol. 156. col. 4.
Vocare multis modis Dominus solet. folio.
173. columna. 1.
Vocati omnes sunt, non tamen omnes boni
cur. fol. 172. col. 1.
Voluntatis nullum esse Iudæi putabant pec
catum. fol. 55. col. 1. & 58. col. 1.
Voluntas Dei quæ sit. fol. 70. columna. 2. &
folio. 71. col. 1.
Voluntas in opus tendens mercede non ca
ret. fol. 110. col. 4.
Voluntas sensualis non exauditur. folio. 216
columna. 4.
Vox quid sit. fol. 20. col. 1.
Vux mysterium. fol. 84. col. 4.
Vxorum pluralitas an aliquando licuerit.
folio. 7. col. 3.
Vxor nec dimissa, nec dimittens alteri nubac
fol. 56. col. 1.
Vxorem fornicariā an liceat dimittere. fol.
57. columna. 2. & 4.
Vxorem & liberos mos erat vendere. folio.
153. columna. 3.
Vxorum pluralitas vitanda esse docetur. fol.
154. columna. 2.
Vxor cur fornicationis causa non alia dimit
titur. fol. 154. col. 3.
Vxori dimissa aliam superducere non licet
fol. 154. col. 4.
Vxorem defuncti ducere omen erat Iudæis
fol. 176. columna. 1

Zacha-

INDEX

Z

Zacharias loci declaratur dum dicit
exulta filia Sion. fol. 161. col. 4.
Zacharias quis. fol. 84. col. 1.
Zacharias pro Mariæ virginitate tuenda mar
tyrium passus. fol. 184. col. 2.
Zacharias, i, Dei memoria. fol. 184. col. 3.

Zacharias de Christi venditione non Hiero
nias agit. fol. 225. col. 2.
Zachari misericordia commendatur. folio.
42. columna. 1.
Zelus nescit sapere. fol. 16. col. 1.
Zona vsus apud antiquos. fol. 104. col. 3.
Zona animi strenui indicium. folio. 104.
columna. 3.

Emmanuel

C. E. P.

Existion

Haec sunt eripio mactare scilicet Paulus
Quia tunc videro iungeret orbem
Dum mactare scilicet Paulus venit alteris oris
Pellere mactare per orbem
Iste tunc fornicationis virtutibus orbem
Iste tunc fornicationis virtutibus orbem



Emanuel Correa Lusitanus:

P. E. C.

Exasticon.

Hactenus erepto mœrebant secula Paulo:

Qui ruit, vt toto surgeret orbe fides.

Dum mœrent superis Paulus venit alter ab oris:

Pellite mortales pectore tristitiam.

Ille rudem formavit adhuc virtutibus orbem:

Hic in labentem dogmate restituit.

